Dei) frustra viuam, vel omnino nō vi-
uam: dum non viuit ea vita, quam ut in
ea viueret accepit animâ suâ. Sic enim

Habacuc 1. ver. 14.

omnis pietatis expertes homines à
Propheta Habacuc, cū piscibus cō-
ponuntur, c. 1. vers. 14. Et facies homi-
nis, sicut pisces maris: Sed cur non po-
tius cum leonibus, aut vrsis, quibus
maior feritas, saevis natura subest?
Accusante, scilicet, Vate in piscium
imagine, qui muti sunt, noxiā ho-
mina in cruditatem, quibus nulla es-
set pietatis, & gratitudinis ad Dei
laudes, & præconia vox: Neque enim

Theoph.

in eis (inquit ibi Theophil.) pietatis
erat sermo, neque honorificentia vox ad
Deum. Hinc sapienter exclamante

August.

Augustino lib. 1. confess. cap. 4. V. et
acentibus de te; quoniam loquaces mu-
ti sunt: atque hanc sententiam En-

Ennodius.

nodio, in benedictione prima cerei, sic
firmando. Parili namque iudicio cēden-
dus est, & qui nunquam loquitur perna-
turam, & qui quod loquitur, non redi-
dit Auctori: Quod si Hebræorū Po-

Isai. 19. vers. 13.

populus iure arguebatur à Domino,
quod ipsum labijs tatum honoraret:
Isai. 19. vers. 13. Populus hic labijs me
honorat: quomodo nō acrius repre-
hendatur Christianus, qui Dominū

tantopere ad ei beneficiēdum pro-
cluem, vel labijs non honorat? Et tu
Christianus dormis? (inquit Ambrosius

Ambros.

actionar. 20. in Psalm. 118.) Cui Ma-
gister est Christus: Et non reveris, nē de
te dicatur: Populus hic, nec labijs me
honorat. Iudeus, vel labijs: tu vero, nec
labijs?

II. Christiani ergo hoc hominis mu-

nus: in iō hēc dignitas est: Filio Dei Pa-
trē in ultima vitæ particula, sic al-
loquēte: Claritatem, quam dedi simi-
hi dedi eis, Ioan. 17. vers. 22. vbi hanc
claritatem, siue gloriā (id enim Grā-
ca vox valer) opportunè retulit Ca-
ietanus ad celebrationē nominis,
Dei, & propagationē gloriæ ipsius,
nam cum præmisserat. Gloria data à
Patre Iesu est, quod Iesus venit in no-
mine Patris sui. Ego, inquit, veni in
nominе Patris mei: Non veni quærēs
gloriam meam propagaturus nomen
meum, sed nomen, & gloriā Patris mei,
subiicit: Hanc, inquam, gloriam nomi-
nis tui, quam dedisti mihi: magno dono
spiritu a li te accepto: ego homo dedi eis,
dono etiam interno spirituali dedi eis.
Magnum donum est, vt discipulorum
animi studia, affectus Jolam Dei glo-
riam quererent. Jola Dei gloria delecta-
rentur. Pergit Caetanus. In hoc enim

Caietan.

succubuerunt omnes Philosophi, & ma-
gnates mundi, quantumcumque vide-
rentur prædicti esse virtutibus, & pro-
pterea specialiter meminit huius doni.

C Hac illę: Vbi omnino vides, nihil
nobis præclarius maius, aut glorio-
sius, nihil Filij Dei gloriæ proximus
aduenire posse, quam Dei nomen, &
gloriam ingentibus laudibus affi-
re, atque eius benignissimam munifi-
centiam corde, & labijs in omnes
homines, & nationes vbique gentiū
celebrare: secus quidem ac insipientes
Philosophi, qui dicentes se esse sa-
pientes, stulti facti sunt: Quia cum cog-
nouissent Deum, non sicut Deum glori-
fickerunt, aut gratias egerunt. Ad Ro-
man. 1. vers. 21. id est, nō eum, quem
par erat honorem, & cultum exhibuerunt;

neque enim diuinæ ipsius munificencie, ac liberalitati, cui omnia,
siue quæ à natura, siue ab arte
proficiuntur accepta referenda sunt,

debitam laudum gratiam retulerunt:
cum id potissimum sapientis manus
sit, laudare Deū: Dicente Vate Psal.
101. vers. 18. Populus qui creabitur
laudabit Dominum: qui videlicet in
hoc ipsum creabitur, vt laudet Deū:

Psal. 101 vers. 18.

Cuius Populi munus hæc erit (inquit

*Ioan. 17.
vers. 22.*

*Ad Rom.
1. v. 21.*

*Psal. 101
vers. 18.*

Agellius. ibi Agellius) ut laudet Deum: obier-
uans hęc verba sensum habere com-
munem, cum illis Isai. 43. vers. 21.

Isai. 43. Populum istum formaui mihi, laudem
meam narrabit: sive ut legunt LXX.

1. Pet. 2. ut virtutes meas annunciet, itidemque
cum his Petri epitol. 1. cap. 2. vers. 9.

vers. 9. Vox autem genus electum regale Sacer-
dotium, gens sancta, populus acquisitio-
nis, ut virtutes annuncietis eius: ubi
vides eximia dignitatis, & Regie es-
se; in Dei laudes sedulò, ac perpetuo
incumbere.

III. Vnde quidem idem Psaltes ali-
bi magnā cum emphasi, inquit: Bea-
tus Populus, qui scit iubilationem: &
quasi huius rationem reddat, subi-
cit: Domine in lumine vultus tui am-
bulabunt: & in nomine tuo exsultabunt

Psal. 88. totadie, & in iustitia tua exsaltabun-
vers. 15. tur: Vbi Augustinus, & Celsiodorus

August. scire iubilationem eō referūt, ut ac-
cepta beneficia Deo referat, & cor-
de, & ore debitam gratiarum, & laudum
vicem reddat (est namque iubi-
latione non solum victoris proterentis
hostem, sed etiam populi in Principis
sui triumpho latantis, & laudes eius
celebrant.)

Cassiod. Quod quidem populu
beatum facere, affirmat David sequen-
tibus verbis, que sic opportuē effert

Psal. 65. Agellius: In iustitia tua exsaltabitur,

vers. 1. hoc est, in magnificis tuis gestis laudandis,
atque recentibus exaltabuntur, & lan-
dando ipsi laudabiles fient. Nec lauda-

biles solum; sed etiam gloriosi nim-
rum, ubi ipse David, dixit: Date glo-
riam laudem eius. Psal. 65. vers. 1. Sym-

Symmac. machus habet: Ponite in honorē hym-
num eius, secutus Hebraeam lectionē:

Ponite gloriam laudem eius, id est, in eo
quod eum laudatis, hoc vestre glorie
proficere existimate: & quidem re-
cte cū id sit Angelorum munus: eo-

dēm Propheta Psal. 102. vers. 18. di-
cente. Benedicte Domino omnes virtu-
tes eius, ministri eius, qui faciunt volun-
tatem eius, quæ Græcus Auctor in Ca-
tenā, sic effert. Docet populum, qui ac-
cessit ad fidem, si Dei laudibus vacet, di-
gnitatem Angelis parem habiturū, quo-

que eamdem esse dignitatem: At enim
verò dum a Davide audimus, Bea-
tum populū esse, qui scit iubilatio-
nem, non possumus, non dolenter, elice-
re cum Bernardo. V & auguste cogni-
tioni! V & paupertati scientiæ nostræ!
Bernar.

A qui tantum ex parte cognoscimus, &
ex parte modica. Vix scintillula nobis
elucet de tantā luminis copiā, delu-
cerna positā, super candelabrum: Ve-
rū quod subiecti, omnino exequē-
dum, ait enim: Sanè quanto minus sin-
guli capiunt; tanto fidelius ceteris com-
municandasunt, quæ singulis reuelan-
tur: Sic ille.

B Quando verò ad Deli laudes op-
portunius insurgemus? quam cum pa-
nen in nobis, sicut seruo Abraham ap-
positum habemus, Genesis 24. ver-
sic. 33. Et appositus est in conspectu

Gen. 24. eius panis: Ad hæc verba dicente Ru-
pert lib. 6. in Genesim cap. 41. Op-

portunitatem dicendi egregie justinuit;

& cum gratus esset hospitibus, filiis
aahuc, ds nec inconspectu suo panis poñē-
retur, & tunc demum inter maxima fo-

dera hospitij, id est in præsentia panis ap-
positi sermonem ingressus est à veris in-

cipiens laudibus Dei: Quid namque
ad Deum omni modo, omni affectu,

& toto corde laudandum humanum
animum, & vocem ardenter in-

flammet, quam præsentia panis cæ-
lestis? In quo (Hesychio, & alijs sic

interpretantibus) memoriam fecit mi-
rabilium suorum misericors, & misera-
tur Dominus, escam donans timentibus

Psalmi. 110. vers. 4. Sanè ad hanc
gratiarum, & laudum actionem ipse

met Dominus, & verbo, & exemplo
nos virget, cum & post cenam ad no-
stri institutionem exemplum exhibe-

E buerit hymnum, egrias scilicet
laudes Deo referendo, ut inquit

Matthæus cap. 26. vers. 30. Et hym-

nodice exierum in montem oliuarum,

Vbi Maldonatus ex Græco fonte,

cum hymnum cecinissent. Euthimius ve-

rò dictis laudibus, subdens: Laudes di-

xerunt post distributionem, ut & nos

itafaciamus, gratias Deo agentes, ip-

sumque glorificantes, qui nos huius-

Psal. 110.
vers. 4.

Marc. 25.
vers. 30.

Græc. lect.
Euthim.

Maldon.

Pasch.

modi bonis digne duxit. Notanter vero Paschasius lib. 12. in Matthæum in primis hymnum, sic explicat: *Hymnus proprius laus Dei est: nec enim est hymnus, nisi in quo Deus laudatur, & vox in laudem Dei cantatur.* Deinde hinc vult deprehendi, quis digne adipue Eucharistiæ satiari meruerit, inquietens. *Hoc est, quod in Psalmo legitur.* Manduauerunt, & adorauerūt omnes pingues terræ: *Quoniam nemo huius adipue frumenti satiatus, neque huius dulcedine sanguinis Christi ebrius iam repletus, cessat à laude Dei.* Itidemque idem Dominus communicantibus disserte præscriperit: *Hoc facite in meam commemorationem.* I. ad Corinthios 11. vers. 24. idest, memoriam largitatis, & munificentia meæ recolentes, ut opportunè interpretatur Chrysostomus homi. 4. in epist. ad Ephesios, inquietens. *Quoties, ait Paulus, hec facitis, mortem Domini annunciatis, hoc est, salutis vestre memoriam instauratis, nempe munificentia Christi omnibus collata.* At quis munificentiam hanc, & memoriam mirabilium Domini dignè expendere; & dignas pro ipsa grates, & laudes referre valeat? Quippe fecisse Dominum in Eucharistiā memoriā mirabilium suorum; perinde fuerit, ac miranda, atque stupenda nobis beneficia contulisse: & diuinitatis suæ thesauris nos cumulasse: sapientissime monentibus sacri Concilij Tridentini PP. Session. 13. cap. 2. *Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quod diuinitas diuinis erga homines amoris velut effudit.* Vnde sapienter Chrysost. hom. 24. in epistol. I. ad Corinth. ait: *Dicendo Eucharistiā, omnem benignitatem Dei thesaurum aperio.*

V.
Luc. 11.
vers. 3.
Pasch.

Id quod nobis satis indicauit cum sacram Eucharistiā cottidiani panis nomine nos petere admonuit, Luca 11. versic. 3. vt sapienter ex appellatione panis nostri obseruauit Paschasius libr. 4. in Matthæum, inquietens: *Oremus, quasi thesaurum nostrum: oremus, ut cibum nostrum: noster*

enim est; & ideo cum eo simul omnia nostra fiunt. Sit tantum ille nobis cibus cottidianus, & omnia in eo nostra erunt. Nec hilum nobis ad bonorum satietatem, & omnino modum felicitatem deerit. *Nam famelicos, quod attinet ad corpus* (inquit Theodorus Studita orat. 24.) *annuis terra fructibus pacit: quoad animum sacris mysterijs cura pia matris, ac nutricis prosecutus, & amicè complexus.* Nam mater aliquantis per alit infantem, hic vero noster eius, parentis suum corpus, atque sanguinem in cibum, & potum impertitur, idque perpetuo. Hæc ille, quæ quidem opportune diffundit Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 1. reddens Agnotypico spiritualem Eucharistiæ sensum in hunc modum. *In hoc Dominus conuiuio sanguinem, carnem, pelle, adipem, intestina, caput cum pedibus ponit, ut redemptio in sanguine, refectio in carne, vestis in pelle, vincio in adipem, scientia occulorum mysteriorum in intestinis, stola prima in capite, consummatio beata in pedibus præbeatur.* Ita ille: & ita quidem est: Nam Deus nobis in Eucharistiā est alimento si esurimus, niedicamento si ægrotamus, solatio si affligimur; præsidio si oppugnamur, si iter habemus, dux est itineris, si pugnamus scutum, si vincimus corona, si triumphum agimus, ipse est trophæum, & denique nobis est omnia, quippe qui suæ beneficentia muneribus nos amplissime cumulat. Sed quoniam *vestis in pelle, & stola prima in capite meminit Cellensis, & vestem, & stolam, siue potius coronam capitum noscere oportet à Chrysostomo, qui homilia ad Baptizandos, agens de Eucharistiā illis subinde ministranda, inquit. Ipse Imperator ipse Dominus tuus manibus calicem ministrabit, qui honore utramque superat creaturam, & omni virtute decoratur.* Norunt istius calicis virtutem, qui sunt diuinis consecrati mysterijs, sed & vos paullo post poteritis addiscere. Memento te igitur mei, quando vos illud suscipiet regnum, quando regale vos proteget indumentū: quando pur-

Theodor.
Studita.Petr. Cel
lens.I. Cor. 11
vers. 24.

Chrysost.

Concil.
Triden.

B
C
D
E

in testinis, stola prima in capite, consummatio beata in pedibus præbeatur. Ita ille: & ita quidem est: Nam Deus nobis in Eucharistiā est alimento si esurimus, niedicamento si ægrotamus, solatio si affligimur; præsidio si oppugnamur, si iter habemus, dux est itineris, si pugnamus scutum, si vincimus corona, si triumphum agimus, ipse est trophæum, & denique nobis est omnia, quippe qui suæ beneficentia muneribus nos amplissime cumulat. Sed quoniam *vestis in pelle, & stola prima in capite meminit Cellensis, & vestem, & stolam, siue potius coronam capitum noscere oportet à Chrysostomo, qui homilia ad Baptizandos, agens de Eucharistiā illis subinde ministranda, inquit. Ipse Imperator ipse Dominus tuus manibus calicem ministrabit, qui honore utramque superat creaturam, & omni virtute decoratur.* Norunt istius calicis virtutem, qui sunt diuinis consecrati mysterijs, sed & vos paullo post poteritis addiscere. Memento te igitur mei, quando vos illud suscipiet regnum, quando regale vos proteget indumentū: quando pur-

Chrysost.

Proœmium.

5

pura Dominico sanguine sancta decora-
bimini, quando corona Solis radijs splé-
didiorem sentietis in capite: Subiicit
omnino ad rem: *Talia enim illius spon-*
si donaeſſe consueuerunt, que nostrum
quidem meritum vincunt, sed dantis
sunt congruapietati. Ita ille, & qui-
dem recte; neque enim secundum
peccata nostra fecit nobis, sed secun-
dum altitudinem suam corroborauit
misericordiam suam supertimentes
se.

VI.

Quanta verò mortaliū dignitas,
quanta excellentia fuerit: in maxi-
mas, assidualisque Christi Domini in
Eucharistia considentis laudes effun-
di, inde collige, quod id perinde fue-
rit, ac cum supremis omnium cæles-
tibus spiritibus de gloriā contēdere:
ita quidem dicebat Vates Psal. 137.

Psal. 137
vers. 2.

In conspectu Angelorum psallā
*tibi: quæ sic primum explicat Chry-
softom. ibi: Est id, quod dicitur eiusmo-
di. Conabor canere, cum Angelis. & cum
eis contendere, & choreas ducere, cū su-
pernis potestatibus. Etsi enim naturā
differam, animi tamen promptitudine,*

Chrysoft.

vt cum eis stare possim, decertabo. Ita
Chrysoft. & quidem recte. Verum id
opportune diffundit ibi Agellius ex
pluribus scripturar̄ locis obseruans.
In conspectu aliquorum psallere, vel
*canere hoc esse, alternantibus inui-
cē vocibus, & cōtinentibus vicissim*

Agellius

choris canere, vt proinde velit Vates,
quasi ē regione Angelorum positus
*Deo laudes, eū illis alternare. Nec o-
miserim Agelli verba: sunt ista. Quia*
*in totius mundi constitutione, atq; con-
centu duæ naturæ sunt, quæ Deum lau-
dare possint, Angeli & homines, ex qui-
bus cōcors, quædā harmonia consicitur,*
vt in choris, cū aliqui canunt, alij tubis
personant: quāuis ergo illi excellentius
*canant, nos autē rudiūs; sitamen, vt dig-
num est, & vt nostra fert facultas ex to-
to corde Deū laudauerimus, unum sibi*
*inuicem concinentem ex duabus parti-
bus chorū efficimus, & coram Ange-
lis canimus, & psallimus, cum illi nos*
*tra carminā dulcioribus suis, atq; diui-
nioribus alternent. Iam hæc omnino*

ad Eucharistiæ laudationē concordi
quādam harmonia ex Angelorum, &
hominum vocibus confecta specta-
re, illustris illa ſaię visio demonstrat,
cum ſplendida Dei species regio ami-
ctu in ſublimi ſolio maiestatem expli-
cantis Prophetæ oculis obiecta, ſic
ab eo describitur. *Vidi Dominum fe-
dētem ſuper ſolium excelsum, & eleua-
tum, & ea quæ ſub ipso erant, replebant
templum: Seraphim ſtabant ſuper illud:*
*sex alæ mihi: & sex alæ alteri, & e & cla-
mabant alter ad alterum, & dicebant
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus.*
*Deus exercitum, plena est omnis terra
gloria eius, Isaï. 6. veri. c. 1. & ſeqq.*
*Quæ ſanè viſio, vt de Christo Domini-
no explicatur à Ioanne Euangelista,*
cap. 12. ver. 41. inquiēte. Hæc dixit
*Iaiaſ, quando vidit gloriam eius, & lo-
catus est de eo: ita à PP. Iuttino M. Da-
masceno, & alijs ad Eucharistiā
omnino refertur, vt vidimus tom. 1.*
*in epift. ad Philipp. cap. 2. ver. 9. ad-
not. 5. & in ſeqq. ſapientia adſtruemus.*
*Nimirū, cum supremis illis spiriti-
bus gloriam Christi in Eucharistiā ce-
lebrantibus Ecclesiastica Hierar-
chia Sanctorum Patrum chorus nū-
trit vocibus has Christi laudes alter-
nat, & modulatis vocibus, vt huma-
na fert facultas, celebrare nō definit;*
tam vt & ſuo munere nō defit, quam
*vt omnes Ecclesiæ filios ad eadē lau-
des ex toto corde prædicadas prouo-
cket. Et verò etiā totus hic liber his Pa-
triū vocibus, & laudibus refertus fit,*
hic non omiſſerim tuni S. Laur. Iust.
lib. de caſto animæ connubio, cap. 24. cū
*cælestibus spiritus concordi harmo-
niā, ſic concinnetem: O memoriale ſal-
uificum! O ſacrificium ſingulare! O hoſ-
tia acceptabilis Deo Patri Panis vi-
tae, pabulum ſuave, refectio iucunda,*
faginate vitule, immaculate agne,
*mellifluum manna. Quis digne po-
test teſumere? Sufficienter laudare? Ad*
*plenum intelligere? Syncero affectu ve-
nerari, & totis de fidei orum ſuorū præ-
cordijs tenere? Deficit cor meum cogitā-
dode te: nō valet lingua mea loqui dete,
nec quantum cupio, ſufficio magnifi-*

Isai. 6.
ver. 1.

Ioan. 12.
ver. 41.

Laur. Iu-
tinian.

6 De mirabili Eucharistiā mysterio.

Theodor. Studita. care te: tum etiā Theodorum Studitam præfato superius loco in hanc opportunam exclamationem erumpētem. O impervestigabilem bonitatē! O in ex superabile minus! Ergo nō possumus, non eum amare, atque colere, & irreuulsè cohærescere! Polnisi sic affecti sumus, conclamabit in nos cœlum, terra ingemiscet, ipsique nos nimis stuporis lapides accusabunt.

VII. Ergo, nè innos cōclamet cœlum, nec nimis stuporis lapides nos accusent: Laudationem Domini in Eucharistiā loquetur os meum: Psalm. 144. vers. 22. Sed prius, & cum Davide dixerim: Ego autem cantabo fortitudinē!

Psal. 58. tuam. Ps. 58. vers. 18. cum ibi Græcē sit: fortitudini tua, hoc est, fortitudine tua adiutus cantabo, vt explicatur id ab Agellio, qui subiicit. Ut intelligamus: Deo, nè laudes quidem digne quē-

Agellio. quam persoluere, nisi illius ope adiutum posse: & cum Laurētio Iustin. eodem loco Deum meum exoraverim. Da-

Laurent. Inftian.

mihi Domine eruditum sensum, linguā magniloquam ad tui Sacramenti promenda magnalia. Non enim quāta sunt, humanus vales explicare sensus, neque Angelicus intellectus. Solus ille nouit ista, qui solus voluit, & potuit facere tanta, ac talia. Non tamen ab eius debet laude cessare, etiam peccator, quamvis impar iustissimi, sit omnis illius ludentia. Addiderim: Nec ab eius debet laude cessare, qui ieūnas laudes, siue nugas pro laudibus affert: v. surpabo siquidē mihi opportuna Paulini verba epist. 9. ad Seuerum: Nugas autem meas de verbis, ac sententijs meis dixi. Ceterum materia sancta, & si meis sermonibus velut atro habitu vestiatur speciem tamē diuini luminis, interni decoris, quamquam in egena suppellectilis vilitate custodit, immolās Christo, hostiam laudis, & reddens Altissimo vota mea.

Paulini.





SCOPVS OPERI PRAEFIXVS.

SIVE

DE MARIA FORMA DEI, CVI EVCHA.
ristia debetur.

DISSERTATIO I.

CVR AVGUSTISSIMA EVCHARISTIA
Maria signatè debeatur.

ADNOTATIO I.

I.



VM Nos maxi-
mè gloriari opor-
teat in Sanctissi-
mo Eucharistiè Sa-
cramento Corpo-
ris, & sanguinis
Domini nostri Ie-
su Christi: in quo est Salus, vita, &
resurrectio nostra, atque illud sum-
ma cum animi alacritate venerari,
ac frequentare debeamus: inde sa-
nè cælesti huic cibo dulcissimum
saporem; condimentumque suauis-
simum peculiariter accedere, quod
à beatissima Virgine Maria, tāquam
huius mysterij effectrice, siue coadiu-
trice conditus sit; frequens, ac cele-
bris PP. & Auctorum sententia est:

A Et Veteres quidem Patres de indu-
stria in fronte huius libri producere,
operae pretium existimauimus, vt
splendorem, quem ipse ab obscuro
eius Auctore, nequit accipere, a fulgē
tiisimis recipiat Ecclesiæ luminari-
bus: Sacri ergo Patres è Latinis sunt
isti: Augustinus in Psal. 33. & in Psal.
98. & in Psal. 109. & term. 45. de di-
uersis, Ambrosius in Psalm. 21. Ber-
nard. hom. 3. in Missus est, & serm. 2.
de Natali, & ipse met, siue bona no-
tæ Auctor, qui eius nomine circum-
fertur in Salve Regina, serm. 4. Beda in
cap. 2. Lucæ in Catena S. Thomæ, S.
Petrus Damianus serm. de Natiuitate
Virginis, S. Petrus Chrysologus serm.
99. S. Thomas 2. 2. quæst. 102. art. 3.

Beda.
Pet. Da-
mian.
Chrysol.
S. Thom.

August.
Ambros.
Bernard.

8 De SS. Eucharistia mysterio. Lib. I.

Amed.	ad 12. & opuscul. 58. de Sacramento Altaris, cap. 4. & cap. 21. Amedæus Laufensis hom. 1. de laudibus Virginis
Verric.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Bibliothecā Veter. PP. tom. 13. Lanfrancus Cantuarens. lib. de Sacram. corpor. & sang. Domini, apud eandem Biblioth. tom. 11. Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 4. Petrus Blesensis serm. 13. infine: uterque apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
S. Bernar-	dim.
Urbanus.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Bibliothecā Veter. PP. tom. 13. Lanfrancus Cantuarens. lib. de Sacram. corpor. & sang. Domini, apud eandem Biblioth. tom. 11. Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 4. Petrus Blesensis serm. 13. infine: uterque apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Lanfran.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Bibliothecā Veter. PP. tom. 13. Lanfrancus Cantuarens. lib. de Sacram. corpor. & sang. Domini, apud eandem Biblioth. tom. 11. Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 4. Petrus Blesensis serm. 13. infine: uterque apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Paschas.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Richard.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
à S. Laur.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Berengof.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Honor.	Abb. Vverricus serm. 1. de Annūciātione, S. Bernardinus Senens. tom. 1. serm. 61. Vrbanus Pontifex in Metaphrasi in Psalm. 50. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. part. 2. Paschas. lib. de corpos. Richard. & sang. Domini, cap. 7. Richard. à S. Laur.
Nyffen.	Nyffenus lib. de vita Moysis, Chrysostomus in Psal. 39. vers. 7. & in Psalm. 139. vers. 17. Anastasius Synaita lib. German. 11. Contemplat. Anagog. in Hexame. Andreas
Chrysost.	Andreas
Anastas.	Andreas
German.	Andreas
Andreas	Andreas
Hier.	Andreas
Epiphan.	Andreas
Seuerus.	Andreas
II.	Et verò, ut speciosa horum PP. monumenta sub certo ordine, & cœconomia, nec tanquam scopæ disolutæ, à nobis afferantur: ipsa opportunitè ad eam dubitationem referemus, quæ à recentioribus Auctoribus mouetur. Cur signatè cœlestis hic Eucharistia nobis impertitus cibus Deiparæ Virgini adscribendus sit? In qua certè floridè, & fructuosè se exercere P. Ferdinandus de Salazar in cap. 9. Proverb. vers. 4. & 5. à n. 141. premens ea verba Salomonis, sub persona Deiparæ: <i>Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis, & P. Ioannes Baptista Nouatus in libro de eminentia Deipara Virginis Marie, tom. 1. cap. 7. q. 40.</i> Et isti illa quidem dubitationi statim occurrit responsio: ideo nos Maria Eucharistiam debere, quod corpus Christi,

quod in Eucharistia sumimus, à Mari genitum fuerit: signatè id nonnullis ex PP. citatis explicantibus. Sic enim August. in Psalm. 98. *De carne August. Mari carnem accepit, & ipsam carnem Anselm. nobis manducandā dedit.* Similiter Anselmus in cap. 5. epistol. ad Ephesios: *Carnem, quam de Virgine sumpsit, cotidie in Missarum celebrationibus sumit Epiphani.* Ecclesia. Sic etiam Epiphanius serm. de laudib. Virginis inquiens. *Ipsa est fidei mens intellectualis, quæ vita panem mūdo suppeditauit, & statim: Qua quidem mensa ferens dedit nobis calestem panem in remissionem peccatorum.* Sic Lanfranc. citato loco contra Berengarium, ait. *Sic panem in carnem, & vinum credit, conuerti in sanguinem, ut tamen salubriter credat, & veraciter recognoscatur, Sacramentum esse Dominicæ Passionis, diuina propitiationis concordia, & unitatis: postremo assumptæ de Virgine carnis, & sanguinis: Sic pulchre Vverricus Abb. exclamans. Quis beatus igitur ille venter eburneus! Unde caro eburnea sumpta est Redemptoris pretium animarum, miraculum Angelorum, solium summa maiestatis, thronusque potestatis, cibus vita immortali. S. Bernar-*

lis, &c. Sic S. Bernard. Senens. cū didi-

xisset. Omnis institutio Sacramentorum ad Eucharistiam ordinatur, quamuis enim per concomitantiam in Christi corpore sit diuina substantia, & anima sola, tamen substantia panis transubstantiatur in solam substancialiam carnis: subiectum. Ut expressius magnificem illam dignissimam, & beatissimam carnem; de Virgine gloriose decisam dico, quod rata infinitate nobilitatis significauit eam Al-

*Honor. tissimus. Sic Honorius ad verb. Cantor. 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon, ubi pro ferculo reponens lectum, & de Virgine accipiens, sic inquit. Virginem elegit, in qua, ut in lecto recubuit ipse postus ad coniuicium, quia fideles de carne eius sepulantur, quam de Virgine sumpsit. Sic itidem eodem ductu Richard. à S. Laurentio lib. 1. cap. 2. ad finem elucidans ea beatæ mulieris verba. *Boatus venter, quite Luc. 11. portauit, Luc. 11. vers. 27. in hunc vers. 27.**

modum inquiens. Quod si beatificat eam mulier, quæ adhuc carni, & sanguini eius communicare non meruit? Longè magis à nobis beatificanda est, qui de eius carne, & sanguine resuscitatur in Altari: Caro enim, quæ ibi sumitur, caro Virginis est, de cuius carne sumpta est portiuncula, de quæ artificio Spiritus Sancti formatum est corpus Christi, ita ibi: & lib. 12. in eundem sensum, ait: Ipsa est etiam Cœitas Bethlē, quæ interpretatur, domus panis, vel domus refectoris, ubi ipsa peperit panem viuum, qui de cœlo descendit, quo resuscitatur in Altari, & qui nostra erit refectorio in aeternitate. In hac etiam civitate inuentus est panis vita, quem nobis attulit de cœlo, Prover. 31. de longe portans panem suum: Et hoc est, quod ipsa consiluit omnibus dicens. Transite ad me omnes, & a generationibus meis implemini. Hæc Richardus: Quæ sanè PP. monumenta S. Petrus Damianus serm. de Natiuitate Virginis, sic firmat, ut ex hac ratione ingens debitum, quo erga Deiparam obstringimur, pulchre adornet hunc in modum: O beata uera, quæ dum tenuerat puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum, & hominum pascunt: manat licor ex ueribus Virginis, & in carnem vertitur Saluatoris. Vnde statim sic ratiocinatur. *Hic dilectissimi fratres, hic uogo perpendite, quam debitores simus huic beatissime Deigenitrici! quantasque illi post Deum gratias agere debeamus: illud siquidem corpus, quod beatissima Virgo genuit, quod ingremio fecit, quod fascijs cinctum, quod materna cura nutritum, nunc de sacro Altari percipimus, & eius sanguinem in Sacramento nostræ Redemptionis haurimus. Pergit rationem obstringere. Impar est illi omne humanae lingue preconium, quæ de intemera carnis sue visceribus cibum nobis protulit animarum; eum videlicet, qui de se met ipso prohibet dicens: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Ioan. 6. vers. 41. Sic S. Petrus Damian.*

Nec minus opportunè idem Angelicus Doctor huc retulit per allegoriani verba Ezechieli cap. 17. ver-

Pet. Da-
mian.

III.

Ezecl. 17

Sic. 22. Sumam de medulla cedri sublimis, & de vertice ramorum eius, & plā S. Thomabo in montem excelsum, & erumperit in germe, & faciet fructum: nam cum singula singulis, sic accommodasset. Cedrus sublimis est Deus Pater: ramenientes antiqui Patres; vertex ramorum B. Virgo: medulla cedri eterna Dei sapientia: pars de ramorum vertex caro sumpta de Virgine: totam tandem sententiam ad Eucharistiam, sic refert. Spiritus ergo Sanctus medullam cedri, & partem de summo ramo sumpsit, quia Christi Incarnationem fecit; & huc quas surculum nobilissimum plantat in montem excelsum, cum fidelibus à terrenis desiderijs ad celestia eleuatis erumpit, quia cor fidele amaritudine relictū virtutum, virtute corporis Domini tribuit Sacramentum, Cant. 2. Trahe me poste: scilicet mutando internā violentiā meā dilectionis. Gal. 2. 20. Viuo ego: iam non ego: Viuit in me Christus: Hæc S. Thomas.

Sunt equidem hæc verissimā, & solidissimā: itidemque ad rem præsentem per opportuna: Quis ambigat? At enim vero P. Salazar inibi, n. 143. in præfata responsione, non omnino quiescens, viterius investigandum fore afferit; cur Virginis donatio cœlestis huius cibi in sensu formalī (vt aiunt) debeatur? Nam quod corpus, & caro, quæ nobis in Eucharistiā datur ab ipsa fuerit genita: id omnino euincit, vt Deipara acceptum referamus, quod Christus homo factus, & natus sit; non verò, quod in Eucharistiā se nobis edendum dederit; cū hoc non sit, cum Incarnatione, & Natiuitate necessariō nexu coniunctū: potuit enim Christus nasci; & non consecrari, nec manere in Sacramento, atque adeò solius Christi, non Mariæ: istud beneficium erit: Alia ergo videtur reddenda ratio, cur Eucharistiam Mariæ signatē debeamus: cū verissimè dicat Petrus Damianus, ob illam devinctos nos esse Mariæ; & gratias illi agere debere: Quare indidem dubitationem è solutione operimur Salazar, ex suauissimo, ac sa-

IV.

Salazar

pien.

10 DeSS. Eucharistie mysterio. Lib. I.

pientissimo, Sancti Parentis nostril Ignatij, qui quā erat pronus inpietatem & obsequium intemeratae Virginis, cum ad sanctissimam Eucharistiam accedebat, mente perpendens: Christum, eiusque Matrem vnam esse carnem, & sanguinem, aut certè Filium esse quandam Matris portionem; inde opportunè eliciebat, se in Eucharistia, non tantum Christi, sed etiam dulcissimam Matris carnē, sanguinēque, vel certè magnam, siue præcipuam partem eius carnis suscipere: id quod & ipse latè confirmat, & numerus præced. dissertissimè affirmabat Richard. à S. Laurent. illis verbis. *Caro enim, quæ ibi sumitur; caro Virginis est, de cuius carne sumpta est portiuncula, de quā artificio Spiritus Sancti formatum est corpus Christi:* En ergo rationem ob quam P. Salazar ceniet, eximum hoc corporis, & sanguinis Domini beneficium Deiparae acceptum ferre deberi, quòd in eōnō solum Christi, sed etiam Virginis purissimam carnem participemus. Benè quidem, & piè. Sed dum ad soluendam præfata dubitationem, interius aurium iudicium requiro, penitorem rationem exquirendam existimo, eam scilicet, quā in hoc sacratissimo mysterio confiendo Deipara studium, & operam contulisse videatur: ut dux fæmina facti censi possit.

V.

Quare propius ad scopum accedere videtur iij PP. qui exitimāt Deiparam ob ingentem ardorem, quòd ubicatur, tūm accipiendi corpus Christi, tūm etiam illud nobis subinde redonandi, ab ipso institutionem Eucharistie singillatim exorasse, atque obtinuisse: Quod quidem haud obscure significatum volunt in mysterio nuptiarum Cana Galileæ, cum ipsa deficiente vino Filio modelissimè fugessit: *vinum non habet*, Ioan. 2. vers. 4. sub illani mirum vini visibilis petitio ne arcano sensu vini illud exorans, quod nouerat prenuntiatum à Zacharia cap. 9. vers. 17. *Vinum germinans Virgines:* Quam cogitationem primum insinuauit Irenæus lib. 3. ad-

Ioann. 4.
vers. 4.

Zachar.
9. ver. 17
Irenæus.

uers. hæres cap. 18. ad hæc verba, inquiens: *Feruore quodā ducebatur Deipara bibendi sanguinis Christi:* Deinde verò plus illam explicit Gaudentius *Gaudent.* serm. 9. & ipso prior Seuerus Auctor *Seuerm.* Græcus in Catenâ Corderij in Ioan-

A nem: hunc in modum: *Volens itaque Christum (Deipara) ad misericordiam inflectere, dixit: Vinum non habet: ita ut parum abesse, quin illi præciperet mysticum illud mysteriorum vinum de-promere.* Quo circa illi Iesus respondit: Nondum venit hora mea: quæ scilicet præstantius illud, mysticumque vinum de-promam: nondum, inquam, tēpus est, donec crucem sustinuero, sanguinemque meum libavero. Sic Seuerus, vbi ex horum PP. mente vides: Deiparam Eucharistie institutionem in nostrâ salutem ardenter exceptasse; atque à Dominino petisse, ipsumque votis annulisse; institutionis tantummodo horâ in aliud tempus commodius dilatâ. Pro ardore tamen, quo Virgo Sanctissima Eucharistie institutionem percupiebat emphaticam exaggerationem habent illa Seueri verba: *ita ut parum abesse, quin illi præciperet;* quasi materna illa potestate via, ob quan. Dei Filius illi subditus fuisse dicitur à Lucæ cap. 2. vers. 51. His PP. adde Bernardum, aut illum alium, qui eius nomē sortiri, & vestigia pre-mere meruit, serm. 4. in *Salve Regina*, sic Deiparam alloquentem: *Vocem tuam in Euangelio audimus, ô Domina rerum ad Filium: Vinum non habent. Necessaria nobis hæc est: Vinum quartus, quod germinat Virgines.*

Ergo primum obserua hæc signa-tè de causa, quod Deipara cælesti Eucharistie panī conficiendo egregiā o-perari dederit; ipsam cū fideles ad illam invitat, magna cum emphasi induci à Salomone, dicentem: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Prou. 9. ver. 5. Expēde id: *panem meum, notanter, panem, & notatissimè meū: ut dixerit, Christum, nō modo, qua filius eius est, sed quā sub speciebus panis consecratus est; suum esse, quod in huius myste-*

Lucca 2.
vers. 51.
Bernard.

VI.

Prou. 9.
vers. 5.

rij

rij institutionē studium, & operam impenderit. Quo mire faciūt PP. locutiones; quibus Beatissima Virgo panem hunc arans, ferens, colligens, fermentans in clibano coquens; & fidelibus impertinens inducit. Audi in primis hac de re, Gregorii Nyssen lib. de vita Moysis, paulo ante medium: vbi cum Augustissimū Eucharistia Sacramentum, cum manna compositum est, sic statim inquit. *Sed panis est absque semine, absque aratione, absque alia humano opere nobis paratus, is de super defluens in terris inuenitur, panis enim, qui de cælo descendit, qui verus est cibus, qui enigmaticè hac historiā significatur.* Quod statim Deipara, sic accommodat. *Huius corporis panem non aratio, non satio, non agri colarum opus efficit, sed terra intacta per mansit;* & tamen pane plena fuit, quo famelentes mysterium Virginis perdocti facile saturantur. Hæc Nyssenus; quibus omnino adstruit Eucharistiam, mysterium Virginis esse; & diuinum hunc panem, eius panem dici debere: quippe quæ ei confiando non aliter incubuit; ac Agricolæ, qui arant serunt, metunt, & colligunt in horrea: cum quibus Nysseni verbis sensum cōmūnem habet Anastasius Synaita supra citatus: dum Patriarcham Abramum, idè norante facit agricolam serentem, atque metem, quod ab ipso, *cum plenitudo temporis aduenit, Virgo sanctissima fuerit progenita, quæ fidelibus panem cælestem manducandum dedit,* ita enim Anastasius. Dicunt enim nobis rursum historici, quod primus Abraham frumentis semen per aratum seminavit in terrâ: nobis (ut opinor) significans Patriarcha per exemplum, quod ex eius semine videbitur cælestis panis Christus in terra ad eum & salutem hominum, quando terra Abramice Mariæ Deipara pluuiam excipiet cælestem: Sic ille, ut velit Deiparam in Abram præsignificata fuisse; quæ panem cælestē ad salutem hominum seminauerit: Eudem etiam sensum habent, verba illa Paschal. lib. de corp. & sang. Domin.

cap. 7. Ceterum illud est corpus, quod natum est de Maria Virgine, in quod illud transfertur, quod peperit in Cruce, &c.

Pergunt verò Chrysologus, Epiphanius, S. Thomas, Urbanus Pontifex, atque Bernardus, & Deipara omnino componunt, cum muliere farinam sub gente, panem fermentante, & in clibano concoquente: Sic enim Chrysologus lerm. 99. parabolam fermenti à Domino propositam, Matthæi 13. vers. 33. ad Mariam refert. *Quæ Maria huius fermenti impletum, similitudinem præfert, consignat figuram: dum de supernis uisceris fermentum Verbi, & humanæ carnæ in alio Virginis, immo in alio Virginis cælestem totam conspergit in massam.* Ita ibi Chrysologus, & paululum variata eadem imagine lerm. 67. ait: *Ipsæ dixit: Ego sum panis, qui de cælo descendit: Ipsæ est panis, qui satus in Virgine fermentatus in carne, in passione consecratus, in fornace coctus sepulchris, in Ecclesia conditus, illatus altariis cælestem cibū cotidie fidelibus subministrat.* Similiter Petrus Bles. lerm. 13. Panis quide calo descedit, formatus in utero Virginis decoctus in clibano Crucis dispesatur per sacerdotes super mensam altaris. Itidem alter Petrus Cellensis lib. de panib. cap. 4. *Venit Dei Filius natus ex Virgine, absque fermento culpe, & tulit de massa humanæ naturæ farinam incorruptæ carnis, &c.* Et carnem quidem in sacro sancto cœne conuilio, tanquam reparatiois azymobis apposuit. Nec minus apposite S. Thomas 2.2. quæst. 102. art. 3. ad 12. inquiens. *In lege naturali Christus panis erat inspici: in scripta in farina forma: in nouâ vero pani formatus Spiritu Sancto in clibano virginalis uerti.* Hæc ille. Quæ sub eo sensu capienda sunt, quem Epiphanius expressit: cum ait. *Aue clibanus intellectualis, qui ighem, & panem ritæ calidum, mundo in escam attulit, de quo Saluator mundi Christus ait: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum: Sic Epiphanius.* Et ab eo

VII.
Chrysol.
Petr. Cel-
lens.
Pet. Bles-
Jens.
S. Thom.

Ephiph.

Vrba-

Urbanus. Vrbanus in Metaphrasi in Psalm. 50. Deum illis Prophetæ, verbis. *Miserere mei Deus,* alloquens hunc in modum. *Nam cum eſſes puer mihi natus;* & parvulus Dei Filius mihi datus. *Datus (inquam) à Patre,* qui sic dilexit mundum, ut te virginatum suum daret. *Datus à Matre,* quæ quasi altera mulier Samaritana (de qua 4. Reg. 6. vers. 29.) ut aleret nos infame, in igne *Passionis te Filium suum coxit,* & in Sacramento Altaris ad manducandum nobis dedit: Ita Vrbanus. Quæ quidem omnia pulchre firmauit Bernard. item. 2. de Natali: vbi cum premens Chrysologi vestigia defarinæ satiis tribus do nec fermentatum est totū, dixisset. *Hæc sunt Euangelica illa tria sata farinae,* quæ pariter fermentantur, ut sit panis Angelorum, quem manducet homo, panis cor hominis confirmans, subiicit. *Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus superueniente igne Sancti Spiritus coctus est panis iste:* *Felix (inquam) mulier,* quæ in hæc tria statim misit fidei sua fermentum. Ita Bernardus.

VIII.
Chrysost. His omnino concinit Chrysostomus in Psal. 39. explicans ea verba, vers. 7. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi,* quam lectionem LXX. ut ipse non sequatur, reponens *corpus autem perfecisti mihi:* at non rejicit: sic autem de Augustissimo Eucharistiae sacrificio interpretatur: *Quæ est autem veritas, quam pro umbrâ volebat? Christi sacrificium, & propterea dicit: corpus autem perfecisti mihi, significans carnem Domini, quam ex Sanctissimâ, & Dei para Maria perfecit.* Vel etiam aures perfecisti mihi: ita enim habent libri Psalmorum, qui ex Hebreis conscripti sunt: *Hæc Chrysostomus, notatus in quibus, ad Eucharistia sacrificiū Mariam carnem contulisse: quæ non in sensu diuiso, ut aiunt, sed in sensu formaliter accipienda sunt, ut singillatim, cum hoc respectu ad Eucharistiae panem conficiendum dederit: subest* verò pulchra epitasis corpori Christi à Mariâ perfecto, dum illud nostra

vulgata ex LXX. lectione de aurum nomine appellauit, aures autem perfecisti mihi: ut significetur: Mariâ, quæ ipsius ad benefaciendum, & opere hominibus ferendam procluitas est; omnino effecisse, ut Dei corpus in Eucharistia totum sit aures, ad excipiendas hominum preces, & audiendas, expediendasque postulationes, quas pro animæ salute, & peccatorum remissione fideles fundunt.

A Addit verò his per pulchram epitasis S. Thom. opus. 58. de Sacram. Eccles. 4. Altar. in hunc sensum inflectens ea vers. 23. *Ego quasi vi-* S. Thom.

B *tis fructificauis uanitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honestatis,* ut signata à Mariæ carne, quæ Virginali puritate florentissime excelluit, Christo in Sacramento Eucharistiae singularis dignitas, honos, nobilitas, & pretium acciderit. Audi. *Fructus Virginis est Beata Virginis uua, id est corpus Christi, & sanguis, vinum igitur honoris ortu de florâ viris, est sanguis Christi pretiosus, natus de Virginitate. Multum itaque commendat sanguinis Christi preciositatem, & nobilitatem, quod à nulla, ut aliis sanguis, corruptione, sed à Virginali flore sumptus exordium.* Sic S. Thom. & quidem recte: & ad ipsius sponsam mentem, Cant. 1. vers. 16. dicentis: *Lectulus noster floridus,* quod Rupertus ad purissimum Mariæ ventre, refert: *Ex quo virginitate Matris seruat à egressus est flos ille pulcherimus; propter quem floridus dici meruit:*

C *Iustus Cant. 1. vers. 16. Rupert.* *luctus verò Orgelitanus eodem penè sensu de Christi corpore accepit, quia Org.*

D *Suaue olens ex Virgine: A quo sanè non abeunt speciosa Eucharistiae epiteta, apud Zachariâ 9. vers. 17. Quid enim bonum eius? aut quid pulchrum eius? nisi frumentum electorum, & vinum germinis Virgines? quod decorē, & suavitatem à Virginali flore Mariæ sumpsit.* *Iustus Zacha. 9. vers. 17.*

E *Ecce tibi Deiparam cælestem Eucharistiae cibuni in sensu formaliter, & reduplicatiuè (ut aiunt) appellatam panem meum: quod ad diuinum Sacramentum conficiendum voluntatem,*

No natus
Gerson.
studium, operamque, & manus conculerit: non fecus, ac agricola, qui tritum seruit, metit, & colligit in horrea, aut mulier, quæ farinam subigit fermentat, & panem in elibanum immittit, & coquit; panem suum iure dicit: Sed qua ratione? aut quo tempore? quæ vè de causa? id exigēte Beatissima Virgine præstiterit; nosse est opera pretiū: cum hoc in cardine tota huius disputationis summa vertatur: Sanè rem acutè, & velut acu tetigisse videtur Ioannes Baptista Nouatus, citato iam loco dum (Ioanne Gerlone viam ad hanc cōgitationem niuniente) adstruit, Virginem, quando Angelicæ annunciationi consensum præbuit: vt ex castissimis suis visceribus Verbum Dei carnem, & sanguinem sumeret: simul etiam nō solum tacitè, & consecutariè, sed singulatim, & distinctè, & expresse consensum præstisse, vt Dei, sūusque Filius carnem, & sanguinem, quem de ipsa accipiebat, fidelibus incibum, & potum ad animarum salutem daret; & tanto Sacramenti instituendo voluntatem, & operam adhibuisse: Quippe sicut Verbum (ita hic Auctor) in assūmenda carne, quā in cibum fidelibus datur usserat, à Virginis consensu pendere voluit, ita ex tunc ab eodem consensu voluerit pendere, non solum in assūmenda, sed etiam in dandà carne in Eucharisticum cibum: Quam cogitationem ipse sapienter confirmat, tam ex præscientiâ, quam de Eucharistiâ instituenda Virgo sacrarum litterarum perfectissimâ notitiâ imbuta, iam antea habebat: de quâ sic loquitur Gerson tractatu 9. super Magnificat part. 1. Maria stans, vel orans in templo aspiciebat, credebat, & intelligebat omnes oblationes, victimas, & holocausta; sacrificia in super matutina, & vespertina; manducans implebat r̄bonis huius bēne dicti Sacramenti, etiam ante conceptum benedicti fructus ventris sui: & statim: Maria sicut intellexit Filium suum fuisse Agnum, qui occisus est ab Origine mundi, prout Ioannes in Apocalypsi loquitur; sic recolens sacrificium Abel, & eius martyrium fruebatur Christo Agno, qui fuit singulariter occisus in eo: quam ex ipius met Angelicæ salutationis, & Diuinæ promissionis serie: dicente Gabriele: Ecce cōcios, & paries Filium, & vo-

cabis nomen eius Iesum: Hic erit Magnus,

& Filius Altissimi vocabitur, &c. Pr

regnabit in domo Iacob in eternum: Luce

1. vers. 32. nimis hæc tam peculia

nem dominationem Christi in dono

Iacob eò ipse opportunè dirigit, vt

Christus prænuntietur ab Angelo reg-

natus in Ecclesia bonis spiritualibus

ditissimâ, cuius potior, & illustrior Re-

gnî pars sit Sacramentum Eucharistiæ.

Ex quibus necessariâ argumentatione

colligit Nouatus, Virginem, eò ipso,

quod dictis ab Angelo fidem præbuit,

inquiens: Ecce ancilla Domini fiat mihi

secundum Verbum tuum: tuum Dominici

& Incarnationi, tuum etiam institutio-

nii Eucharistiæ consensisse, eique suam

operam signatè adhibuisse. Et verò vt

B hac cogitatio undequaque subsistat,

vide, vt explicet S. Paschasius lib. de

Corpore, & sanguine Domini, cap. 21.

Egregiam illam prouisionem, siue

benedictionem domui Iacob à pa-

tre Isaac propheticō spiritu factam:

Genes. 27. versicul 28. Det tibi Deus de

rore cœli, & de pinguedine terra abundan-

tiam frumenti, & vini: Ita enim

ille: Hoc est aperte dicere, firmani eum

pane corporis Christi, & vino sanguinis:

Tibi autem Filio (Esau) ultra quidfa-

ciam! Putas ne? Si indignus fueris tan-

tâ gratiâ, ullis, quod polles bonis, ul-

tra quam nihil amplius in hac vita præ-

statutur.

In quam quidem sensum per op-

portune excogitauit Franconius Ab-

bas lib. de gratiâ Dei tomo 10. (hoc

enim titulo libri capita ipse cōsig-

nat) apud Bibliothecar. Veterum Pa-

trum tomo 12. Christum Dominum,

cum primum mundum ingressus es

carnem purissimam, quam à Sanctissi-

matre accepit, in manibus sumpi-

sisse, non fecus, ac si iam tunc Eucha-

ristiæ institueret: Nimis cum

E Franconius de Augustissimo Eucha-

ristia mysterio, differens præmisisset.

Pastor bonus pro omnibus suis animam pos-

turnus, atque dispensationis sua cursu ex-

plete, ac Redemptoris nostræ mysterio

completo ad Patrem redditurus, qui a gregi

suo indissolubili vinculo charitatis con-

nexus erat, nec presentia corporalidù ab

eo abesse poterat: Subiicit ad rem præ-

sentem: Qui ergo humanam carnem

Luc. 1.

vers. 32.

Genes. 27

vers. 28

Paschas.

XI.

Francon.

assumpſit in manibus, & assumptam noſtra Redemptions conuerit in opus ea- dem Verbi potentia panē aſſumit in manibus, & diuinæ benedictionis, ac Verbi, quid ipſe eſt, effectu veritatis in corpus ſuum ſalutis noſtræ Sacramentum: Hæc ille. Obſerua, & osculare queſitum dicendi modum, quo Verbi Diuini Incarnationem expreſſit. Qui humanam car- nēm aſſumpſit in manibus. Quid enim fuerit ad ſignificandum Dominicæ In- carnationis Sacramentum, dicere? Do- minum humanam carne in manibus aſſumpſiſſe? quam inducere exinde, Christum ſeſe Euchariftie instituendę accinctum, ad eum modum quo ab Ec- clesiā ex Euangeliſ, & Paulo inducitur in Canone Milla: Accipiens panem in ſanctas, ac venerabiles manus suas, vt vel hinc aptiſſi nè ſubliſſat interpretatio, quam num. 7. adhibebat Eusebius ver- bis Vatis de Domino, cum primum ſe- ſe humanā carne indutum inuenit: In- grediens in mundum dixit ſacrificium. & oblationem noluiſti: aures autem perfecisti mihi. Psal. 39. verf. 7. quæ Paulus extu- iit, inquiens: Corpus autem aptasti mihi, ad Hebr. 10. verf. 7. Significans carnem Domini, quam ex sanctissimā. & Deiparā Mariā perfecit: vt eo ipſo, quod à Virgine carnem Dei Verbum accepit: ipsam ſtatim in manibus ſumplerit, vt cunctis fidelibus diſtribueret.

XII.

Cant. 7.
verf. 2.
Nyſſen.Ioann. 6.
verf. 41.
Zachar.
9. ver. 17
Andreas
Cret.

In quem quidem ſenſum opportunè inflexeris Salomonē de puriſimo Vir- ginis ventre, dicentē: Venter tuus acer- nus tritici vallatus lilijs, Cant. 7. v. 2. vt omnino dixerit de Maria, quod aiebat Gregor. Nyſſen. Terra intacta perma- fit, & tamen pane plena fuit, quo famelice- tes myſterium Virginis per docti ſaturan- tur. Ni mirum hic aceruus; omnino reſerſt tūm granum illud, quod cadens in terram Virginis multum fructum at- tulit: vt PP. obſeruant ex Ioann. 12. verf. 24. tūm etiam frumentū electorum (ideſt Euchariftiam) & vinum germe- nans Virgines. Zachar. 9. verf. 17. & de primo quidem, ſic affatur Virginem, Andræas Cretenſ. orat. de Annunclatione. Tu verè benedicta cuius vēter acer- nus quidem areæ, quoniam fructum bene- dictionis pīcam immortalitatis, Christū inquam ſine leminantis, ac coloni opera perfectiſſime produxisti: itidemque B.

Amedæus hom. 6. de laudib. Virginis, Amedæus. vbi prænittens de Domino. Cecidit in terram & mortuus eſt, vt fructum mul- tum afferret. Depravit ſe in ſementem, vt humanū genus coltiſeret in ſegete. ſubij- cit de Virginie. Felix alius Marie, in

A quo ſeges iſta coaluit. Felix cui dictum eſt venter tuus, ſicut aceruus tritici: Deſe- cundo verò Ambroſius lib. de inſtitu- tione Virginis, cap. 14. ſic ait: De quo (grano) aceruus factus eſt, quia granum illud mortuum plurimum fructum ar- tulit: & hoc quidem granum omnes ho- mines perpetuā cœleſtium munera eſ- cā ſaturauit dicente Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti, &c. Nec minus ap- poſitè Guillielmus ad id loci Cantico- ram: vbi ſub persona Christi Matrem dulciter alloquentis, inquit: Venter ille tuus, de quo mihi mundus iam clamat. Beatus venter, qui te portauit, ſicut aceruus tritici eſt. In aceruo tritici ra- tionalium animalium alimonia eſt. Quia ergo cibo vītæ, cibo Angelorum homi- nes vitaliter paſcuntur, & eo venter

Guillielm.

Virgineus tumebat apte propterea acer- uo tritici comparatur: Sic Guillielmus. En Mariæ uterum plenum pancEucha- riftia; & hoc cibo vītæ tumentem: Ea quidem ratione, quod ſuum ſignatè conſenſum, & Dominicæ Incarnatio- ni, & Euchariftæ inſtitutioni dederit, quippe quæ hoc beneficium, illius co- feſtarium eſt nouit, & neceſſarium fi- delibus ad ſalutem, & vitam nutri- men- tum: & ad celestem patriam viaticum.

In quaiententiam eleganter locutus eſt Andræas Cretenſ. in orat. de Dor- mitione Virginis, vbi cum alluſione ad verba Proverb. 9. v. 1. Sapientia edifica- uit ſibi domum, &c. posuit mensam, &c. Nec non ad hæc, quæ in manibus ha- bemus. Venite comedite panē meum. De Deiparā ad Euchariftiam fideles invi- tante, ſic diſerit: Ad quæ quidem maxi- mè eos, qui ſunt congregati in uitans festi Cret.

Andreas Domina, ſapientia quidem domum quan- tumcumque ſit, hic nobis ex ſeipsa oſte- dit. Oſtentit autem quoque sanctissimā mensam, ut potè, quæ ipſum totum viuifi- cum panem, Dominū noſtrū Iesum Christū, qui eſt vita eterna, qui creat & continet na- turā ex fermento Adamicæ conſperſionis panem factum in utero geſtauit & conomi- cō, quicquid, qui ſancte ad eum accedunt, re-

ducit

ducit ad vitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos. Hęc dilucide ille: obserua hęc: Panem factum in utero gestauit & conomicę: quibus omnino assentit. Andreas; iam tunc ab utero Dominum in cibum vitae, tam a se ipso, quam a Deiparā destinatum, ut eos, qui sancte ipsius essent participes ad veram vitam reduceret. Vnde subiicit. Quo quidem modo eos quoque expurgat, & reddit immortales, qui participatione noue illius, & pulchra eius communionis ei coniunguntur, suntque familiares.

XIII.

Verum hęc de Sanctissimā Eucharistiā, cum respectu ad Deiparam summatim, & rudi solū penicillo delineata penitus, & accuratius explicanda, & diffundenda sunt, ut ex illis exactam exhaustianus rationem: cur ideo Deiparā institutionem Eucharistię debeamus; quod in illam ipsa tam sedulam, egregiam, & opportunam nauauerit operam, sed nō longissimi in hęc annotatione simus: in sequentem hęc dissertatione transmittenda est.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

EIVSDEM ARGUMENTI continuatio.

*EX PATERVM DE MARIA,
cum respectu ad Eucharistiam
testimonij.*

SANTISSIMAM DEIPARAM
Eucharistię institutioni, tanquam hu-
manę salutis coadiutricem; &
veram fidelium membro-
rum Christi Matrem
operam de-
dice.

ADNOTATIO II.

I.

VIDIMVS Iam stricto nos
iure Eucharistiam Sanctissi-
mę Virginī debere: quod in
illius institutionem ipsa nō
modo consensum, sed diligentem etiā
operam nauauerit: pergitus modò ul-
terius investigare, quid cauße fuerit:
cur Virgo tantę molis consilium inie-
rit? Seu quaratione ducta ad hoc tam
ineffabile donum nobis conferendum

animum intēderit? Et quidam, quantum rationem felicitatis nobis à Deiparā prouenientis inquirētes: cicere omnino possumus, quod od ille: *Sit pro ratio ne voluntas: quę in Maria et benefaciē dum, & opem nobis undeque fe- rendam adeō prona, & prompta est, ut nullam habeat omnino mercuriam: nā sicut Dei misericordia nō potest satia-*

Ari largiēdo: ita nec Virginis misericordia, excogitando, & impetrando quid nobis ad salutem, & vitam utile, ac salutare sit: at enim vero, ut proposita dubitationi commodius satisfiat, opportunior quidem ratio ex optimā Matris munere, quod Marię propriū, & naturale est, nobis succurrat. Nimirū ut Beata Virgo ex Dei consilio per An-

Bgelum declarato cognovit, se ad humani generis salutem in Deigenitricē eligi: simul etiam perpetuum habuit: itidem se a Deo Filio electam omnium ascitore, & capite, ex quo gratię omnes in corpus nūticum defuerent non solū collum sub hoc capite, per quod illae gratiae in membra cūcta de- currenerent, fuisse constitutam; sed etiā ipsorum membrorum, & Matrem, &

Cnutricem factam: sub hoc quippe sensu accuratā locutione de ipsa, dixit Luc. cap. 2. vers. 7. *Peperit Filiū suū pri- mogenitum: ut innueret, cūcōs fideles Marię etiam filios esse, quos ut nō car- ne; at spiritu peperit: ita ad ea verba obseruante Richard. à S. Lauren. lib. 2. de laud Virgin. p. 1. hunc in modum: Ma- ter nostra Maria, quę licet non nisi unicus Filiū carnalem genuerit: in eo tamen spi- ritualis Mater effecta est magna multitu- dinis filiorum, quorum primogenitus est Christus: ita ille; edocitus ab Augustino lib. de Sancta Virginitate, c. 6. docente:*

*Luc. 2.
vers. 7.*

*Richard.
à S. Laur.*

*Et Mater quidem spiritu, non capitib⁹ nos- tri, quod est ipse Salvator: ex quo magis il- la spiritualiter nata est, quia omnes, qui eū crediderint, in quibus & ipsa est; reciē fili⁹ sponsi appellantur; sed planè Mater me- brorum eius, quod nos sumus, quia coope- rata est charitate, ut fidelis in Ecclesia naſcerentur: qui illius capitib⁹ membra sunt: Hęc Augustinus: Quę Apollo- lus ita confirmat ad Hebr. 2. vers. 11. *Hebr. 2.
Propterquam caußam, non confunditur vers. 11.
fratres eos vocare dicens Narrabo vobis
tuum fratribus meis: Et ipsem et Domini-**

Augst.

16 De SS. Euch. myst lib. I. diff. I. adn. II.

Matt. 28. vers. 10. nus, Matthæi 28. versic. 10. inquiens.
Nuntiate fratribus meis: in quæ verba
Seuerianus in Catenæ S. Thomæ: Vo-
cat fratres quos corporis sui fecit esse ger-
manos.

Clemens Alex. II. Iam verò, quæ sese membrorum
Christi Matrem esse cognovit: opti-
mo Materni amoris exigente iure: eo-
rundem nutricem futurā, vidit: *Quid-
quid enim generavit* (inquit Clemens
Alexandr. lib. I. Pædagosi , cap. 6. *Ei-*
*quod generatur, protinus alimentum præ-
bere, est consentaneum: vti de Saralactan-*
*te suis vberibus Isaac , dixit Ambro-
sius lib. I. de Abraham, cap. 7. *Laetat si-
lios suos: hæc enim matris gratia: hic ho-
nos, quo se proprijs commendent viris: vt
vide licet integrum , non verò dimi-
diatam matrem sese filio exhiberet,**

Ambr. *iuxta. satis notam gnome Phauorini
Philosophi, apud Agellium lib. 12. cap.
I. Oro te mulier, sine eam , totaminte-
gram esse matrem filij sui. Quod est enim
hoc contranaturam imperfectum , atque
dimidiatum matris genus : peperisse , &
statim à se abiecisse. Quem quidem sen-*

*Cant. 4.
vers. 5.* *sum vberibus Mariæ opportunè redi-
dit, venerabil. Guillielmus in ea ver-
ba Canticor. 4. vers. 5. Duo ubera tua
sicut duo binnulicapre& gemelli, qui pas-
cantur in lilijs, quasi vterque fidelium
sexus in Mariæ ubera ius habeat , vt
ab ipsis lactentur, tanquam à verà , &
integra matre , à qua spiritualem or-*

Guilliel. *tum, vitamque duxerunt: ita enim il-
le: Per hoc, quod Verbi est facta Mater
corporalis, facta est membrorum eius Ma-
ter spiritualis. Per hoc, quod caput nos-
trum secundum carnem concepit , mem-
bra eius lacte pietatis alenda suscepit. Ha-
bet ergo unum , quem pro tempore lacte
corporeo nutriuit , habet , & gemellos ,*

Bonauen. *idei ex vtroque sexu adoptatos, quos la-
ete pietatis nutritre non definit: Hæc Guilli-
elmus. Vt hinc merito Bonaventura in Psalterio Virginis, ipsam esse di-
xerit, Nutricem sanctitatis: cuius lacte*

Guilliel. *omnes, qui vñquam fuerunt, eruntque iu-
sti, & sancti alantur: Quare rursum eo-
dem ductu Guillielmus ad ea verba,
Canticor. 7. versic. 12. Mane surga-
mus ad vineas, videamus: floruit vinea,
&c. Ibi tibi dabo ubera mea: Deiparam
tanquam nutricem filiorum Christi,
sic cum ipso colloquenter inducit:*

Pro eo, quod tibi sum Mater corporalis;
*ero tuis Mater spiritualis, materna chari-
tate, quasi proprios parturiens filios , do-
nece plenus formeris in eis: materna ibi-
dem cura nutriendis eos, donec usque in vi-
rum perfectum grandescas in eis: Sic ille.*

*A Opportunè vero Maria non Mater
tantum, sed singillatim etiam Nutrix
fidelium esse inducit: non modo ea
in primis ratione, quod alendi , & nu-
triendi cura ad mulierem omnino per-
tineat: eaque de causa à Deo huma-
niorem, dulciorumque naturam acce-
perit, sic id obseruante Basilio Magno
homil. in variis scripturæ locos, hunc in
modum. Mulier tenerum est animal, cui
conditor teneriorem naturam dedit , vt
parvulos humanius, ac benignius educa-
ret: & statim. Ut puer bene nutritur, mu-
lieris natura dulcior est, humaniorque crea-
ta: si enim mulier austerior fuisset , ne-
quaquam plorantem infantem vñnis,
ac pectore sou eret , atque complecte-
serur; numquam , proprij sape cibi ob-
lita ubera infanti tantæ patientia præ-
beret: nec solum itidem; quod vt dixit
Clemens Alexand. citato loco libr. I.
Pædagog. cap. 6. Aliusse inter homines*

Clemens Alex. sepe offert plura amoris incitamenta, quæ
procreasse liberos; per quod etiam benevol-
entiæ amatorium accepit: Sed signatissi-
me, vt puros, egregios, cælestes, atque
diuinos mores, ea quæ speculū est san-
ctitatis, & forma virtutis in Christi fi-
lios, cum lacte instillet, vt plenius for-
metur Christus in illis (vt dicebat Gui-
llielmus) quippe ut à Medicis, & expe-
rientialdoctus inquit Saluianus Ma-
siliensis lib. 5. de Prudentia. Nutrices

D Saluian. mores suos, vel bonos, vel malos in pueros
quos alunt, cum lacte transmittunt: ita id
attestante Auicena lib. I. phœn. 3. do-
ctrina I. cap. 2. Nutrix secundum mores
suos consideratur: quoniam ipsam oportet,
bonorum morum, & laudabilium es-
se: nam isti corrumpunt complexionem ,
& permuntant, & transiunt in infantem

*E lactatum: Ut quemadmodum dicebat
S. Bonaventura, perinde Nutrix sancti
tatis Mariæ fuerit , vt eius lacte om-
nes, qui vñquam fuerunt, eruntque iu-
sti, & sancti alantur: Quo sensu capias
Ruper. lib. I. in Cant. Componētē verba
Elisabeth: ad Mariæ Benedictus fructus
vñtristui, Luc. I. v. 42. cū ijs Cāt. I. v. 3. v. 3.*

III.

Basilius.

Clemens Alex.

Saluian.

Auicena.

Luc. I.

vers. 42.

Cant. I.

vers. 3.

Exsul-

SS. Marie Eucharistiam deberi. 17

Exsultabimus, & letabimur in te, memores uberum tuorum: vt tam suo, quam infantis itidemque totius humani generis nomine dixerit Elisabeth. Iam enim incipimus ego, & infans in utero meo exsultare in gaudio à voce salutationis tue, & ex hoc, & nos, & qui vèturi sunt post nos, exsultabimus, & letabimur in te dicentes. Quia Eua nos fecit plorare Maria nos fecit exsultare: sed quae de causâ exsultabimus, & letabimur in te? Mores, scilicet, uberum tuorum: Quippè Eua nos fecit plorare, quæ non bona nutritrix secundum mores suos corruptit bonam complexionem in quâ fuimus creati: tu verò purissima, & diuina Nutrix, cælestè nobis lac infusisti, à quo malam ab Eua complexionem acceptam permutasisti, & innocentie restituisti: vt iam quidquid sanctitatis, omnimodæque virtutis, pietatis, perfectionis, fortitudinis, constantiae, ceterarumque virtutum in Ecclesiæ membris, nempe Martyribus, Virginibus, Doctoribus, Confessoribus, cunctisque Sanctis insipexeris à Mariæ latere profluxisse censendum sit.

IV. Ex his verò, ut ad rem propositā accedamus: hinc omnino inuenies, Mariam Eucharistiaē institutioni operam dantem: quod ipsa tanquam bona nutrix tuo nos lacte, Eucharistiā, scilicet alere, & nutritre; diuinosq; in nos mores transmittere studuerit: Sed hic ita tim inquiras, quā ratione fieri potuerit? ut cœlestē Mariæ lac ad homines peruerterit, cum reapte vnum Dei Filius sine alterius consortio Mariæ vbera furerit: ut ipse gloriatur, cum ait. Bibi vnum meum, cu lacē meo. Cant. 5. vers. 1. notanter lac Virginis meum dicens, tā quam sibi vni debitum, & propriū ita explicatē hæc verba Richard. & S. Laur. lib. 2. de laud. Virg. p. 2. hunc in modū: *Sacris vberibus ministravit lac Dei Filio,* quo pastus est ipse Iesus, nec puer alijs inde biberit: vnde ipse gloriatur dicens. Bibi vnum meum, cum lacē virginali, quod totum fuit meum: ita Richard. & ad eius gustum Guilielmus ad cap. 4. Cant. in quiens. *Sicut non decebat Matrem Verbi* alios parere: ita nec Matrē Verbi alijs sacra vbera admouere. Proinde fecit mater na viscera sibi sanctificarat, quibus unicus portaretur, sic etiam materna fisi sanctifi-

Cant. 5. num meum, cu lacte meo. Cant. 5. vers. 1.
vers. 1. notanter lac Virginis meum dicens, tā

cauit ubera, quibus unicus aleretur. iacto
dictum est. Beatus venter, qui te porta-
uit, & ubera, quæ suxisti: Luc. 11. vers.
27. Sic ille: Verū huic dubitationi res-
pondemus, benè verum esse: Virginis
Iacadeò proprium Dei filij fuisse, vt ip-
se solus, nec puer aliud inde biberit: at
reni accurate perpendas, verum itidē
esse, homines, quā Mariam, Matrem,

A & nutriti in etabili Dei dono, & felicissimo fato, sunt fortiti, ad eius vbera, & lac, non illegitimum ius habuisse: Nam ut dicebat Clemens Alexand, quidquid generavit, ei quod generatur protinus alimentum prabere est contentaneum, sed quoniam una ex parte, non decebat Matrem Verbi alijs sacra vbera admouere, ex alia vero ipsa alendi, & nutriendi humanū genus curam suscepserat, mirabile ex cogitauit inuentum, ut ea quodanmodo cōditione, & veluti ex pacto conuento vbera sua suauissimū de cælo lac profluentia Filio Dei daret, ut ipse eadem met vbera, & lac Virgineum in carnē suam conuerfum aucto Diuinitatis cēsu conditum, cunctis singillatim fide-

Clibus, qui nomine filiorum Mariae censentur, in Eucharistia Sacramento comunicaret: eaque ratione, & modo duplicato fideles beneficio afficerentur: tam à Dei Filio, quam à Mariæ indulgentissima Matre nutrici: simulque Christi, & Mariæ diuinos mores, cum lacte cælestibiberent, ipsaque Deipara dicetur. *Nutrix nutritoris omnium, ut à Phi-*

D lippo Abbate liv. 1. in Cant. cap. 16. ap. Abb.
pellatur pulchriè hinc sensu fitu ētibus

S. Petrus Damiano. & B. Neophorus. Petrus

quorum prior serm. de Nativitate Vir-
ginis, sic exclamat. O beata ubera, quæ

dum tenuerat puerilibus labris infundit,
Angelorum cibum, & hominum pas

cunt: pergit opportune: Manat licet
ex r̄beribus Virginis, & in carnem ver-
titur Saluatoris: Hic r̄go, perpendite,

quam debitores sumus huic beatissimae Deigenitrici, quantasque illi post Deum gratias agere debeamus: illud siquidem corpus, quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fuit, quod faleijs cinxit, quod materna cura nutriuit, nunc de sacro Altari percipimus, eius sanguinem in Sacramento nostra Redemtionis haurimus: Hæc ille:

Ioan. 6.
vers. 5.

Pendes singula: & hec quidem: *O beata vbera, quæ cibum Angelorum, & hominum pascunt, emphaticè dicta videntur: sicut & illa: Manat licorex vberibus Virginis, & in carnem vertitur Saluatoris: vt sit sensus: eo veluti animi ductu cælesti lac diuino puerò à Virgine infundi, vt in eam carnem vertatur, de qua ipse dixit: Caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus, Ioan. 6. vers. 56.* Vndè monet Damianus: *Quam debitores simus Beatissimæ Dei genitrici, & quantas illi gratias agere debeamus, quod eam carnem, & corpus Domini, nūc de sacro Altare percipiamus. Quæ sane ratio, inde subsistit, quod eo consilio Beata Virgo lac puerilibus labris infunderet: vt in eam carnem vertetur, quam possemus ex Altari percipere: secus enim hæc gratiarum actio, nō omnino haberet locum; cum Incarnationis, & lactatio Christi, necessario ne xu cuni Eucharistiæ non sunt coniunctæ; potuit namque Christus carnem sumere, & à Deiparâ lactari, quin se nobis in Eucharistiæ communicaret: Ergo signate ingentes Mariæ gratias agimus, quod eo animi affectu Filium suum lactabat, vt lac in carnem conuerteretur, quæ nobis verus ad salutem cibus esset: Vndè quidem hoc quasi pactum conuentum ad Mariæ vbera initum, omnino expressis loco proximè citato Richard. à S. Laurent. vbi cum postpræfata verba subiecisset: *Ex hoc autem gloriose lacte nutritus est, & coagulatus ille sanguis, ex cuius effusione nostræ est Redemptionis pretium persolutum, & in hoc sanguine continetur vita fidelium animarum (Leuitici 17.) propterea sanguis iste Dominicus bibitur in Altari: Sic tandem concludit. Ad Mariæ vbera dictauit Dei Filius fædus nostræ salutis, & ipsorum representatio Christi exhibita (in Eucharistiæ) ipsum exhilarat nostris iniquitatibus contristatum: Isaia 11. delectabitur infans ab vbera: Hactenus Richardus. Audist ad Mariæ vbera dictas Dei Filium fædus nostræ salutis? Ipsa videlicet cælesti lac è intentione, & veluti fædere cum Christo inito ipsi conferente.**

V.
Iame eodem sensu Ildephonsus sermon. i. de Assumptione Virginis, mu-

tuatus, opinior, ab Augustino serm. 2. de eadem festiuitate (vt vulgo circum fertur nonine Augustini) Deiparam ad Christum lactandum, sic demulceret: *August. Ildephos.*
A *Lacta ergo Mater cibum nostrum: lacta panem cælestem, lacta cibum Angelorum: lacta eum, qui talem fecit te, vt ipse fieret ex te. Ut dixerit vterque Pater Lacta à Virgo. Filium tuum, non tantum suā, sed nostrā etiam de causa: nam dum tenue lac puerilibus labris infundis, cibum vitæ, & panem cælestem nobis paras: Subest verò sua epitasis huic Matri appellatiōni, quam Virginis assignant Augustinus, & Ildephonius; dum ipsam indefinite Matrem appellantes, quin addiderint Matrem Dei, aut Christi; vt eam cum Christum lactat, Matrem communem, & Dei, & hominum faciant, quæ tam Christi primogeniti filii sui, quam humanæ naturæ lactationi, siue nutriendi muneri plenè satisfaciat: appositè in hanc sententiam Virginem, sic alloquenter Richardo à S. Victore part. 2. in Canticis. cap. 23. *Carnalia in te Christus vbera fuxit, vt per te nobis spiritualia fluarent: Quæ illa omnino, de quibus sponsa, Cantic. 1. vers. 2. Meliora sunt vbera tua vino: Sic hæc verba explicantibus Theodoreto, & Commentario trium PP. Per vbera illa admiranda cogita inef fabiles illos Altaris fontes, ex quibus omnes alumni pietatis nutrimur: Ut ex hæc cogitatione videris, quam propriè, quam opportunè hæc vberum imago Christo Domino in his Canticorum verbis attributa subsistat: quæ alias ipsi non ita aptè conuenire videbatur: Quid enim sponsa, & vberibus? Quid viro, & nutrici filios lacte suo alenti? Ergo hæc, quæ in Christo Domino vbera vides in Altari omnes pietatis alumnos nutrient, illa Virginis vbera sunt, quæ ipse carnalia fuxit: vt per Mariam spiritualia nobis fluenter: quod Maria ea intentione Primogenito suo purissimum è cælo ad vectum lac dederit: vt quod illa omnibus, & singulis fidelibus per tot sæculorum spatia præstare, nec poterat, nec decebat, Christus, ac si Matri debitum, aut legata persolueret cunctis spiritualibus Mariæ filijs in Eucharistiæ Sacramento distribuēret.**

In

VI. In quam cogitationem egregia sunt verba, quæ habet venerabilis Acta de Persæ in allegorijs Gotfridi Tilmani ad cap. 24. Ecclesiastici, in ea verba: *Quasi olima speciosa in campus, ubi dum Christum infantem purissima Matris vbera sugentem, ipsisque harentem, & inmorantem contemplatur, ad cunctos fideles conuersus, sic eos blande, & quasi rogans alioquitur: Ignoscite, quæso, ignoscite puerο; si vbera de cœlo plena non deserit: si sacro sanctum pectoris Virginis sacrarium non dimittit: ita ille: Pulchrè omnino, & opportunè inclamans: Ignoscite, quæso, ignoscite puerο;* sed quid ais? o bone! primogenito in fanti maternis vberibus hæreti aliquid est, quod possit ignosci? Quis vt ille ad beatā illa vbera? imo quis nisi ille ius habeat? qui optimo iure, dixit: *Bibi vnum meum, cum lacē virginali, quod totum fuit meum.* Cur ergo eius nomine, & causa rogas, vt cunctanti ad vbera ignoscamus? Dixerim, consideras hunc Patrem, tūm Mariam, non tantū infantis Iesu; sed etiā cunctorum fidelium Matrem esse; qui suum etiam ins ad ipsius vbera habeant; tū vel maxime diuinum puerum Matris vbera sugentem non sunt tantum negotiū, sed nostrum etiam agere, quippe qui carnalia Mariæ vbera sugebat, vt per illam spiritualia nobis fluenter: Atque idè pulchra emphasi rogare collactaneos, vt finant tantisper lacrum infantem cælesti materni lactis dulcedine perfici; nec velle, ipsum, etsi immoretur, à Mariæ vberibus abstrahere vt dicat, quia gaudium vestrum, nemo tolleret a vobis, cū idem omnino fuerit Christum Matris vbera sugere; ac idem lac in carnem vertere, quæ vitæ alimento, & Diuinitatis nutrimentum sit: Ergo ignoscite, quæso, ignoscite puerο, si vbera de cœlo plena non deserit, imo sinit, vt plusplus sugat, & materna vbera premat: cū tunc potissimum res vestra agatur. Ea siquidem cura de vobis, & de vestro nutritivo Mariae est, vt puerο Iesu lac ea conditione, siue pacto tribuat, vt aucto Divinitatis censu in Eucharistia fidelibus distribuat: quin aut ipsa Filiū huic obligationi, cū lacē addicere: aut sacer puer, hac ratione, vel à Matris vberibus abstra-

etus, vel acceptum lac in hominis vſus distrahēs moleste ferant, sicuti de infante Samuele à mamilla matris avulso, dixit Chrysost. hom. de Anna. hinc verbis. Nec puer à mammā diuulſus molestè tulit, cum sciat, quām soleant indignari pueri, quoties à lacē depelluntur, nec ipsa mater doluit à puerο se iuncta, propterea quod naturalem affectum vicit interueniens gratia: interueniebat scilicet & in Filio, & in Matre, erga homines gratia, & charitas nimia, propterquam quidquid utriusque prædulce erat, in hominum salutem, & vſus vertere geliebant.

Sed & Augustino etiam hanc cogitationem debemus dilucide illam exprimente in Psal. 33. qui vt in seqq. ex PP. videbimus totus est de Eucharistiā. Etenim cū p̄misiſſet: *Dominus noster Iesus Christus in corpore, & sanguine suo voluit esse salutem nostram.* Vnde autem commendauit corpus, & sanguinem suum? De humilitate sua: *Nisi enim esset humilius, nec manducaretur, nec biberetur.* Respicit altitudinem ipsius. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibis semper tenuis, sed manducant Angeli, manducant superne virtutes, manducant cælestes spiritus, & manducant, & saginatur, & integrum manet, quod eos satiat, & letificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibο? Statim, tribuens Mariæ salutarem nobis cælestis huius cibi occisioniam sic subiicit. Oportebat ergo vt mensa illa lactesceret, & ad parvulos perueniret. Vnde autem sit cibis lac? Vnde cibus in lac convertitur, nisi per carnem traxiatur. Nam Mater hoc fecit. Sic Augustinus. Observa illa: vt mensa illa lactesceret, & ad parvulos perueniret: quæ sunt omnino consentanea, cum verbis Deipare, Prou. 9. vers. 4. & 5. ad Eucharistiam, tanquam ad panem suum invitantis: *Si quis est parvulus, veniat ad me: Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod misericordia vobis. Vbi vides Mariam diuinam illam, & in accessibilem mēsam in nostris vſus lactescētem fecisse, vt tanquam modo genuit infantes rationabile, si ne dolo lac concupisceremus (sic Eucharistiam diffiniente Apostolorum Principe, epistol. 1. cap. 2. vers. 2. vt füssius in seqq.*

VII.

August.

Io ann. I.
vers. 1.Prou. 9.
vers. 4.5.

20 De SS. Euch. myst. lib. I. diss. I. adn. 3.

Ildephon.

seqq. videbimus) quasi ad suū ipsa arbitrium cælestē lac distribuisse videatur, vt dum carnalia vbera Christus sugeret: spiritualia eius per Mariam nobis fluenter: Quasi hūc intentus videatur locutus Ildephonsus serm. 4 de Assumptione Virginis, cum ait. Qui mundum pugillo continet, cum Beata Virgo pannis inuoluit, & qui presentiā maiestatis sue in celis Angelos pascit, Virgo hūc sacra sacrato vbera matris aluit lacte. Et insuper ad cuius arbitrium totus orbis terrarum regitur, huius gloriose Virginis vberibus conditor mūdi infans nutritur: Hec Ildephonsus, in quibus notanter, vt inducat Christum ab vbera Mariæ nutriri; ipsum prius, & Angelos pascensem, & ad suum arbitrium totum terrarum orbem regentem facit; tantum nondicens; cum ad cuius arbitrium totus orbis terrarum regitur, ad Mariæ arbitrium pasci, & nutriri, vt ea conditione puerilibus eius labris lac infundatur, vt in carnem conuersum, in homines in Eucharistiā transfundatur.

VIII.

Cant. 4.
vers. 1.

Nysseu.

German.

Nec fuerim contentus, nisi hunc met sensum ipsimet cælesti sposo ad scripserim: hunc in modum Mariam laudanti, & vicem repentina, Cant. 4. vers. 10. *Quam pulchre sunt mammæ tuæ! soror mea postea, pulchriora sunt vberatua vino: vbi ut facile vides, hanc Mariæ laudationem eandem planè esse, cum illa, quam ipsi Christo Deipara tribuebat, Cant. 1. vers. 2. inquiens. Meliora sunt vberatua vino, vt num. 5. vidimus: ita o maino agit ad uertis, eadem Christi vbera, ac Mariæ esse: siue Mariæ vbera in Christum translata, vt tam Mariæ lacte, quam suā nos carne in Eucharistiā ipse nos nutritat: benè inibi obseruante Gregorio Nysseno orat. 9. gratiam Mariæ vicem his verbis sponsum referre, qui acceptas ab eā vberum suorum laudes; sacros, scilicet Altaris fontes, quibus alumni pietatis nutrimur, in ipsam Mariæ vbera refundat, vt omnino dixerit: Quod de meis vberibus diuinam vitam nominibus in Eucharistiā tribuentibus prædicasti; tuum plane Mater est; tibique debetur, cū ex tuis vberibus licet ille manauerit, qui in carnem meam conuersus cibus virg effectus est: hunc sensum his Canticorum verbis adhibente S. Germano in*

Theoriarum Eccles. hunc in modum. Crateras sanguinis Christi interpreteris mammas Deiparæ, salutare lætitiae poculum, actuelare, & conservatorium generis humani: Ita Germanus eadem omnino vtraque sponte, & sponsi vbera faciens, dum crateras sanguinis Christi aut esse mammas Deiparæ. Sed his spōsi verbis pulchram epitasis addidere

A LX X. legentes: *Quam pulchre facta* LXX.

sunt mammæ tuæ! Vbi quæsita locutione mammæ, quas pulchras, aut esse, aut natas fuisse dici deberent: notanter pulchrae factæ, cum admiratione dicuntur; eo sensu, vt Mariæ vbera, quæ ex se ipsis pulchrae erant, & ob Virginitatis florem, & quæ virginico lacte Dei

B Filium nutriebant: denū pulchriora, usque ad admirationem facta, cum in crateras sanguinis Christi conuersa sunt, duplicata scilicet pulchritudine à lacte Mariæ, & à carne, Christi, & salutari lætitiae poculo, ac tutelari, & conservatorio generis humani.

C

EIVSDEM ARGUMENTI.

EX PATRVM DE EUCHARISTIA, cum respectu ad MARIAM monumentis.

D DEIPARAM INSTITUTIONI
Eucharistiæ operam dedisse, vt tanquam Ecclesiæ Nutrix fideles diuino lacte aleret, atque innutriret.

ADNOTAT. III.

I.

NIHL, nisi vehementer decipior, ad præfata sententia de Mariæ in Eucharistiæ fideles lacte suo fideles nutritiute firmanda, fuerit opportunius, quam Apostolorum Principem in medium proferre Eucharistiam pleno ore de lati nomine appellantem, epist. 1. cap. 2. vers. 2. hunc in modum: *Quasi modo geniti infantes rationabile, sine dole lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis quoniā suauis est Dominus: Quæ Petri verba, vt iam monimus in lib. de B. Mariæ immaculatæ con-*

i. Pet. 2.
vers. 2.

cepta, lib. 2. dissert. 6. adnot. 3. num. 6. de Augustiniana Eucharistia omnino fore intelligenda, tum ex veteribus PP. quam ex recentioribus interpretibus constat: insinuantibus Iacobo Apostolo in sua liturgia, & Dionysio Areopag. lib. de Ecclesiastice Hierarch. cap. 3: ad finem: & exprefle docetibus Cyrillo Ale-
Jacob. Ap xand. homil. de cœna Domini, & lotio-
Dionys. ne pedum, & Gaudet. tract. 2. de Pascha,
Areop. & ex interpretibus Iustiniano, Salmero-
Cyril. A- ne, Lorin. & Cornelio, signate vero Fra-
lex. cisco Turriano lib. 2. de Eucharistia co-
Gaudent. tra Volanum, cap. 20. & 21. itidemque
Iustinian. in hunc sensum inclinantibus Hiero-
Salmer. nym: in cap. 55. Isaiae ad illa verba: Emi-
Lorin. te absque vlla commutatione vinum, &
Cor nel. lac, Irenæo lib. 4. contr. hæret. cap. 74.
Turri tan. & Clement. Alexand. lib. 1. Pedagog.
Hieron. cap. 6. quippe prædulce hoc, & diuinum
Clem. A- lac, quod rationabile Petrus vocat, on-
lexan. nino respicit ea sponsi vbera, de qui-
Iren. bus sacra sponsa, aiebat: Meliora sunt
 vbera tua vino: Canticum 1. v. 1. n. a. vnde lac,
 nisi ab vberibus? aut vnde comen-
 dentur vbera, nisi a lacte? Opportune
 vero Christo in Eucharistia vbera ab
 sponsa, & lac a Petro tribuuntur, quod
 hoc diuinissimo Sacramento alumnos
 pietatis nutriat, & vitam, & salu-
 tem inspirat, tam matris, atque nutri-
 cis munus gerens: sic eo loco differen-
 te Clemente. Verbum est omnia infanti,
 & pater & mater, & pedagogus, & al-
 torco medite ait meam carnem, & bi-
 bite meum sanguinem. Hac apposita,
 & conuenientia alimenta nobis suppedita-
 t Dominus, & carnem præbet, & ef-
 fundit sanguinem; & ad incrementum ni-
 bil deest infantibus: & eodem modo re-
 naeus, inquiens: Et propter hec illa, qui
 erat panis perfectus Patrus, lac nobis se ip-
 sum præstiterit, quod erat secundum homi-
 nē eius aduentus, ut quasi a mamilla carnis
 eius euaturri & per tale laicatione assue-
 t in deducere, & bibere Verbum Dei. & si,
 quiesce immortalis panis; quiesce Spi-
 ritus Patris in nobis ipsis continere posse-
 mus: Hæc Irenæus. Quibus addito pul-
 chra ista Chrysostomi in Psalmo 50. Pa-
 rit mulier, nec nutrit efficitur: pudet e-
 nim nutritorem effici, quem mater efficit.
 At non ita Christus: ut nos progeniuit, tra-
 etiam aliuit; ac propterea ciborum, quoniam
 loco carne suâ nos pascit, ac poculi rice-

cruore suo nos potavit: Sic Chrysostomus.

II.

Enimvero cum lac istud rationabi-
 le, ac diuinum ad sponsi vbera quibus
 in Eucharistia fideles, & alumni pietati-
 sis nutriuntur, omnino referantur: ea-
 deique hæc vbera, cum Mariæ vbe-
 ribus (vt hæc imagodecore, & proprie-
 tatis subtilitat) censerit debeat: planum qui-
 dem sit, Eucharistiam nos Virginibona-
 fide debere, à qua cælesti hoc, at-
 que diuinum lac profluxit: Nam cum
 oportaret, vt mensa illa, in qua cibus
 sempiternus est, quo olim foli Angeli
 fructabantur, lacte cereret, vt ad parvulos
 perueniret Mater hoc fecit: vt dicebat

A Augustinus: Quo eunt ea verba Irenæi
 modo adducta: Ille qui erat panis perfe-
 ctus Patris lac nobis se ipsum præstiterit: Ni-
 mitum de eo loquitur Patre non lac, sed pa-
 nis viuus descendit fertur: Ioann. 6. Ioa n. 6.
 vers. 41. A Matre vero lac nobis se ip-
 sum præstiterit, vt à mamilla carnis eius

vers. 41.

(qua eadem cum mammis ipse Dei-
 paræ est) enutritur, & per tales la-
 cationes cum qui est immortalitatis
 panis, a tempore Verbum Dei sempiter-
 num in nobis ipsis contineat possemus:
 Benè siquidè Nicolaus Cabasilas lib.
 4. de vita in Christo sere in principio de
 Eucharistia, inquit: Adeò perfectum est
 hoc Sacramentum, & omni Sacramento
 excellentius bonorum fastigium, & apice
 complectens. siquidem omnis industria hu-
 manæ finis ultimus hic reperitur, Leo e-
 nem ipso in se ipso potitur, & Deus nobis
 coniunctione absolutissima contingit.
 Vnum enim cum Deo spiritum effici, quid
 hæc coniunctione possit esse perfectius?
 Hæc ille: quibus placet adiungere sen-
 sa S. Macharij homil. 7. de hac cœlesti
 mensa differentis, qua ipse duplicata
 imagine, & utraque per pulchra à qui-
 bus diuini cibi suauitas, cum terrenis
 humana datum voluptatum sordibus co-
 parata n. agis magis elucescit: oppor-
 tunè exprelsit: Et prior quidè hæc est.

Cabalistas
Machar.

Quemadmodum si quis ingressus palatio
 Regie depictas ibi contempletur historias,
 & specula quæque, quædam in parte vi-
 deat thesauros recanditos. atque etiâ cum
 Rege recumbat, & apponantur ei hedys-
 mata, & pocula suauissima, variisque mo-
 dis delectetur spectaculis illis atque orna-
 mentis, post modum autem abstractus inde

Chrysost.

in

in loca fœtida deducatur: posteriorē vero imaginem, sic statim proponit Macharius. Aut veluti si formosissima puerla, sapientissima, ac locis plenis omniū virum pauperem accipiat humilem, de formam, pauporisque indutum, quem exutis sordidis vestimentis ueste regia induat, & imposto ictu diademate coniux eisiat. Tunc mendicus ille obstupescere incipit, ac dicere. Haccine mihi misero, mendico, abiecto, & humili data est socia. Ita se Deus gesit erga hominem miserum, & abiecit. Gustare fit illum, quæ sunt alterius seculi alium que cibum suauissimum aperuit illi gloriam & ornamenta Regis arcana & cœlestia. Qui conferens illa spiritualia, cum ijs quæ pertinent ad hoc sculum, h.e.c omnia respuit, siue Regem videat, siue Principes, siue sapientes ante oculos habens thesaurum cœlestem. Nam cum Deus sit charitas, accepit cœlestem, atque diuinum ignem Christi, unde recreatione, ac letitiam concipiens manet illinc de vincus: Hæc omnia ex Machario.

III.
Cant. 8.
vers. 1.

Ambros.
Greg. M.
Philo.
Honor.
Cassiod.
Alcuin.
Vv il let.

Inest quidem hic sensus verbis Salomonis, Cant. 8. vers. 1. Ecclesiā Christianam, siue humanam naturam aduenit, & incarnationem vnigeniti Dei exorantem, & exorantem inducentis, hunc in modum. *Quis det te fratrem meum fugientem ubera matris meæ, ut inueniam te foris?* & de osculari te, & iam me nemo despiciat. Palchra lanè, & opportuna verba singillatim expendenda: & totam quidem sententiam de ardenti Dominicæ Incarnationis mysterio, quo desideratum cunctis gentibus expectans, fragrabat sponsa, generaliter accipiunt Ambrosius, in Apologiâ de David, cap. 1. Gregorius Magnus, Philo Carpatius, Honorius, Celsiodorus, Alcuinus, Vvilleramus, & alij: Sed peculiariter ad rem expende primum epitaphi, quæ in lectione Hebræa, & Symmachii subest prioribus verbis. *Quis det te fratrem meum fugientem ubera matris meæ:* nam inibi signata additâ coniunctione ut habetur: *Quis det te, ut fratrem meum fugientem ubera matris meæ,* ut sit sensus. *Quis mihi det te tanquam fratrem collectaneum meum,* non tantum carne, & sanguine, sed etiam eodem lacte communicantem, eandem tecum nos matrem, eadem nutricem habentem: sed quam ob causam, & si-

nem? *Vt inueniam, inquit, te foris?* & de osculari te, siue ut in predicationis originibus habetur: *Vt cum inuenero te foris de osculari te:* Quod ad participationem corporis, & sanguinis Christi referunt Aponius ibi, & Ambrosius lib. 5. de Sacramentis, cap. 2. inquiens. *Anima videt se ab omnibus mundat am esse peccatis,* Ambros. & dignamque ad Altare Christi posse accedere. Quid est enim Altare nisi forma corporis Christi? Videlicet Sacra menta mirabilia, & ait: Osculetur me ab osculis oris lui: *Hoec est osculum mihi Christus infligit:* Quare? *Quia meliora sunt vbera tria vino:* *Hoec est meliores sensus;* meliora Sacra menta tua super illud vnum, quod etsi suavitatem habet letitiam habet gratiam habet: tamen in illo letitiae secularis, in te autem inuiditas est spiritualis: Hæc Ambrosius: Ex quibus iam preme posteriora verba: *Et iam me nemo despiciat:* bono sane iure inferens sponsa, iam post acceptum Sanctissimæ Eucharistie osculum nullatenus fore despiciendam, immo vero habendam in summo honore: *Quo enim pacto contempsui fuerit?* & non potius in altissimo honoris fastigio sit, qui & Te frater, & eius collactaneus est: Bene id persistente Gislar. Gislerio ibi, hunc inmocu: *Siquidem cu per purissimum iam dictum, castissimum que fidelium suorum osculum ita super ipsum inuocatur nomen Domini residentis in Sanctissimo Sacramento, ut eius,* & sponsi. *& fratri paruuli necessario consequitur, ut iam à nullo profusus despici debat:* Ita illæ: IV.

Quod si attendis: notanter, & emphaticè absponsa dictum est: Et iam me nemo despiciat. Planè quasi antea non immerito fuisset despicienda: Sed quare? *Quia nimis tum, ut modo non despicienda, sed in supremo honoris culmine ponenda, quod à purissimo Virginis lacte enutrita Christi collectanea sit;* ita ante Eucharistie institutionem, infelici Euæ lacte educaretur, & è patera vini letitia facultatis biberet: *Quale vero fuerit vitiusque lactis discrimen accipe à Georgio Nicomediæ,* Georgius Nicom. *si in Menæis Græcis die xxiv. Martij in professo Annunciationis. Ode 8. Deiparam, sic aliquæte. Euæ messis, ac viderunt nihil aliud fuit, quam mors, eaque pestilens valdebat vero nunc ex medio tu-*

germinauit ò virgo fructus ventris tui Christus, immortali tatis ille paracius nos træ, & mentium humanarum dulcedo: videlicet humana natura ab uberibus Euæ, potius nouercæ, quam matris educata contemptu, & ludibrio fuerit, quæ pestilentî morti peccati, & fluentibus ab ea exitialibus malis noxiæ corruptionis, turpisima ignoratiæ, & ad cunctas vitiiorum fortes proclivitati erat obnoxia dicente Domino. Proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die, quâ natâ es, & eras nuda, & confusiæ plena. Ezechiel.

Ezech. 16. vers. 5. & 7. at vero virginio Mariæ lacte enutrita; laudem, vitam, diuinam que imaginem, ac pulchritudinem omniumque virtutum, ornamentum, & splendorem recepit: audi hæc de retum Rupertum, tum S. Thomam opportune differentes, dum hæc Eucharistiæ, siue carni Christi de Mariæ carne sumptæ lignatè tribuunt, sic namque Rupertus ad ea verba, Cät 2. vers.

Rupert. 4. Introduxit me rex in cellam vinariam, inquit. Malus fructus, imo malus morsus, quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortem inuenit. Bonus fructus quo genus humanum per Mariam mortem perdidit & vitam inuenit. Vbi item pus venit huiuscmodi fructus edendi, ac cipiens panem & vinum, & benedicens. Accipite, inquit, & comedite. Hoc est corpus meum. Accipite, & bibite. Hic est sanguis meus. Hæc Rupertus. Quæ S. Thomas opusculo 58. de Eucharistiâ cap. 1. scitè firmat, causam institutionis Eucharistiæ huc reuocans, & Mariæ carni assignans, hunc in modum.

Causa institutionis est cibus hominis; cibus inquam medicinalis contra mortiferi pomorum corruptionem, quæ tam prava infusione est per primos parentes humano generi, ut esset incurabilis, nisi subueniret medicina optima, quam posset facere prudentia Dei. Ecclesiastici 38. Altissimus de terra, idest de carne Virginis, creauit medicinam, & vir prudens, non abhorrebit eam. Ambrosius: Corpus Christi medicina spiritualis est, quæ cum reverentia degustata deuotos purificat. Hæc primum S. Thom. Dcinde vero ea singillatim explicans; sic omnino diffundit. Serpens malignus infudit homini per venenum cibi vetiti triplicem corruptionem: in ani-

Damasc.
Apon.

*ti, atque ita pervenire ad mensuram per se
Elonis: Sic Damasc. Nec minus luculē-
ter Aponius in Cantica ad illud cap. 5.
v. 12. Oculi eius, sicut colubæ super riuos
aquanum, quæ lactesunt lora, lactisima-
ginem Eucharistiae accommodans, in-
quit. Nam sicut ex sanguine lac ubera re-
plete, parulis alimoniam ministrans; ita
sacratisimus sergus Christi in animarum
salutem conuerlus, & vitam tribuit sem-
piternam, & Angelorum splendorem can-
didissimum: Sic Aponius, immo vero, &
splendorem tribuit Angelico cädidio-
rem eodē Damasceno orat. 3. de ima-
ginibus, animose id affirmante; nam
cum ibi præmisisset, per coniunctionē
Dei, cum Christi corpore, & sanguine
in Eucharistiâ perceptis homines natu-
ræ diuinæ participes fieri, inde sic in-
fert. Cur non igitur maiores Angelis sunt,
qui saceram hanc coniunctionem manda-
torum obseruatione tuentur, atque cofer-
uant. Natura quidem nostra propter mor-
tem, & crassam corporis constitutionem
est Angelis minor, sed benignitate, coniun-
ctioneq; Dei maior Angelis facta est: Hæc
Damascenus. Sed cur non Angelis ma-
iores sint, qui carne Christi, & Mariæ
lacte nutriuntur? Ut hinc videris, quā*

Damasc.

Nyssen.

Cant. 3.
vers. 10.
Guilliel.

*opportune Nyssenus in superioribus
adductus Eucharistiâ dixerit esse My-
sterium Virginis: quæ pane plena fuit, quo
famegentes facile saturantur: & bene
quidem dictum est, saturantur; cū Ma-
ria panem hunc ministrans optimè Ma-
tris munus impletat, quæ cuncta à filijs
suis mala depellens; & cuncta bona co-
ferens, & in ipsorum sinum immittens;
quidquid à bona Matre exoptari po-
teat, ipsi prestat, ipsa faueat, soueat: pro-
tegar, delicate, & sapide nutriat, virtu-
tibus ornat; & ad earum incrementū,
& perfectionem perducat. Quæ sanè
omnia, & singula explorium PP. mo-
numentis de Eucharistiâ, cum respectu
ad Mariam loquētibus, facile videris:
Nam primum de Deiparæ protec-
tione, & humani generis conseruatione
præter verba Germani adnotat. præce-
dent. num. vlt. adducta. Crateras sanguini-
nis Christi interpreteris mammas Deipa-
ræ, salutare letitia poculum humani ge-
neris conseruatorum: scitè in hunc sen-
sum inflectit Vener. Guillermus spon-
se verba, Cant. 3. vers. 10. Ego murus,*

& ubera mea, sicut turris: illa Mariæ
nomine, sic efferens. Ubera mea non tam
tum sunt ubera, sed etiam turres: non tan-
tum nutriendi, sed etiam protegendi vim
habent. Nullus me putet habere quo nu-
triam, & non habere, quo muniam: mater-
na pietas mea quos nutrit, etiam munit,
ut discant, atque grandescant, munit à fa-
cie inimici, donec iam grandes effecti con-
tra eum in campum fiducialiter exeat:
Sic ille præclaros Eucharistiae effectus
à Mariæ uberibus prouidentes optimè
explicans: ad eum modum quo ip-
sem ad id Canticor. 7. vers. 12. Ibi da
Canticor.
B tibi ubera mea, cum Filio colloquē-
tem Deiparam inducet. Pro eo, quod
tibisum Mater corporalis; ero tuis Mater
spiritualis: materna charitate, quasi pro-
priis parturientis filios, donec plenius for-
meris in eis: materna ibidem cura nutrit
eos, donec usque in virum perfectum gran-
descas in eis: Quibus verbis innuitur
Mariæ tanquam ab optimâ Matre filiis
suis omni ratione, & modo prouiden-
te, quidquid spiritualis gratia, & perfe-
ctionis exoptari potest, fidelibus ad-
uenisse, ut de munere recuperata Deifor-
mâ grandes in virtute profectus fa-
ciant.

C Sed & Bernardus, & Ambrosius in
Eucharistiae institutione maternam
Deiparæ indulgentiam, à quâ filij eius
usque in delicias amantur, opportune
expendunt: ita enim prior verba Elisa-
beth ad Mariam: *Benedictus fructus vē-
tris tui*, Lucæ 1. vers. 42. sic expendit. *Luc. 1.*
Benedictus ergo fructus ventris tui. *Bene-
dictus in odore*: *benedictus in sapore*: *bene-
dictus in specie*, &c. *Desapore huius fru-
ctus*, quidam quod gustauerat, taliter erit
dabat dicens: *Gustate, & videte, quoniam* *Psal. 33.*
suavis est Dominus, & alibi. *Quam ma-* *vers. 9.*
gnia multitudo dulcedinis tua Domi- *1. Pet. 2.*
ne, quam abscondit in timentibus te: *Et vers. 3.*
alius quidam: *Si tamen, inquit, gustastis*
quoniam dulcis est Dominus: *Et ipse Ezech. 24.*
fructus deinceps in vitans nis ad se. *Qui edit vers. 28.*
me, ait, adhuc esuriet, & qui bibit me,
adhuc sitiet. *Vtique propter saporis dul-
cedinem hoc dicebat*, qui semel gustatus
magis excitat appetitum. *Bonus fructus*,
qui animarum esurientium, & sitiens
iustitiam, & esca, & potus est: *ita Bernar-*
dus. *Similiter Ambrosius in Psalm. 21.*
Deiparam propter dulcedinem, quam

Psal. 30. quam Eucharistia ipsam communicantibus inspirat, cum manna cælesti, ita
 vers. 20. componens. Quin potius ipsam Mariam,
 1. Pet. 2. manna dixerim, quia est subtilis, & splé-
 vers. 3. dida; suavis, & virgo, que veluti calitus
 Eccl. 28. veniens cunctis Ecclesiarum populis cibis dulciorem melle defluxit, quæ qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sicut ipse Dominus ait. Nisi manducaueritis carnem meam, & bibereis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hec Ambros. Similiter etiam Epiphanius. serm. de laud. Deiparæ, ipsam affatus. Ave gratia plena, que es uirga aurea continens manna cælesti. Sed luculentius Amedeus. mil. 1. de laudib. Virg. Mariam arborum virtutem in paradiſo constitutam facies: sic inquit. Inter hos, & horum media cōsurgit arbor, quam diximus salutifera generas cibum vite, & manna cælesti; manna habens omne delectamentum, & omnem suavitatem. Ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in aternum. Sic Amedeus.

VIII.

Genes. 28. Et verò cum sanctissima Eucharistia noster amictus, & indumentū sit, quo
 vers. 20. Domino gloriae splendidè vestimur, sub hoc sensu Paschatio lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 21. tam verba Iacob Patriarchæ, Genes. 28. vers. 20. Si fuerit Dominus tecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, &c. quam Pauli ad Galatas 3. vers. 27. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: huc in modum explicante: Hunc itaque cibum Patriarcha Iacobus suriebat dicens: si fuerit Dominus tecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum, &c. Quotquot enim in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt: itidemque

Anselm. Anselm. lib. decem meditat. medit. 1. c. 4. pie communente. Se ipso vestit te, munis, & ornat: Angelis Dei summum gaudium est, Christum contéplari, & ecce immensadignationes suæ se tibi, tam inclinat ut se ipso te velit vestiri. Quibus adstipulatur Bernar. in allegorijs Gotfridi Tilmani ad c. 26. Matth. vbi cū dixisset: Corpus ergo suum dedit, nec sine se: ad hoc enim corpus assumpit, ut se nobis daret. O datū optimū, & donū perfectū descendēs à

Patre luminū, subiectit. Christus datus est nobis ad induendū ad edendū. Offerendū sicut indumentū, sicut alimentū, sicut pretium: Ad induendum quidē sicut scriptum est, quicumque in Christo baptizati estis, Christū induistis: Sic Bernar. isthac omnia confirmante Chrysostom. in proce- mio adducto dum de Euchar. hom. ad Baptizados, dicebat: Regale & sproteger A indumentū quando purpura Dominicano sangue tinti, & decorabimini, quando coronā solit radijs splendidiorē sentietis in capite. Hinc quidem Deiparæ, mulieri forti, & egregiæ matri familiæ à Salamone, Prou. 31. descriptæ maximæ fuit curæ filios suos pretiosissimo hoc induēto vestire: audi ibi vers. 21. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicitibus: Quare duplicitibus? Respondet Rich. à S. Laur. lib. 12. de laudib. Virgin. Quia vestiuit Christum carne virginem: à qua videlicet ipse indumentum nostrum est: quia & se ipso vestit nos, & præstat nobis iustitiam, à quâ tali indumento reddamur digni. Quod luculenter explicauit August. serm. 45. de diuersis, inquiens de Domino. Nunquid de nuditate seruorum suorum sollicitus erit, cum alicubi demorabitur habens coniugem tales? Vestiti sunt optime: Quæ optimè vultis nosse? Quo quot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Omnes enim apud illum vestiti sunt, & boniserui, & maliserui vestiti sunt, sed boniserui vestiti sunt, qui Christum induerunt non tantum in formâ Sacramenti, sed etiam in opere exempli sequentes vestigia Domini sui. Alij verò visque ad Sacramentum reddituris sunt de veste rationem, & statim ad rē. Nō cessat mulier fortis omnes illos vestire, ut nemo queratur, nemo dicat: ideo non sum bene operatus, quia non sum vestitus; ita August.

His illud proximum est, vt cū & propriū hominis sit errare: & propriū Matrum genium sit; pro filiis errantibus, atque iram, & castigationem patrū merentibus intercedere, & veniam exorare: opportune excogitaueris, Mariam, tā. quam optimam fidelium Matrem Eu- charistiae institutioni operam dedisse, vt sacrificium humanæ reconciliatio- nis, & propitiatorium pro hominum peccatis ad manum haberet, quo tan- dem ipsi veniam consequeretur, & in Dei gratiam, & amicitiā redirent: vt

Prou. 31.
vers. 21.

Richard.
à S. Laur.

August.

IX.

C in

E

Isai. 6.
vers. 6.

in hunc sensum accipit Anastasius Synaita lib. 8. anagogicarum contemplat. in Hexameron, visionem Isai. 6. vers. 6. in qua Vatis labia carbone ignito ab Altari forcipe sublato purgata inducuntur: Et volauit (inquit) ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, (vbi LXX. & Hebræi Codices reponunt in manu eius carbo) quem forcipe tulerat de Altari: quippe Anastasius per carbonem, Christum Dominum in Eucharistia hominem amore incatum, & Mariam precibus veniam hominibus dantem, sic intelligit. Hunc carbonem Dei Verbi prius descripsit, ac figurauit ille quoque carbo, quem vidit Isaias in medio esse forcipe, & purgare eius peccata: forceps autem Christi per duas pinnulas eum tenens, est intemerata eius Mater, & sanctissimum eius corpus: ita Anastasius: mutuatus à Iust. M. quest. 44. ad orthodox. dicente. Per visionem Isiae Prophetæ declaratum est Christi mysterium sedentis in solio gloriae, & cœsusu & sancta carnis exstantis peccatum impiorum hominum. Sic ille. Unde opportune Deipara ab Epiphano Sacerdos, & Altare appellatur in serm. de laudib. Virginis, his verbis: Virginem appello Sacerdotem pariter, & Altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cœlestes panes in remissionem peccatorum: vbi eatus ab Epiphano Sacerdos dicitur Deipara, quatenus à Filio Eucharistie institutionem exorauit, eique operam dedidit, ut hoc sacrificium ad expiâda peccata hominum misericordie valeret. Enim verò Berengosius Abb. lib. 1. de Cruce, c. 5. Christum Dominum Sacerdotem in æternum secundū ordinem Melchisedech in Iosepho Patriarcha stola byssina, & torque aureo, necnon Regio annulo à Pharaone donato, Gen. 41. vers. 41. 42. sic mystice considerauit. Sicut enim Berengos. in stola byssina, & torque aureo duplex latet intelligentia, dum per byssinum caro virginea, & per torque cœlestis significatur sapientia; sic in annulo fidei Sacerdotis præfiguratur negotiū: ita ille: vt videlicet virginea Mariæ caro opportuna, imo necessaria Sacerdoti summo fuerit, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, ad Hebr. 5. vers. 1. Quibus colonat illud Aug. componentis, verba Psal. 109. vers. 5. Tu es Sacerdos in æternū: cū præcedentibus ex utero ante Luciferum ge-

Epiphani.

Gen. 41. 42. Berengos.

Hebr. 5. vers. 1.

nute, ver. 4. Si natum ex utero de Virgine intelligimus ante Luciferum noctu, sicut Euangelista testatur, procul dubio inde ex utero, ut esset Sacerdos in æternum.

Iam verò Deiparam Eucharistie vberibus filios lactantem, nutrire, protegere, sanare, & ad virtutum incrementa, & perfectionem perducere, quid aliud fuerit, quam ipsos tandem introducere ad cœleste conuiuum? Cibum (inquit S. Petrus Damianus sermon. de Nauitate Virginis.) Maria dedidit, qui nobis cœlestis conuiui aditum patet feci, ita ille. Nā eius modi quidem cibus est bene quidē à Bernardo in alle-

X.
Bernard.S. Petrus
Damian.

Bgorijs Gotfridi Tilmani ad c. 26. Matth. in hanc rem pensatus. Nunc huius Sacramenti attende virtutē decreuit Deus mortale hoc immortalitate vestire, & mortale vitam in immortalē transferre. Propterea cibū in cibum mutauit, panem vitæ in panē vitæ, sed panem vitæ trāsitorię in panē vitæ aeternæ, ut cōmutatione cibi, in cibū credatur, & intelligatur speretur, & exspectetur, mutatio vitæ mortalis in vitæ immortalē: Ut dū mutabilitate temporum ad mortē trahimur ipsam morte in melius mutandi mortē non timeamus. Hæc Bernardus: Sed eius æui Auctor Petrus Cellensis lib. 3. epistol. 2. pulchre de lacte gloriae à lacte Eucharistie cōdendo, sic exclamat. O clarum lac! O suave! O iocundum! Clarum, quia per veniam transferimur de regione nubium ad lucem gaudiorum: Suave, quia persuauitatem ab amaritudine tentationum ad dulcedinem deducimur immutabilē gaudium declarationum. Iucundum quia per gloriam à seculi tristitia evadimus ad aeternum, & incommutabile gaudium. O abundans iucunditas! O iucunda abundantia. In die enim illa nutrit homo vaccamboum (ut ait Isaias cap. 7. vers. 21.) & præ vbertate lactis comedet butyrum: Quæ namque est vacca boum, nisi anima consors naturæ, & gloria cœlestium spirituum? Quam homo Christus nutrit, non sicut nunc in umbrâ Sacrameti obumbrati veritate sed in declaratione veritatis, & in detectione reserati per clauem David mysterij de mensa corporis, & de vino pretiosi sanguinis de vestimentis gloriae, & de latte matris gratia, quod præ vbertate

Pet. Cell.

E

Isai. 7. vers. 21.

In die enim illa nutrit homo vaccamboum (ut ait Isaias cap. 7. vers. 21.) & præ vbertate lactis comedet butyrum: Quæ namque est vacca boum, nisi anima consors naturæ, & gloria cœlestium spirituum? Quam homo Christus nutrit, non sicut nunc in umbrâ Sacrameti obumbrati veritate sed in declaratione veritatis, & in detectione reserati per clauem David mysterij de mensa corporis, & de vino pretiosi sanguinis de vestimentis gloriae, & de latte matris gratia, quod præ vbertate

miser.

misericordiarum vertitur in butrum dulcedinum, quia omnis fluxibilitate, & mortalitate de medio sublatâ, omnimodâ commutatione transformabitur à claritate in claritatem, & sic in Deum. Tunc enim erit omnia in omnibus.

XI.

Hæc sunt eorum Patrum monumēta, quorum nomina honoris causâ initio huius dissertationis recensuimus: In quibus ut quid, & quantum Maria Sanctissima, tanquam cunctorum fidelium Mater, & nutrix ad Eucharistiam contulit: ita etiam huius libri argumentum, & summam videris. In eo siquidem dum omne bonum ab Augustissimo Eucharistia Sacramento per Mariæ manus humano generi obtinere gratulamur: signatè verò diuinam similitudinem, vitam vitalem, atque immortalē; egregiam animæ pulchritudinem, diuinaque nobiscū inita spôfalia, ægritudinem animæ curationē, bonam corporis, & sensuum cōstitutionem legi Dei, & rationi obedientem, maius intelligentiæ acumē: veras, cælestesque delicias, sanum cordis palatū, invictum aduersus hostes robur aeternæ salutis characterem, futuræ gloriae pignus: ipsum cælum, siue ipsam beatitudinem ad terram translatam inde nobis aduenire profitemur: itidemque tā quidquid virtutis, & gratiæ, puritatis, humilitatis, patientiæ, fraternæ vnitæ,

A

B

C

D

tis, iniuriarum condonationis, omnigenæque virtutis, quam fructus iustitiae, & incrementa virtutum, quæ ab hoc Augustissimo Sacramento dimanant, & in nos ipsoſ refunduntur. Cum vero hæc tot, tantaque bona à Deiparæ lacte nobis prouenire aſserimus: ſimil etiani ad nostrum institutum pertinere credimus differere, quid Maria hoc cæleſti lacte ad Dei latrem, & gloriam contulerit: & quæ ipi met Dominus ratione grandescat in nobis excelsiore thronum conſcendens, atque etiam de hominis intellectu, & voluntate gloriosum triumphum agat: & veteris Synagogæ gloria ad Chirillianam Ecclesiam translata: hanc toto terrarum orbe mirificè propagauerit, & Regna Eucharistiæ deuorâ ab hoſiūm incurſibus tutatus, ingenti felicitate stabilierit: Sed age iam, & vt ad rem venias Mariam Formam Dei statuamus: totumque, quod Iuſcepimus inſtitutis argumentis, & rationibus adorneamus, quæ Dei obsequio, & animarum ſaluti opportunityes ſint: eum ſcribendi modum, auerſati à Seneca controverſ. 2. caſtigatum, illis verbis. *Nihil est iniquius his, qui nusquam putant ſubtilitatem eſe, nihil ubi nihil eſt præter ſubtilitatem: quippe ut idem met controu. 1. dixit. Ut illeſima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effeclu appetet, habitu lateſ.*

Seneca.

DISSERTATIO II.

DE MARIA FORMA DEI CHRISTI ſtum in Euchariftia glorificante, & Deum in ipſo.

*CHRISTVM IN EUCHARISTIA A MARIA
Deum magnum in hominum existimatione habitum, qui
Divinitatis munus, & numeros impletat.*

I.



Xtraho ex libro de MARIÆ FORMA Dei, huius argumenti partem, etenim cum de Christo Domino ex Mariâ prodituro dixisset ei Ange-

ADNOTATIO I.

lus. Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iosum. Notāter subdit. Hicerit Magnus, Luce 1. ver. 30. Luce 1. ver. 30. vbi & vocem magnus; & quod illa sit referenda obſeruauius ex Ambroſio. Amb.

C 2

lib.

lib. 2. in Lucam: sic id explanante: *Dicitur* est quidem etiam de Ioāne, quia erit magnus, sed ille quasi homo magnus: hic quasi Deus magnus: *Magnus enim Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Hæc Ambrosi. Ex quibus expende accuratam Angeli locutionem dicentis, non in præsenti, sed in futuro. *Hic erit Magnus:* explicantis que Ambrosij eam: *non quasi Ioannes homo Magnus:* sed quasi Deus Magnus: quasi ipse quæ Deus nouam foret magnitudinem accepturus. Sed quid id fieri? ex cogitatione possit? quæ ratione? aut modo? Deus qui mutationis, & incrementi expers omnino est; maior quam antea dici valeat? Defuit ne Deo summè ab æterno Maximus: summè ab æterno supra omnem humanam cogitationem infinitè infinites perfectissimo; aliquid eius magnitudini, ac perfectioni addendum? Qui ergo Magnus Deus futurus ab Angelo dicitur? Nodum quidem hunc plusplus vrgere videtur Isaías sensum habens communē inīo & verba cum Angelo: dum cap. 9. vers. 6. de Dei Filio humanā naturā assumente, inquit. *Parvulus enim natus est nobis: & filius datus est nobis;* & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis: Quo in loco pro illis verbis: *Deus fortis in Hebræo* (quod planè ab interpretibus obseruatum non fuisse, & miror, & doleo) habetur: *Deus gigas* quæ sità quidem locutione exprimente Propheta diuinæ magnitudinis incrementa, quæ ab humanā natura esset habitura: *Vocabitur* (inquit) *Deus gigas.* Quod si ambigas: quid Deus gigas sit? aut quid hæc eius gigantea proceritas inerit? Non aliter respondendum videò, quām si vel ex ipso vocis sono, aut ex ipsa hominis gigantis imagine, Deus gigantem consideraueris, vt teum non secus intellexeris, ac hominem gigantem sic dictum, quod cum excelissima, ac proinde inolita statura sit; et quæ ceteris hominibus subest mensuram, quām longissime excedat.

Sed enim cum Dei oraculum fuerit: nemo cogitans (idest ut ex Græco verbo pendit P. Maldonatus: quam tūnis intendat neruos ingenij; quātum-

vis sese cogitando discruciet) potest adiucere ad statu ram suam cubitum vnum, Matthæi 6. vers. 27. dico nobis: qui fieri possit? vt Deus celissimæ statura suæ, quæ immensa est, & infinita cubitum vnum, imo gigantis magnitudinem adiuciat? vt Deus homo factus, cu se ipso ante quam homo fieret compo situs; Deus gigas dicatur, atque nomine tur: *Enim vero, si ad acuta veniamus,* & Theologicis calculis rem examine mus; non dubium quin hæc ad extera nam nominis claritatem, & maiorem Diuinitatis manifestationem referenda sint, vt ex illis verbis Apocalypsis 5.

Matth.
vers. 21.
Maldon.

A *vers. 11. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem: copiose adstruximus ex PP. & Theologis Scholasticis i. tom. ad Philipp. cap. 2. vers. 6. adnot. 3. à num. 6. & seqq. At vero vt vt id sit: hinc maximè Mariæ dignitas, & celsitudine commendatur, à quæ Dei filius humanitates suscepta et maiestatis, & honoris incrementa accepit, vt qui in se ipso, quæ Deus est, mutationis, & augmenti omnino expers fuerit; nobis subinde velut gigas, cu se ipso, & pristinæ statu ram compositus, factus esse videatur: ipsamet Sæcundissimæ Deiparæ annuente cum cecinit: *Magnificat anima mea Dominum: Luce* i. vers. 47. in huc sensu inflectente, hæc verba Richardo à S. Laurentio lib. 4. de laudib. Virgini, dum componens illa cum ijs Vatis Pial. 8. vers. 2. *Eleuata est magnifica* tuas super cælos, inquit: *Maria dicitur magnifica* Det, quia & magnificata est à Deo, dum Filium suum ei dedit: & etiam magnificauit Dominum: cum nimirum ob carnem ab ipsa suscep tam, & Deus magnus, & Deus gigas futurus dicatur: *Quod bellissimè expressit Venrab. Pet. Blesensis* serm. 1. de Assumptione, sub Mariæ personâ, inquiens. *Alia Pet. Bles.* magnum prædicant Dominum, & dicunt, *vt creaturæ rationales: alia magnum probant, & ostendunt: ego autem magnum facio Dominum.**

Apocal.
vers. 11.

Lug. 1.
vers. 47.
Psalm. 3.
vers. 2.

D *magnifica* Det, quia & magnificata est à Deo, dum Filium suum ei dedit: & etiam magnificauit Dominum: cum nimirum ob carnem ab ipsa suscep tam, & Deus magnus, & Deus gigas futurus dicatur: *Quod bellissimè expressit Venrab. Pet. Blesensis* serm. 1. de Assumptione, sub Mariæ personâ, inquiens. *Alia Pet. Bles.* magnum prædicant Dominum, & dicunt, *vt creaturæ rationales: alia magnum probant, & ostendunt: ego autem magnum facio Dominum.*

Quo itidem in libro de Mariæ formâ Dei retuli: ipsam ab Isaia librū grandem appellari, Vate dicente cap. 8. vers. 1. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, verbis prophetan*-

III.
Isai. 8.
vers. 14.

Isai. 9.
vers. 6.

Lect. He
br.

II.

tibus

tibus, quod Euāgelistā dixit: Verbum caro factum est. Ioan. 1. vers. 14. & quod Paulus ad Galat. 4. versic. 4. Misit Deus Filium suum factum ex muliere: In hanc interpretationem plurimis ex PP. cōspirantibus: vt in lib. de Maria immaculatē conceptā lib. 2. disser. 2. adnot. 1. videre est: Verum inibi adnot. 4. nū. 1. quod modo ad rem facit, adnotauī vocem Hēbræam, quē respondet libro: Le Et. He br. Sidonius. opportunē verti posse speculum, pulchritudē causā allata à Sidonio Apollinari lib. 7. epist. 18. Quod ita mens paret in libro, velut vultus in speculo: nimurum Maria purissimū, & omni crystallo clarus, ac nitidius speculum fuit in quod Dei Verbum sese intuitus humana formā effigiatus est: vt ipsemet dicebat apud Vatem Psalm. 138. versic. 5. vbi pro: Substantia mea in inferioribus terrae, idest, in utero Matris, ex Hēbræo cū Symmacho legeris, effigiatus sum. Iam preme Mariam emphaticè dici. Speculum grande, vt voluerit Diuinus Spiritus nescio quid epitasis ab illa voce ei tribuere: quam ipsimet Dei speculo non attribuit: quippè de Sapientiā increāta dixerat apud Salomonem Sapientiæ 7. versic. 26. Candor est lucis æternæ, & speculum, sine macula Dei maiestatis: quin grande speculum esse dixerit: quod planè cum de Dei parā signanter affirmet: innuere quidem videtur, Dei Filium, qui in similitudine ipsius forma, & effigies est; à Virginis albo suscepitus, & ab ea effigiatus grandiorē, & magnificentiorē factum; ac proinde maiori, & ampliori speculo, in quo Diuina Dei gigantis facies iusta mensurā, & proportione effigiaretur, quodammodo indiguisse: siue Mariam grande Diuinitatis speculum existisse; in quo Dei facies magnificentius, & radiantiū effulserit; & viuidioribus maiestatis sua coloribus expressam sese ipsam explicuerit. Cui cogitationi siue firmandæ, siue exprimendæ, imò verò dirigendæ, vt intra debitos simplicis, veræque doctrinæ terminos contineatur, adeo opportuna sunt Gentilis Seneca verbalib. 1. natural. qq. vt huic rei velut de industria facta, siue excogitata esse videantur: sunt quippè ista. Est alicuius speculi natura talis, vt maiora

multo ostendat, & in portentojam magnitudinem augeat formas: Sic Seneca: Amplector, illa verba: Alicuius speculi natura talis: vt velut indice demonstrent grande istud Mariæ speculum, quod in portetosam magnitudinem auget formas: formas inquam Dei: humanam, diuinamque: quippè non tantum forma servi, quam a Dei paræ Dei Filius accepit: in magnitudinem adeo portentosam excreuit: Ut in nomine Iesu omnē genus inflectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus in gloria est Dei Patris: Ad Philipp. 2. vers. 11. sed & ipsa Dei forma, quæ reapse immutabilis & undeque invariabilis est: quin ipsi ob infinitam perfectionem quidquā addi, aut demi possit, ab hoc Mariæ speculo nouam, atque maiorem in hominum existimatione claritatem, & extēnam magnificētiā splendidiorē, quam antea acceperit: vt verissime ipsa dixerit: Magnificat anima mea Dominum, quia & magnificata est à Deo, dum Filium suum ei dedit, & ipsa etiam magnificauit Dominum.

Nec ab hac speculi prægrandis imagine discrepant eiusdem diuinæ Sponsæ verba propheticō spiritu apud Salomonem Dei Filium, & suum sic allocutus: Ecce tu pulcher es dilecti mi, & decorus: Cant. 1. vers. 13. vbi si expensis ad verbū illud: Ecce, quod demostriatum rei improbus, & subitæ non sine aliquā admiratione est; his verbis videtur significare, & admirari Dei parā nouam, & ingentis speciei pulchritudinem, quæ Dei Filio, quasi de nouo aduenerit; quaque ipse ad staturam suā plusquam cubitum vnum adiecisse videatur: opportunè in hunc sensum hęc verba, sic inflectente Ruperto, ibi: Dicis mihi, Tu pulchra es: Et ego tibi: Ecce tu pulcher es: Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es. Nam vere in eo pulchritudinem tuam adauixisti, quod cū Deus esses; homodignatus es fieri: Audis ad diuinam staturam adiecitū: cubitum vnum: qui semper pulcher fuisti; pulchrior factus es: Iam pende, cubitum hunc à Mariā acceptum, & Deum de novo magnificatum, vt in Deum gigantem excreuerit: Ex quo (inquit)

P hilip. 2.
vers. 11.

IV.

C ant. 1.
vers. 13.

R uperto.

30 De SS. Euch. myst. lib. i. diff. i. adn. I.

	ego pulchra facta sum: cum videlicet Deum concipere, & pulchritudine, quæ Deiparant deceret, decorari merui. Sed id pensiculatius obserua ex eodem cœlesti Sponso Mariæ Virginianante Incarnationem dicenti: Ostende mihi faciem tuam. Canticor. 2. versic. 14. Sed quare? Siue, quam ad rem? Respondet ex mente Sponsi Theodorus: Ut in ea tanquam in speculo me intuear: vt videlicet ab hoc prægrandi Mariæ speculo: ipse adauæta pulchritudine, & magnificencia, vocaretur Deus gigas: Dauide applaudente Psal. 18. versic. 7. vbi cum dixisset: In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo: hoc est, vt præter alios PP. interpretatur S. Damascenus oration. 1. de Natiuitate B. Mariæ. Sempernum lumen, quod ex semperno lumine antiquiore faculis existentiam habet, ex ipsa (B. M A R I A) corporatur, ac tanquam sponsus de thalamo prodit: Subiicit Vates: Exsultauit vt gigas ad currendum viam: à summo cœlo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius: nec est, qui se abscondat à calore eius: vt à Virginis nimis speculo quodammodo gigantisstaturam, velocitatem, fortitudinem, ardorem ad inflammandum orbem assumpserit: hæc omnia præstringente Richardo à S. Laurentio lib. 2. de landibus Virginis, hunc in modum: Quia per ipsam, & in ipsa, & ex ipsa augetur gloria Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Unde magnus Dominus licet in omni creaturâ sit: tamen nomina tim dicitur, Magnus, & laudabilis nimis in Civitate Dei nostri, quæ est M A R I A: Hæc ille: à qua exsultauit vt gigas, vt verus omnino sit Tertullianus libr. 2. contra Marcionem, cap. 27. inquiens: Ita Deus, tunc maximè magnus, cum homini pusillus, idest, cum à Maria pusillitate in carnis accepit.	A	PP. sapienter accipiuntur; lastinus tamen libr. contra Tryphonem, Tertullianus lib. 5. contr. Marcion. Eusebius Cœsariensis, & Hesychius ibi, August. lib. 3. contra Maximinum, cap. 18. Hilarius lib. 12. de Trinitate, Isidorus de Natiuitate Christi, cap. 6. Victor Vicensis lib. 2. de persecutione Vandorum: Nicolaus de Lyra, Pagnin. Genebrard. Caietan. & ex recentioribus pluribus ad tempora empotius Christi generationem referunt: vt dixerit aeternus Pater: Ego, & Fili, ex Virginis utero solum ex alto Diuini Spiritus superueniente virtute; nulla virili industria accedente genuit: vt dixit Paulus ad Rom. 1. vers. 3. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem: At enim vero, quam emphaticè in ingentem Virginis gloriam hæc in ipsis Originibus conscripta sint, adnotare fuerit opera pretium: Nimirum ex Hebreo Hieronymus, Nicolaus de Lyra, Pagninus, Caietan. Genebrardus, & alij plures eodem sensu, quamvis verbis tantillum, vel mutatis, vel transuersis legerunt: Ex utero Aurora tibi rose est adolescentia tua: quæ omnino de Mariæ Sanctissimâ fore capienda (præter Aurora imaginem, quæ vt illi maximè quadrat, ita ipsi ab omnibus Canticorum interpretibus tribuitur) ipsiusnet Codices Hebraici, quibus Eusebius Cœsariensis est usus; & qui tunc tempotis præmanibus erat, adeò manifestè, ac enucleatè confirmant, vt ne alicui villa eset dubitandiratio, ipsiusmet Mariæ nomen ad conuincendum litigatore de industria posuerint: & nos etiam de industria Eusebij verba transcribimus. Sic enim ille post plura, quæ de humana Christi generatione dicit: Pro eo autem, quod ex ventre: vel ab utero Hebraicum ipsum habet Mariam. At scio me quendam super hoc audisse, qui diceret, Hebraicam vocem hoc loco ipsius Mariæ nomen commemorasse: nam dictio Mariam Mariæ nomen indicat, ac si nominatim per hec Dei Mater commemorata sit: Hæc Eusebius. Sed & hic tam rosis, quam adolescentiæ locutiones, seu imagines expende. Et quidem, si benè attimas, adolescentia ibi non significat adolescentię statum: sicut pueritiae infantiae, aut senectutis periodum explicare confueimus, sed ipsummet ado-	Iust. M. Tetruill. Eusebius Hesych. Aug. Hilar. Isidor. Victor. Lyra. Pagnin. Caietan. Geneb. Leob. Hebr.
Cant. 2. vers. 14. Theodor.		B		
Psal. 18. vers. 7.		C		
Damasc.		D		
Richard. à S. Lan.		E		Euseb.
Terrell.				
V.				
Psal. 109. vers. 3.				

Christus in Euch. à Maria Deus magn. 31

Treuert.

Dan. 2.
vers. 34.

VI.

F l a m i n .
I a n s e n .
V a t a b .

I s a i . 4 5 .
v e r s . 8 .

L u c . 1 .
v e r s . 3 5 .

lēscendi , siue crescendi , & in altum exurgendi vigorem , aut motum , pro quo facit Treueti , & aliorum lectio ros fortitudinis tuæ , idest , quo fortior in dies euadis . Cui quidē cogitationi misericordia deferrit roris imago ; à cælesti enim ore , siue imbre defluente , & florū , & fructuum germinatio , & incrementum est . Ex quibus is germanus , at quæ opportunus se prodit horum verbū sensas . A Virgineo Mariæ ore : hoc est à Diuina cælestium gratiarum , ac donorum plenitudine , atque fæcunditate , quæ Spiritus Sanctus in Mariam superuenit , & virtus Altissimi obumbrauit ei ; obtigisse Dei Filio eam adolescentiam , hoc est adolescenti vim , atque giganteani proceritatem , quæ succeditus sine manibus factus est mons magnus & impluit uniuersam terram , Daniel 2 . vers. 34. & 35. non secus ac à cœli rore terrestres stirpes adolescentur , & in ingē tem proceritatem cōsurgunt . Quod iure rit præfata lectio ros fortitudinis tuæ , sensum conūmen habens , cum verbis Iiāiae , quæ in manibus habemus vobabitur , Deus fortis : siue Deus gigas .

Ne verò , aut intactum , aut inexplatum hoc in loco aliquid maneat : ad diderim , nō omnino abs reali posse ambigere ; quæ ratione Virgini adscribatur is ros , cui ista fæcunditas inest , à qua Dei Filius in tantam adolescit proceritatem : cum in hæc roris imagine in primis omnium gratiarum , & donorū Dei cōpia significetur , vt ad hæc verba Flamin . Ian sen . & Vatab . obseruant , deinde vero dissertè enuncient sacræ paginæ hunc rorem cælitus aduenisse : prædicente Iiāi . c . 45 . vers . 8 . Rorate cæli de super , & nubes pluant iustum : & Zach . 8 . vers . 12 . Cæli dabunt rorem suum : Sed ijs facile occurremus ; velex ipsa met roris imagine ; cum is ex vapore , qui è terra sursum eleuatur , ortum habeat , vel potius , quod cū ea gratiarum & donorū cælestium plenitudo , in Virginē superuenerit , & ab ipsa purissimo gremio excepta sit dicente Ange lo , Luc . 1 . v . 35 . Spiritus Sanctus superuenit in te , & virtus Altissimi obumbrauit tibi , ideo quidem ipsi , & stirpis germinatio , & proceritas iure adscribatur , vt statim post ea verba : Rorate cæli de super , & nubes pluant iustum , affirmat

Iiāias immediatè subjiciens : Aperiatur terra , & germinet Saluatorem : quæ verba nemo non explicat de Beatissimā Virgine , in cuius uterum cælestis illa pluia illapsa est , à quæ Diuino Spīritu fæcundata partu augustissimo germe protulit tādiū desideratum Dei hominis : Descendit , quippe , sicut pluia in

A vellus . Psal . 71 . v . 6 . id est (vt alibi ex Rich . à S . Laur . lib . 12 . de laud . Virg . vidimus) placide in placidam ; quietè in quietam , suauiter in suauem , sine strepitu in pacificam ; secrète in absconditā ; benigne in benignā ; iucundè in iucundam , utiliter in perutilē , & in fructuofam fructuosè . Ea

Psal . 71 .
vers . 6 .

Richard .
à S . Lau .

B qui suamet dona , nostra merita , nostrā quæ dignitatē esse vult , totā quodammodo germinationē , & vitalem succū & vim , quæ diuina hæc stirps , in tā proceram altitudinē surrexit , Virginis fæcunditati adscribendam duxerit . Nec immerito cum ex ipsa , & ab ipsa , vt ab Spiritu Sancto fæcundata Dei Filius , quasi donorum : & gratiarum censum auxerit : Vnde pro illis verbis : Aperiatur terra , & germinet Saluatorē : LXX . & ex Hebræo Pagninus transferunt :

Leet . II .
br .
LXX .

C Aperiatur se terra , & fructifacent salus , & iustitia (siue vt LXX terra germinet misericordiam , & iustitiam) quas germinare faciet terra simul . Vbi ipsam Saluatoris , salutis , & misericordiæ , ac iustitie germinationem Virginē terræ adscribit

D Vates : non quidem quasi de nouo hæc dona à Matre acceperit , qui fons gratiarū , & origo donorū est : Sed quod ab ipsa , & per ipsam hæc Dei dona , & perfectiones , sic mundo innotuerint , & manifestata fuerint , vt de nouo germinata viderentur . Quam ob causam aternus Pater , cui totum , quod est optimum adscribi debet , opportunissimā comitate hunc honorem Mariæ attribuere voluit Filio suo , dicens . Ros adolescentiae tua ex vetero Aurora est : Ex vase , scilicet qui ex virgine à terra eleuatur , eductus .

E Sub quo omnino sensu explicatisimè ipsemet Summus Parens eadem vñs imagine dicebat , apud Iiāam capit . 55 . versicul . 10 . Et quomodo descendit imber , & nix de cælo , & illic ultra non reuertitur , sed inebrat

VII .
I s a i . 5 5 .
vers . 10 .

terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quicumque volui, & prosperabitur in his, ad quae misi illud: Quibus verbis; dum Christus, qui Verbum est Patris, non prius ad ipsum resuersus inducitur, quam miraculos produxerit fructus conuerso mundo iiquore, in paradisi delicias: simul dicitur prosperos ipsum successus denuo habuisse; tanè quasi à Mariæ terrâ felicissimus ipsi obtigerint prouentus germinante ipsa sautem, misericordiam, iustitiam, pacem: cunctosque vitæ fructus, à quibus Dei Filius; velut semen in terram iactum ad excelsæ spicæ proceritatem, siue potius ad prosperam messis maturitatem peruenit. Quam cogitationem expressisse dixeris ip-

Psal. 138. summet Dei Verbum, Psalm. 138. vbi vers. 5. cum de æternâ sui ipsius generatione dixisset ad Patrem, vers. 5. Tu formasti

& posuisti super me manum tuā: quæ ibi explicauit Hilarius ex verbis Pauli ad Philipp. 2. ver. 6. Qui cum informa Dei eset, inquiens: Quod enim informa est, formatur informam, & quidem paternæ naturæ, & Diuinitatis formam: Postmodum versu 15. quid ipse met à Matre secundum humanam naturam acceperit, ita profitetur: Nō est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terra: Hæc enim ad humanam Christi generationem fore referenda: itidem que illa locutione in inferioribus terra: Virgineum vterum honestissimam periphasi significari, iam dudum ex PP. adnotauimus in lib. de optimo Principe, lib. I. adnot. 20. nu. 3. Sed modo in his verbis: substantia mea, &c. duo obserues velim: Alterum à Symmacho, & alijs legi, formatus sum: vt videlicet paternæ formationi, seu generationi materna etiam formatio: siue Dei forma, serui forma respondeat: Alterum quod omnino è re nostrâ est, hanc humanam formationem, siue formam

tam in Hebreo; quam apud LXX. (benne id adnotante ibi Agellio) ea voce explicari, quæ denotat altitudinem, siue staturam erectam, atque sublimem; vt proinde ad litteram verten-

dum ex originibus sit: exaltatio mea: siue potius excelsitas, aut proceritas statutæ meæ: vt ex his vocum significacionibus egregia hæc Christi Domini in Matris honorem, & dignitatem sententia subsistat. Sum quidem, & à Patre, & à Matre formatus, dum & in formâ Dei subsisto, & à Matre formam serui accepi, & quidem cum in formâ Dei, Patri neutiquam minor, sed omnino sim aequalis, statutæ sanè meæ proceritatem, & excelsitatem, siue erectionem, quæ in hominum existimatione plusplus manifestata Diuinitate meæ, sic excreui, vt Deus gigas iure vocer, Matri meæ debere fateor, à qua hæc proceritas, & exaltatio mihi obtigit: dum ros adolescet meæ ab utero Aurora est.

Nec absimilis rori fuerit fontis paradisi imago, cum quo PP. Deiparam componunt, præsertim Rupertus Richard. à S. Laurent. & Bonavent. nam de eo dicitur. Fons ascendebat de terra irrigans uniuersam superficiem terre, Genes. 2. versic. 6. nimurum dum PP. in fonte, Dei Filium è Virgine orientem intelligunt; dignum obseruat est, cum qui à Patre descendisse dicitur propter eximiam ipsius humilitatem; & erga humanum genus dignationem: siue etiam in sinu Patris, esse

Ioan. n. 1. vers. 18. propter omnino-

dam cum ipso aequalitatem; cum de ipsius è Virgine ortu agitur: signatè ascendere dicitur: ita id adnotantibus

Ruperto, & Richardo in prefatis ver-

bis: Fons ascendebat è terra: Quorum prior Virginem allocutus, inquit: Ex te fons ille ascendit, qui apud Deum erat:

sicut scriptum est: Quia apud te est fons

vite: ita ille, notanter hunc vitæ fons

apud Patrem, esse; apud Virgi-

nem vero ascendere affirmans: Ri-

chardus vero lib. 12. de laudibus Virgi-

nis, enucleatus ait: Fons iste Christum

designat, qui benè dicitur ascēdere de ter-

râ: Quia nascens de Virgine ascendit, non

descendit: Hæc Richardus, adeò autem

non descendit, & adeò ascendit, vt ab

ipsa Deus Magnus, & Deus gigas

vocatus sit: fueritque, ille fal-

sus: Excelsitas statutæ meæ

ex utero Auro-

ræ est.

VIII.

Genes. 2.

vers. 6.

Rupert.

Richar.

Bonau.

Ioan. n. 1.

vers. 18.

Richard.

à S. Lau.

Symma-
chus.

LXX.

Agell.

CHRIS.

CHRISTVM DOMINVM A
lacte Marie in Eucharistia signatè cla-
rificatum, atque excelsorem
thronum descendisse.

ADNOTATIO II.

VT quæ adnotacione præced.
de Dei Filio à Virgine statu-
ræ proceritatem, & Deigi-
gantis maiestatem obtine-
te; ipsimet Domino Augustissimū Eu-
charistiæ Sacramentum ad Dei gloriæ,
& sui nominis claritatem instituenti,
accommodemus: Augustissimū Chri-
sti thronum, in quo, & à quo celsior fa-
ctus dicitur: inspicere est opera pre-
tium: Ergo Fecit Rex Salomon thronum
deebore grandem, & vestiuit eum auro
fuluo nimis, 3. Regum 10. vers. 28. Sed
cum his verbis, componenda sunt, quæ
de Christi throno sive solio, magna ser-
monis pōpā, & maiestate habet, Isaias
cap. 6. versic. 1. hunc in modum: Vidi
Dominum sedentem super solium excel-
sum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erāt,
replebant templum: Seraphim stabant su-
per illud: sex al. vni, & sex al. alteri: dua
bus velabant faciem eius, & duabus velab-
bant pedes eius, & duabus volabant: His
etenim locis, & Dei Filius à Maria ele-
uatus, accelsior factus dicitur: & tota
eleuationis, atque exaltationis gloria
ad Eucharistiam refertur: Nam in pri-
mis thronum Salomonis Mariam præ-
nunciasse constans PP. explicatio est,
quos numerare licet, & libet, & primū
S. Petrum Damian. de hoc argumento
conclitionem integrum confidentem,
quæ est de Natiuitate Virginis, vbi inter
alia, sic inquit: Fecit thronum: vterum
videlicet intemerata Virginis, in quo sededit
illa Maiestas. Hanc sessionē Filij, & pro-
bavit, & cognouit Pater ipso dicēte: Tu co-
gnouisti sessionē eam. Psal. 138. v. 2. &
Psal. 44. vers. 7. Thronus tuus Deus, in
saculum sacerdoti: & Psalm. 88. vers. 37.
Thronus eius, sicut Sol in conspectu
meo: Hæc ille: sed prior hunc thronum
aptauit Mariæ, S. Iacobus Apostolus in
Liturgia, & ab eo S. Methodius M. in
S. Meth. Hypapante, Athanasius in serm. & des-

criptione B. Marie, S. Ephrem serm de
land. Virg. S. Iosephi Confessor, apud Me-
raphrastem adductū à Sario die 25. Dc.
cembr. tom. 6. Chryst. serm. de Virgine, Chr. lost.
Augustin. lib. seu sermone de Assumptio
ne. Damascen. orat. 1. de dormitione Vir-
ginis, Georgius Nicomediensis serm. de
Georg. Nic. Hesych. Andreas. Ildeph. B. Bruno. Philipp. Abb. in Can-
tic. in expositione Morali pagin. 303. Chrysipp. orat. de Deipara, Adam de S.
S. Victore prossā de Assumptione. Ber-
nard. ser. de Deipara. Antoninus 4. part.
tit. 13. cap. 44. §. 7. Nicolaus de Lyra,
in expositione Morali, & Petrus Ble-
fensis, & Richard. à S. Laur. quos iam
profero: & alij: Quid autem fuerit Dei
Filiū in Maria throno sedisse, nisi ab
ipsius throni celsitudine, & ipsum cel-
siorem, & magnificientiorem conspi-
ci, non fecus ac quā in altissimo solio
considet, altior apparet, atque subli-
mior eo, qui humi situs est: vt obserua-
uit Petrus Blefensis, serm. 28. vbi inter
alia in hanc rem inquit. Et sic ascendens
Dominus per Virginem, & in Virgine, de-
ebore thronum grandem celsior factus est
secundum thronicelitudinem: in quem
statim sensum profert ipsius Virginis,
verba. Magnificat anima mea Dominum,
Pro quo explicandi modo omnino fa-
cit, quod prefato loco libri Regū post
descriptum à Salomonie constructum
thronum subditur, vers. 23. Magnifica-
tus est ergo Rex Salomon super omnes Re-
ges terræ diuitijs, & sapientijs: Quæ in
præsens institutum inflectit Richardus
a S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virgin.,
vbi cū de throno dixisset. Thronū de ebo-
re fecit, siquidem usque ad Beatam Mariam
non habebat Christus thronum de ebo-
re, sed quasi sedem plebeianam, & communem,
sed in ipsa thronum de ebo habuit, &c.
Subiicit: Et in ipsa, quæ fuit thronus grā-
dis celsior factus est: sicut Salomon super
omnes Reges terræ magnificatus est, ex
quo fecit thronum grandem, & in eo con-
sedit. Hæc ille.

3. Reg. 10
vers. 37:

Iam vero thronum hunc grandem
sive solium excelsum, & eleuatum, in
quo Dei filius consedit dicitur apud
Athanasium de gloria Christi Domini ex
plicauit

34 De SS. Euch. myst. lib. i. diff. i. adn. 2.

*Ioan. 12. plicauit Ioannes cap. 12. vers. 42. in
vers. 42. quiens: Hec dixit Isaia, quando vidit
gloriam eius, & locutus est de eo: ita ad*

*Augustissimum Eucharistiae mysterium
omnino retulerunt Iustin. M. Damascenus,
& alij PP. ita enim prior, quæst.*

44. ad Oecum. Orthodoxos, inquiens. Per visionem Isaiae Prophetæ declaratum est Christi

*mysterium sedentis in solio gloriae, & Iesu
sui & sanctæ carnis expiantis peccatum im-
piorum hominum, & statim. Quem enim
carbonem vidit Propheta immundis suis
labijs admoueri, is significacionem habe-
bat Dominice carnis purgantis ab anni
impierate conscientiam eorum, qui eam co-
medunt: Hæc Iustinus, & eodem ductu
Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa
cap. 14. cum multa de Eucharistia dis-
seruisse diceret, sic monēdo sub-
iicit: Ardentis cupiditate ad eum acceda-
mus, manibusque in crucis formam compo-
situm Crucifixi corpus suscipiamus, atque
& oculis, & labijs, & frontibus imposi-
tis Diuini Carbonis participes efficiamur,
ut ignis desiderij in nobis insiti assumpta
ea, quæ ex carbone oritur inflammatione
peccata nostra exurat, ac pectora nostra col-
lustret, &c. Vedit quippe carbonem Isaia. Carbo porro non simplex lignum est, sed igni unitum. Sic panis quoque communio-
nis, non simplex panis est, sed Diuinitati
unitus. Hæc ibi, & alia Damascenus.*

*P. Sanct. Vbi non possum, non probare sensum
Patris Sanctij in commentario Isaiae,
atque in rem præsentem eo frui: dum ille
innixus Ioannis testimonio ad gloriæ
Christi visionem hanc Isaiae referentis
eodem sensu ductus illustre illud tria-
gium: Sanctus, Sanctus, Sanctus: itidem
ad Christum accommodat ex visitato
scriptura modo loquendi: quo id quod
in aliquo genere eximium est ternatio
numero significatur: ut Apocalyp. 8.*

Apoc. 8. repetito ter v. a, v. a, v. a habitantibus in

vers. 13. terra, grauis denunciatur hominibus

S. Ther. 3. clades, & S. Ther. 8. eodem numero ex-

pliatur magnitudo imperij Aſueri Regis: nam vbi vulgatus habet, centum vi-

ginti septem prouincias, textus Hebreus

legit tertio iterata voce. Prouinciam.

*Prouinciam. Prouinciam: & cum maxi-
mè vrgetur Sponsa Cant. 4. vt de Liba-*

no veniat, ter audit à Sponso veni. His

ex sacris adductis exemplis: addit, plura ex externis esse obvia, qui & Mercuri-

*triu ter Maximum, & honores amplif-
simos, ter geminos vocant, & quod se-
pè, & cum magna contentione fit, ter
tieridicitur: Quibus exemplis placet
duo ex sacris adiungere: alterum Nu-
mer. 24. cum asina Balater ab ipsa pec-
cacia humano more locuta est, in-
quiens: Quid feci tibi? Cur percutis me?*

*A Ecce iam tertio. Numer. 22. vers. 28. vbi
notanter præmisit irrationale animal
ecce: quo in loco dicere sum solitus; in-
iuriam tertio repetitam etiam à bruto
querulas voces extorquere: alterum
ex verbis Domini Petro futuras nega-
tiones denunciantis: In hac nocte ter me
negabis, Matth. 26. vers. 34. ad quæ ver-*

*Num. 22
ver. 28.*

*B negabo, Matth. 26. vers. 34. ad quæ ver-
banon nemo, non importunè obserua-
uit: ter ibi taxatiuè positum esse: vt Pe-
tro denunciatum sit: fore facinus into-
lerabile: si ultra tres vices in negando
procererit: iam ex prædictis infert san-
ctius, dici posse in probabiliter Chri-
stum hæc dicta Seraphinis, ter Sanctum,
idest Sanctissimum: Quod iam vides,
quam opportunè Christo in Euchari-
stia tribuatur: cum hoc epitheton San-
ctissimum vni omnino Sacramento cor-
poris, & sanguinis Domini signatè af-
signemus.*

*Matt. 26
ver. 34*

*C III.
Sed pro ingenti hæc Christi gloria
in Eucharistia, vultum, & oculos adstatum
Seraphinorum intuere: de quibus
inquit Sacer Scriptor: Sexa & vni, &
sex alia alteri: duabus velabant facie eius:*

*D vbi Hebræa habent. Duabus velabat v-
nuus quisque faciem suam: præ reverentia
scilicet tantæ maiestatis, inquam intē-
dere vix audent: notantibus id Chryso-
stomo, & Ephrem: dum hic hom. de fe-
stis diebus, inquit: Angeli mundi, cum ti-
more ministrant, faciemque obregentes nō
audent respicere: ille vero hom. de Sacra,
& diuinâ mensâ, & iudicio, sic ait: Om-
naculum! mensa tam magnificè instructa,*

*E in qua Agnus Dei protegatur: ad quæ
alsi sunt Cherubini, descendunt Seraphini
qui seris prædicti alii vultus demittunt:*

*At qui in celo faciem Dei libere intue-
ri dicuntur dicente Domino, apud*

Matth. 18. vers. 10. Angelorum Jam. Mat th.

per vident faciem Patris mei, qui in celis 18. v. 10.

*est: Cur ergo Dominum in Sacramen-
to consistentem intueri verentur? Per-*

tinet id quidem ad summi Christi

Maiestatem, quæ plusplus cælestibus

menti-

*Cant. 4.
vers. 18.*

mentibus irradiat: Dicebat quidē hūc intentus pie, & sapienter B. Alexander Lusagus in quadā exercitatione Deū allocutus (vt refertur in eius vitā lib. 1. cap. 9. *Mi Iesu, Domine mi, mi Deus, te ipsum in hoc Sacramento cōstitutum voluisti, non modo tui in nos amoris significā di causa nosque incitandi ad id rependendum officij.* Sed etiam honoris tui augēdi cumulatiū, quem aliquā ex parte nostris studijs cōmisiſti: etenim cum ſpectata nobilitate Princeps ſimulate perſonā tegit vili vestitu, aut coniectus eſt in carcerem, ſe quis eosdē ei tribuit honores, quos cū illū viſeret domi; profecto honorem habet illi multo maiorem, quam ſi idē tum deferretur, cum dignitatis ſplendore, & aſectato rum comitatu magnificè collucet: Hæc ad rē beatus ille; quibus ipſe addebat. *En tibi mi Domine patet aperta mens, in eam intra, in eā vt domineris pro arbitrio.* At enim verò plus eſt, quod hi PP. in cælestibus ſpiritibus obſeruarunt; maiorem ſcilicet obsequij, & reuerētiæ ſignificationem Dei Filio in Eucharistiā, quam in celis ipios exhibere; quaſi inibi plus plus maiestatis, & ſplendoris illius iſpis colluceat: Quo maximè facit p̄fatu Sanctus, Sanctus, Sanctus, ſive Sanctissimum trisagium, p̄ſertim ſi adiunxeris, quod de illo Petrus Galatinus lib. 10. de arcanis, c. vlt. ex Rabbi Nehemia refert: postquam enim ille Hebræus Doctor multis annis ante Christi aduentū ſcripſiſſet, ſacrificium Mefia futurum ex pane cōuerſo in carnem, & ex vino in ſanguinem iſpius, Angelosque huic ſacrificio аſſistentes, eius laudes mirabilē cōcentu celebraturos subdit: *Quod si quis mortaliū poſset audire, atque percepere cantum illū adeo ſuauem, ac mellifluum, quem Angeli concinnet in immolatione huius ſacrificij, anima eius separabitur a potentijs corporis, & cum illā can tus dulcedine ſimilegredietnr.* Sic ibi: de quo inferius redibit termo.

IV. Redeo ad Dominum in Eucharistiā in ſolio excelfo, & eminenti cōſtētem, cuius defluentes in Regia Maieſta te, & ſplendore laciniæ replebant tem plum: Seraphiniſ clamantibus. Plena eſt omnis terra gloria eius: vt cum hoc thro no, tam magnifico, quem Christus per Sacramentum corporis ſui in Ecclesiā Christiana habere dicitur abiecta, &

reprobata, vt inibi denūciatur, perfida Iudæorum plebe: cōponam nō minus illuſtre de Eucharistiā oraculum, apud Malach cap. 1. ver. 10. & 11. Domino ibi conteſtante: *Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & munus non iſcupiam de manu vestrā.* Ab ortu enim Solis uſque ad occasum magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnū eſt nomen meū in gentibus dicit Dominus exercituum: Quæ verba nemo non ex PP. antiquis, & ex recētioribus interpretibus de Eucha riſtia accepit, ſic ibi Hieron. & Au gust. lib. 18. de Ciuitate Dei, c. 35. Cyriſ. & Theod. Iuſt. M. in Dialogo cū Trypho ne, Ireneus lib. 2.. cōt. hæres, Cyprian. lib. 1. cont. Iudeos, cap. 18. Damasc. lib. 4. deſide orthodoxa, c. 14. Euseb. de De monſtr. Euang. lib. 1. cap. 6. Chrysostomus in Psal. 95. vbi adductis his verbis ait. Vide quam luculenter, quamque dilucidè mysticam interpretatus eſt mensam, quæ eſt in cruenta hostia: nec omittenda verba Iuſtini, quod opportunā rei noſtræ ſint, post citatum enim hunc locū ſubdit. Ceterū de ſacrificio, quod offertur in omni loco à nobis gentibus, ideſt Eucha riſtia tu pane, tu poculo, ibidē p̄dicit dicens, nos clarificare nomen eius, quod vos (Iudei) profanatis: ita Iuſtin. Et quod caput eſt: plenius, & expressius hęc verba nobis explicuit Tridentina Synodus de trecentorum Episcoporum iententiā, hunc in modū. Et hæc quidem illa mun da oblatio eſt, quæ nullā indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest, quā Dominus per Malachiā nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus in omni loco mundam offerendam predixit: Hæc Concilium. Iam vero ob ſerua illa verba: *Ab ortu ſolis uſque ad occasum magnum eſt nomen meum in gentibus,* vbi LXX. pro magnum ſigna tē reponuerunt clarificatum, ideſt p̄clarum, & glorioſum: cuius eam reddit rationē: *Et in omni loco ſacrificatur:* vbi particula, & more ſcripturae cauſam denotat, vt hic obſeruat Turrianus tractans hunc locum lib. 2. de Eucha riſtia, cap. 34. Ergo a ſacrificio Eucha riſtiae, tum ſolium excelsum, & eminens, tum nomen magnum clarificatū, & glorioſum ab ortu ſolis uſque

Malach.
1. ver. 10

Hieron.
August.
Cyriſ. A lex.

Theodor.
Iuſt. M.
Ireneus.
Cyprian.
Damasc.
Eusebius
Chrysost.

Conc. Tri dent.

LXX.

Turrian.

ad occasum Dei filio obtigit, quod expressere Seraphini dicentes. Plena est terra gloria eius.

V. Hæc quæ omnino clara, & certa sunt claritatem, & splendorem reddunt clarificationi illi, quam sibi ipsi Dominus attribuit, apud Ioannem 13. vers. 31. cum cænâ facta, & Augustissimo Sacramento Eucharistia instituto ad suos conuertus dixit: *Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* Nam ut bene hæc verba à Chrysostomo, & PP. Græcis de futurâ Crucis clarificatione, posito præterito pro futuro accipiantur, & acutæ à P. Maldonato ad Iudea discessum referantur:

Quemadmodum (inquit ille) si fortis in bello dux accepto nūcio futurio die prælij gestiens lātitia dieat: hodierno ergo immortalem gloriam consecutus sum: aut quod maiorem emphasm haberet: nūc ego beatus sum, nūc immortalem gloriam consecutus loquens per præteritum de re futurâ, vt ostendat, etiam certâ habere victoriam, quasi iam teneret manibus. Ego vero non manibus solum, & pedibus (vt dicitur) sed toto animo eo in expositionem Turriani citato loco, qui & sensum Christi Domini, & suam proprietatem aduerbio, nunc denunciantis aliquid actu, & re ipsa præsens, velut acutetigisse videtur, dum hæc verba, & de institutione Eucharistie exponit, & cum prefatis Malachiæ, & phrasi clarificandi omnino componit: nam post explicationem adhibitat oraculo Malachiæ, hæc subiungit. Diuinè consonat hic locus Euāgeliō Ioannis: vbi ergo Iuda continuo post acceptam buccellam dixit Iesus: Nunc clarificatus, siue glorificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: Hoc enim dixit propter mysterium gloriosum corporis, & sanguinis sui, quod tunc mutato pane, & vino in ea, tanquam omnipotens dedit, quod ab uniuersa Ecclesiâ Deo ad gloriam, & cultum eius offerendum esset. Pergit vero, id vndeque explicare, siue exactissimam rationem reddere, hunc in modum: Sed quærat quis; quomodo per hoc mysterium sanctæ Eucharistie nomen Dei in cunctis gentibus glorificetur. Quia scilicet gentes, que Deum ignorabant, & daemona in idolis suis colebant, & quæ à Deo factas sunt, diis falsis, quasi

auctoribus assignabant, ad Deum per illuminationem Euāgeliū conuerse cultum Deo Patri per Iesum Christum in hoc sacro-sancto sacrificio adhibent, eundemque Iesum Christum auctorem omnium, quæ facta sunt, & quæ ut Deum Patrem confitentur. Hæc P. Turrianus: & post plura, quibus eundem sensum firmat, atque diffundit, committens denuo utrumque locum Ioannis, & Malachiæ inter se, subdit de verbis Malachiæ. *Nomen Filij vocat nomen suum, quia eadem, & una est utriusq; potestas, & natura. Quare scilicet Filius hominis glorificatus est, & Deus glorificatus est in Filio: sic in propheetia Malachiæ dixit Deus. Pater. Nomen meum glorificatum est in gentibus, id est Filius meus glorificatus, & ego glorificatus sum in eo: quia nomini meo offertur sacrificium mundum: quod est ipse Filius, qui ait. Hoc est corpus meum. Hec Turrianus. Quæ Irenæi testimonio dilucide statim confirmat: vides ibi, vt ego ea appingam, quibus Petrus Venerabilis lib. 2. contra Iudeos cap. 4. ipsos hominē occasione verborum sic pungit. Vide Iudea, quomodo omni in loco offeratur Deo oblatio mūda. Vide ex structas per uniuersum orbem Christi Ecclesias, altraria in omni loco sacrata. Agnum Dei, quæ in Cruce peremisti, super eadem Altaria in eisdem Ecclesijs Omnipotenti Patri incessanter pro mundi salute offerri. Hæc Petr. Venerab. Sed de Iudeorum reprobatione, & Ecclesiæ Christianæ electione, Eucharistiæ hanc ab illa discriminante, peculiaris statim redibit sermo.*

Modo egregium regij ac magnifici huius throni ab Eucharistia Christo Domino aduenientis typum, Ambrosio interprete, in Patriarchaloseph, Gen. 45. nef. 45. vers. 26. contemplare: ipsomei ad fratris suos, dicente vers. 13. Dominus fecit me dominum uniuersæ terræ Ägypti, & vers. 9. Nunciate patri meo uniuersam gloriam meam: Sed vnde ipsi rātagloria hæc? Vnde Dominus uniuersæ terræ? Vnde ille regius currus clamante precone, vt omnes coram eo genuflecterent? Vnde illi diuinum nōmē Salvatoris mundi? Gen. 41. vers. 45. Planè à frumenti in populos, distributione: sic enim ibi vers. 56. Crescebat autem cottidie famæ, aperuitque Ioseph vniuersa

Ioan. 13.
vers. 31.
Chrys.

Mald.

Turrian.

A

C

D

E

Malach.
vers. 10.

Petr. Ve-
ner.

VI.

Gen. 45.

vers. 9.

Gen. 13.

Gen. 41.

vers. 45.

vniuersa

Ambr. uersa horrea. Hæc omnia Christo Dominō aptante Ambrosio lib. de Ioseph, cap. 13. vbi post enarratam Christi gloriam: & ipsius verba expensa. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: premens verba fratrum Ioseph ad Patrem: Ioseph Filius tuus vivit, & ipse Dominatur in terra Ægypti. Genes. 45. versic. 26. sic inquit. Aduertimus certè quomodo, & vivere eum, & terræ totius principem dicat, quia aperiens horreas a spiritualis gratia donat omnibus libertatem: ita Ambrosius. Notanter illud quomodo, & vivere eum: vt parum Ambrosio videatur à cœlestis alimoniæ distributione Christum terræ totius Principem dici, nisi etiam addiderit: inde ipsum etiam vivere: quod ea Domini vita sit, quæ vitam hominibus donat, & tunc ipse maximè vivere dicatur, cum ab eius corpore, & sanguine homines vivunt.

VII. Ecce tibi Dei Filiu[m] à Solio Eucharistiae clarificatum, & in excelsum proceritatem mirum in modum eleuatum, & totum terrarum orbem maiestate suâ implentem, vt iam hinc merito Deus gigas, appellari debeat: Iam verò vt hac ratione itidem iure ipse dixerit: Excelsis statu[m] mea ex utero Aurora Matris meæ est, rursum expende thronum eburneum Salomonis, vt videris eundem quidem, cum solio Isaiae esse: hoc est ad Eucharistiae institutionem ingentem operam Mariam contulisse: vt ipsa quodammodo videatur

Dux fæmina facti.

Vyveric. Cui cogitationi intentus Mariæ ventrè, & solium summæ maiestatis, cum hoc vitæ immortalis cibo opportunè coniunxit Vyvericus sermon. i. in Annunciatione, hunc in modum exclamans. Quam beatus igitur ille venter eburneus; vnde caro eburnea sumpta est Redemptoris premium animarum, miraculum Angelorum, solium summæ maiestatis, thronusque potestatis cibus vitæ immortalis, medicina peccati, restitutio sanitatis. Hæc ille: Ut verò eius mens plenè subsistat: Quid Angelus Matris de Dei Filio concipiendo dixerit, audi: Sic enim primum: Ecce concipies in

utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris sui, & regnabit in domo Jacob in æternum: & Regni eius non erit finis. *Luc. 1. versicul. 31.* vbi si attendis, à MARIA, sic concipiendus dicitur Dei Filius, vt vna ex parte cibus vitæ immortalis sit: ex alia verò, hæc ipsa ratione, quod sit cibus vitæ; regnatus afferatur, & solium summæ maiestatis thronumque potestatis habiturus: Sed inquis, vnde locus? Sanè quia tum sedem Davidis obtenturus; quæ vt alibi monui, non ad ius hereditarium, quod alijs Regibus obtigerat, sed ad egregia facinora quibus Regiam, sibi sedem Christus, ad exemplar Davidis acquisiuit; referendum est, tum vel maximè signate in Iacob, nō verò in alterius Patriarchæ domo fuerit Regnaturus. Nimirum hæc, illa domus est, quæ Patris benedictione frumento, & vino stabilenda prænunciatur: cum Iasa filio suo Iacob hanc impertitus

C sit benedictionem: Det tibi Dominus de ore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini: Et seruant tibi populi, & adorent te tribus: esto Dominus fratrum tuorum, & incurvantur ante te filii marris tue. *Genes. 27. versic. 28. & 29.* Et statim cum de præcepta, sibi benedictione conquereretur Esau, & aliam ab hæc benedictionem

Gen. 27. versic. 28. & 29. & 37.

D obtinere niteretur: in eadem sententia perstans Iaac versic. 37. inquit: Frumento, & vino stabilium: & tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? Quibus verbis, & Regnum Christi, & eius stabilimentum, & firmitatem totius terrarum Orbe florentem à frumento, & vino Eucharistie subsistere manifestè docuit, vt tum ipsa Hebreæ lectio innuit, vbi ad vocem vi-lectio.

E n, emphaticè additur, noli: vt omnino appareat, non de communi, & visitato ad bibendum vino, sed de nouo, & sacrato sermonem esse sub eo sensu, quo de Eucharistico vino dixit Dominus, apud Matthæum 26. ver-

Hebr. 8. 10.

versicul. 29. Non bibam à modo de hoc genimine ritus usque in diem illum, quo illud bibam nobiscum novum in Regno Patris mei: & tum etiam Paschalis past has.

Mat. 26. versic. 29.

Paschaf.

lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 21. dissertissime confirmat. Sic nainque primum. *Hunc itaque cibum Jacob Patriarcha esuriebat dicens: Si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum, &c. Quotquot ergo in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt.* In quo nimis mysterio benedixit Isaac eundem Jacob filium suum, quia nulla esset alia benedictio, quam frumenti, & vini, scilicet in pane carnis Christi, & in potu sanguinis, quae de agro corporis Domini nobis cotidie per officium Sacerdotis maturescunt, & comedimus. Et post nonnulla in eandem sententiam premens posteriora verba Isaac ad Esau: subiicit. *Vnde beatus Isaac, cum ferus venator Esau ad benedicendum tardius occurisset, benedictione hac iam fratri indulta ait: Fru mento, & vino stabiliui. Quod est aperte dicere. Firmaui eum carbone Christi & vino sanguinis, in quibus illi aeterna maneat abundantia.* Tibi autem, fili ultra quid faciam? Putas ne, quod absit, si fueris indignus tantum gratia, ullis quod polleas bonis, ultra quam nihil amplius, in hac vita praestatur? Hactenus ex Pachasio: Ecce tibi regnum Christi in domo Jacob ab Eucharistia stabilitum, & ipsum Dominum ad regnandum in domo Jacob à Virgine Matre conceputum.

VIII.

Cant. 3.
vers. 9.Cor nel.
Del R. it.
Phil.

Habet vero cum prefato Salomonis throno scritum communem eiusdem Regis pacifici ferculum ab eo, sic descriptum Canticorum 3. ver. 9. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media, charitate construxit propter filias Hierusalem. Nimirum haec verba à Cornelio, & alijs inibi de Eucharistia ad litteram explicantur: ab Honorio vero apud Martinum Del Rio multo opportunius de MARIA Eucharistiam nobis preparante, sive de Christo in MARIA Eucharistiam nobis disponente, & ad ipsam inuitante, sic accipiuntur: Virginem elegit, in qua ut in lecto (sic ipse lectionem LXX fecutus reponentium lectum pro ferculo) recubuit ipse positus ad convivium,*

qui fideles de carne eius epulantur, quam de Virgine sumpsit, ita ille: Quo quidem in loco, qui ad gloriam Christi in Eucharistia explicandam illustrissimus est: si litteram species: Hebræa vox, & pro templo, pro palatio, pro mensa, pro lecto conviviali, pro sella gestatoria ab interpretibus sumitur; Latina vero propriè est, cum spolia, vel signa victoriae ante triumphantes per pompam gestabantur, vt Asconius Pe- dianus docet: De sensu vero, per placet primò nobis Philonis Carpatij expositio ferculum accipientis de carne Christi, hunc in modum. Ut enim Consules, ac Duces, dum procedunt, in ferculo sedent, per ipsosque negotia mundi reguntur: sic & in carne humana Deus conuocatam Ecclesiam Sanctam, ferculum sibi fecit, quo quidem non mundi negotia, sed cœlestis Regni documenta firmavit. Quæ quidem expositio ad Eucharistiam facile referas, & in eam opportunè inflexeris spirituali sensu translationem Paraphrasis Caldai

Lect. He
br.

Philo.

Caldæus.

B lo sedent, per ipsosque negotia mundi reguntur: sic & in carne humana Deus conuocatam Ecclesiam Sanctam, ferculum sibi fecit, quo quidem non mundi negotia, sed cœlestis Regni documenta firmavit. Quæ quidem expositio ad Eucharistiam facile referas, & in eam opportunè inflexeris spirituali sensu translationem Paraphrasis Caldai

C æ de templo Salomonis; quæ sic habet. *Templum Sanctuarij adiicauit sibi Rex Salomon de lignis cedrinis, & areuthinis, & pinis, quæ adducuntur de Libano, & operuit illud auro purissimo. Et postquam consummavit illud, posuit in medio eius arcam testimonij, quæ erat columna seculi. Et in medio eius erant due tabulae lapideæ, quos depositus ibi Moyses in Oreb, quæ erant preciosiores argento purgato, & pulchriores auro optimo.* Quid enim aptius? quid opportunitius ad Majestatem Christi Domini in Eucharistiæ significandam? quam illam cum arca testamenti componere? itidemque in ea ipsum spiritualia negotia mundi, & cœlestis Regni documenta tractantem considerare: omnē adeuntibus opem ferre, & totum in salute hominum procurandæ, & dandæ occupatum: Subiecte Salomone de hoc ferculo, media, illius charitate esse constracta, propter filias Hierusalem: vt dixerit: in hac ipsa sella sedebat Amor, hanc occupabat ipse, qui charitas est, qui & amari dignissimus, & ardenter amat Filias Hierusalem, & ab illis vicissim amat et ardenter: Sedet autem ibi non modo, vt abijs conticiatur: vt videat quos diligit, &

D


E

videat-

videatur à quibus diligitur, sed etiam ut in ægrotantium leuanien, atque via ticum gestari possit: quodque simul etiam ferculum conuiviale sit, vt vel hinc ipsius excellentia, & gloria magis, ac magis vnde aquaque splendeat. Sub hoc sensu capiente hoc Christi Domini ferculum Hieronymus, vt Eusebius epistol. de morte illius, sic ipsum loquentem inducit. *O signum dilectionis inopinabilis, vt idem sit dator, quod datum, & donator idem sit, quod ipsum donum.* Quam magna dulcedo tua, Domine, quam abscondisti timentibus te, & perfecisti illam sperantibus in te. O ferculum excellentissimum venerandum colendum, adorandum, glorificandum, & amplectendum omnibus extollendum laudibus, exaltandum cunctis præconijs, firmiter in cordis visceribus retinendum, & perpetuis temporibus alligandum animo: Hæc ille.

VII. Vides? vt Dominus Virginem elegit, nō modo, quia in ea vt in lecto positus recunbit ad conuivium, sed etiam quia vt in ferculo spolijs Orientis, & Occidentis, & totius orbis terrarum onustus gloriosum triumphum agit; clarificato ipsius nomine in gentibus. Ergo cum in Ecclesiâ Christiana intueris Christum in Eucharistia Sacramento, ab omnibus gentibus populis, & linguis toto corde, mente, & affectu; totis viribus animi, & corporis; cunctaque diuitiarum, & ornamentorum, quæ possident suppellectile, cultum, adoratum, summis laudibus affetum, & profusis gaudijs celebratum; ipsum in Mariæ ferculo, tanquam in throno eburneo excelsissime eleatum considera: Mira quidem, & ineffabilis Mariæ laus hæc est: vt cum Dei Filius velatæ, imò abscondita maiestate in Altari sub tenuissimis panis speciebus eodem cultu, eademque animi, & corporis reverentia, & demissione à Summis Pontificibus, Regibus, & Principibus, ac viris sapientibus mundi collitur, & adoratur, ac si ipsum lumine in accessibili circumfusum in cælis regnante cerneret; ipsa Maria huius venerationis, & cultus anima; seu animatum altare sit: Dixit quippe in hanc rem sapientissime S. Methodius M. orat. in Hypapante, Virginem allocutus. Tu ve

re omnis sacrificij pinguedo. Tu animatum panis istius vita Altare. Sed hæc verba commodiūs in sequentibus expende mus.



EIVSDEM ARGUMENTI.

A FILII DEI IN EVCHARISTIA excelsitatem velut spicam, tum in matutinam celsitudinem, tum in plenam messem consurgentem, à MARIA ortum duxisse.

ADNOTATIO III.

B **V**IDIMVS In prioribus huius libri adnotationibus nihil esse apud PP. frequenter, quam cibum vitæ, & panem Eucharistiae cœlestem, in grano illo frumenti percensere, quod vt in terram Virgineam Mariæ cecidit, ita pulcherrimam in messem excrescens multum fructum attulit: De quo, & Anastasij Synaitæ, & Gregorij Nysseni testimonia liber repetere: Sic namque dicebat Anastasius lib. II. contemplationem in Hexameron. *Dicunt enim nobis rursum historici, quod primus Abraham frumenti semen per aratum seminavit in terra nobis (vt opinor) significans Patriarcha per exemplum, quod ex eius semine videbitur cœlestis panis Christus in terra ad ejum, & salutem hominum, quando terra Abramicae Mariæ Deiparae pluviam exciperet cœlestem.* Hæc Anastasius. Quibus valde sunt consentanea hæc Nysseni in lib. de vita Moysis, dicentis: *Sed panis est, absque semine, absque aratione, absque alio humano opere nobis paratus.* Is desuper defluens in terris inventur; panis enim, qui de cœlo descendit, qui rerum est cibus, qui enigmaticè hæc historiæ significatur: quæ statim Mariæ, sic accommodat: *Huius corporis panem non aratio, non satio, non agriculturarum opus efficit, sed terra intacta permanit;* & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium Virginis per docti facile saturantur: Hactenus Nyssenus: Tam vero ex ipso, quan-

I.

Anastas.
Synat.

Nyssenus

Psa. 338.
vers. 5.

LXX.
Lorinus.

Andreas
Creten.

II.

Cant. 7.
vers. 2.

Leo Ma-
gn.

ex Anastasio vides, Eucharistiam; ut *Mysterium Fidei*, dicitur, & est: quia hoc signatè in cardine Fides Christiana vertitur: ita opportunè dici, *Mysterium Virginis*, quia ad ipsam Mariam plurimum contulit, dum ipsius tam ad Dei gloriam, quam ad hominum salutem mediatrix: & quodammodo inventrix, eiusque œconomie dispensatrix opportunissima est: Inquam rem pro Christi gloria, & exaltatione expende in verbis Davidis: Psalm. 138. versic. 5. præcedent. annotation. adductis: *Substan- tia mea apud te est*, quæ ex originibus rectè verti diximus: *Excelsis, siue ex- saltatio, aut proceritas statutæ meæ, ex vtero Matris meæ est: benè à P. Lor- tino obseruatum, Græcam vocem, quæ est apud L X X. propriè significa- re segetem, siue spicam in iustum, siue debitum proceritatis statum erectam, vt fuerit sensus: granum frumenti cælestis in Virginis vtero feliciter ca- dens, siue descendens, ab ipso in spi- cam florentem, grandem, & multum fructum afferentem fortunatissimè excreuisse, vndè Andreas Cretensis oration. de Annunciatione Deiparam, sic opportunè alloquitur. *Tu verè bene- nescia, cuius venter acervus quidem areæ, quoniam fructum benedictionis spicam immortalitatis Christum, inquam, sine seminantis, ac coloni opera perfectissi- mè produxisti. Sic Andreas.**

Sed vt premani verba Nyfensi: *Mys- terium Virginis, quæ mysterio plena sunt: obseruo illa, pane plena fuit, cu- ius nimirūni, Venter acervus tritici val- latus lilijs. Canticorum 7. versicul. 2. Qui opè non aliter capiendum est, pa- ne plena, quām Deo plena: vt videlicet ad excipiendum granum frumenti, quod ab ipsius sinu fouendum in ex- celsissimam spicam, & in plenam, & felicissimam segetem Diuinæ gloriæ, & humanæ salutis euasurum erat, Ma- ria Spiritu Sancto præuenta Dei homini- nis perfecta forma fuerit: Quod suo lo- co explicauimus aureis Magni Leonis verbis sermon 1. de Nativitate Do- mini, dicentis: Virgo Regia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro grauidandafatu Diuinam humanamque prolem prius co- ciperet mente, quam corpore: quibus Do-*

minicæ Incarnationis & economiam à Virgine, & in Virgine dispositam op- portunità locutionis dignitate expres- sit Leo, affirmans Mariam ante gra- uidationem Diuinam, & humanam prolem mente concepisse: Sed quo in-

A quis modo? quæ ve ratione id fieri po- tuit? Dixi ibi, id sic fore capiendum, vt Virgo Deum, & hominem conceptu- ra, prius apud se ipsam eam formaret Dei hominis, siue Diuinitatis, & hu- manitatis Idæam, quæ & Dei gloriæ, & visib[us] humanis aptissima foret; tali scilicet formâ diuinâ, & huma- nâ Deum factum, qui gloria, & hono- re, Deus magnus, siue Deus gigas eſet, & ad ferendam homini salutem, & vitam nihil aptius, & utilius posset excogitari: In quem sensum inflecte- bam inibi verba Ecclesiæ Græcæ in Menæis dié xxvii. Martij Ode 5. de Sancta Matronâ Deiparam, sic allo- quentis. *Deitatis pulchritudinem, v- naque pulchritudinem humanitatis ge- genuisti Deipara, easque ambas non interse- se commixtas, sed absque confusione in- unum redactas: Ita Ecclesia: Apud quam obserua illud pulchrè dictum: Diuinitatis pulchritudinem genuisti. Ni- mirūni vt Virgo nequivit gignere Di- uinitatem; quæ in generabilis est, eani- que à se ipso Filius Dei habet, ita ap- positiè dicitur Diuinitatis pulchritu- do à Virgine genita, quæ Deum ho- minibus pulchrum, beneficum, salu- tarem, & ad nostros vius factum ex*

B *præcognitâ Diuinitatis Ideâ, & Spir- itus Sancti superuentione, atque obum- bratione, Diuinitatis lineamentis ab eo collectis genuit: Sed Humanitatis etiam pulchritudinem à Deipara ge- neratam; ita eleganter affirmauit S. Iosephus Confessor Græcus inibi à no- bis adductus ex Menæis Græcis die 6. Ianuarij de SS. MM. Amorio, & so- cij in clausula, sic inquiens: *Sacra lan- ctissima Virgo Athetarum Christi orna- mentum planè Diuinum, quæ ipsum no- bis Christum dedisti venustatibus specio- sis decorum, vt mea quoque anima ele- ganti ornatu venustetur. Hæc S. Iose- phus.**

C *D* *E* *S. Ioseph. Confess.*
Hæc præsenri instituto, & præfi- tis Canticorum verbis: Venter tuis acer- vus tritici vallatus lilijs: opportunè ap-

tantur

III.

tantur; nam dum ambigis, quo pacto
Mariæ venter totum tritici acervum
totam videlicet fidelium segetem: to-
tam Christianæ Ecclesiæ mesiem con-
tinere valeat? facile occurrimus, quod
cadente, & descendente in Mariam
cælesti grano frumenti, multum fru-
ctum attulit, & tota ab ipso fidelium
messis pullulavit: dum ipsa pane cœle-
sti plena diuinam, humanamque pro-
lamente prius, quam ventre concipiens:
quid Deo magis gloriosum;
quid etiam hominibus utilius, salu-
tarius, vitalius perpendens: Dei Fi-
lium, ut opportunissimum Saluato-
rem, qui fideles pretio sui languinis in
alimam lucem produceret; itidemque
quos genuisset: simul nutrit corpore,
& sanguine suo: signatè concepit:
ut à grano frumenti in Mariam des-
cendente; verissimè, & opportunissi-
me dici possit, & debeat: eius ven-
trem acervum tritici esse; à quo vide-
licet vniuersa Ecclesiæ seges pullu-
lavit: hunc omnino sensuni his Can-
ticorum verbis adhibente Philone
Antistite, hunc in modum: *Per ver-
ba autem illa, Acervum tritici, multi-
tudinem Christiani populi intelligit:
nam & triticum multitudini, & mul-
titudinem tritico rectè comparat: iux-
ta illud Sponsi de fructu huius Spon-
se dicens. Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit; ipsum solum
manet: si autem mortuum fuerit; mul-
tum fructum affer: Ioann. 12. versic. 24.*

Philo.

Ioan. 12.
vers. 24.

Hæc Philo per opportunè: Apud quem
obserua in illis verbis: *De fructu hu-
ius Sponsæ dicens. Nisi granum frumen-
ti, &c. Totum huius cœlestis grani fru-
ctum Sponsæ attribui; quæ nimirum
cum cœlesti granum edidit in nutri-
mentum, & vitam fidelium, totam
proinde ipsorum maslam; totam fide-
lium mesiem; cuncta corporis Christi
membra edidisse, compegitse, & Chri-
sto coagmentas visa est.*

IV.

Mat. 13.
vers. 33.

*Quo signatissimè iverit is Mariæ,
& Eucharistiæ nexus, quem PP. tan-
topere celebrare solent: quippe sen-
sum communem, cum præfata cogi-
tatione habet, quod egregie medita-
tus est. S. Petrus Chrysologus super pa-*
*tabolam fermenti, de quæ Dominus
apud Matthæum 13. versic. 33. Simile*

*est Regnum cœlorum fermento, quod ac-
ceptum mulier abscondit in farinæ faris tri-
bus, donec fermentatum est totum. Nam
primum opponens ipse salutem, & vi-
tam quæ à Maria in humanum genus
aduenit, cum corruptione, & morte
in mortales ab Eva deriuata, sic inquit.
Mulier accepit à Deo fermentum Fidei,
quæ acceperat à diabolo per fiduciam fermentū:
abscondit in mensuris tribus, hoc est in tri-
bus hominum temporibus, quod est ab
Adam usque ad Noe, à Noe usque ad
Moysem, à Moysi, usque ad Christum, ut
mulier, quæ corruperat fermento mortis
in Adam totam massam generis huma-
nis fermento resurrectionis totam carnis
nostræ massam redintegraret in Christo,
ut mulier, quæ confecerat parem gemi-
tus, & sudoris, panem vita coqueret, &
salutis, & esset omnium viventium Ma-
ter vera per Christum, quæ erat in Adam
mater omnium mortuorum: Deinde ve-
ro pensculatus nucleus parabolæ
Mariæ, sic adscribit: *Ob hoc namque
Christus nasci voluit, ut sicut per Euam
venit ad omnes mors; ita & per Mariam
rediret omnibus vita. Quæ Maria hu-
ius fermenti implet typum, similitudi-
nem præfert, consignat figuram: dum de
superbris suscipit fermentum Verbi, &
humanam carnem in alio Virginis to-
tam conspergit in massam: Hæc Chry-
sologus: tantum non dicens, quod Phi-
lo aiebat: *Iuxta illud Sponsi de fructu
huius Sponsæ dicens. Nisi granum fru-
menti, &c. ut quemadmodum ille ace-
vum tritici de tota fidelium multitu-
dine accipit, ita Chrysologus totam
massam ad humanum genus referat:
uterque vero, & mesiem, & massam
& panem, & fructum Mariæ attribuat:
ut ab ipsa Eucharistiæ maslam confi-
ciente, Dei Filio, qui cum fermento
componitur, peculiaris sapor, atque
suauitas ob quam à fidelibus peculiariter
tergustatur, & colitur; itidemque fecun-
dissimus Christianæ segetis prouentus
obuenirerit.***

*Quare in memoriam reduc, qua-
num. 2. ex Ecclesia Graeca, necnon e:
Iosepho Confess. de Deipara affereba-
mus, dum Ecclesia dicebat: *Deitati
pulchritudinem, unaque pulchritudinem
humanitatis genuisti Deipara: S. Ioseph
Verò, quæ ipsum nobis Christum dedist**

Chrysolog.

Zach. 9.
ver. 17.Albert.
Mag.

Pasch.

S. Thom.

venustatibus speciosis decorum: vt hęc Eucharistiae causa dicta fuisle videris: de ipsa manifestissimè ex cunctorum PP. sensu (vt in leqq. videbimus) dicente Zacharia cap. 9. vers. 17. Quid enim bonum eius? & quid pulchrum eius? nisi frumentum electorum, & vinum germinans

sunt Virginitatis Mariæ suave olen-tia peculiare pretium, & nobilitatem Christi in Eucharistiā aduenire, atque inde suauissimā ipsius fragātia mundū impletum, in odorem vnguentorum suorum cucurrit.

A Concinit perbellè his egregius Bernardi commentarius verborum Patriarchæ Isaac Christum in filio suo Iacob, à quo Maria traxit originem, propheticis naribus olfacentis, vt Eucharistiae benedictionem prænunciaret, impertiretque. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: Det tibi Deus de ore cœli, & depinguendine terræ abundantiam frumenti, & vini: Genes. 27. vers. 27. quippe his verbis eūdem sensum subesse, ac illis quibus Mariam salutavit Elisabeth, inquiens: Benedictus fructus ventris tui,*

Lucæ 1. vers. 42. sic affirmat Bernardus hom. 3. super Misus est: Benedictus ergo fructus ventris tui, benedictus in odo-re: benedictus in sapore: benedictus in spe-cie. Huius odoriferis fructus fragrantiam sentiebat, qui dicebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: An non vere benedictus? cui benedixit Dominus? Desapore huius fructus quidam, qui gustauerat, taliter eructabat dicens: gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus, Psalm. 33. vers. 9. Et ipse fructus de se ipso inuitans nos ad se: Qui edit me (ait) adhuc esu-riet, & qui bidit me, adhuc sitiet. Ecclesiastic. 24. vers. 29. Vtique propter sapo-

ris dulcedinem hoc dicebat, qui semel gu-status magis excitet appetitum. Bonus fructus, qui animarum ferventium, & si-tientium iustitiam, & ezea, & potus est. Pergit Bernardus plusplus hunc sensum diffundens: Audisti de odore? audi de sapore? audi & de specie. Si enim fructus ille mortis non solum suavis fuit ad rescendum sed etiam teste Scripturā de-lectabilis aspectu: quanto magis huius vi-talis fructus vivificum decorum debemus

E *inquirere; in quem (teste alia Scripturā) desiderant Angeli prospicere, 1. Petri 1. vers. 12. Cuius pulchritudinem in spi-ritu videbat, & in corpore videre cupiebat, qui dicebat: ex Sion species decoris eius, Psalm. 49. vers. 2. Et ne mediocrem tibi commendasse videatur decorum, reca-le quod in alio Psalmo legis: Speciosus*

VI.

Genes. 27.
vers. 27.Lucæ. 1.
vers. 41.
Bernard.Psal. 33.
vers. 9.Eccl. 24.
vers. 29.1. Pet. 1.
vers. 12.Psal. 49.
vers. 2.

formā

*Psal. 44.
vers. 3.*

formà pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis; propterea benedixit te Deus in eternum, Psalm. 44. ver. 3. *Benedictus ergo fructus ventris tui, cui benedixit Deus in aeternum:* Hec omnia ex Bernardo: multa, sed quibus nihil demere possis: cum omnia è nostra sint: dum ipse cuncta de Eucharistia illustria testimonia congesit: vt quidquid de illa odoratum: suave, ac delectabile enunciatur, Virgini quasi germanum fructum adscriberet.

VII.

Hec quidem omnia fermenti, & massæ siue panis imagines appositè confirmant. Quid enim fuerit? vna ex parte Mariam de supernis fermentum Verbi suscepisse, vt dicitur à Chrysologo: ex alia vero ipsam acceptum fermentum in panem pensile, atque in uteri clibanico coxisse, vt panis fieret suavis: vt PP. docent: dicente Bernardo serm. 2. de Natiuitate Domini. *Felix mulier henedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus superueniente igne Spiritus Sancti contus est panis iste:* Et Epiphanio serm. de Mariæ laudibus. *Aue clibanus intellectu, qui ignem; & panem vita calidum mundo in escam attulit, de quo Saluator ait Christus: Accipite, & comedite.*

Hoc est corpus meum; quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum: Quid inquam id fuerit? nisi ex his nobis ostendi, suavitatem, dulcedinem, atque fragrantiam, quæ Christus in Eucharisti hominū animos ad se libentes pertrahit; peculiariter à Virgine ortum du-

cere, non modo, quod (vt dicbat S. Thomas) multum commendet sanguis Christi pretiositatem, & nobilitatem, quod à virginali flore sumpfit exordium: Sed easignat de causa, quod Dei Verbum, quod pre inaccessible maiestatis splendore, tanquam fermentum, quod ex se acre, & ad manducandum acerbum; gustari ab hominibus nō poterat, à Mariæ clibano panis sapidus, ac dulcis, & fructus gustui suavis factum est: In quam rem opportunissimè locutus est Theodotus Ancyranus Antistes in Concilio Ephesino hom. 1. in die Na-

tuitatis Domini, his verbis: Virgo para-

diso glorioſior facta est, ille enim Dei cultu-

ra factus est; hec autem secundum carnem

Deū ipsum excoluit, ubi voluit hominis

copulari naturæ: ita Theodotus expen-

de hec ; secundum carnem Deum ipsum excoluit: vt dixerit, Deum, cælestem, ac diuinam arborem, quæ non nisi cælestibus spiritibus opportunos fructus ferebat; qui ab hominibus quasi acres, & acerbè edi non poterant; a Maria exultam, & veluti ex agresti mittem reddiram, vt fructum suauissimum Eucharistiæ humano palato accommodatissimum ferret: vt hic suo modo locum habere videatur, quod M. Tullius Tusculana 2. dixit. *Ager, quæ uis fertilis, sine cultura fructuojus esse non potest.* Quo aduoco Ecclesiam Grecam in Menæis die 3. Aprilis Ode. 9. de S. Nizeta. Deiparam sic festiuè alloquenter: *Quam tu imbre de cœlo, ut vellus exceperisti in utero, cum ita dulcem peperi*

M. Tull.

*Ecclesia
Græca.*

st, ut ille omnibus Ambrosiam, seu Nectar quoddam exhiberet omnibus: omnibus, inquam, qui illum adorant, & te ceu genitricem illius diuinam, omnium linguis collaudatam magnificant: Hec Ecclesia Eucharistiæ omnino aptanda, quæ ut Ambrosia diuina, & Nectar, ita etiam (vt Ecclesia canit) fructus vestrus generosi. Mariæ est à quo diuina illa suauitas, atque dulcedo.

C Iam vero vt quod huius proprium est obseruauerim: & sacratissimo Virginis ventri aceruum tritici adscripterim: considera totani hanc messem è grano frumenti, quod in Mariam descendit consurgentem; ab huius terræ fecunditate, atque pinguedine pullulasse, vt ex Psalmo 109. vers. 3. adnot.

D præced. num. 5. obseruauimus, vbi pro illis verbis: *Ex utero ante luciferum genui te:* Nicolaus de Lyra, Caietanus, Pagninus, Genebrardus, & alij reponendum censem: *Ex utero Aurora tibi ros est adolescentia tua,* vt dixerit Vates: ab utero Virginis tantæ mæsis fecunditatem prouenisse: vt enim ros ad Spiritus Sancti obumbrationē referri debat exigente id ipsa veritate, & proprietate imaginis; at quidem & rei natura, & imaginis proprietas itidem petit, vt semen decidat in terram bonam,

E vt afferat fructum centesimum, Lucæ 8. vers. 8. Adeò, vt quamuis ros, & pluvia semini fecundando, seù fructui proférendo omnino necelaria sit; terræ tamē fecunditati, siue feracis soli bonitati felicitas pro ventus tribui solet:

VIII.

*Psal. 109
vers. 3.
Lyta.
Caiet.
Geneb.
Pagn.*

Theodot.

ita quidem in Eucharistiae benedictione, quam arcano sermone Isaac dedit Jacob filio suo, celi rorem cum terra pinguedine, & fecunditate notanter coniunxit, dicens: *Deus de rore celi, & de pinguedine terre abundantiam frumenti, & vini: ad quem modum, Isaia dicebat, aperiatur terra, & germinet Saluatorem;* & Vates Psal. 84. qui totus de Christo Domino, & de Maria est vers. 13. dixit: *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum: vbi terrae Mariæ signatae tanquam suus, adscribitur diuinus iste fructus: cum vero frumenti granum è terra bona crescere, & ascendere dicatur: ut in parola semetis dixit apud Marcum cap. 4. vers. 8. Dominus. Aliud cedit in terram bonam, & dabit fructum ascendentem, & crescentem: apposite di xeris, diuini grani adolescentiam, & incrementum ab utero Marie fuisse: ipsumque meritò dixisse: excelsitas, & proceritas mea, qua in spicam ascendentem, & in excelsam maturitatem crescentem proueni, à materna fecunditate mihi aduenit.*

Vt verò hæc mysterio Eucharistie in rore celi, & pinguedine terre significato omnino quadrent: audi Regium Vatem Christi Domini Passionem, & Eucharistiae institutionem præoculis habentem Psalm. 19. (nam Augustinus, & eius auctor S. Thomas, Caietanus, & Iansenius de Christo illum accipiunt; signate verò Athanasius ad tempus, quo Dominus Crucifixus victimam pro nostra salute obtulit Deo Patri id refert, quod cum Eucharistiae institutione sensum habet communè) & Summum Parentem, vers. 4. ita de precantem. *Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.* Ad quæ verba primum obserua ex Agellio: sacrificium ibi non qualecumque intelligendum esse, sed illud propriè, quod è frugibus, ac præcipue de similà siebat: Deinde verò illud pingue fiat. Origene auctore Græce esse adipe farciat, August. scilicet impletat. Quod si inquiras unde huic S. Thom. ineffabilis sacrificio, & holocausto pinguedo, scilicet adeps accedit? Respondet Caiet. S. Methodius M. oratione in Hypapante. Agellius. tem Deiparam alloquens his verbis: Tu Iansen. origen. omnis sacrificij pinguedo: tu animatum pa-

Psal. 84.
vers. 13.

IX.

Psal. 19.
vers. 4.

At han. origene auctore Græce esse adipe farciat, Aug. scilicet impletat. Quod si inquiras unde huic S. Thom. ineffabilis sacrificio, & holocausto pinguedo, scilicet adeps accedit? Respondet Caiet. S. Methodius M. oratione in Hypapante. Agellius. tem Deiparam alloquens his verbis: Tu Iansen. origen. omnis sacrificij pinguedo: tu animatum pa-

nis istius virtutis Altare: vt à ore celi, & pinguedine terra Mariæ abundantia frumenti, & vini fuerit: vt pulchritè illustrat Methodium. P. Theophylus Raynautus in Glossario huius epiteti, quod Mariæ tribuit Methodius: & eo quidem modo, vt simul Dauidis locutiones exponere videatur: Sic enim pri-

Method.
M.
P. Theo-
phyl.
Psal. 109
vers. 18.

mum inquit. *Videtur Eucharistie sacrificium absolute sumptum posse dici: omnne sacrificium. Nam sicut apud Psalmum manna vocatu omnis esca, cum ait Psal. 106. vers. 18. Omnem escam abominata est anima eorum: quia manna erat quasi omnis cibus complectens omnem sa porem, sic Eucharistia omne sacrificium est,* B *quia numerositatem sacrificiorum antiquorum eminenter continet. Huius virnius, & simul omnis sacrificij adeps, quæ incendi moris erat de Origenis sententia, hom. 3. in Leuiticum, humanitas est, quæ sola est combusta igni, alio Christi extremo, hoc est Diuino supposito planè illa so. Pergit verò statim Mariæ id sic accomodare: Quia ergo humanitas, quæ est pinguedo sacrificij Eucharistici, & adeps frumenti electorum à B. Virgine prodit, & eius prima substantia portio fuit corporis Virginis, dici posse videtur, B. Virginem in suā lobole esse pinguedinem Sacramenti, ac sacrificij Eucharistie; ad quam respexisse Methodium insinuant sequentia verba. Tu animatum panis istius virtutis Altare. Hæc ille: & alia satis opportuna.*

I.

A MARIA CHRISTVM IN Eucharistiæ excrescere: dum & ipsius corpus augetur; & imperium multiplicatur.

ADNOTATIO IV.

NOTANTER Isaia cum Dei Filium à Maria Deum fortē, & gigantem vocandum fore prædictit, statim adiecit: *Multiplicabitur eius imperium, Isai. 9. vers. 7. siue, vt legit Pagninus ex Hebreo: Ad multiplicandum principatum: quod perinde fuit, ac dicere, granum frumenti in Virginem utrum cadens multum fructum allaturum, quo in acervum felicissimi pro*

Isai. 9.
vers. 7.
I Hebr. le-
ctio.

ventus

Christi Imperium à Ss. Maria Euch. mult. 45

1. Corin.
10. v. 17.

Leet. Sy-
riaca.

S. Thom.

Osee 14.
vers. 6.

Epip ha.

Ventus euaderet: Quibus verbis is est senius: Mariam Dei Filio, non tantum naturale, sed etiam spirituale, & mysticum corpus fore daturam: dum ipsi dedit purissimam carnem; qua homines tum redimeret, tum nutritur; ac proinde membra sua faceret e quibus Ecclesia Christianæ corpus; itidemque imperium Christi subsisteret. Nechilum quidem hæc acervi tritici imago differt, ab eā panis; quam s̄p̄ius usurpat Paulus, præsertim 1. ad Corinth. 10. vers. 17. nani cum præmisisset. Calix benedictionis, cui benedicimus: nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Subiicit: Quoniam unus panis, unum corpus multis sumus, omnes, quide uno pane participamus. Quæ plurimum exp̄resit lectio Syriaca, quæ habet. Quemadmodum igitur, unus est panis ille: ita & nos unū sumus corpus: siquidem nos omnes ex uno illo pane accipimus. Opportunè hæc in hunc sensu inflectete S. Thoma opusculo 58. c. 24. ex mente Augustini hunc in modum 1. Corinth. 10. Unum corpus multi summus, qui de uno pane participamus: Idem 1. Corinth. 12. Vos etsi corpus Christi, & membra de membro: Augustinus: Comm̄abit Christus in hoc Sacramento corpus, & sanguinem suum, quod & fecit nos ipse, & nos ipsi facti sumus corpus eius: caro enim nostra carni eius unita, & incorrupta unum cum illo efficitur. Ita S. Thom. Pergit vero afferens in hanc senten-

tiam verba Osee cap. 14. vers. 6. Conuertentes sedentes in umbra eius: viuent tritico, quæ sic explicat: Quasi diceret: fideles viuent tritico, id est Domini corporis Sacramento, quod Sacramentum dicitur umbra Christi, quia dat se ibi non insuā luce, sed in velamine, quod sic comedentes conuertuntur, & mutantur in corpus Christi: Et sic patet, dum multi fideliū comedunt corpus Christi, & in illud ipsum mutantur; & membra eius efficiuntur; quod corpus Christi dum manducatur augmentatur. Hæc S. Thomas. Vides ut panis, & acervus conueniant dum ex multis granis coalescant? itidemque, ut non fecus, ac acervus; ita & panis ventri Mariæ tanquam clibano coquendus dicatur. Sic namque primū Epiphanius orat de laudib. Virginis, diebat:

Aue clibanus intellectualis, qui ignem, & panem rit & calidum mūdo in esum attulit, de quo Saluator mundi Christus ait. Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum, &c. Obserua illa ignem, & panem: quæ de Spiritu Sancti igne; quo panis iste in Mariæ clibano coctus est opportunè acceperis, cū Ruperto lib. 2. in Exodus cap. 10. Diuini Spiritus operationem a que ad Verbi aterni in utero Mariæ conceptionem; atque ad Eucharistiam, sic referente: Quia de Spi Hebr. 9. ritu Sancto, qui aeternus est ignis Virgo illum concepit, & ipse per eundem Spiritum Sanctum, ut Apostolus ait: obtulit semitum hostiam vivam Deo viventi, eodem igne assatur in Altari: operatione namque Spiritus Sancti, panis, corpus, vi- num fit sanguis Christi. Hæc Ruper-

B. tus.

II.

Ecce multiplicatum à Mariæ in Eucharistia Christi imperium: dum frumenti granum in acervum, & in panem ad auctum, & corpus ipsius suis membris constare videmus: Quod corpus Christi, dum manducatur, augmentatur: Quæ alibi idem Rupertus sapienter explicavit, atque diffudit: Sic enim ille lib. de diuin officiis cap. 11. in rem presentem oquitur: Vni, & soli, qui descendit de cœlo Filio hominis, quia una persona est, cum Filio Dei, cum Verbo Patris, quod de cœlo descendit, & de corde Patris in uterum virginis: uni inquam, & soli Filio Dei, Filioque hominis tanquam suo capitum sancta membra corporis annexuntur: omnes qui in fide huius Sacramenti, in plenitudine huius caritatis sunt recepi: & sic unum corpus, una persona, unus Christus: caput enim cum suis membris in cœlo ascendit: dicitque gratulabundus, gloriosam Deo assignans Ecclesiam: Hoc nunc os ex oīsibus meis, & caro de carne mea: Et ostendens se, arque illam in persone coniuncte unitatem: Et erunt (inquit) duo in carne una. Magnum hoc Sacramentum est. Pergit omnino ad rē: Caro Christi, quæ ante Passionem solius erat caro Verbi Dei per Passionem adeo crevit, adeo dilata est, ita mundum uniuersum impletuit, ut omnes electos qui fuerunt ab initio mundi, vel futuri sunt, & que ad ultimum electum in fine saeculi nouā cōspersione huius Sacramenti in unam Ecclesiam faciat Deum, & homines aeternaliter copulati

D.

E.

Hacte-

Hactenus sapientissime Rupertus: quibus nihil illustrius: nihil ad illustrandum, & commendandum Christi corpus, quod est Ecclesia accommodatus dici potuit. Quare ipsa penitus explicare oportet: Et quidem (ut de desponsatione Christi cum Ecclesia in Sacramento Eucharistiae vberius statim agamus:) de coaptatione mebrorum cum capite, & de ipsorum coagulatione; quam novam consperitionem ex Paulo 1. Corinth. 5. verl. 7. appellavit Rupertus: modo in primis obseruamus, ut hanc massam Ecclesia consperionem, quam iam in superioribus vni Virginini adscripserimus, modo ad rem fir-

Andr.
Hye rosol

mare id ipsum Andræam Hierosolymitanum serm. de Annunciatione, sic Dei param salutantem. Salve Sanctum Dei fermentum, quo tota humani generis massa conspersa est. Ex uno Christi corpore Iesu panis factus in unum coit inestimabilis concretio. Sic Andræas.

III.
Cant. 7. Sacrae Sponsæ venter, de quo Cant. 7. vers. 2. dicitur: Venter tuus acervus tritici: vallatus lilijs: Quem locum opportune explicat, & exornat S. Ambrosius. de institutione Virginis, cap. 14. connectens haec verba cum immedia te precedentibus: Umbilicus tuus crater tornatilis, hunc in modum: Verè autem alius ille Maria crater tornatilis, in quo erat Sapientia, quæ nascuit in craterem vinum suum: Indeficientem cognitionis suæ gratiam, Diuinitatis suæ plenitudine subministrans. In quo Virginis utero simul acervus tritici, & lilyfloris gratia germinabat quoniam, & granum tritici generabat. & lily. Granum tritici secundum quod scriptum est. Amen,

Ioan. 12. amendico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet: Ioan. 12. vers. 25. Sed

Psal. 64. quia de uno grano tritici acervus est factus, completum est illud propheticum, & conualles abundabunt frumento, Psal. 64. vers. 14. Quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Hoc itaque granum omnes homines perpetuâ cœlestium munerum esca saturauit. Confirmatumque est illud Propheticioris eloquium dicente eodem David. Cibauit eos ex adipimenti, & de petra melle saturauit eos, Psal. 80. vers. 17. Hæc omnia

Ambrosius. Pulchre in Virginis ventre Amb. totum tritici acervum, & Ecclesiæ culmen, & columen reponens, quod ab Eucharistiæ grano inibi seminato tota fidelium mensis consurrexerit: dum Filiu Dei tanquam capiti suo, cuncta membra corporis annexuntur; omnes: qui in fine huius Sacramenti, in plenitudine caritatis sunt recepti: vti vaticinum Isaiae prænunciabat: Multiplicabitur eius imperium, siue ex Hebreo: Ad multiplicandum eius principatum, non secus, ac granum tritici in feraci terra seminatum facit fructum centuplum: Nam caro Christi, quæ ante Passionem solius erat caro Verbi Dei: per passionem adeo crevit, adeo dilatata est: ita ut uniuersum mundum impleuit: In quam sententiam opportune disieruit Eusebius Gallicanus hom. 5 de Pascha ad finem: vbi ex materia Eucharistiae pane scilicet, & vino, sic ratiocinatur. Etiam in hoc ipso, quod numerosis tritici granis confici nouimus unitatem costat a signari populum. Sic cut enim frumentum, quod solita purgantis sollicitudine preparatum in candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam, & ignem in unius panis substantia congregatur: sic varie gentes, diuersæ que nationes in unam fidem conuenientes, unum de se Christi corpus efficiunt; & Christianus populus, quasi tritici innumerabili grana à sacrilegis nationibus fide purgante, atque cribrante discernitur, & in unum quasi infidelium lolio pertransiente colligitur: Hæc Eusebius, in Eucharistiâ Christum gentes, & nationes in corpus suum coadunantem, & congregantem omnino faciens.

Euseb.

Cicut enim frumentum, quod solita purgantis sollicitudine preparatum in candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam, & ignem in unius panis substantia congregatur: sic varie gentes, diuersæ que nationes in unam fidem conuenientes, unum de se Christi corpus efficiunt; & Christianus populus, quasi tritici innumerabili grana à sacrilegis nationibus fide purgante, atque cribrante discernitur, & in unum quasi infidelium lolio pertransiente colligitur: Hæc Eusebius, in Eucharistiâ Christum gentes, & nationes in corpus suum coadunantem, & congregantem omnino faciens.

IV.
1. Pet. 2. scribit Apostolorum Princeps epist. 1. cap. 2. vers. 3. vbi eum de Encharistiæ Sacramento (vt saepius ex PP. adstruximus) manifestè egisset illis verbis:

Quasi modo geniti infantes rationabile fine dolo lac concupiscent, ut in eo crescat in salutem. Sitamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus: subiicit. Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum. Et ipsi tanquam lapides vivi super adificamini domus spirituales Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum: Audis? domum, Dei per accessum

Christi Imperium à Ss. Maria Euch. mult. 47

Item ad Eucharistiam, & oblationem spiritualis hostiæ per Iesum Christum edificari? ut tantum affurgat ædificium; quantum Deo Patri purissimum Corporis Christi sacrificium in Ecclesia offertur, cum ipse verius, & certius, quam ille Orpheus saxa mouens, aut Amphion lapides ad struendos murostrahens, spiritualis, & perpetuo duraturæ Ecclesiæ ædificationis auctor sit: ut ad hæc Petri verba obseruauit S. Fulgentius lib. 2. ad Monimum, hunc in modum: *Hæc itaque spiritualis edificatio corporis Christi, que fit in charitate, cum iuxta B. Petri sermonem lapides vivi edificantur in domum spiritualem, in Sacerdotium Sanctum offerentes spirituales hostias, & acceptabiles Deo per Iesum Christum.* *Hæc inquam edificatio spiritualis nunquam opportunius petitur, quam cum ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia in Sacramento panis, & calicis ipsum Christi corpus, & sanguis offeratur.* Calix enim quem bibimus communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus participatio corporis Domini est. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Hactenus Fulgentius: Expende illud. *Hæc edificatio spiritualis nunquam opportunius petitur, &c.* Quippe ab Eucharistia, accervustritici augetur: & grana multiplicata in unum panem coeunt, & ædificium nouis lapidibus accendentibus in altum affurgit.

V.
Sed fermenti panis imagoprimum à Domino: deinde à Paulo saepius usurpata hunc sentium per belle explicat: dicebat quippe Dominus, apud Matthæū 13. vers. 33. *Simile est Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sati tribus, donec fermentum est totum: ad Eucharistia panem à Maria fermentatum, & toti mundo in esum exhibitum, sic referente Chrysolegio, serm. 99. Maria huius fermenti implet typum, similitudinem præfert, confignat figuram, dum desuper nisus suscipit fermentum Verbi, & humanam carnem in alvo Virginis, immo in alvo Virginis cœlestem totam conspergit in massam.* Ut quemadmodum ab uno grano in alvo Virginis seminato tota Ecclesiæ mensis pullullavit: ita ab hoc fermento

A toto toto panis: id est tota fidelium multitudo Christi corpori coagmentata coalescat, dicente Apostolo. *Quia unus panis, unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus, 1. ad Corinthiorum 10. vers. 17. & Rupert: Noua conspersione huius Sacramenti in unam Ecclesiam faciat Deum, & homines eternaliter copulari.* Quæ omnino expressit Sanctus Idorius Pelusiotæ libr. 10. epistol. 201. cum hanc fermenti parabolam eodem, quo Chrysologus sensu pertractans: subiicit de Christi Domini Incarnatione: *Quæ uniuersum terrarum Orbem conspersit: & unius corporis ex nostrâ substanciali, atque à Dei genitrici MARI sumpticoagmentatione, quæ homines omnes, qui ab orbe condito extiterunt, ad novum ortum renovavit:* In quam quidem sententiam S. Chrysostomus: Eucharistiam ad Regni cœlestis impletionem renocabat: in Liturgia siquidem, quam ipse composuit: Sacerdotem sacrificium corporis Domini offerentem, his verbis Deum orantem inducit: *Vt fiat à sumentibus in Lotionem animarum, in remissionem peccatorum: in communionem Sancti Spiritus, in Regni cœlorum impletionem:* Ita ille videlicet, quemadmodum dicebat Rupertus: *Et sic una persona, unum corpus, unus Christus: caput enim cum suis membris in cœlum ascendit: Eucharistia videlicet cœlum implente; & Christo, & corpus, & membra dante: quasi ea deficiente, grana frumenti ipsum solum manifestet.*

D
E
VI.
Enimvero Magnificum illud conuiuum à Domino quinque hominum millibus indeferto instructum ad præfigurandam Augustissimæ Eucharistie mensam, Ioann. 6. vers. 11. contemplatus Eusebius Emissenus homil. in Dominic. 4. *Quadragessimæ: certamen inter panes, & homines ex ipsis manducantes initum fuisse,* sic affirmat: *Certamen fit inter panes, & homines: homines manducant, panes crescunt vincunt panes, saturantur homines illi sufficiunt; si deficiunt: nisi enim manducasse homines cessarent fortasse in infinitum panes crescerent: ita ille: & quidem recte, cum potentia Dei ad benefacien-*

S. Fulg. 1z.

Mat. 13.
vers. 33.

Chrysol.

1. Cor. 10
vers. 17.
Rupert.
Idor. Pe
lusiot.

Ioann. 6.
vers. 11.
Euseb.
Emiss.

Prosper.

nefaciendum semper prona, numquam possit exauriri: imò verò ab uno dono ad aliud conferendum ansam, & occasionem arripiat: *Vt confessorum munera causa* (inquit S. Prosper lib. 2. de vocat. Gent. cap. 6.)

Basilius.
Se leuc.

De ijs quæ sunt collata pariantur: Vnde notantissime tantam panis abundantiam esse voluit; vt duodecim fragmē torum cophini superfuerint: obseruauit Ioannes vers. 13. *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordaceis, quæ super fuerant his, qui manducauerant:* Scite obseruante Basilio Seleuciensi oration. 33. *Præter necessitatem in potentia defensionem, id præstisile;* vt multo ad dandum capacior, & affluenter illa appareat; quam sunt aidae ad accipendum hominum manus: Verum enim verò; si bene astimas: mutuā (vt aiunt Philosophi) causalitatem in Eucharistici panis distributione inuenis: *præsertim si in hūc sensu inflectis* Paulum ad Hebreos 2. vers. 4. dicē tem: *Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: quæ sic enucleatè trans-tulit lectio Syriaca: Quoniam enim filij*

Hebr. 2.
vers. 14.

participes fuerunt carnis, & sanguinis: ipse quoque in similitudinem participes factus est eorumdem: tantum non dicens Apostolus, in Eucharistiā mutuo participes sui fieri Christum, & homines; vt quemadmodum ipsi carnis, & sanguinis Christi participes sunt; ita ipse eorum participes fiat, ab ipsis membra, & corpus accipiens; & eo plura quo se hominibus magis participandum exhibet: sapienter id ad eum locum, sic obseruante Chrysostomo. *Quid est, quod dicit? ex carne eius. Hoc est germane, & legitimè ex ipso. Et quodammodo hoc patet membra Christi sumus. Quoniam secundū ipsum facti sumus: Pergit: Et quomodo ex carne? Scitis quotquot misteriorum participes estis; quoniam os eius nō confringitur (inquit) ex ipso statim singimur. Et quomodo? iterum audi, quid Beatus iste dicat. Quoniam igitur pueri cōmertium habuerunt, cum carne, & sanguine, & ipse similiter participes factus est eorūdem: Hec Chrysostomus huic sensui consentiente sacro Sancta Ecclesia, quæ in Misla post communionem*

aliquando orat Deum; *vt interius membra connumeremur, cuius corpori communiamus, & sanguini.*

Verum, vt ad desponsationē Christi eum Ecclesiā, è quā ingens, & præclara filiorum exorta est multitudo: dū venter eius exstitit acervus tritici vallatus lilijs: quia (vt dicebat Ambrosius) de uno grano tritici acervus est factus: Obserua ipsamet Domini verba: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit; ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū affert.* Ioan. 12. vers. 25. Dionysio Alexan. & Methodio M. mortem hanc ad Eucharistiam referentibus, in quā & desponsatio Christi cum Ecclesia, & ipsius fæcunditas inuenitur: vt à grano non semel, sed cottidie, & indesinenter in Sacramento mortuo, siue moriente noua subinde progignatur, usque ad summationem seculi fidelium soboles:

Audi PP. & primū Dionysium in epistol. contr. Paulum Samosatenum, huic cogitationi, & sensui Methodij viam sternenti, dum Christi exinanitionem, de qua Paulus ad Philipp. 2. vers. 7. que eadem est, cum grani tritici morte ad Eucharistiam, sic refert. Deus igitur, qui habitat in nobis secundum testamentū quod disposuit nobis cum dicens: Accipite, & diuidite inter vos. Hoc novum testamentum est. Accipite in mean commemorationem. *Hac est exinanitio facta ad ipsum nostrum, ut possimus capere eum.* Hoc enim misterium pertinet cendum dicit Sanctus Apostolus. Quod se ipsum exinanivit: Exinanivit vocat Apostolus, vt ante dixi, capi à nobis misterium vitæ per manus eius incontaminatas, & incorruptibiles, & diuinæ, ut possimus, quis sumus fideles eius capere eum, & fieri mansio eius accipientes eum totū: Hec Dionysius: Que in rem nostram, sic diffundit Methodius, apud P. Turrianum lib. 2. de Eucharistia, cap. 7. Nō potest aliter Ecclesia concipere credentes, & regenerare per lauacrum regenerantis, nisi & Christus propter nos se exinaniens, vt capi possit secundum commemorationem Passionis iterum moriaturē calo descendens, adhærensque uxoris ux. prebeat virtutem quādam lateris sui, vt augeantur, qui in eo adificati sunt, omnes per lauacrum regenerati. Hæc Metho-

philip. 2

vers. 7.

Dionys.
Alex.Method.
Turrian.

dius.

.

C

D

E

Christi Imperium à Ss. Maria in Euch. mult. 49

dius. Pulchre, & sapienter illud: *Ite-
rum moriatur è cælo descendens: Im-
molatus videlicet in Sacramento, vt
adhærens vxori suæ præbeat virtutis
augmentum, vt concipiat, & pariat
Deo toto orbe terrarum filios, vt gra-
num frumenti in terrâ mortuum mul-
tum fructum afferat.*

VII.
*Psal. 127
vers. 3.*
Paschaf.
*Genes. 2.
vers. 24.*

Enimvero hanc Ecclesiæ fœcun-
ditatem è Christi latere prouenien-
tem, sic descripsit Vates Psalmo 127.
vers. 3. *Vxor tua, sicut vitis abundans
in lateribus domus tuæ: Quid enim ad
fœcunditatem aptius adduci potuit,
quam vitis imago copiosum fructum
ferentis? Ut vero is tam copiosus fi-
liorum fructus Eucharistiæ omnino
adscribendus fuerit: subdit Prophe-
tar *Fili j tui, sicut novellæ oliuarum in
circitu mensæ tuae.* Quin possis ambi-
gere mentem hanc Domini, Eucha-
ristiæ convivium esse; in qua Diu-
num coniugium cum Ecclesiæ Spon-
sa sua init: Vnde Paschafius libr. de
corpore, & sanguine Domini, cap. 10.
ait: *Ad hoc quippe illud unum (de gra-
no frumenti, de quo Dominus præfa-
to Ioannis loco egit, loquitur Pascha-
fius) mortuum est in terra, ut ex eius adi-
pe, & pinguedine (Eucharistiam intel-
ligit) nos fœcundaremur, quia ut ipse
ait: nisi mortuum fuerit, ipsum solum
manceret. Nunc vero, quia mortuus re-
surrexit, multum iam fructum affert
in se credentibus. De quo nimis fru-
ctu unus panis efficitur, quia corpus, &
Ecclesia unus corpus esse probatur. Un-
dè dictum est erunt duo in carne una,*
*Genes. 2. vers. 24. Reclè ergo hoc my-
sterium in pane celebratur, quatenus per
hoc altius designetur, quod in eo gene-
ratur: (Ab uno scilicet grano immen-
sa tritici segete consurgente.) Simi-
li modo, & in vino, quod ex multis li-
quatur uris, & de multis in unum con-
fluit granis, &c. Idecirco vinum, quod
bibimus sanguis est eiusdem uris, qui de-
latere eius fluxit: Sic Paschafius, qui
pergit multis: Hæc vero, quæ tam ex
ipso, quam ex alijs PP. diximus, mirè
confirmat egregium quoddam Ire-
næi Martyris testimonium de Chri-
sto Domino à Ioannis Euangelistæ
Discipulis acceptum, quod adeò pecu-
liare, & extra omnem humanam co-**

gitationem est: vt non nisi tanto si-
deiustore dato, prudenter posset affer-
ri, ergo ipse libro 5. aduersus. Hære-
ses, cap. 33. sic inquit: *Quemadmodum
Præsbyteri meminerunt, qui Ioannem
Discipulum Domini viderunt, audis-
se ab eo, quemadmodum de tempori
bus illis docebat Dominus, & dicebat.
Venient dies, in quibus vineæ nascetur,
singulæ decem millia palmitum haben-
tes, & in uno palmite decem millia bra-
chorum, & in uno vero palmite decem
millia flagellarum, & in uno quoque fla-
gello dena millia botrum, & in uno
quoque botro decem millia acinorum,
& unum quodque acinum expressum da-
bit vigintiquinque metretas vini. Et
cum eorum apprehenderit aliquis Sancto-
rum botrum; alius clamabit. Botrus me-
liorego sum: per me Dominum
benedic. Similiter, & grauum triticide-
cem millia spicarum generaturum, &
unamquamque spicam habituram decem
millia granorum. & unum quodque gra-
num quinque bilibres simile clara mun-
da, &c. & statim. Hæc autem, & Pa-
pias Ioannis auditor, Polycarpi autem
contubernialis vetus homo per scripturam
testimonium perhibet: & adiecit dicens:
Hæc autem credibilia sunt credentibus.
Hæc Irenæus ibi: obscura quidem, &
poenitne investigabilia: nisi sensum com-
muniunem habere dixeris, cum ijs verbis,
qua David prefato loco subiicit dicens:
Et videas filios filiorum tuorum: pacem
super Israel. Nec omiserim appinge-
re, quæ addit inibi Irenæus ex Papia.
Et Iudæ (inquit) preditore non credente,
& interrogante. Quomodo ergo tales ge-
niture à Domino perficiuntur? Dicisse
Dominum. Videbunt qui venient in illa:
Hactenus ibi. Quæ quidem non sunt
referenda, tamquam historicè dicta
de Regno temporali per mille annos
abijs, qui milenarij dicti sunt exco-
gitato; sed ænigmaticè de Ecclesiæ
dilatatione, quæ tanquam vitis fœ-
cunda copiotum ab Eucharistiæ fru-
ctum tulit; dum toto terrarum Orbe
inmensum accervum tritici ab uno
grano interram iacto videmus, & læ-
tamur.*

Irenæus.

In quam cogitationem per illustre
habemus Osea: Vaticinium cap. 14.
vers. 6. ab ipso P. Turriano eodē lib. 2.

VIII.

Lectio
LXX.Iohn. 6.
ver. 52Ribera.
Cornel.Ierem. 11.
vers. 16.

P. Sanct.

cap. 33. opportunè penitatum, vbi cum sub Dei personæ de Ecclesia Christiana dixisset Vates. *Ego quasi ros Israel germinabit sicut lumen: erumpet radix eius, ut Libani, ibunt rami eius, & erit, quasi oliva gloria eius, & gloria eius ut Libani: quibus Ecclesiæ fecunditas, & in omne mundi latus dilatatio, seu per totum terrarum orbem extensio mire significatur: vt tanti acervi triticis semen, & cauſa exprimatur: subiicit Vates: Conuertentur sedentes in umbra eius vivent tritico: siue vt LXX. habent confirmabuntur frumento: vt haec sensum communem habeant, cum illis Domini verbis: *Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*, Iohann. 6. vers. 52. Sed ad rem obseruilla: *Ibunt rami eius: Sed quoniam ibunt*. Oratio indefinita significat in omnem undeque partem ramos ituros: & ingens, & sine metâ, aut termino incrementum: ad modum illius locutionis:*

Hic ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Vnde Ribera, & Cornelius explicant: *Ibunt, id est promouebunt se, crescent, diffundent se rami eius: & Chaldaeus expressius: Crescent filiis, & filiabus.* Pergit eodem sensu: *Erit quasi oliva gloria eius.* Adnotante Ribera gloriam in undeque re dici, illud quod eam magnificat, & claram, ac venerabilem reddit: itidemque oliuæ imaginem ad vertatem, & fertilitatem referri, ita quidem apud Ieremiam 11. vers. 16. de Israël dicitur: *Oltuam uberm, pulchram fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum.* Vnde ad haec verba P. Sanctius. *Pulchra metaphora, qua non solum filiorum Ecclesiæ multitudo, sed etiam splendor, & bonum illorum nomen significatur.* In ramis proles significatur numerosa, qua non secus ab Ecclesiæ sinu quoquid versus diffunditur, qua à truncorami latè se in omne partē exporigunt. Hec Sanctius. Hac quidē ratione Domino se à manna discriminante, quod illud non adeò secundum, ac frugiferum esset, cum eo non nisi unus populus enutriretur: Eucharistia vero non unum tantum populum, sed toti omnino orbis terrarum nutrimentum, & vitam afferat, ramis eius quaque ver-

fus se exitendentibus, & porridentibus: ita id obseruante S. Cyrillo Alexand. lib. 3. in Ioann. cap. 34. hunc in modum: *Panem cœlestem manna ex imperitia nuncupatis, quo (quamvis innumeræ pœne gentes in orbis sunt) solum tamen Iudeorum genus, & breui tempore fuit enutritum: sic contractam misericordiam Dei, ac exilem esse putatis, vt vni solummodo Iudeorum populo cœlestem panem largitus sit. Manna vero figura quedam erat vniuersalis Dei liberalitatis loco arche hominibus concessa. Nunc vero cum figurarum exactum sit tempus, & veritas in ianuis adsit. Pater meus cœlestem vobis panem largitur, qui per manna prisca temporibus obumbrabatur. Neminem enim vestrum errare volo. Non erat panis ille cœlestis, sed hic est, qui vniuersum terrarum orbem potest nutritre, & toti mundo vitam dono præbere.* Hec omnia Cyrillus. Pende haec extrema quibus dum Eucharistiam totius mundi nutrimentum affirmat, ab ipsa Christianam Ecclesiam quoquid versus dilatari adstruit.

Cyrill.
Alex.

B

C

D

E

In quem quidem sensum appositi accepit Chrysostomus in Psalm. 41. vers. 4. Vatis verba: *Introibo ad Altare Dei, ad Deum, qui latificat iuuentum meum: vt Ecclesiæ Christianæ tototteriarum Orbe ab Eucharistiâ dilatata vox sit: quæ mundum vniuersum pro Altari iam habet, dum Eucharistiâ tototterrârum celebratur, quin illi metâ rerum, nec tempora ponantur dicente Domino per Malachiam cap. 1. vers. 11. Abortu enim Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatione munda.* Sed iuvat audire Chrysostomum, sic differentem: *Et introibo ad Altare Dei. Quodnam Altare? Proprie in vniuerso Orbe terrarum. In ipso enim Dei Verbi sacrificium, qui pro nobis natus est preparatum est.* Hec ille ut quemadmodum Severo Romano Imperatori, adulabundus dicebat Tertullian. lib. de Pallio c. 2. *Re vera orbis cultissimum huius Imperijrus est eradicato omni aconito hostilitatis: ita & Christo Domino iure dicamus: Re vera orbis vnu Altare tuu est eradicato omni aconito infidelitatis.* Cui cogitationi mire

X.
Psal. 41.
vers. 4.Malac. 1.
vers. 11.

Tertull.

applau-

Ab Euch. summus honor Deo per Mariam. 5

Gregor. applaudit Gregorius Nazian. oration.
Nazian. 2. de Pascha, vbi Paschatis nomine Eu-

charistiam alloquens (vt obseruabit
Pachymeras Dionysij Arcopagitæ
Scholiaestes ad cap. 3. cœlestis Hierarch.
vbi similia Dionysius habet) illam signatè appellat. *Mundi purgationem*: &
quidem sapientissimè, vt dixerit, mun-
dum tū falsorum numinum, tūm pec-
catorum face, & sordibus contami-
natum vno Eucharistiæ sacrificio pur-
gari, dum in omni loco sacrificatur,
& offertur nomini Domini oblatio
munda.

XI. Sed pro coronide illud omnino ex
PP. hoc in loco monendum: vt quando
Christi corpus, id est Ecclesia dilata-
tur, & crescit; dum fideles inter eius
membra connumeramur; cuius cor-
pori communicamus, & sanguini: om-
ni studio, & diligentia enitamur: eà
corporis, & animi puritate nitere, quā
membrum capiti concinne aptari, &
cohætare oportet: ita quidem Pascha-
sius lib. de corpore, & sanguini Domini,
cap. 21. cum premens verba Prophetae:
Quid bonum eius? aut quid pulchrum
eius, nisi frumentum electorum, & vi-

Paschas. num germinans Virgines, Zachar. 9.
Zachar. 9. v. 17. vers. 17. dixislet. Et ideo iure omnis Ec-
clesia Christi virgo nominatur, quia isto
repleta vino, nullum præter Christum a-
mare novit, nullum esurire alium, nul-
lumque sitire, quoniam summum eius bo-
num Christus est, & summa pulchritudo
vestis illa contexta desuper ex vellere Ag-
gni, quæ nuptialis alibi appellatur: exerce-
te in castitate, quoniam hic sanguis ni-
hil magis diligit, quam in Christo Virgi-
nes subiicit post nonnulla. Quā de cauf-
sā sicut nihil in hac vitâ felicius bono
Christianō, ita nihil illo periculostior, si de-
sertus à tantâ gratiâ fiat membrum me-
retropicis: Hæc Paschasius, Ambrosius ve-
rò lib. 3. in Hexameron cap. 7. imagi-
ni acervi tritici accommodatius, sic
monet. *Herba generi respondet suo: tu*
non respondeas tuo generi: tritici granum
sparsum terræ generis sui gratiam reddit,
& tu degeneras: fruges non adulterant
*sinceritatem sui seminis, tu adulteras pu-
ritatem animæ, vigorem mentis corpo-
ris castitatem:* Hæc Anibrosius: Au-
get centum B. Algerus lib. 1. de Sacra-
mento, cap. 22. ad mentem sponsi, qui

est acervus tritici vallatus lilijs casti-
tis, inquiens. Quia Agnus Dei, sine ma-
culâ, quia Virginis est Filius, luxuriosi,
& incesti sumunt periculosius; quia
cum in Sacramento Christi ei uniri de-
beamus, nihil sic aduersatur passioni Chri-

A sti, ut voluptas: Hæc Algerus. Qui-
bus omnino fuerint adiungenda hæc,
quæ Fulbertus Carnotensis epistol. 1.
vt ineffabilem Dei benignitatem scie **F**ulbert.

B homini in Eucharistiâ communican-
tis commendet, sic habet: *Quid indig-
num Deo iudicari potest, qui uterum Vir-
ginis subiicit, si virginibus creatis infundi-
tur, quæ licet simplicis naturæ paulo an-
te præferant imaginem, post modum cœle-
stis, vbi sanctificatione inspirata maiestas
vera diffunditur: Sic ille. Apud quem
obserua illa: Si virginibus creatis infundi-
tur: Quibus ut verè affirmat indig-
num Deo non esse mentibus virginite-
te, & puritate præditis infundi; ita
omnino adstruit Deo indignū, unde-
quaque esse membris impuris, & inqui-
natis misceri.*

C

AB EVCHARISTIA PER MA- RIAM summus Deo Patri honor, & gloria defertur.

ADNOTATIO V.

D

BENE quidem Evangelicâ Eu-
charistiæ mensam iucundissimum Deo, ac festiūssimum
cōviuum esse, sic affirmabat

Greg. Nazian. orat. 2. *Enim vero in Eu-
angelij lauta, & magnifica cena est,*

*& bonus, ac festiūus conviutor, & ami-
ci, & conviuum, ut in filij nuptijs iu-*

*cundissimum: At enim plus aliquid his
ipsem̄ conviutor addit: illud vide-*

*licet; magnam hanc, quam ex convi-
uio percipit iucunditatē, cum ingen-
ti ipsius gloriâ esse coniunctam: Ete-*

*nim ipse Psalmo 49. vers. 14. cum re-
pellens veteris legis sacrificia dixis-
set. Si esuriero, nondicam tibi: meus*

est enim orbis terræ, & plenitudo eius.

E 2 **N**um-

I.

Nazian.

*Numquid manducabo carnes taurorum?
aut sanguinem hircorum potabo, & subinde
vrgens fideles convivas ad cælestem
Eucharistia cibum subiecerit?*

*Immola Deo sacrificium laudis: vbi Aquila signatè legit Eucharistiam:
ideo & de ipsa hunc locum accipiunt PP. frequentissimè, vt Chrysostom. Augustin. Zeno Veronens. M. Hesychius, Lyra, Carthusian. Turrianus, Genebrard. Horantius, Valentia, & alij apud Lorinum, & inibi admirabundus, inquit Agellius. Dignum admiratione est il lud, quod ab Hebreis ex matorum suorum traditione dicitur, tempore Christi omnia sacrificia uno Eucharistiæ, ac laudis excepto vacatura. Tandem vers. 23. vt huius rationem reddat, & quæ ratione id sacrificium pergratum sibi sit aperiat: concludit: *Sacrificium laudis honorificabit me: & illuc iter, quo ostendam illi salutare Dei: quæ ex Græco sic effert Theodoreetus. Sacrificio laudis oblector, & hoc arbitror, gloriam mihi esse congruentem: Quam quidem translatiōnem amplector, & oscular, maximè delectatus audire: Eucharistiam gloriōsam Deo esse, non vtcumque: sed gloriæ ipſi congruente: quæ videlicet tanto Deo, tam immenso, tam digno omni omnino honore, & gloriæ consentanea, & conueniens sit: Quo nihil maius in Augustissimæ Eucharistia laudem dici, aut excogitari potest: cum apta, & congruens gloria ei esse asseratur, qui supra omnem gloriam honorem, & laudationem est.**

II.
Enim verò Christo Domino recentato, & in humili præfepio posito mirandus, atque suauissimus supernorum spirituum concentus (vt perhibet sacerdscriptor Lucæ 2. ver. 14.) repen- te exauditus est, canentium: Gloria in excelsis Deo: Nimirum, cum Dei Filiū pro Patris honore in terras aduenisse: atque vt ipsum clarificaret super terram dignamque pro illatis ei ab hominibus iniurijs satisfactionem rependeret; lese vsque ad præsepis angustias abiçere conspicerunt; non potuerunt non Angelico cātu personare, novam gloriam, diuinosque honores de-nuo Summo Deo accidisse; qui tantum Filium, sibi obsequentem, & pro gloria suā certantem haberet, sub hoc

ienī dicente Paulo ad Roman. I. vers. 1.
3. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, notanti simile locutione significant Christum Dei Filium Deo Patrificatum; in eius scilicet gloriam, & honorem; qui in ijs, quæ Patris erant, Lucæ 2. vers. 49. esset, qui gloriam ipsius indefinenter quereret, Ioannis 11. vers. 4. qui eius nomen manifestaret hominibus, Ioannis 17. vers. 6. qui corpus aptum (ad Hebreos 10. vers. 5.) ad offerendam Deo opportunissimam hostiam suscepisset: qui reddendo homini deperditam Dei imaginem perficeret opus eius Ioannis 4. vers. 34. qui que egregijs operibus; Summi Patris virtutes, tamquam in limpidissimo speculo representaret: ipso affirmante: *Non potest filius à se facere quidquam: nisi quod viderit Patrem facientem: Ioannis 5. vers. 19. Quæ quidem omnia Christo Domino in Eucharistia eadem prorsus ratione aptaueris: qui iure itidem in ipsa factus Deo Patri dici potest, in cuius honorem sese cotidie immolari vult, vt sacrificium, & hostia Deo digna. Ipsi insti-tuatur; quæ & ipse in mortales merito iratus suauissimo immaculatæ, & diuinæ carnis odore percepto placeatur: & congruenti ipſi gloriæ afficiatur, dum æqualis, & consubstantialis, sibi Dei immolatio in Ecclesia Christianæ ei indefinenter offertur. Quam quidem cogitationem videor nihil expresisse Petrum Venerabilem lib. contra Petrusianos Hæreticos ad*

B. *Petr. Ve-
nerab.*
D. *quartum articulum: Contra id quod dicunt Missam nihil esse. Etenim cum ibi in humani generis redemptionem; quam misit Dominus populo suo; atque eius causam, dignitatem, & economiam luculenter excurrit; & post plura in hanc rem dixisset. Quæ tanti ponderis in ipsa ipsius iustitiae lancea esse cognoscitur, vt ad iustitiae condonanda*

E. *(sic legendum constat ex antecedentibus) mundi peccata longè magis preponderet mors transitoria Filij Dei, quam æterna filiorum hominum. Plus plane redditum est iustitiae, quando Christus mortuus est, quam sit recompensatum, quando homo damnatus est. Habet ergo iustitia quidquid suum est, quia Dei Filius pro peccatis hominum mortuus est. Ita iustitia*

qua diu saluti humana obliterat, tandem misericordia cessit; & quæ per aliquod millia annorum diuerso itinere in cesserant misericordia, & veritas, in via, quæ Christus est, obviauerunt sibi (Psalm. 84. vers. 11.)

Psal. 84. vers. 11.

Ioann. 1. vers. 29.

1. Pet. 2. vers. 24.

Isa i. 53. vers. 5.

Hoc est nostrum sacrificium, hoc legis Euæ gelicæ: hoc noui Testamenti: hoc noui populi holocaustum, quod tunc semel in Crucifixione à Dei, & hominis Filio Deo oblatum est, & quod semper in Altari ab ipsis populo offerendum, ab eodem præceptum, & institutum est. Non enim aliud tunc oblatum est, aliud nunc offeratur, sed quod dictum est, semel Christus obtulit, hoc semper Ecclesiæ sua offerendum reliquit.

Hactenus Petrus Venerab.

Facit quidem omnino ad hunc superium honorem Deo per Eucharistia sacrificium impensum illustris Ioanni oblata visio Apocalypsi. 4. cum ostio aperto in cælo ipse in spiritu vidit Deum in throno excelso, ac lucidissimo sedentem, in cuius circuitu circumfedebat viginti quatuor seniores indimque quatuor animalia plena oculis Deū indefessis clamoribus collaudantia, atque in eorum laudibus viginti quatuor seniores procidebāt ante thronum, & mittebāt coronas suas, vt Dei laudes prædicarent: Nimirum in his viginti quatuor senioribus procidentibus, & mittentibus coronas suas ante thronum Dei, itidemque dicentibus: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem,

Apoc. 4. vers. 11. Diuinus cultus significatur (vt optimè exponit P. Alcazar) quem Christiani Sacerdotes in Missarum celebratione Deo deferunt: Quoditam sic ipse confirmat. Cum vero in hoc capite, alterius sacrificij mentio non fiat, nisi illius, quod in hisce verbis significatur; procidebant viginti quatuor seniores, & adorabant, &c. Non dubito, quin hic significetur in Christiana Ecclesia om-

nibus antiquæ legis sacrificijs successisse incruentum sacrificium, quod nostræ Ecclesiæ presbyteri (id est seniores) offerunt. Quod sacrificium præstissimum Dei adorationem continet, & ipsi Deo gratiorem reliquis omnibus, quæ ipsi fieri possent: Hæc ille: Et quidem recte: Quid enim Deo gloriosius? aut honorificentius esse possit, quam denuo Diuinæ Majestati obijcere vñigeniti sui sacratissimam Passionem tot heroicis diuinorum virtutum actibus, velut suauissimorum odoramentorum frangrantia plenam,

quæ Dei Filius, Deo consubstantialis: diuino iuri per peccatum violato, satis superque satisfecit; & mundo perditò pacem, salutem, & vitam, iustitia, & misericordia se invicem osculantibus reddidit: sapienter in hanc sententiam adnotante Venerab. Guillielmo Parisiensi tract. de Eucharistiâ, c. 2. sub me- dium, ante hoc diuinum Eucharistiæ sacrificium à Christo in honorem Patris institutum, verum Dei cultum non fuisse completum, nec undeque absolute solutum: quamvis tot victimarum, & sacrificiorum multitudine à populo Hebræorum cultus, & adoratus fuerit in quem ipse sensum adducit Paulus affirmantem: Nihil enim ad perfectum adduxit lex: Ad Hebræos 7. veri. 9. & quidem opportune pro huius confirmatione adducuntur Guillielmo hæc verba, cum & inibi immediatè de Chri- sti Sacerdotio Apostolus distinxerit, & Gracum verbum ad consecrationem spectet: quasi dicat Paulus, defuisse legi eam plenitudinem diuini cultus, & honoris, quæ sanctissimâ oblatione corporis Christi erat exhibenda: quod Summo Patri Deo, non nisi Summus Dei Filius congruens gloria, & conueniens sacrificium fererit: vt ipse mette- stificabatur, dicens: Sacrificio laudis oblector, & hoc arbitror, gloriam mihi esse congruentem: nimirum scitè Nicolaus Cabalissa tractu de vita in Christo lib. 4. apud Biblioth. veterum PP. tom. 14. cum dixisset: Hominum nullus si bimet Deum suam retribuendo iustitiae reconciliare potest. Neque vero vetus lex inimicitias istas componere valuit, &c. Quare quoniam per nos, & à nobis ipsis iustitiam hanc præstare nequibamus: Christus nobis iustitia factus est à Deo Patre, &

*Guilliel.
Paris.*

Hebr. 7.

vers. 19.

Lect.

Græc.

D E

Spectet: quasi dicat Paulus, defuisse legi eam plenitudinem diuini cultus, & honoris, quæ sanctissimâ oblatione corporis Christi erat exhibenda: quod Summo Patri Deo, non nisi Summus Dei Filius congruens gloria, & conueniens sacrificium fererit: vt ipse mette- stificabatur, dicens: Sacrificio laudis oblector, & hoc arbitror, gloriam mihi esse congruentem: nimirum scitè Nicolaus Cabalissa tractu de vita in Christo lib. 4. apud Biblioth. veterum PP. tom. 14. cum dixisset: Hominum nullus si bimet Deum suam retribuendo iustitiae reconciliare potest. Neque vero vetus lex inimicitias istas componere valuit, &c. Quare quoniam per nos, & à nobis ipsis iustitiam hanc præstare nequibamus: Christus nobis iustitia factus est à Deo Patre, &

*Nicolaus
Cabalissa.*

sanctificatio, & redemptio, & inimicitias in carne sua desoluit, & Deum nobis placat, non solum quod naturae communicet, neque solum quando morte occubuit, sed semper, & unicuique hominum, tunc ut Crucifixus; nunc ut epulum dans si resipescentes veniam regitemus. Reddit rationem, quā persequimur: Solus enim, & uniuersum honorem Patri refundere, & de ablato satisfacere potuit. Mortem siquidem, quam pro gloriā Patris in Cruce pertulit, contumeliam à nobis illatam & quantem maiorem cumulo reponens, honorem quem ei peccando abstuleramus reparauit. Hęc omnia Cabalistas.

IV.
Psal. 39.
vers. 7.

Hebr. 10.
vers. 7.

Lectio
Greca.

Lectio Sy-
riaca.

Agellius

rum genera oblatus, quod idem & salutis sacrificium, & laudis futurum esset, ad parem proditum in humanum genus meritis gratiam referendam, & holocaustum item quasi perfectum, & summum, actotū in diuinos honores cesserum. Hęc Agellius: Quem miror, non animaduertisse, hanc explicandi rationem ab Eusebīo; cuius ipse sapienter meminisse solet, adiumentam, quippe ipse non ea solum Psalm. 39. verba, sed totum etiā Psalmum de Eucharistiā sacrificio interpretatur lib. I. Demonstration. Evangelic. cap. ultimo, sic primum inquiens. Itaque post omnia quasi admirabilem quādam victimam, sacrificiumque eximium Patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit; eiusque rei memoriam, ut nos ipsi Deo pro sacrificio offerremus instituit. Hoc enim Prophetarum praeceptor David, qui quod futurum erat, spiritu Divino preuidērāt vaticinatus est, ubi ait: Expectans expectavi Dominum, &c.

Euseb.

B

C

D

E

V.

Est quidem hęc cogitatio, ipsissima Filii Dei (Paulo ipso Auctore) mēs dum Psalm. 39. vers. 7. sub ipsius personā sumum Deum, sic alloquitur Vates: Sacrificium, & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi: Holocaustum, & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio: Quæ quidē verba Paulus ad Hebreos cap. 10. vers. 7. sic expressit: Ideo ingrediens mūdum dicit: Hostiā, & oblationem noluisti corpus autem aptastī mihi: ubi Apostolus ap̄tissimā, & opportunitatē locutione aptādi usus, pr̄fertim Greici verbi, catartizo, proprietate spectata: quod omnino significat rē sic aptē, & concinnē compositam, ut eius inter se partibus concinētibus pulchrit̄ quid sibi maximē conueniens, contonansque resultet, ut cum primum Christus Dominus mundum ingressus humano, & mortali corpore ex purissimis Mariæ visceribus factō se se induitum (Syriaca quidem lectio habet: corpore autem induisti me) itidemque tale corpus pr̄aclaram victimam, & sacrificium pro peccatis hominum expiandis efficacissimum, tum Deo gratissimum, & iucundissimum fore vidit: gratulabundus de gloriā Deo maxime conuenienti: illud ipsum Deo Patri libēter obtulerit, tam in Cruce immolandum quam in Eucharistiā ad gloriam ipsi Patri congruentem: benē hęc omnia ad hęc Davidis verba expendente Agellio, hunc in modum. Quo sacrificio non modo Dei Patris beneficijs in humanum genus collatis vicem relaturus esset, verum etiam peccata omnium hominum expiaturus; in eoque uno omnia sacrificio-

sumptio-

sumptionem humani corporis, eiusque corpus perfectum Deo oblatum esse: ipsumque hoc Ecclesiæ sue nūciat, cum gaudio, tanquam iugens mysterium quod propheticā voce in capiteli propōstū, expreſſumque fit: Quod statim ad Eucharistiam, sic omnino refert Eusebius. Cum ergo huius sacrificij memoriam signis quibusdam celebrandam, corporisque item illius, salutarisque sanguinis, ut novi testamenti institutū habet accepimus; rursum à Davide instrutur ad dicendum, parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui affligunt me. Pingue fecisti oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quam præstantissimus! Palam igitur in his mysticam significat unctiōne, & horrorem afferentia mensæ Christi sacrificia, quibus operantes incruentas, & rationales eique suaves victimas in totâ vittâ supremo Deo offerre per eminentissimum omnium ipsius Pontificem edocili sumus. Hæc Eusebius ibi. Quæ egregie confirmat Chrysostomus censem augens, & singillatim in tantâ Mariæ mentionem faciens dum hæc verba Psal. 39. sic explicat. Quæ est autem veritas, quam pro umbra valeat? Christi sacrificium: & propterea dixit: Corpus autem perfeci mihi, significans carnem Domini, quam ex sanctissimâ, & Deiparâ Mariâ perfecit: sic Chrysostomus: Vbi vides Eucharistia sacrificium esse Canticum novum Christi ori immissum; quod summo Patri per eminentissimum omnium ipsius Pontificem ad summam ipsius gloriam, & honorem concinere edocili sumus.

VI.
Sed quo in cardine diuina hec harmonia, & concentus Eucharistici sacrificij, cum supremo honore, qui summo Deo defertur; versetur: plusplus explicare, fuerit opera et premium. Quod quidem tum ex sacrificandi ritu, tū ex victimâ, quæ offertur omnino pensari debet, & ego volens, & libens ex sensu, & verbis sapientissimi, & charisci-

Theoph.
Raynud.
mi Patris Theophyli Raynaudi, in Cadelabro sancto f. Et. 3. c. 5. pensitabo. Ergo si bene rem æstimas, sacrificia di scopum, & sacrificij rationem perpendens: videris sacrificium esse actum superni cultus Deo exhibiti tanquam primo rerum omnium principio, & virtute, ac mortis Auctori: atque ea de causa, ut sacrificans id contegetur, rem sa-

crificatam, vel omnino destruere, vel notabiliter immutare ad gloriam, & honorem Dei; cui plane est glorioſissimum tam agnoscere, & sub eo respectu tam ingenti animi demissione a mortalibus honorati, quippe in hac sacrificandi actione, qui supremus Religionis actus est, itidem a sacrificante simul admiscetur actus summae despiciētiæ sui præ Deo, & retrusionis in suum nihilum, quasi velit destrui, & non esse (si licet posset) vt appareat quid sit; siue potius non sit præ Deo, faltemque quod ei est innoxium, id monstrans in victimâ, cui in eum finē eripit esse. Quæ sanè omnia a Christo Domino, qui est Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, Psal. 109. vers. 5. in Eucharistia sacrificio ad Summi Patris honorem plenè, exacteque præstantur. Nimirum ipse Dominus Sacerdos, & victimâ Paschalis nostra a se ipso tanquam a principali Sacerdote interuentu ministri ad id initiati, interposito pane, & vino sacrificat se ipsum in Altari; inactatusque gladio verbi, quod penetrabilius est omni gladio acripi, exhibitur, quatenus per geminam cōficationem hinc corpus leonis a sanguine, hinc sanguis seorsum a corpore ponitur, quod quidem spectata precise vi verborum, & nisi Deus per accidens peculiari actione concomitante obstat, sufficeret ad Christum ibi in statu occisi sistendum. Eam ergo sui virtualem destructionem, quæ vi eius, quod actu, & formaliter ponitur, eslet collatio in statu interfetti, nisi Deus (vt diximus) per aliam actionem concomitantem interpositam obstat, Christus ipse tanquam principalis causa, & primarius offerens ad nutum Sacerdotis, tanquam causæ moralis, physicè exequitur in honore Dei, vt illum omnino promoueat, cum nihil potuerit accidere glorioſius Deo, quam talis, tamque nobilis hostia immolatione colia Christo Sacerdote in æternum, & ab eius administris, vt hac ratione Eucharistia, a S. Ignatio M. in epist. ad Ephesios, absolutè appellatur gloria Dei: sic eos ipso monente. Date operam ut crebrius cōgregemini ad Eucharistiam, & gloriam Dei.

Huc sanè omnino spectat eximus

S. Ig nat.
M.

VII.

ille

Apoc. 4.
vers. 9.

Alcazar

ille cultus, & reuerentissima adoratio, cuius proximè meminimus, quam in gēti animi demissione Deo Opt. Max. sedenti in throno gloria exhibebant viginti quatuor illi seniores, de quibus Ioannes Apocalypsis 4. à vers. 9. sic inquit: *Et cum darent illa animalia gloriā, & honorem, & benedictionem sedentibus per thronum viuenti in sēcula sēculorum. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sēcula sēculorum: & mittebant coronas suas ante thronum, subdit nimis post hēc Ioan. c. 5. vers. 6. Et vidi & ecce in medio throni, & quatuor animaliū, & in medio seniorum Agnum stantem tāquam occisum, & statim: Et cum aperuisset librum quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum novuum, &c. Quæ bonus Scholiaestes. P. Ludouicus del Alcazar ad Eucharistia sacramentum omnino retulit, vt siquidem sacrificiū ritus semper existiterit præcipua diuini cultus, & obsequientissimæ adorationis portio: sacro sanctum Missæ sacrificium, in quo ipse met Agnus cottidie immolatur, & Deo tanquam occisus s̄stitutus, excellentissimum, & Augustissimum, & Deo maxime gloriosum, & honorificētius fuit: Sic nāque primū Alcazar: *Cum ergo seniores viginti quatuor sint Ecclesiæ Sacerdotes (de quos satis supradictum est) nihil congruentius, quam ut hæc adeo insignis seniorum adoratio diuinum cultum representet, quem Christiani Sacerdotes in Missarum celebratione Deo deferunt: Sic ille: Et verò huic cogitationi per opportune concinit Agnstantis, & quasi occisi plena mysterij imago: quæ quidem, nisi eam attentius introspexeris, non bene sibi constare videretur: nam si vivaci penicillo Agnum occisum, aut quasi occisum depinxeris; iacentē potius quam stantem delineasses: subsistit tamen egregiè similitudo, vt exprimatur vna ex parte vera sacrificij ratio, iuxta quam victima in statu mortis ponitur, atque ea ratione Agnus Dei immolatur in sacrificio Missæ, quod omnino euincit, tum Græcum verbum à Ioanne positum, vbi Noster habet oc-**

cisum, propriè enim illud vertas immo latum, vt eruditè ostendit P. Alcazar productis scriptura testimonijs, tum pulchrum Athanasij testimonium orationis in quintam feriam, vbi de Eucharistia institutione agens, inquit: *Hodie profertur illud: Accipite, & mandu cate: hoc est corpus meum: Præuenio crucem: diuide membra mea: & editionem tuā, ò Iuda, præoccupo sanguinis mei effusione: quem venditurus es: gratis distribuo: Ex alia vero obsidente alia actione conco mitatē Dei: Agnus integer, & vivus perseverat, vt totidem verbis Andreas Christi Apostolus dixisse fertur. Iam vero quid præclarius? Augustius? diuinus Deo Patri ad tantè Maiestatis pro*

A testationem, siue ad placandum ipsius animum hominum peccatis infensum: siue etiam ad triumphū de inimico referendum offerri potuit, quam Agnus Dei tanquam occisus: iplomet Domino per Malachiam cap. 1. vers. 11. attestante. *Ab ortu solis usque ad occasum magnus est nomen meum ingentibus, vbi latitudine particula, & causalis rationē habente reddit rationem. Et in omni loco offertur nomini meo oblatio mūda; in quæ verba S. Cyrrill. Alex. ait. Prænūciat fore magnum, & illustre nomen Juū apud omnes toto orbe mortales, & in omni loco, ac gente sacrificium mundum, & incruentum nominis suo oblatum iri.*

C *Malac. I
vers. 1. 1.*

D *Cyrrill.
Alex.*

Quò mirè facit pulcherrimus ille adoratio ritus, quo procidentes viginti quatuor seniores ante thronū mittebant coronas suas, quem si verè estimas cum Aretha ad certum Regnum, & victoriam à Dco de hostibus relatā retuleris: tantum non seniores illi dicentes: *Tibi Domine Dominatio, Regnum, victoria, & triumphus omnino debetur: in quem tensem opportuna itidem sunt Xenophontis in Hierone verba à P. Ribera adducta, sunt ista: Etenim cum homines sic affecti sunt, vt existiment virum idoneum, qui possit benefacere, rati se illius frui bonis, postea hunc in ore habent vehentes laudibus; cumque spectant, non aliter, quam si suum quisque bonum intueretur; ac sponte decedunt de via, sponte asurgunt amantes, non meruentes, coronatque ob virtutem, & benefacta erga Rem publicam, muneribusque honorare cupiunt: Hi demum hi mihi videntur, eum & ho*

E *Xenoph.
Ribera.*

Quo mirè facit pulcherrimus ille adoratio ritus, quo procidentes viginti quatuor seniores ante thronū mittebant coronas suas, quem si verè estimas cum Aretha ad certum Regnum, & victoriam à Dco de hostibus relatā retuleris: tantum non seniores illi dicentes: *Tibi Domine Dominatio, Regnum, victoria, & triumphus omnino debetur: in quem tensem opportuna itidem sunt Xenophontis in Hierone verba à P. Ribera adducta, sunt ista: Etenim cum homines sic affecti sunt, vt existiment virum idoneum, qui possit benefacere, rati se illius frui bonis, postea hunc in ore habent vehentes laudibus; cumque spectant, non aliter, quam si suum quisque bonum intueretur; ac sponte decedunt de via, sponte asurgunt amantes, non meruentes, coronatque ob virtutem, & benefacta erga Rem publicam, muneribusque honorare cupiunt: Hi demum hi mihi videntur, eum & ho*

F *VIII.*

norare

norare verè quicumque talia præstant officia, & qui hisse dignum reddit, re vera videtur honorari: Hec Xenophon: quæ præsenti instituto facile accommodes: Signatè verò expenderis hæc ultima verba, & qui se his dignum reddit, re vera videtur honorari subijcientibus, statim senioribus, cap. 5. vers. 9. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & vers. 12. Dignus est Agnus, qui occisus est accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, &c. Iam hæc omnia de Christo in

Cabafill. Eucharistiâ summi parentem corona-

nante. sic pulchrè confirmat Nicolaus Cabala paulò post præfata verba, huc in modum. Quoniam verò secundum alteram naturam, nostram inquam, & humanam, duplice natura confans Iesus Patrē honorauit, & de corpore & sanguine suo admirabilem illam coronam et nexuit: idcirco solum Christi corpus remedium aduersus peccatum est; & unica peccatorum abolitio sanguis eius. Nempe ob hanc quoque causam à principio conditus est, ut Patrem glorificaret, sicut ipse confiteratur, se ad hoc natum esse, & ad hoc venisse in mundum: Pergit statim: Hoc namque corpus plenitudinis Diuinitatis thesaurus fuit, & omnis peccati expers erat, omnem iustitiam implebat, &c. Sed prior Chrysostomus honi. 24. in 1. ad Corinth. in qua longam de Eucharistia disertacionem instituit, ut ab illâ, & coronam hanc, quam de corpore, & sanguine suo Christus Deo Patri nexuit in Regnum, & dominationem, & victorianam de morte, & diabolo adstruat; sic diuinum hoc corpus in Eucharistiâ exsistens expendit: Hoc corpus Sol crucifixum uidens radios auerit. Propter hoc, & velū templi scissum est, & petra, & terra vniuersa tremuit. Hoc idem corpus cruentatus, lancea vulneratum fontes sanguinis, & aquæ vniuerso orbi salutares securiuit. Vis & aliunde vires eius intelligere? interroga, quæ sanguinis fluxum passa est, quæ non Iesum sed eius vestimentum, nec totum, sed eius fimbriam duntaxat retigit. Interroga māre, quod dorso suo id pertulit: Interroga ipsum diabolum, & dicito. Vnde insanabile vulnus acceperisti? Vnde vires amisisti? Vnde captus es? A quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud, respondebit, quam à corpore crucifixo: per quod

A stimulum suum confregit, per quod caput contrivit; per quod principatus, & potestates eius coercit. sunt. Interroga morte, & dicas: Vnde perierit stimulus tuus? Vnde dissipata est victoria tua? Vnde decessi sunt neruitui & pueris, & puellis ridicula factæ, quæ tyrannis. & iustis omnibus antehiceras formidolosa! Et corpus horum omnium causam esse profitebitur. Hactenus Chrysost. vt videris Eucharistiâ gloriam Dei esse: cui tantum àe tale corpus in ea immolatur in sacrificiâ laudis, & honoris.

Sic planè videris præter cantus suavitatem, cetera omnia, quæ apud mortales in pretio, siue in delitio[n]ibus habentur:

B Deo ab Eucharistiâ pro nostri captus tenuitate aptari: veluti Nuptiæ Matth.

22. vers. 2. coniuivium, Paschatis lætitiam: & alia huiusmodi, quorum plura in redeuntis filiis ad dominum patris lætitia expressa videris. Bono Patre cum vitulo saginato coniuivium cantu, & omnimoda lætitia instructum parante: signatissimis illis verbis ab ipso Dominô expressum, Lucae 15. vers. 23.

*Mat. 22.
vers. 1.*

C Manducemus, & epulemur: & ijs audiuis symphoniam, & chorumi: & his epulari, & gaudere oportebat. Quæ ad gaudium, & latitiam Dei ab Eucharistiâ pulchrè primum referunt Tertullianus, & Eligius: prior siquidem lib. de penitentia, cap. 8. inquit: Illum etiam mississimum Patrem non tacebo, qui prodigium filium reuocat, & post inopiam paenitentem lubens suscipit: immolat vitulum: per opimum coniuivium gaudium sum exornat: Pulchrè ab Eucharistiâ non qualemcumque gaudium, sed illud exornatum; & vndique iucundissimum Deo accedere dicit, quo mirificè delectatus exhibaretur. Similiter Eligius

*Luc. 25.
vers. 23.*

D hom. 8. Hoc presignauit olim, quod Abraham tribus Angelis hospitio receptis vitulum tenerimum occidiſe legitur, & eis apposuisse, quia immolata pro nostra redemptione caro Christi, totius Trinitatis lætitia est. Sed deinde Theophylus in

Tertull.

E Catena S. Thomæ in hunc locum, & August. lib. 2. qq. Euangelicarum eundem sensum expressere: dum Theophylus: Saginati vituli particeps cauſa letitiae fit Patri. Pergit verò Augustinus affirmans hæc festiuitatem toto terrarum orbe in Dei honorem celebrari;

Eligius.

Theoph.

August.

Psal. 75.
vers. 10.
August.

ut cotidie ipsi Paschalem gratulacionem afferre videamur: sic enim ille ibi: *Et iste epula, atque festivitas nunc celebrantur per orbem terrarum Ecclesia dilatata, atque diffusa:* sermone autem 78. de diuersis, sic premit verba Davidis, Psal. 75. vers. 10. *Reliquie cogitationis diem festum agent tibi, ut dum Christus in Altari iugiter immolatur: iugiter Patcha in Dei honorem celebremus: Audi. Quod enim (inquit) semel factum est in rebus. Veritas indicat, hoc saepius celebrandum in cordibus p[ro]is. Solemnitas renouatur: veritas, quae facta sunt, sicut facta sunt facit. Solemnitas autem non ea faciendo, sed celebrando, neque praterita praterire permittit. Denique Pascha nostrum immolatus est Christus: ille virtus semel occisus, qui iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Proinde secundum vocem veritatis semel Pascha dicimus factum, & ulterius non futurum: secundum autem vocem solemnitatis, omni anno dicimus Pascha venturum: sic intelligi arbitror, quod in Psalmis scriptum est. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquia cogitationis dieni solemnem celebrabut tibi. H[oc] August. vt quemadmodum prescripsit Dominus: *H[oc] quotiescumque feceritis in mei memetiam facietis: ita etiam toties in summi Patris honorē Pascha celebremus, & diem solemnisimum ipsi agamus.**

X.


Iam symphoniam, & chorū, suauissimamque musicā melodiam, quā Deo canimus, cum dignè, & devote

ad Eucharistiam accedimus disce ex Chrysostomo oratione de laudatione SS. MM. in hunc sensum inflectente, tum trisagium illud sanctissimum: quo supremi chori Seraphini Deum collaudabant dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Isaiæ 6. vers. 3. & Apocalypsi 4. vers. 8. tūmetiam verba Ioan. Apocalypsi 14. vers. 3.*

*Isa i. 6
vers. 3.
Apoc. 4.
vers. 3.*

A Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo dicere poterat canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Etenim cum de Martyribus cælesti, iam beatitudine perfructibus dixisset Chrysostomus. Participes sunt chororum, & canticis spiritualibus communicant: arguento ab Eucharistiæ communione

B factō, in quā Sacro sanctum Trisagium a fidelibus canitur, ita confirmat: *Si enim cum essent in corpore secundum mysteriorum communionem in illum chorū admittebantur, ut cum ipsis Cherubinī psallerent hymnum ter sanctū, & vos probè nostis, qui mysterijs initiati estis, multo magis nunc cum illo coniuncti, cum quibus olim choros ducebant, multa cum fiducia benedictioni illi, & laudationi comunicant.* H[oc] Chrysostomus: In quibus, & ineffabilem Eucharistiæ excellentiam, in qua & suauissimè Deo canimus, & dignas Deo laudes deferimus; & ingentem accendentis ad illam dignitatem obserua, & reverere, qui secundum mysteriorum communionem in supernorum spirituū chorū meritò admittitur.

Chrysost.



DISSERTATIO III.

DE MARIA FORMA DEI CHRI- STUM IN EUCHARISTIA OPTIMUM PRIN- CIPEM EXHIBENTE.

A M A R I A C H R I S T V S I N E U C H A R I S T I A
Optimus Princeps, qui bono, saluti, utilitati, & incola-
mitati subditorum omnino in vigilet.

ADNOTATIO. I.

I.
Genes. 18
vers. 20.



MPHASI Plenum dixeris peculiare illud Patriarchæ Iacob votum, Genes. 18. vers. 20. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum; reuersusque fuero prospere in domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum: Que verba signata retulit Chaldaea Paraphrasis prophetice ad Christum, sic reponens: Si fuerit Verbum Domini in adiutorium meum, & custodierit me in via, quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, & reuersus fuero in pace in domum patris mei, erit mihi Verbum Domini in Deum: At o bone. Quid rogo, fuerit opus, ut Deum tu agnoscas, & panem, & vestimentum ab ipso accipere? Occurrit his Philo lib. de platione Noe, premis eū dicendi modo, erit mihi in Deū, ut dixerit cū dederit mihi panē ad vescendū, tūc mihi Deus erit: erit inquit mihi Deus, quia tunc, quid sit Deum esse, hoc est naturā eius.

Chald.

Philo.

ad benefaciendum, largiendum, & ditanandum maxime proclivem in me experiar: sic enim Philo: *Iā hē voces: Deus aeternus idem valent, ac si dicat: non qui aliquando largitur, aliquando non, sed semper, & continuo, qui sine intermissione benefacit, qui dona donis cumulando continuat; cuius gratiae inter se coniunctae, ac uniuersitatem in orbem rediunt: Unde pergit: Hoc ille meditator Iacob postulavit infine precum sacratissimarum dicēs: erit mihi Dominus in Deum: ac si dicat: ita non herili potestate libera erga me utetur, sed benefica, propitiā & undequaque salutari potentia sublato dominationis metu, & anima de vincit a beneficijs mutuam gratiam conciliantibus. Haec tenus Philo: Diuinitatem tum a benefica, & salutari potentia, tum a sublato dominacionis, & herilis potestatis metu pulchre pensitas: At enim vero merito rursum ambigas, & a Iacob perquiras: Cur haec beneficentissimam Dei naturam, & continuatam gratiarum, & beneficiorum seriem omnino in pane, & vestimento censuerit? Totam scilicet Deitatis potentiam, & maiestatem signatae ad panis cibationem referens: Sed fa-*

A

B

cilis ex Paschasi lib. de corpore, & Jan-
guine Domini, responsio est egregiam
huic voto Iacob de Augustissima Eu-
charistiā Prophetiā subesse: in quā Do-
minus non tam Dominus, quam Deus
nobis est, qui beneficam sūi naturam
sublato dominationis metu velut de fa-
cie cognoscendam, & experiendam
offert: Sic namque Paschasius: *Hunc*
itaque cibum Iacob Patriarcha esuriebat
dicens. Si fuerit Dominus mecum, &
dederit mihi panem ad edendum, &
vestimentum ad induendum erit mihi
Dominus in Deum. Quotquot ergo in
Christo baptizantur, Christum induunt,
& panem Angelorum comedunt. Hæc
Paschasius.

II.
Isaiæ. 3.
vers. 6.
LXX.
4. Reg. 6.
vers. 27.

Ecce tibi germanam Principis na-
turam; regiumque munus, quod Chri-
stus in Eucharistiā implet: Nimirū id
in Principe exoptatur, vt Dominatio-
nem in Deitatem conuertat; potentia
scilicet nō ad herilem potestatem, at-
que licentiam, sed ad prouidentissimā
fūorum curam, & beneficentiam re-
ferat: ita quidem apud Isaiam cap. 3.
vers. 6. cum infelici Reipublicæ statui-
is Princeps desideraretur, qui integrā
illi salutem dare posset: sic cuidā à po-
pularibus ingerebatur: *Vestimentum ti-
bi est: Princeps esto noster*, quibus verbis
hæc addunt LXX. *Et cibus meus sub te
sit: vt dixerint: potes nos vestimento
tuo fovere: potes etiam cibum præsta-
re: id nobis satis est, vt Principē habe-
amus, qui opportunam nobis opem, &
salutem dare valeat: Sed enim, cum il-
le se imparatam, atque eius conditio-
nis expertem agnosceret, sic illis ob-
viam ibat: *Non sum medicus, & in domo
mea non est panis, neque vestimentum, no-
lite me constitueret Principem populi*, vt
dixerit, quod Rex Israel in misero fa-*

mis tempore fœminæ esurienti, quę ab
ipso efflagitabat: *Salvame Rex*, dolen-
ter respondit: *Vnde te possum saluare de
area, andet oreulari?* Benè ergo Eucha-
ristiæ cibum esuriens Iacob, ab ipsa Do-
minus in Deum sibi agnoscet, & de
area, & detoreulari saluarem, cum ip-
se tanquam Medicus infirmorum salu-
ti invigilans, omnem curam, atque so-
licitudinem in ope, & sustentatione ip-
sorum collocaret: *Incrementum maxi-
mum publici boni factus, qui suorum vi-*

ctus, & vestimentum est: pulchrē id in
pane cottidiano orationis Dominicanæ
considerante Augustino serm. 9. ex va-
rijs, hunc in modum: *Victus est, & tegu-
mentum. Sed à Parre totum intelligitur,*
quando panem petimus, ibi omnia accipi-
mus norunt enim spiritualem alimoniam
fideles, quam & vos, si puri estis, acceptu-
ri, iam estis de Altari Dei: Hæc August.
obserua illa: *Victus est & tegumentum:*
& hæc: *Ibi omnia accipimus: cum Princi-
pem habemus, à quo innos bona cun-
cta procedunt: cuius potentiam nemo
sentit, nisi aut leuatione periculi, aut ac-
cessione dignitatis, vt verba immerito
in cuiusdam laudem à Velleio dicta;*
meritissime & verisimile Domino in
Eucharistia suos saluante, & honoran-
te tribuamus.

August.
Velleius.
III.
Deut. 33.
vers. 17.
Oileaster.
Dionem
Chrysost.

Est quidem pulcherrimum de Chri-
sto Domino, vt Optimo Principe cor-
pore, & sanguine suo in Eucharistia
subditos, sibi populos custodiente, ci-
bāte, ac bonis cunctis cumulante Moy-
sis vaticinium, cum de ipso sub perso-
na Iosephi prænunciauit. *Quasi primo-
geniti tauri, sic fortitudo eius, cornua rhinoceroti cornua illius: Deuter. 33. vers.
17. quibus omnino expressit Christum*
Dominationem ad Deitatem, hoc est
ad beneficendum, & saluandum om-
nino retulisse herilis potestatis metu
sublato. Quare, & tauri fortitudinem
& rhinoceroti cornua ei attributa sin-
gillatim pende. Nimirū tum Moy-
ses primogeniti tauri fortitudinem sig-
natè expressit, in quo gignendo, & for-
mando taurus primam, omnemque
suam vim exeruit, ac proinde pulcher
est, torosus, robusto, & magno corpo-
re; tum etiam taurus Regis specimen
in facris, & apud prophænos habet: nā
& hic ex Hebræo Oileaster, & alij le-
gunt: *Sicut primogeniti tauri corona eius,*
& apud Dionem Chrysostomum ora-
tione 2. ad Regis imaginem factus di-
citur, quod fortitudine sua non sui, sed
armenti causa vtatur. *Taurus enim (ita
ille) non solum ex generosis animantibus*
est, sed neque sui ipsius causa fortitudine
vtitur, quemadmodum leo, & aper, &
aquila persequentes cetera animantia cibi
gratia: *taurus autem manifestè ad Regis*
imaginem factus est: Regnat enim inter suis
generis animantia, cum benevolentia, &
folici-

solicitudine. Hæc ille à quibus vides in re primogenito tauri coronam tributā esse, quod cum benevolentia, & sollicitudine erga suos, & non sui caussa regnet: Porro vitulum optimum esse beneficentia symbolum (quod Regum insigne esse debet) apposite euincit P. Alcaçar in cap. 4. Apocal. vers. 7. & 8. A p. Alca-
z. et. 2. quod dum vivit, & ad arandum, & ad comportanda onera sit utilissimus, vt Prover. 14. vers. 4. dixit Salomon: *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* Et post occisionem illius carnes solidius, & cō munus expeditent humanocorpi alimentum: itidemque eius eorum è hominū vissit: & quod bovi omnino peculiare est non solum vivum, & occisum, sed etiā tabidum, homini sit perutile, cum ex ipso putrescente generetur vermes ex quibus apes ad condenda mella, & bōbyces, quibus omnia sericorum genera debemus oriuntur: de quo vide ibi P. Alcazar eruditè hæc firmantem, itidemque afferentem S. Dionys. Areopagitā lib. de cœlesti hierarchiā, cap. 15. qui bovis salutarem, & beneficam vini signatè tribuit: *Quæ quidem omnia Christo Domino, tanquam optimo Principi Regium munus unde quaque implenti omnino conuenire facile videbis, qui & vivus, & occisus in omnes sibi subditos salutares, & vitales vires indesinenter exercet: bene quidem in hunc sensum expedente Tertulliano lib. de carne Christi, cap. 4.*

Dionys.

Tertull.

IV.

ipsum per carnis suę contactum omne morborum genus solitum fuisse depellere, sicut enim ille. *Natiuitate (reformatā generatione) cœlesti carnem ab omni vexatione restituit, leprosam emundat, cæcam praluminat, paralyticam redintegrat, demoniacam expiat, mortuam resuscitat:* Sic ille.

*Hæc ille à quibus vides in re primogenito tauri coronam tributā esse, quod cum benevolentia, & sollicitudine erga suos, & non sui caussa regnet: Porro vitulum optimum esse beneficentia symbolum (quod Regum insigne esse debet) apposite euincit P. Alcaçar in cap. 4. Apocal. vers. 7. & 8. A p. Alca-
z. et. 2. quod dum vivit, & ad arandum, & ad comportanda onera sit utilissimus, vt Prover. 14. vers. 4. dixit Salomon: *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* Et post occisionem illius carnes solidius, & cō munus expeditent humanocorpi alimentum: itidemque eius eorum è hominū vissit: & quod bovi omnino peculiare est non solum vivum, & occisum, sed etiā tabidum, homini sit perutile, cum ex ipso putrescente generetur vermes ex quibus apes ad condenda mella, & bōbyces, quibus omnia sericorum genera debemus oriuntur: de quo vide ibi P. Alcazar eruditè hæc firmantem, itidemque afferentem S. Dionys. Areopagitā lib. de cœlesti hierarchiā, cap. 15. qui bovis salutarem, & beneficam vini signatè tribuit: *Quæ quidem omnia Christo Domino, tanquam optimo Principi Regium munus unde quaque implenti omnino conuenire facile videbis, qui & vivus, & occisus in omnes sibi subditos salutares, & vitales vires indesinenter exercet: bene quidem in hunc sensum expedente Tertulliano lib. de carne Christi, cap. 4.**

se, eaque in rhinocerotis cornua commutasse: non tam veritus quin ierā de pinxit, quam certus rem ipsam, vt est, explicatio: Porro Lucianus ille Sophista hominum, deorumque irritor, tauri formationem accusavit, quod cornua quæ ad feriendum accepit, supra oculos haberet; ac proinde invulnere infligendo cæco impetu duceretur, quin posset animaduertere, quale, & quantum damnum inferret: Quasi ergo calumni huic, aut improba obseruationi occurreret Moyses, de industria tauri primogenito noxia illa, & cēca cornua abstulit; & oculata ac salutaria rhinocerotis dedit: quippè rhinoceros, & cornu subter oculos habet, atque eius illud naturæ est, vt salutarem vim habeat: novimus enim aduersus venena valere; & aquas alias noxiæ salubres, ac medicatas reddere: ipsomet Domino id firmante apud eundem Moysen, Deuteronom. 31. vers. 39. *Percutiam, & ego sanabo:* vbi notantissime pronomen *ego* sanitati non vulneri præfixum omnino exprimit beneficam Dei naturam, & esentiam, quæ à vulnere inferendo est alienissima, ea de caussa percutere (cum percutit) vt sanitatem potius cum sanguine afferat: ita quidem Ambrosius præmens, hæc verba in Psalm. 43. hunc in modum. *Accipe adhuc, quia ipsum significauit Moyses.* Adiicit cornua unicornui cornua ipsius, in ipsis gentes ventilauit. *Sed noli timere, quia ventilat.* Dixit enim. Percutiam, & sanabo. *Bona cornua, quibus inclusit orbem terrarum.* *Bona cornua, quibus Leonem illum nostrum aduersarium ventilauit.* *Bona cornua, quibus fecit, ut cornua aduersarij timere nequeamus.* Hæc ille, & alia.

E spectant quidem hæc omnia ad Eucharistiam, in quæ Christus, sic sese primogenitum tauri exhibet, vt modis omnibus homini utilis, & salutaris sit; nec sui caussa, sed ob humani generis salutem, & vitam tam vivus, quam occisus, & post mortem regnet: huc referentibus PP. vitulum saginatum; qui à Patre ob filii prodigi in domum reuertentis gaudium ad eum opipare cibandum occitus dicitur apud Lucam cap. 15. vers. 27. *Adducite vitulum saginatum, & occidite,*

Lucianus

Deut. 31
vers. 39.

Ambros.

V.

F mandu-

Chrysost.
Anastas.

manducemus, & epulemur, quippe ut Chrysostomus homilia de patre, & duobus filiis: & Anastasius Synaita lib. I. in Hexameron ad crucis mortem, qua pro totius mundi salute victimam fuit retulere: dixit enim Anastasius: *Vitulus ut is qui crucis ingum erat tracturus:* Chrysostomus vero: *Vitulum nominat propter hostiam corporis immaculati: saginatum autem verè dixit, quia pinguis, & opimus in tantum, ut prototius mundi salute sufficiens sit: ita quidem Hieronymus, Chrysologus, Ambrosius, & alij de Eucharistia conuivio signatae interpretatisunt: sic enim Hieronymus epist. 146. Vitulus saginatus ipse Saluator est, cuius cottidie carne pascimur, & cruento potamur: Similiter Chrysologus serm. 3. Mortuus filius vituli suscitatur ex morte, & unus vitulus prototius familia funditur in saginam: Luculentus vero citato loco Ambrosius Moysis verba de primogenito tauri huc itidem refert, huc in modum: *Pulchre ait Scriptura. Tauri decus eius. Sicut enim taurus dicit armatum; ita Christus plebem gentium duxit ab Ecclesiam, induxit ad pasca, ut posset dicere in loco pasca, ibi me collocavit: super aquam refectionis educavit me: Quae de Eucharistia ab Ambrosio dicta fuisse facile apparet ex ijs, quae subiicit de Iudaicis ab his pascuis se subducentibus, inquietis. Et ideo sacrif sanguinis se redemptio ne fraudarunt, salutifer quoque passio nis se beneficijs abdicauerunt, ne vitam mereantur aeternam, quia scriptum est. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis in vobis ipsis vitam: Qui autem manducat necam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Hac Ambros.**

VI.

Iam singula, quæ de diuino hoc vitulo à PP. dicuntur obserua ad optimum Principem significandum, & vide, ut Dominus in Eucharistia totum undeque beneficū, & salutarē suis se exhibeat: cuius videlicet mens, animus, corpus, vita, & mors in salute hominida est, qui pro ea in laboribus à iuventute, Psalm. 87. vers. 16. crucis ingum, & ararum traxit, qui corporis immaculati hostiam fecit; nechis contentus totius familiæ funditur in sa-

Psal. 87.
vers. 16.

ginam, vt eius carne cottidie pascimur, & eius cruento potemur: Descriptus alibi bonum Principem in magno illo Pompeio, qui allatus è Siciliâ rem frumentariam Romę eius inopia laboranti, cum illo navim concidente nauclerus ob exortam tempestem, navigationem ei disuaderet, non leue vita dilicimen esse affirmas; ipse in proposito persistens magna vocet dixit: *Vt navigemus urget necessitas, ut viuamus non urget: Pulchre quidem, & fortiret, & ad veri Principis normam, quem semper urgere debet necessitas succurrenti, & opem ferendi suis; adeò postposita huic necessitati, quacumque alijs siue commoditatum, siue vite opportunitate, ut nullā pre illa rationem huius habeat, sed ipsi subditorum salus cunctis rebus potior sit: Sed dixerit, feceritve Pompeius, quod de ipso fertur, quod rogo in claritate Solis scintilla possit habere momentum? Nam primum si adsimilia verba, & facta Domini illustri executioni mandata attendis: Nonne cum vitam Lazaro Dominus datus, inquit, eamus in Iudeam iterum, Ioan. 11. vers. 7. obijcientibus discipulis. Rabbi, nunc querebant te Iudei lapidare, & iterum vadis illuc, ut dixerint, cur, qui heri ini micorum impetu, & iram prudenter declinasti; hodie vis in idemmet peticulum sponte te coniicere, & quasi per proprios pedes ad mortem ire? Ipse regio ore occurrit. Nonne duodecim hora sunt diei? Tantū nō dicēs: ubi duodecim diei horas sunt, disparē etiam agendisunt occasionses, cum rerum facies, vel in momento vertatur: Quare ut heri Prudentia necessitatem viuendi consulente, quod pericula, si ne ratione adeunda non sint, à furentiū impetu me subduxī; ita modo cum necessitas dandi vitam Lazaro de nouo se offerat, ut eamus urget necessitas, ut viuamus non urget: Ad hanc, quid fuerit vita discrimini sese obijcere Pompeium, ut frumentum Romanum advehheret, cum ardentissimo illo desiderio, quo Dominus, ut sese suis in cibis vita, & frumentorum electorum daret, acerbissimam mortem obire voluit: Desiderio (inquiens) desiderari huc Pascham manducare vobiscum, ante-*

Ioan. 11.
vers. 7.

C
D
E

7. obijcientibus discipulis. Rabbi, nunc querebant te Iudei lapidare, & iterum vadis illuc, ut dixerint, cur, qui heri ini micorum impetu, & iram prudenter declinasti; hodie vis in idemmet peticulum sponte te coniicere, & quasi per proprios pedes ad mortem ire? Ipse regio ore occurrit. Nonne duodecim hora sunt diei? Tantū nō dicēs: ubi duodecim diei horas sunt, disparē etiam agendisunt occasionses, cum rerum facies, vel in momento vertatur: Quare ut heri Prudentia necessitatem viuendi consulente, quod pericula, si ne ratione adeunda non sint, à furentiū impetu me subduxī; ita modo cum necessitas dandi vitam Lazaro de nouo se offerat, ut eamus urget necessitas, ut viuamus non urget: Ad hanc, quid fuerit vita discrimini sese obijcere Pompeium, ut frumentum Romanum advehheret, cum ardentissimo illo desiderio, quo Dominus, ut sese suis in cibis vita, & frumentorum electorum daret, acerbissimam mortem obire voluit: Desiderio (inquiens) desiderari huc Pascham manducare vobiscum, ante-

quam

Gregor.
Magn.

VII.

Ad Heb.
1. vers. 3.

Chrysost.

4. Reg. 2.
vers. 12.
Drogo.

quam patiar. Lucæ 22. ver. 15. Nec contentus semel mortem subiisse, milles cottidie mactari in sacrificium vult, vt carne sua fideles reficiat: pulchre id adnotante Gregorio Magno homil. 21. in Euangelia, vbi cum dixisset: Singulariter namque ad absolutionem nostram oblatam lachrymis, & benignitate mentis sacri Altaris hostia suffragatur, subdit: Quia is, qui in se resurgens à mortuis iam non moritur, adhuc perstans in suo ministerio pronobis iterum patitur. Nam quoties, & hostiam sua passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus. Hac ille.

Enim vero pulcherrimam hanc Veri Principis faciem, quam sui Dominus conspiendam exhibit in Eucharistia; vivacissimo penicillo depinxit Paulus à nobis non semel expensus ad Hebreos 1. vers. 3. inquiens. Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portans omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in celis. Quo in loco primum cum Chrysostomo obserua illa: Portans omnia verbo virtutis suae, quæ ipse perinde dicta censet, ac collabentia continens: sic enim ipse hæc effert: Hoc est, gubernans, quæ cadunt, continet: deinde sic expendit. Non est enim minus continere, quam mundum fecisse. Sed et si mirabile aliquid oporteat dicere, est etiam maius. Nam illud quidem est è nihilo aliquid producere. Quo facta sunt autem, ad hoc ut nō sint recessentia continere & inter se dissidentia coniungere, hoc est illud magnum, & admirabile, & indicium magnæ virtutis: Vbi vides ex translatione vulgati reponentis, portans omnia, quale sit optimum gubernacionis genus, quo cadentia continentur, & reparantur; nempe, portare, & velut humeris ipsis ferre, huc potentiam, & fortitudinem suam bono Principe aduocante, vti Heliam Prophetam Helias eniphaticè appellabat currum, & aurigam Israël 4. Regum 2. vers. 12. ita hæc expedente Drogone Ostiensi ferm, de Dominicæ Passionis Sacramen. vbi inquit. O vox affectuosa; currus Israel, & auriga eius, Portas & Regis: sustinet, & gubernas: Quod ad

Christum Dominum referit in hunc sensum capiens verba Isaïæ 9. ver. 7. Principatus eius super humerum eius, hunc in modum: Portas portantem te, qui portat Crucem tuam portat gloriam tuam, qui portat gloriam tuam portat te:

A portantem autem te, tu portas super humerum tuum: quia imperium tuum super humerum tuum. Deinde vero preme sequentia verba, quæ huius loci propria sunt: Purgationem peccatorum faciens: in quibus, et si agnoscimus Gracium aoristum, quod solet dilui per præteriti temporis actionem, ut vertatur, purgatione peccatorum facta; ut ad Philipp. 2. vers. 7. Formam servi accipiens: ideit,

B Forma servi accepta (quod inibi obseruavimus, ut Graci PP. utrobique legunt:) at mihi Vulgati lectio, quam alijs exemplaribus longe anteferre soleo, & debeo, de industria reponens: Purgationem peccatorum faciens: maximè facienda est, quippe ipsa Paulus omnino significauit sempiternum Christi in Eucharistia Sacerdotium modo; & omni tempore perpetuo interpellantis pro nobis; ut quod alibi ex his verbis adstruimus ex hac interpellatione, quæ à Christo ad Patrem in Missæ sacrificio fit; convexo nutans pondere mundus omnino subsistat, & ab Eucharistia contineatur: Sed ut hæc verba ad Eucharistiam omnino pertinere videris, duo obserua: Alterum: Gracum verbum: feron, quod vulgatus vertit portans, ut inibi adnotavit Iustinianus propriè significare alere, vel sustentare, quod ut vides cibi, & victus proprii est: quasi cælesti Eucharistie cibo collabentem mundum cadentem, recessentemque hominem Christus sustentet, & velut ovem illam perditam (quod in calicibus depingebatur antiquitus, ut ex Tertulliano lib. de pudicitia, suo loco videbimus) in humeris positam portet: Alterum illa verba:

C Peccatorum purgationem facies, sensum communem haberecum visione illa Isaïæ 6. vers. 7. in qua calculo ignito Vatis labia purgata dicuntur, sic eam explicantibus Iustino M. & alijs PP. alibi adductis. Per visionem Isaïæ Prophetæ declaratum est Christi mysterium sedentis in solito gloria, & eis sue sanctæ carnis expiantis peccatum impiorum

Isai. 9.
vers. 7.

Philipp.
2. vers. 7.

Græc. Le.
ctio.

Iustinian.
Isai. 6.
vers. 7.

Iust. M.

Inst. M.

hominum. Quem enim carbonem vidit Propheta immundis suis labijs admovebit, is significationem habebat Dominica carnis purgantis ab omni impietate conscientiam eorum, qui eam comedunt. Sic Iustin. vt videlicet eatus mundus, seū homo consistat, quatenus ab Eucharistiā à peccatis mundatur: cui rei Dominus, adhuc etiam ad dexterā Patris sedens sedulā, atque perpetuā operā per se ipsum nauet (notanter siquidem in Grecis codicibus additur p̄f̄se met̄ ip̄sum:) ita iniibi monente Chrysostomo: Duo hic ponit maxime eius curae indicia: & quod à peccatis nos purgauerit, & quod per se id fuerit.

VIII.
Ad Heb.
7. v. 25.

Sed id ipse met̄ Apostolus dissertissimè explicuit èadem in eis, epist. ad Hebreos cap. 7. vbi cum vers. 17. p̄emississet: de Christo Domino: Cōtestatur enim Quoniam tu es Sacerdos in ēternū m̄secūdum ordinem Melchisedech. Post plura quibus eandem tententiam densat: subiicit vers. 25. Vnde & salvare in perpetuum potest accedentes p̄f̄se met̄ ip̄sum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis: Vbi primum obserua, & osculare hanc Pauli locutionem. Viuens ad interpellandum: quā omnino innuere videtur: ad hoc interpellādi munus viuere: cōque vitales actiones dirigere, quasi eam ob causam vitam habere, & in vitā esse velit: ac proinde cū ad dexteram Patris residens, beatam ac gloriosam vitam viuat: dixeris, beatitudinem suam ac gloriosam vitam in interpellatione pro nobis facienda, quā salutem ēternam consequamur, quodā nō modo collocare. Sane ut dum ipse semper viuens, & viuax ad salutem, & vitam dandam, & ad benefaciendum est, naturalem, atque germanam problem Patris se se ostendat; qui Adamo vitam tribuens, sibi ipsi vivere dicitur, accuratā dictione id obseruan te Moyse: nimurum ut alibi monimus illis in verbis Genes. 2. vers. 7. Inspiravit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem: pro verbo illo, inspiravit, in Hebreo est, Nāpach, quod propriè est, respirare: quid

Genes. 2.
vers. 7.

Lect. He autem fuerit respirare, nisi vivere? Sic diffiniente vitam Ambrosi lib. de bonis mortis: Vita est spirandi muneri frui: Plato. mors priuari: & Platone in Cratilo.

Nam quia cum anima in corpore est; causa ipsi est, ut viuat respirandi vim ei prebens. Similiter autem ut respiratio definit, corpus interit, & homo moritur: ut inde videris, quam aliter Deus vivat, a homo: hic enim tunc viuit cum respirat: Deus vero tunc respirat, & vivit, cū homini vitam confert: Ergo ut Pater viuit, vitam homini infundendo, ita filius, qui non potest à se facere quidquam, nisi quod viderit Parrem faciem rem, quecumque enim ille fecerit, hec & filius similiter facit: Ioann. 5. vers. 19 Ioan. 5. Semper viuens eis ad interpellandum pro nobis, ut salutem; & vitam assequatur: ut hic maximè locum habeat, quod & M. Tullius lib. 2. officiorum dixit: Itaque illud patrocinium orbis ter- rae, verius quam imperium poterat nomi nari: & Synesius orat. de Regno ad Ar chadium Augustum veri Principis mu nus describens, hunc in modum. Qui id in vita ratione sequitur, quod subditis commodum videtur, qui laborem & mo lestiam præferre vult, nē quid illis mole sum sit, qui pro illis periclitatur, ut in pa ce, ac securitate degant, qui que vigilare,

M. Tull.

C & in maximo concursu sollicitudinem ver jari sustiner, ut noctu, & interdiu subditis malis omnibus vacent: hic in genere gut dem orium, pastor: in hominum vero ge nere Rex est. Hæc Synesius: Quæ auctio in immennum cœnu Christo Domino in Eucharistiā aptaveris: qui adeò est viuens ad interpellandum pro nobis, ut oves suas propriā carnē, & cruento in desinenter pascat: ita id expedente D Gregorio Magno homil. 14. in Eu an gel. Bonus pastor pro ovi bus suis animam suam posuit, ut in Sacramento nostro cor pus suum, & sanguinem verteret, & ores quas redemerat, carnis suæ alimento satia ret: Sic Gregorius.

Gregor. Magn.

E Et quidem, si verè aestimas, id planè est, Christum in gloria Patris residen tem interpellare pro nobis: quippe ipse, ut dicebat Apostolus: est Sacerdos in ēternū. Est enim Sacerdotis officium, pro salute eorum quibus da tus est Sacerdos, interpellare, facri ficium Deo pro eorum salute offrendo: At enim vero, cum Christus signatè sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui panem, & vinum ob tulit: omnino planum fit: hanc Christi

X.

A Maria in Euch. Christ opt. Princeps. 65

Cyprian. interpellationem pro nobis ad Augustinum, & incruentū sacrificiū Missæ fore referendam: Quod videor mihi ex PP. colligere: nam Cyprianus hæc de re agens ep. 63. inquit. Nā quis magis

Sacerdos Dei summi, quam Dominus noster Iesus Christus? qui sacrificium Deo Patri obtulit, hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est panem, & vinum, suū scilicet corpus, & sanguinem, ut videlicet cū Christus passione suā remisionem, & abolitionem omnium peccatorū nostrorum promeruerit, ac pro ijs plenissimè sati fecerit offerēdo se ipsum Deo Patri pro nobis in sacrificium; modo ad dexteram Patris iedens purgationem peccatorum faciat, eandem Passionem, & salutarem virtutem sacrificij in Cruce peracti per incruentum, & commemoratiū sacrificium Eucharistiæ, cottidie nobis applicando, ut interpellationem istam explicavit S. Thomas: in similia verba epist. ad Rom. 8. vers. 34. Quietiam interpellat pro nobis, humitatē pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando: Hæc ille, quæ itidem in hæc verba ad Hebræos, quæ in manibus habemus reperit: subiectis: Sæcūlissima anima sua desideriū, quod de salute nostra habuit, exprimendo: Quò etiā iiverit tum

post factiōnem falsitatis postquam de illo dictum est: Ferrū pertransit anima eius: iam honorificatus est, iam non est subditus fratribus vendentibus, sed fragmenta erogat ejurientibus. Sie Augustinus.

X.

A Iamverò, quam sit efficax, & valida, imò verò omnipotens hæc Christi Domini Sacerdotis secundum ordinem Melchisedech, sacrificium corporis, & sanguinis sui offerentis, ad Patrem interpellatio; nullus quidem est, qui cā prodignitate explicare valeat; cū ipsos mete celestes spiritus subterfugiat. Quid enim fuerit in huius altissimi mysterij conspectu Seraphinos velatos oculos habere? *I.ai. 6. vers. 2.* quam adhuc Angelicā scientiā adhibita aſt̄ qui nō posse, quātum sit, quod suā interpellatione nobis Dominus impetrat: opportunitate id obseruante Hugo. de S. Vict. in speculo de mysterijs Ecclesiæ c. 7. hunc in modum: Sacerdos legalis orans fumothymiamatis obibrabatur, & tegebatur, ne pateret alicui, dum cremaret incensum, & Christus dum Patrē interpellat pro nobis, Angelorū transit intuitum, qui intelligi non potest, quātum præsentia sumptuē carnis impetrat: Hęc Hugo, vt hinc, tum immensam bonitatem, & benignitatem Christi Domini veri Regis nūnus, & personam implentis, Regibus que regiæ dignitatis exempla dantib; tum etiam immēla diuinę misericordiæ diuitias quas in Eucharistiæ dignè accepta, & in Missæ sacrificio habemus: expendas, & plurimi facias.

I.ai. 6. vers. 2.

Hug. de S. Vict.

B in modum: Interpellat pro nobis, humitatē pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando: Hæc ille, quæ itidem in hæc verba ad Hebræos, quæ in manibus habemus reperit: subiectis: Sæcūlissima anima sua desideriū, quod de salute nostra habuit, exprimendo: Quò etiā iiverit tum

C Ambrosius lib. de Haac, & anima cap. 8. inquiens de Christo. Nobis fit, & occlus, per quā Patrē rideamus, & vox per quā ad Patrem loquamur, & dextera, per quā Deo Patris sacrificia offeramus: ac videlicet dextera, quæ nobis Eucharistiā tribuit, quæ velut sacrificiōmūdīsimō, ac diuinissimo Deū placare, ei que recōciliari possimus: tunc etiā Augustinus, qui per allegoriā acutē retulit in Pſal. 61. Patriarchæ Iosephi historiam, ut si- cut ille à fratribus prius venditus, & ad necē in carcerem missus, postea ipsi- met frumentum ad vitam diuibuit; ita & Christus Dominus humanam vitam degens, & venditus, & mortem paſſus est, in cœlis subinde ad Patris dexterā collocatus corporis, & sanguinis suis alimēta nobis indefinenter tribuat: sic namque August. Iam Ioseph ille spiritua- lis per venditionem à fratribus, post traſlationem de patria suā ad gentes, tanquam in Egyptum post humilationem carceris,

D

etiam iiverit tum

A M A R I A C H R I S T V S I N E U-
charistiā bonus Princeps, qui homi-
num peccatis veniam clementer
impetrat.

AD NOTATIO II.

E **A** DEO Quidem è re, & dignitate Regiæ maiestatis Clementia est: vt ab ipsa Princi- pis thronus tum firmus, & securus, tum vel maximè magnificus, & eleuatus subsistat; monente Salomo- ne. Misericordia, & veritas custodiunt Prou. 20. Regem; & roboratur Clementia thronus vers. 28. eius. Prouer. 20. vers. 28. Et verò de ea

I.

Seneca.

Apoc. 4.
vers. 3.

Alcazar

Rom. 5.
vers. 1.Isaie 54.
vers. 8.

modo Clementia agimus; que ad Principem illatas sibi injurias liberaliter remittentem signata spectat: de qua sapienter Seneca hunc in modum locutus est lib. I. de Clementia, cap. 20. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui quod alterid donat, sibi detrahit, ita Clementem Vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis exagitetur, non proficit, qui intelligit magni animi esse, intuicias in summa potentia pati; nec quidquam esse gloriofius Principe impunè leso: Nimirum hac Clementia Principis thronus ita robatur; ut non modo augustus, sed diuino etiam ad similis fiat: de

quo Ioannes Apocalypsi. 4. vers. 3. Et ecce inquit sedes posita erat in celo, & super sedem sedes; & iris erat in circuitu undis similis visioni Smaragdinæ: Quid enim iris? quid Smaragdus? nisi pacem, benignitatem, placabilitatem; & bonæ spei fiduciam adumbrent? opportune inibi obseruante P. Ludouico del Alcazar: hanc iridem non eam esse, quæ mille trahens varios aduerso sole colores, sed quæ non alium, quam viridem colorum, omnium quidem gratissimum siue aspectu, siue significatione habuerit; cuique tanta subesset viriditas, ut Smaragdo similis appareret, quod alijs coloribus, igneis videlicet, & violaceis amotis; ex iridis Smaragdinæ symbolum à Ioanne significetur, Deum ex throni diuini maiestate, & dignitate, quasi constrictum esse, ut & sibi ipsi temporet irato: peccatoribusque ad ipsum revertentibus facilem, atque benignum esse exhibeat; ut sine villa rubræ vindictæ, & pallidi metus admixtione pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Ad Roman. 5. vers. 1. & 2. Pro quâthroni significatione tum audi ipsum mihi Dominum, Isaia 54. vers.

8. Dixit Redemptor tuus. Sicut in diebus Noe istud mihi est: cui iurauine inducerem aquas Noe ultra super terram, sic iurauit, ut non irascar tibi; & non increpem te: Montes enim commovebuntur, & colles contremiscerent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus: tu

etiam S. Hilarius hinc Deum maxime Hilar. laudatione dignissimum affirmant: Psal. 144. Etenim cum ipse edisterens id Psalmi. vers. 7.

144. vers. 7. Memoriam abundantia & suavitatis tua & eructabunt, & iustitia tua exultabunt: præmisisti. Non enim Deus rapit humanorum criminum occasiones, neque tanquam infirmitatis nostræ, naturæque vescius, ipsum illud ad pœnam erroris, & peccati nostri tempus invadit: sed dissimulat, & differt, & pœnitentia solatum dilatione ultionis expectat, suavem leonibus prestans, dum per misericordia & iustitia modum temperandæ severitatis, indulgentia se reservat, subiicit opportune, & sapienter. Hoc in Deo præciuum: hoc in potente laudandum: non cœlum fecisse, quia potens est: non terram fundasse, quia virtus est, non annum astris tēperasse, quia sapiens est: non hominem animasse, quia vita est: non mare in accessus, & decessus mouisse, quia spiritus est: sed misericordem esse, qui iustus est, sed misera temesse, qui Rex est, sed dissimulante esse, qui Deus est: Hæc ille, quibus pro throno Dei elucidando nihil melius dici potuit.

Quam verò sit propria Dei throni hæc Clementia, atque benignitas, vel inde collige, quod ad ipsius splendorē adeo signata spectet, ut quodāmodonō eque excelius ille foret, atq; augustus; nishomines demeretes haberet Deus, quibus re mitteret iniurias: in hunc sensum ambigentibus Damasceno lib. 3. de Fide cap. 11. & S. Thom. 3. p. q. 4. art. 5. ad 2. Cur Dei Filius humanam naturam secundum oraneseius hypostases non assumperit? qui omnium hominum amans esse dicitur: Sapientia 1. vers. 6. eò quidem vocabulo, quo herba illa, quæ quod humanis vestibus adhæreat philantropos (Hispanè el Amor del Ortaleno) appellatur: sic enim ibi. Benignus est enim spiritus sapientiae: Græcè, philantropos: quæ verba ex Gregorio Nazianz. orat. de Pentec. sic exornat eius Scholiares Nizetas. Quodam loco Salomon: ait hominum amans Spiritus Sapientiae: quem locum paraphrasi explicat Theologus, ipsius Spiritus Sapientiam, & benignitatem prædicans, quæ ad danda beneficiv promptissimus est, atque huic dubitationi, sic respondentे Angelico Doctore: Secundum illud Rom. 5.

II.

Damasc.

S. Thom.

Sapien. 1
vers. 6.Græc.
Lect.

Nizetas.

A Maria in Euch. Christ opt. Princeps. 67

S.Thom.

Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quia cum inimici essemus, Christus pro nobis secundum tempus mortuus est, quod locum non haberet, si in omnibus hominibus naturam humanam assumisset: ita S. Thomas: Bellissime quidem, ut dixerit: Si in omnibus hominibus naturam humanam assumisset; nulli fuissent peccatores; nulli inimici; quibus veniam impertiretur: quorum iniurias in summa potentia patetur, & liberaliter ignosceret: sed quid inde inquis. Respondet S. Thomas ex Paulo, quod tunc non adeo plenipotentiare radaret Dei thronus, nec tam clara diuina charitas colluceret: Ni in iustum pro illo verbo, commendat, quod transtulit vulgatus; illud grecè posuit Apostolus, quod propriè significat, illustrare, nobilitare, tum illa locutio secundum tempus, græce itidem est, secundum opportunitatem, sive opportune, ut Iesus fuerit, tunc maxime Deum suam charitatem, & gratiam illustrare, & splendidam ostendere, cum opportunitate beneficiandi inimicis suis vtitur: sive tunc opportunè, mature, & diuine homines diligere, cum iniurias ab illis illatas beneficijs repensat.

Cui quidem cogitationi mirè congruit Davidis sensus opportunam hanc inimicorum dilectionem; quæ illis bona pro malis retribuit, misericordiam Dei signate appellantis. Et enim 2. Reg. 9. vers. 1. memor amicitiae, quæ inter ipsum, & Ionatham intercederat, ut gratum animum erga illum ostenderet, sic locutus fertur: Putas ne est alius, qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum illo misericordiam propter Ionathan? eumque illi statim occurrit quidam Saulis servus eius voto satisfactus ipse altius mentem effrenens variata locutione denuò interrogavit. Nunquid superest alius de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Vbi oīnnino obserua, Davidem, qui homo secundum cor Dei erat, & ipsius ingenium optimè nuerat, cum de misericordia ob Ionatham memoriam, & amicitiam exercenda egit, solummodo dixisse, ut faciam cum eo misericordiam: ut parem scilicet Ionatham gratiam in illo persolveret: at enim vero, cum subinde ad illatas sibi à Saule iniurias mentem conuertit, non

Græc. Let.
ctio.

III.

2. Reg. 9.
vers. 1.
& 2.

contentus cum illius posteris misericordiam exercere; aucto censu misericordiam Dei promisit: illam scilicet illustrem, atque præclaram, quæ Deus inimicos suos opportunè diligens graviam pro vindicta retribuit: sapienter

A id ad ea verba adnotante bono Scholaste P. Gaspare Sanctio, vbi cum dixisset: *Adde, quod cū de Saulis posteris ageret David, dixit ad Sibam: ut faciam cum eo misericordiam Dei. Dei porro misericordia ad ipsius inimicorum beneficium extenditur, quibus spiritu largitur, & vita, & cum illos posset a se procul abiucere, cumulat tamen donis, neque illorum merita Dei impediunt mitissimam naturam, quominus selem suum oriri faciat super bonos, & malos, & pluat super iustos, & iniustos.* Statim ad rem sic pergit: *At hæc misericordia, si non expectaret Saulis intestinum oditum, & audacitatem Davidi Iacobini, in eo quem dixi sensu, non diceretur misericordia Dei, quia potius erat David Ionatham provocatus meritis, quam offensus iniurijs: Hæc ille satisopportune pro explicando ingenio Dei, quibus ipsi met Athnici Scriptores abundè adstipulantur: Sic enim primum hæc sensa explicauit M. Tullius in oratione pro*

P. Sanct.

M. Tull.

B M. Marcello. Non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, hac qui faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico: Deinde vero Themistius orat. *The mist.*
16. vbi Clementiam vindictæ opponens, & illi victoria palmarum tribuens, inquit. *Virtutis hæc nempe Victoria, vindictæ potest: neque per iracundiam, sed magnitudine animi se magnum redere oportet.* Hæc enim magnitudo diuina est: illa contra pusilla, atque humana; redditique, quise submittunt non qui resistunt, excelsiores: Similiter Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 5. inquiens. Seruare proprium est excellentis fortunæ, quæ nunquam magis suscipi debet, quam eum illi contigit, idem posse, quod dijs, quorum beneficio in lucem edimur, tam boni, quam mali. Deorum itaque animum sibi afferens Princeps, alios ex civibus suis, quia utiles bonique sunt, libens videat, alios in numerum relinquit: qui sedā esse gaudeat, quosdam patiatur. Nec omittendum fuerit, his adiungere, quod Dio Cassius in Adriano obteruavit: ipsum etsi modera

Seneca.

Dio Cas.

E ta,

Dio.

IV.

Hebr. 4.
vers. 16.Isai. 6.
vers. 1.

Iust. M.

Cyprian.

ta, & humanè imperaslet: ob cædes aliquorum ab ipso imperatas inde orū numerum nō fuisse adscriptum: sic enim Dio: Ceterum Adrianus, quamquam humanè, & moderatè imperasset: tamen propter cædes optimorum quorundam, quos in principio imperij, & ante quā è vitā decederet, interfici curauerat; multū calūnię, etiam infamia sustinuit, quapropter minimo minus in deos relatus nō fuit. Sic ille. Tāti videlicet apud ipsos met gētiales Clementia fuit: adeoque ex illa Dei similitudinem in homine pensis tabant.

Hæc sanè quæ in vniuersum verissima sunt: in Augustissimo Eucharistie mysterio signatissimè eluent, dū posito à Deo in illa throno gratiæ (ad Hebr. 4. vers. 16.) ab hac Dei misericordia, quia inimicis suis spiritu largitur, & vita & tatis donis cunulat: ipse thronus celior, & sublimior, atque diuinior conspicitur, vt id clara, atque præclaral siq̄ visio nobis ob oculos ponit, ipso sic prænunciante cap. 6. vers. 1. Vidi Domini num sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea que sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus volabant pedes eius, & duabus volabant. Quæ ad diuinissimum Eucharistie thronum fore referenda sepe s̄pius adstruximus ex Iustino M. & Damasceno, & peculiari nunc Hebraeorum testimonio confirmabimus, quin Iustini verba denuò repete rē pīgeat, quod ad præsens institutum maximè faciant: ait ergo. Per visionem Isiae Prophetæ declaratū est Christi mysterium sedentis in solio gloriæ, & esu suæ sanctæ carnis expiantis peccatum impiorum hominum. Quem enim carbōne vidit Propheta immundis suis labijs ad moueri, is significationem habebat Dominicæ carnis purgantis ab omni impietate conscientiam eorum, qui eam comedunt: Vbi omnino obserua, tum Dei solium signatè excelsum, & eleuatum in Eucharistiæ, tunc nimirum, quando inimicis bona pro malis tribuens esu suæ sanctæ carnis expiat peccata impiorum hominum, nimirum: In huius præsentia nō supervacua mendicant lachrymæ veniam (inquit Cyprianus serm. in cena Domini) nec unquam patitur contritum cordis holocaustum repulsam. Quotiens te in cōspe-

ctu Domini videò suspirantem, Spiritum Sanctum non dubito aspirantem: cum intuerentem sentio ignoscēt: Sic Cyprianus: tum etiam Ioannem cap. 12. vers. 42. de hacmet visione Isiae sermonem facientem non sine emphasi dixisse. Hec dixit Isaias, quando vidit gloriam Dei, & locutus est de eo: vt quem Paulus thronum gratiæ dixit: Ioannes gloriam, siue thronum gloriæ appellaverit; nihil enim Deo glorioſius, & magnificenter fuerit; quam infenſiſſimiſ inimicis, non vt cuncte benefacere, sed eos suomet corpore, & ſanguine reficere, & saturare, ſicut id firmando Tertulliano ex promiſione Ecclesiæ de Eucharistiæ sub figura manna facta illis verbis Exodi 16. vers. 7. Ma-

Ion. n. 12.
vers. 42.

Cyprian.

Exod. 11
vers. 7.Tertull.
Luc. 10.
vers. 16.

Be ne videbitis gloriam eius, dum lib. cont. Psichykos cap. 5. sic inquit. De cælo epulas miserat: id enim gloriam suam Dominus appellat, qui gloriæ magnificatus dicitur ſuorum ſalute. Quid enim magnificenter, quam ſaluum facere, quod perierat? Lucæ 10. vers. 10. Quid aptius ſolio gloriæ? quidve præstantius, ac felicius, quam iacētem non modo erigere; sed eius etiam dignitatem amplificare, & feiicem reddere? Quid Domino honorificenter? Quam eluſuæ ſanctæ carnis expiare peccatum impiorum hominum? atque ex infenſiſſimiſ inimicis: cariſiſmos, & fideliſiſmos amicos? è fædiſiſmos, & obſcuris, pulchros atq; præclaros reddere? vel vide Theophylum illum cunctis nefarijs ſceleribus contaminatiſſimum, quem vt eluſuæ ſanctæ carnis ſuæ Dominus expiavit, ita Sole clariorem reddidit, Eutychianode Theophyli œconomi penitentia ad finem, ſic id referente: Sanctissimus Episcopus, cum manu populo indixiſſet silentium. & eis dixiſſet. Pax omnibus cepit peragere conſuetam Eucharistiæ ſanctæ oblationis, & poſtquam perfecta

E fuiffent dona diuina, eum impertiſt interatis. & vivificis Christi Sacramentis: ſtatimque reſplenduit facies eius ſicut Sol: & cum vidiffent omnes eius figura reperitam mutationem, benignum Deum magis glorificarunt, qui facit mirabilia ijs, qui ad ipsum configiunt. Hæc ibi.

Sed iam quemadmodum Hebreorum Magistri ex vetuſiſſimiſ ab Elia Propheta traditionibus de manu in

manum

V.

Eutychianus.

A Maria Christ in Euch. Princeps clemens.

Petrus
Galat.

Isai. 6.
vers. 3.

Inianum acceptis præ fatam throni huius extelli, & eleuati significationem, itidemque Deo gloriam ab Eucharistia obuenientem, quod e[st] *s[an]cte carnis* sua peccata impiorum hominum expiare voluerit; audi à Petro Galatino lib. 10. de *arcaniis Catholicæ fidei*, cap. vltimo, tam ex Rabbi Haccados, quem Hebræi, & Sanctum, & Reuelatorem arcanorum appellant respondentem ad quintam Antonini Contulisi petitionem quam ex Rabb. Simeone in libro qui dicitur *investigatio secretorum*, ad præsens Eucharistiæ institutum diuinum ilud Seraphinorum trisagium, *Sanctus*, *Sanctus* *Sanctus Dominus Deus exercituum*: plena est omnis terra gloria eius: omnino referentibus, atque eius Cantici occasionem, hunc in modum explicantibus. Quod cum semel idem R. Si meon in speluncâ duplicitoranus, vidisset Eliam sibi apparentem, & se tanquam summum Pontificem inducentem, remque sacram facientem, atque ideo omnes lætantes, tandem post multa interrogavit dicens. Sacrum illud, quod faciebat is coram Deo sancto, & benedicto, quid nam erat? Respondit ei Helias. Hoc est sacrificium, quod postquam venerit Messias facient Sacerdotes coram Deo sancto, & benedicto. Tunc enim cessabunt omnia sacra, quæ prius fiebant. Facient autem sacrificium illud ex pane, & vino. Quod cum primum Sacerdotes exercebunt, omnes Angeli cœli audiētes illa sacra, sanctaque verba ore Sacerdotum prodeuntia, intelligentes, quodammodo in videre illis videbuntur, & contremiscerent, venientque omnes ad Deum dicentes. O Domine mundi, quam magna est laus ista, quam dedisti Israhel, qui peccatis pleni sunt, & non dedisti nobis, qui coram te a peccatis sumus immunes. Deus respondebit illis, diceretque. Non est locus vobis inuidie in Israhel, quando quidem nos oratum pro illis accessistis. Quia autem illi peccatores sunt, & ad peccatum proclives: ideo ut illis remittam, Messiam misi, docuique eos hanc excellenter laudem. Vos vero, qui peccare non potestis non indigeritis huiusmodi laude: & post honnula in eundem sententiam subiicit. Tunc suum Angeli varijs instrumentis coram Deo sancto, & benedicto laudes maximas edent dicentes, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* *Domine Deus exercituum*. Pleni sunt cœli, &

terra gloria tua. Hæc omnia ibi, quæ quidem tela pro re Eucharistica tato fuerint opportuniora, quanto ex aduersariorum pharetrâde prompta sunt: vbi duo habes: alterum: D[omi]ni ingenium & mitissimam naturam, quam nulla peccatorum merita impediunt, quomodo inimicos suos bonis cumulet, signatissimè in Eucharistiæ clucere; quod eam ipsis præparauit; quia illi peccatores sunt, & ad peccandum proclives: alterum: hanc esse præcipuanam Dei gloriam, qui & ab Angelis gloria magnificatus dicitur suorū salute: & eius thronus excelsus, & eleuatus undeque conspicitur: quia nimis, vel Seneca teste, quisquis in magna fortuna placidum & tranquillum, iniuriaque suas remittentem exhibet, supra ipsam fortunam

Seneca.

B se effert, & altior stat, ita enim ille lib. 1. de Clementia c. 5. Magna fortunam magnus animus decet, qui nisi se ad illam exrulit, & altior fecerit, illa quoque infra ad terram dederit. Magni autem animi est proprium, placidum esse, tranquillumque, iniurias, & offensiones superne despicer. Unde in praefato Petri Galatini loco subiicit Hebreus ille Angelos denuo in Dei laudem cecinisse. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Quoniam eleuata est maiestas tua super caelos.

VI.

C Benè vero dicebat Tertullianus, & Deum epulas de cœlo gloriam suam appellare; atque eam huius causâ esse, quod hominum salutem gloriam in iuam Deus appelle: Nimis tunc maximum homines bene sperare de sua salute caperunt, cu[m] ipsis caro Dei edenda proposita est; alias sperare non ausuri, imo vero de salute desperaturi. Quem sensum reddideris ex frequenti PP. acceptione illis verbis Iob 31. vers. 31. *Di* xerunt viri tabernaculi mei, quis der de carnibus eius ut saturemur? Quasi tunc in Christum credituri, & de sua salute fiduciam habituri, cum ipsis carnem manducare, & sanguinem bibere licet: ita quidem August. tractat. 31. in Ioann. ad medium vbi agens de ipsis met Christi persecutoribus, qui verbis Petri compuncti, & ad Christum redire cupientes dicebant. *Quid faciemus?* Actuum 2. vers. 37. cum dixisset. Vide runt se ingenti criminis impietatis astri

Iob 31.

*Act. 2.
vers. 37.*

Eos

August. eos, quando illum occiderunt, quem venerari & adorare debuerunt: & hoc purabant esse inexpiable: Magnum enim facinus erat, cuius consideratio illos ficeret desperare, sed non debebant desperare, pro quibus in Cruce pendens Dominus est dignatus orare: subiicit ad rem nostram: At vero illi viderunt Christum suo scelere mortuentem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscendem. Quo usque biberent sanguinem, quem fuderant, de sua salute desperaverunt. Hac Augustinus, ut dixerit: vix illis satisfuit, videre Christum pro ipsis orantem, & suis sceleribus ignoscendem, ut non desperaret: quo usque biberent ipsius sanguinem: ab hoc enim ebibito; & firmam spem, & ardentem in Deum charitatem habuerunt: In quem sensum scire composuit Origines verba Christi Domini Matth.

Matt. 27 vers. 17. Bibite ex eo omnes. *Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum,* cum verbis Pauli ad Roman.

Roman. 5 vers. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: ut a sanguine Domini non tantum effuso, sed etiam ebibito, & nostra in Deum charitas, & ab ipso nostrorum peccatorum remissio processerit: sic enim ille tractat. 30. in Matth. Si autem queras quomodo etiam effunditur, discute, cum hoc verbo etiam quod scriptum est. *Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris:* Si autem sanguis testamenti effusus est in corda nostra ad remissionem peccatorum nostrorum, effuso & potabili sanguine in corda nostrorum emituntur, & delentur omnia que gessimus ante peccata. Sic Origenes.

VII.

Lucæ 14. vers. 23. Pauperes & debiles, cecos, & claudos introduc huc, quæ verba Theophylus lib. 3. in Evangelia, sic explicat: Mittuntur servi, id est Apostoli ad exitus viarum, ut quia Iudei in indignos se iudicauerunt non recipiendo adventum Domini, & convivium sancti Sacramenti spreverunt, convocarent luscios; id est sacrilegij suis Deum non videntes: claudos id est, qui per viam veritatis minime ambulabant, mendicos; id est pane eternæ vitæ egestes. Hec Theophy-

lus. En opportunos conviuio Christi convivas: Quid enim? Credebas vocandos fore Cherubinos, & Seraphinos? aut solummodo purissimæ munditiæ homines? ita ne isti ornaret Christi mensam? aut eiustorum facerent celiorum? Non opinor: esset quippe ea misericordia, sed non æque dicetur, misericordia Dei. Sed ut mente omnino aperiam, redi mecum in præfatum libri Regum locum, quo David misericordiam Dei cum filiis Saulis infensissimi sui hostis se faciurum promittebat: eum enim hæc res exitu habuit: ut illi interroganti. Nunquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cū eomisericordiam Dei? Oblatus sit Miphobeth, qui notanter, debilis pedibus, esse dicitur 2. Reg. 9. vers. 13. Cui David misericordiam Dei præstaturus, non modo liberali manu paterna bona restituit, sed signatè mensæ suæ vsum familiariter indulxit: Restituam tibi (inquit) omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. Mirum planè, tantum Regem non suffie contentum hominem debilem pedibus, siue claudum tot donis cumulasse, nisi etiam mensæ Regiae admoueret. Sed minime fuerit mirandum, Davidem, quod tantus Rex esset decorum, & ornamentum mensæ suæ adhibere voluisse; neque enim ipsa (ut iam vidimus) tanto splendor, & ornatus abaco auro & argento graui, vel ab exquisitissimis cibis, siue tandem à pulcherrimo filiorum Regis grege, quam à claudio Miphobeth ad ipsam consistente fulgebat, sapienter id penitante Chrysostom. hom. de Davide, & Saule, hunc in modum. David mortuo Saule nō modo non occidit illius posteros, sed tum plura praeficit, quam erat pollicitus: si quidem filius eius, cum esset claudus, in suam domum induxit, suæque mensæ fecit participem, non arbitratus, regiam mēsam claudicatione pueri de honestari, sed decorari. Ita Chrysostomus. Pulchritate, sed decorari, nec solum pulchritate, sed cū eruditæ emphasi, quod Miphobeth (sic obseruante Stephano Cantuariensi in allegorijs Gotfridi Tilmani ad id loci Hebraicæ significet decorum, ubi omnino vides, Davidem tum clementer, tū vel maximè sapienter decorum men-

2. Reg. 9.
vers. 7.

Chrysost.

Se ne ca.
se suę claudicatione hospitis adhibuisse, misericordiam Dei, cum illo exercēs: vt meritò ipsi aptaveris, quod de Imperatore Augusto, dixit Seneca lib. 1. de Clementia cap. 20. *Hec eym Clementia ad salutem, securitatemque perdixit, hęc gratum, & fauorabilem reddidit, hęc hodie que prestat illi famam, quę vix vivis Principibus servit.*

VIII. Sed enim hęc mensę Eucharistię Christi, ad quam debiles, cęci, & claudi invitantur, opportunius aptaveris, quasi ipsa ab huius scemodi convivis peculiarem decorē, & ornamenti accipiat, supernis spiritibus illam tali decorē ornatam videntibus, iure conclamantibus (vt iam vidimus) Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra; quoniam eleuata est magnificencia tua super cęlos: vt fuerit sensus, tunc Dei thronum super cęlorum gloriam eleuari, & excelsiorē reddi; cum mentę sua admouens debiles, & clados, eos scilicet, qui longe ab ipso dilsiti per viam veritatis minime ambulabant: super gloriam suam se extulit, & altior stetit: Porro præfato loco Chrysostomus decorē mensę Dauidicę à claudicatione pueri aduenientem, sic penitus habebat. *Quotquot enim cum Rege discumbebant, abiabant, magnam Philosophie doctrinam consecuti. Cum enim viderent illius Saulis filium, qui tanta mala patratus aduersus Dauidem, tanto in honore haberi apud ipsum; etiam si feris omnibus essent inimiciiores pudore ramen, ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiam: Ita ille. Benè quidem; sed aliunde etiam hunc mensę Christi decorē obseruaveris; decorē Dauidicę mensę longe superrantem: huic enim clodus adfistens; clodus itidem ab ea recedebat; sed clodus, Christi mentę accumbens; ab illa adeò sanus celer, & integer recebat, vt dixerit Vates Iſai. 35. vers. 6. Tunc saliet sicut cervus clodus: tanto scilicet iustitiae ardore incensus, vt exclamet: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Psalm. 41. vers. 1. Cui cogitationi mirè appiaudit Iſaias cap. 33. 16. vbi cū de felici Ecclesię tempore in quo fideles cœlestis panis participes sunt dixisset: Panis et datus est, Iustino**

Chrysost.

Iſai. 33. vers. 16. Psal. 41. vers. 1.

M. in Dialogo cum Triphone de Eucharistiā interpretante: subiicit. Regem in decore suo videbunt oculi eius: cor tuum meditabitur timorem: Quo in loco primo obterua, Vatem, qui arcano semper sermone, & sub imaginum involucris loqui consuevit, cum de Christo Domino esu sanctae carnis suę expiante peccata hominum sermonem facit, ipsum apertissimè Regem appellare, nec vt cūque Regem sed in decore suo: vel vt reddunt LXX. cum gloria: vt dixerit, Regē cultu regio maximè splendentem. Deinde vero, vide quō is decor, & splendor iverit: subiiciente Vate; cor tuum meditabitur timorem: vt videlicet Eucharistiā Dei timorem, &

A obseruantiam accedit iniiciat, vt qui ante in via Dei vtroque poplite claudicabant, gressus rectos faciant pedibus suis; & de Dei lege, & iustitia assidue meditentur.

*Iam verò mitissimum hoc Christi ingenium; quo in Eucharistiā purgat ab omni impietate conscientiam eorum, qui dignè eam comedunt (vt dicebat Iustinus M.) a suauissimo Mariæ lacte efflouisse: ipsamet Virgo nō obscurè dixeris intinuasse Cant. 1. vers. 12. vbi præmittens: *Fasciculus myrræ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur: quid ille ab eius vberibus, cum lacte acceperit, sic exponit: Botrus Cyprius dilectus meus mihi invincis Engaddi: vt videlicet myrra res maximè amara, Dei videlicet natura; quę ex se non habet amaritudinem. Sapien. 8. vers. 16. propter hominum peccata ad amaritudinem concitata, Osee 14. vers. 1. à latere**

*tamen Mariæ insuauissimum vini botrum, hoc est in frumentum electorū, & vinum germinans virginis communata fuerit: citè siquidem primum huc Eucharistiā sensum ex singularum vocum significatione, & proprietate accurate expensā, sic reddente Martino del Rio, hunc in modum: *Botrus Cypri, id est pinguis odoratus, & pulcher, & salutaris planè, ac talis in crucis expressus torculari post resurrectionē iam mihi latet in calice venerabilis Eucharistiā cotidie exhibitus. Ita ille: Quibus opportunitati epitalim addit Philippus Abbas P hilipp. Abb. est fons hedi; vt ab Eucharistiā is, qui**

LXX.

IX.

Cant. 1.
vers. 12.

Sapien. 1.
vers. 16.
Osee 14.
vers. 1.

P. Rio.

P hilipp.
Abb.

antea

antea hædus, id est reprobis ad sinistra positus censebatur, in agnum innocentem commutetur: ita enim illi post alia. Fons autem hædi, ipse est spiritus, cuius infusio peccatum lauat, emundat peccatorum, carnem leprosi Naaman reddit puero puriorem, hædum in agnum mutat, dans meritum innocentis, siveque in eo qui biberit fons uber fons aquæ salientis: & post nonnulla eandem sententiam, sic diffundit: *Ipse quidem lignum est fructiferum, medicinale balsamum, fons vitalis in iustitia lauacrum, lumen scientie, oculus spiritualis, & quidquid vel in depellendis malis, vel obtinendis bonis iudicatur necessarium, in ipso, & ab ipso haberi veraci ter prædicatur:* Hæc Philippus ad id loci: Quæ pulchritate Mariæ laeti attribuit Richard. à S. Laurentio lib. 4. de laud. Virgin. hunc in modū. *Fasciculus myrræ fuit Christus in veteri lege, sed inter ubera Mariæ factus est dilectus, & dulcis. Sicut enim sanguis in se horribilis, in uberibus efficitur lac, quod dulce est, & delectabile ad videndum, sic filius Dei, qui in lege erat terribilis, inter ubera Marie factus est mitis.* Hæc Richardus.

A MARIA CHRISTVS IN EV-
charistia bonus Princeps, qui omnes
omnino homines conuivio sui
corporis excipit nullâ per-
sonarum acceptione,
sive distinctione
factâ.

ADNOTATIO III.

I. **N**IHI Planè adeò diuinū, & regium, quam Regem, omnibus omnino Regem: hoc est beneficium, & salutare sydus esse; sic Dei naturam, & genium, quæ diuinum, & quæ regium scite penitente Tertulliano lib. contra Iudeos. cap. 7. inquiens: *Non Regis apud illum maior gratia, non barbari alicuius imperiosi letitiae, non dignitatum, aut natalium cuiusquam discreta merita, omnibus equalis, omnibus Rex, omnibus index, omnibus Deus, & Dominus est:* ita ille: Sub quo sensu non semel Vates Dei fedem, & misericordiam in medio constituit,

vt quasi à centro, à quo omnes linea ducuntur équales, omnibus prouidentem, & benefacientem faciat: Sic enim Psalm. 45. vers. 6. *Deus in medio eius Psal. 45. non commouebitur, & Psalm. 47. vers. 8. ver. 6.* Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui; utraque verba in huc vers. 8. sensum inflectentibus Augustino, & August.

A Bernardo: nam ad priora, sic ille ibi. *Quid est Deus in medio eius?* Hoc significat, quod æquus est omnibus Deus, & personas non accipit; quomodo etiam illud quod in medio eius paria habet spatia ad omnes fines; ita Deus esse dicitur æquiter omnibus consulens: Ita ille, & quidem pulchrè, quod in medio est paria habet spatia ad omnes fines; ut quæ Deus, quæ Rex, quæ Dominus omnibus æquus, omnibus æqualis, quin maior apud illum Re-

B gis alicuius gratia, nec dignitatum, aut natalium cuiusquam discreta merita fuerint: Ad quem modum Bernardus ad posteriora Davidis verba de Dei misericordia in medio positâ, id est paria ad omnes spatia habente, sic philosophatur: In medio templi misericordia est, non in angulo, aut diversorio, quia non est acceptio personarum apud Dominum; in cōmuni posita est: offertur omnibus, & nemo illius expers, nisi qui renuit: ita Bernardus: Cui ad stipulatus Venerabilis Gillebertus in allegorijs Gotfridi Tilmani ad id Pauli 1. ad Corinth. 13. vers. 3.

Bernard.

C Gillebert. *Charitas non est ambitiosa, opportunè inquit: Communis est Christus: mediator quidem est; idèo eius non sunt, que media non sunt; sed in partem se restringunt.* Sic ille: pro cuius sensu preme locutionē illam: *In medio eius non commouebitur, ut notanter dixerit Vates;* non discedet à loco, & sede suâ, quæ in medio est.

D Lect. Hebrew. *ne videatur à dignitate propria decessere: ubi Hebræ Pagnini lectioni votū, sive monitum quodāmodo subesle dixeris: est enim hæc: In medio eius non commouearis:* ut Dei genium penitus noscens id ipsum, quod illius propriū est: & quod ipse nequit amittere, videatur illi suadere tantum non dicens. O Domine, & tuæ causâ, & nostrâ causâ Mediator, & Medius iuter nos, & communis omnibus esto.

Pergit vero Basilius Magnus in commentario horum verborum Psalm. 45 & hanc ipsam Dei beneficentissimam

naturam

II.

A Maria Christ.in Euch.in omnes beneficuſ. 73

Basilius. naturam ad iustitiam Dei refert: siue cum ipsa coniunctam facit: nam cum Solis imaginem in hanc rem usurpat, inquietus. *In medio autem Ciuitatis* est Deus aquales utique emittens radios ad fines usque orbis uniuersi: subiicit. Sic enim iustitia Dei conseruatur, dum in omnibus eandem bonitatis sua dispergit mensuram: Nec solū Basilij mens hec fuerit:

Pſal. 47. vers. 11. cū eodem Pſal. 47. Vates post præfata verba. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: tam id propriū Dei esse censeat,* vt subiicit: Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fine terra: iustitia plena est dextera tua: vbi cum dextera Dei beneficentiam, & liberalitatem eius ad opem ferdam, & dona largienda proclivem significet: mirum alicui videatur ipsam cum iustitia cōiunctam prædicari. Occurrat vero Eusebius in Catenā Græcā affirmans: Dextera ipsius illa benefica, & omnium honorum donatrix impleta est æqualitate. & iustitia, & non est apud eum acceptio personarum: Quæ quidem non eum sensu habet, vt ex iustitia teneatur Deus misericordiam, & dona sua omnibus impertiri; sed quod adeo ipsi innatum, ac proprium sit, omnium misereri; vt qui se ipsum negare nō potest, 2.

ad Timot. 2. vers. 13. quasi ex iure omnibus cōmuni sit: & cum dona distribuit adeo dexterè gerat, vt omnes iustæ æqualitatis numeros, & modos expletat, quin illorum expersit, nisi qui renuit: multo aliter quidem, quam falsa illa dea, quam amentes Fortunā nominant, cui omnia accepta, omnia tribuntur expensa, & quæ in tota ratione mortali sola utramque paginam facit, vt inquit Plinius lib. 2. cap. 7. de quā sc̄itē Seneca lib. de consolatione ad Marciam, cap. 10. Ut varia, & libidinosa, mācipiorumque suorum negligens Domina, & penis, & muneribus erravit: vt dixerit: adeo illius dextera iustitia plena non est, vt potius utramque manum iniqitatem, & iniustitiæ plenas habeat: unde idem alibi de ipsa. Quò melior est enim quisque hoc sapient ferre consuerit, sine ullo delectu furentem, & inter ipsa beneficia metuendam: ita Seneca in consolatione ad Polybium cap. 2. (sive ut distinguit Iustus Lypsius capit. 22.)

Plinius. Vnde de morte fratris Polybij, subdit.

Seneca. *Iust. Lip.* Vnde de morte fratris Polybij, subdit.

Quid tibi voluisti tam iniusta, & tam violenta fortuna? Tam cito indulgentia tuæ pœnituit? Nihil ergo prodest Innocentia ad omnem legem exactam? Nihil antiqua frugalitas? Nihil felicitatis summa potentia? Jamma conseruata abstinentia? Nihil sincerus, & purus litterarum amor? Nihil ab omni labe mens vacans?

A Ergo suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: hoc est. In cōmuni possum, vt dicebat Bernardus: Quam? Dominicam planè mēsam panem vitæ Eucharistiae continentem, omnibus omnino fidelibus proposi- tam; & ad quā omnes omnino mortales invitantur: Hæc namque quā Domini, quā Dei, quā Regis mensa est: omnes excipit, omnes invitati: opportunitate monente Chrysostomo hom.

B 29. in 1. ad Corinthios. Nō sinit mensam esse Dominicam, qui non sinit mensam esse communem: ac si dicat, si mensa Domini est, mensa communis est: si communis non est, nee in medio posita, sed in partem, aut in angulum restringita, Domini mensa non est: ipse quippe, cū mensam ponit: Mittit annas suas ad arcam, & ad Mania ciuitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me: & insipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Prover. 9. vers. 4. & sequentib. Et Euangeliō, cum prophetia concordante, cum Rex fecit nuptias filio suo; inducitur seruis suis præscribens: Ite ad exitus viarum, & quoquecumque inveneritis, vocate ad nuptias. Matthæi 22. vers. 8. & aucto- censu Lucas cap. 14. vers. 23. Dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & in vicos ciuitatis; & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc: Vides meniam communem omnibus expositam, quin nemo illius expersit, nisi qui renuit? Vide modo etiam renuentes, compulso ad eam accedere. Pergit siquidem Lucas: Et dixit servis Domino: Factum est ut imperasti, & adhuc locus est; & ait Dominus seruo: Exi in vicos, & sepes, & compelle intraire, ut impleatur domus mea. En Dominice mentis propriam notam, & signum Vnde Ambrosius in Catenā S. Thomæ. Invitat autem pauperes debiles, cæcos, ut

III.

Chrysost.

Pro. 9. vers. 4.

Mat. 22. vers. 8.

Luc. 14. vers. 23.

Ambr.

Athan.
Aug^{ust}. ostendatur, quod nullum debilitas corporis excludat, & Athanaf. orat. in quinto fe- riā: pulchre: Dominicæ beneficentie lampades sunt accensa. Hodie in angulo cœna paratur, & vniuerso orbi mēsa instruitur: August. verò ser. 33. de Verb. Domini: Quos inuenieris, ut dignentur, noli expe- pectare: cogit intrare. Magna cœns, mag- nam domū paraui, non ibi patior locū vaca- re, &c. Sed Hieron. (vel ipsius nomine Eusebius) cū allusione ad præfata Scri- ptura et testimonia: cum prænisiſſet: O esca mirabilis, ac stupenda, delectabilis, ac iucunda, tutissima, ac super omnia perop- tanda; in qua tot sunt innouata signa, & mirabilia immutata; in qua omne habetur delectamentū, & ad omnē gratiarum pro- ficiens incrementum: subiicit opportu- nū: Quam singularis, & inaudita tua libe- ralitas. Quā super abundantissima, ac pro- digia largitas, ut rui neminem extortem fa- cias, nisi ad te venire contemnat. Si quis en- go parvulus est, securè ad te veniat, & te comedens fiat magnus, & relinquent semi- tas infantiae per vias ambulabit pruden- tie; si quis est debilis, ad te declinet, & protinus fiet fortis. Si quis infirmus, san- bitur. Si quis mortuus est, si audire te voluerit, vitam interminabilem apprehen- det. Sed qui magnus est, & fortis; nec hic te deserat. Nam semper abundanter in te inveniet, quo pascatur. Hæc omnia ille.

IV.
I. Cor. 11
vers. 28.
Petrus
Vener. Quem quidem sensum reddidit Pe- trus Venerab. lib. seu epist. contra Pe- trobrusianos verbis Pauli 1. ad Corint. 11. vers. 28. Probet autē se ipsum homo, & sic de pane illo, & calice bibat: premēs vocem homo indefinite positam: vt si- gnificet omnem omnino hominē ad Sacramentū invitari; mensamque Do- minicam omnibus esse communē: iti- demque eadē locutionis seriē inibi dixisse Apostolum. Quicumque mandu- cauerit, vel biberit calicem Domini, &c. Audi Petrum ita differenter: Quid vns ad ista? quicumque, inquit, manducatue- rit: quicumque biberit. Nō hic, vel ille, sed quicumque, & probet se ipsum ho- mo: non tantum Corinthius homo; nō Ro- manus homo: non Græcus homo; non La- tinus homo, sed homo. Et quid aliud, quā omnis homo? Nam quod indefinite posuit; quid aliud, quam infinitum hominem os- tendit? Ostendit igitur, non unum homi-

nem, sed omnem hominem, quia in singula- ri hominis numero pluralitatem intelligi voluit omnium hominum. Hæc Petrus Venerab. Dixeris bibisse illum ē pate- rā Ambrosij in prologo libri primi de Spiritu Sancto ad Gratianum Augustum, sic eleganter cum Domino agentis. Hæc est specialis tuae prærogativa pietatis, quā totum mundum in singulis rede- misti. Helias ad unam missus est viduam, Heliseus mundauit unum; Tu nobis Do- mine Iesu hodie mille mundasti. Quantos in urbe Romā? Quantos Alexandriae? Quantos Antiochiae? Quantos etiam Con- stantinopolis? &c. Quantos postremo toto hodie in orbe mundasti? &c. Non munda- uit Damasus; non mundauit Petrus, non mundauit Ambrosius; non mundauit Gre- gorius. Nostra enim servitia: tuasunt Sa- cramenta, &c. Hic est in typō ros ille cœ- lestis. Hæc pluria voluntaria, sicut legi- mus: Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tux. Hæc Ambro- sius.

Ambros.

Psal. 67.

V.
D C E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z
Rede oad pulchram illam Chryſo- stomi theſsim: Non finit mensa esse Do- minicam, qui non finit mensam esse com- munem: quia ille vt propriam notā Do- minicæ mensæ, & Diuinæ largitatis af- signauit, communem omnibus esse, vt Solis instar sit quin aliquis se abscondat à calore eius: Et vero huc facit egregia Christi ratiocinatio, apud Ioannem cap. 6. vers. 32. qua Iudæis inculcatis manna, cœlestem cibum fuisse à Moy- se patribus suis distributum ipse obſtitit: eam appellationem vni Eucharistiæ Sacramento attribuens: quod tan- quam mensa Dominica, non vni po- pulo, sed omnibus omnino gentibus communis sit: Nimurum illis dicenti- bus. Patres nostri manducauerunt manna in deserto. sicut scriptum est. Panem de cœ- lo dedit eis manducare: Subiungit Ioan- nes. Dixit ergo eis Iesus: Amē, Amē dico vobis. Nō Moyses dedit vobis panē de cœ- lo, sed Pater meus dat vobis panem de cœ- lo verum: Pergit verò Dominus, tum rationem dicti reddens: tum etiam Eucharistiæ à manna discriminans. Panis enim Dei est, qui de cœlo deſ- cendit, & dat vitam mundo: vt dixe- rit: Si manna verus ille Dei panis es, qui de cœlo datus vitam descendis: non tantum patribus vestris, sed ro-

Io ann. 6.
vers. 32.

Cyrl.

ſi mundo vitam præbuſſet, quemadmodum Eucharistia, quæ mensa communis omib⁹ eſt: sapienter id obſeruāte ad hæc verba S. Cyrillo Alexan. lib. 3. in Ioan. cap. 34. in initio primū inquiens: Non ſolum à falso opinione, quæ non miniftrum, ſed auctorem miraculorū Moysēm fiaſſe putabant, illos remouet; verū etiam miraculū illud Moysēcū parvū, ac verè nullū cōparatione fiaſſe affirmat: voceque ita quaſi clamitat magna. In paruis illis, ac tenuiſimis, o vos! maiora late-re non cogitantes liberalitatē, largit atque Domini parvā nimiū mensurā diffinitis. Deinde vero omnino ad rē: Panem enim cæleſtē manna ex imperitā nūcupatis, quo(quā vis innumerā pene gentes in orbe ſint) ſilū tamen Iudaorū genus. & breui tēpore fuit enutritū; ſic contrac-tā mifericordiā Dei, ac exilē eſſe putatiſt ut vniſolū modo Iudæorum populo cæleſtem panē largitus ſit. Manna vero figura quādā erat vniuersalis Dei liberalitatē loco arrē hominibus confeſſa. Nunc verò cū figurarum iam exactum ſit tēpus & veritas in ianuā adſit. Pater meus cæleſtem vobis panē largittur, qui per manna priscis tēporibus obiumbrabatur. Hæc Christi nomine Cyriſſus: & statim plusplus ſeſe explicans, ſubdit. Nemine enim veſtrū(alij codices habent virū) errare volo: non erat panis ille cæleſtis, ſed hic eſt, qui vniuerſum terrarū orbē poteſt nūtrire. & toti mundo vitā dono præbere. Haec tenus ex Cyrillo. Ecce tibi panē ideo cæleſtē, ideo Dominieū, atq; diuinū, quia toti mūdovitā præbet: ecce mifericordiā Domini in medio tēpli propositā, vt vniuerſuſ terrarū orbis ad illā confluat: ideo pulchrè Cyrillus: Sic contrafīti mifericordiam Dei, ac exilē putatiſt ut non in medio poſitam, ſed in angulo, & in partē ludeg̃ reſtrictā eſſe putetis, ut vniſolū modo Iudæorum populo cæleſtem panem largitus ſit.

VI. Vbi equidem non poſſum non tātiſ- per hærere: vt expendā; quā singularis, & profusa Dei liberalitas in omnes: ſit & quā non ſit perfonarū acceptor, qui ſe-metiſum, ſuū corpus, & ſanguinē omnibus omnino hominibus; nulla perfonarum, & ſtatū diſtinctiōne facta, ſint licet illi pauperes, agrestes, debiles, cœci, claudi, indiscriminatim cōmunicet: Nam ſi vel de infimi ſtatus cōditione; vel de paupertate aut debilitate con-

querivelis, quid, rogo, iſthuc eſt: vt Deū acceptorem perfonarū configas: cum ipſe ſuimet te participē reddat? & Domini eā Euchariftiē mensam & que tibi ac ſummis Principibus, & Dynaſis cōmunem faciat? Nonne Euchariftia dignè accepta veriſi me dixeris: Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa: & innu-merabilis honestas per manus illius. Sapiētia 7. vers. 11. Pulchrè hac de re Ambr. ſer. 8. in Psal. 118. premens verba Dauidis: Portio mea Domine, hunc in modū: Serua portionē, quam elegisti. Ea eſt enim portio, quā terrene partes & quare nō poſſunt. Quid enim eſt? quod confeſſi poſſit his, de quibus Deus dicit. Et habitabo in hiſ, Apoc. 21. Quid magnificenter hofpi-te cæleſtis? Quid beatius poſſessione diuina? & deambulabo, inquit, in hiſ, Leuiti. 20. vers. 12. Alij queruntur de ſuſ ruris anguſtias: in te Deo eſt ampla poſſeſſio, in quo de ambulare ſe dicit, hoc eſt laxa ſpatia habitationis inueniens, qui terram in-cludit manu: ſic enim scriptū eſt. Quis me-ſus eſt manu aquā, & cælum palmo, & vniuersam terram clauſa manu: Iſai. 40. Cuimundus anguſtus eſt: tu ei ampla eſt do- mus. Hæc Ambros. Quid ſi altius men- tē tollens, illis invidreas, de quibus Do-minus, apud Lucam c. 10. vers. 23. Cō- uerſuſ ad diſcipulos ſuſ dixit. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico autem vobis, quod multi Prophetæ, & Reges vo-luerunt videre, quæ vos videtis, & nō vi-derunt, & audire quæ auditis, & non ate-dierunt: bene occurrit B. Lauren. Iuſti-nian. lib. de caſto connubio Verbi, & ani-ma, c. 24. affirmans; eā de cauſā Domi-nū ſeſe præſentē vniuerſis in Eucha-riſtiā Sacramēto exhibuſſe, vt eandē & præſentiā, & charitatē omnibus imper-tiret: ſic nāque ille. Vniuerſis dedit ſe ip-ſum præſentibus, & futurus. Præſentibus ſe palpabile ſiſibile que exhibuit: futuris autem ſub accidentiū relamine minime denegauit. Non tamen minus iſis, quam illis contulit. Vnus enim, idemque Chriſtus, qui in corpore paſſibili, cum A poſto-lis cūnuerſatus eſt, & qui ſub panis, & vini accidentiib⁹ vniuerſe ſe præbuit frequentandum Eccleſię Catholice. Diſpar modus, ſed vnuſ Emmanuel: in-equalis viſio, ſed equalis fides: Ex qui-bus poſt nonnulla, ſic concludit: Quo-niam vero ſic apparuit in viſibili ſpecie

Sapien. 7
verſ. 11.

Luca 10.
verſ. 23.

Laurent.
Iuſtin.

De sapientia, ut completo dispensationis suæ ministerio regredieretur ad Patrem, unde venerat, & à quo non discesserat: congruum fuit, ut taliter se exhiberet, quatenus nec quos elegerat, presentes relinqueret, nec venturisse negaret, sed cunctos ostenderet, pars dilectione caritatis. Quod quidem optimè perfecit, cum se sub modicâ panis, & unica specie realiter communicavit. Hæc S. Laurentius.

VII.
Isai. 65. Iam h̄c dolenter, & cum castigatione exclamat Isaias cap. 65. vers. 11. & vers. 11. *Et vos qui dereliquistis Dominum, qui oblitii estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam: obserua primum illa, oblitii ejus monte sanctu meo: Quem monte illum plane, de quo idem Vates: Et faciet Dominus exercitum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiarum, pinguium medullatorum, vindemiarum defecat. Isaiæ 25. vers. 6. Eucharistiam his verbis apprimè describens, ut ex PP. explicarunt P. Cornelius, & Sanctius Sanctius, ibi: & lūculentissimè P. Alphonsus Salmeron tom. 9. in Euangelia tract. 2. cui nos firmiter in seqq. adh̄eremus, vt de litiis in Eucharistia à Domino suis convivis repositas persequamur: Pro re natâ verò illa solummodo verba premimus omnibus populi, ex hoc optimo Doctore, sic ea explicāte: Nam ut Christus pro omnibus incarnatus, ac natus: extra Bethleem in lucem editus: mortuus extra Ierusalem, qui pro omnibus patiebatur: ascendit extra civitatem ex monte Oliveti, qui pergebat ut omnibus prepararet locum; ita pro omnibus populis Christianis instruxit hoc convivium: & nemo præter Christum ditissimum, ac potentissimum poterat tot convivas ad suam mensam invitare. Hec P. Salmeron, vt iam hinc ponentes fortunæ mensam opportune castiget Isaias: Sed vnde locus? Plane ut dixerit Vates: Quia ea vestra improbitas cum stultitia coniuncta est: ut Dominum ad mensam cœlestem vos liberaliter invitantem, & urgentem derelinquatis, & iniquissimè Fortunæ, quæ vos contumaciter repellit; mensam apponere non dubitez, omnia vestra studia & sollicitudines in ipsius cultu, & obsequio collocantes. Pulchrè siquidem dixit Seneca alibi adductus. Non habet fortuna longas manus: neminem occupat,*

nisi hærentem sibi: & alibi de ingressu ad ipsam velut furtive, aut effractis foribus: Non intrat, sed illabitur: & de occupato iam ab ipsa, & introducto, epist. 91. Fortuna invenit pericula sua, sine auctore. In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur. Bellum in mediâ pace consurgit; & auxilia securitatis in metum transeunt, &c. Nec dissimiliter Velleius Paterculus lib. 2. Quis fortunæ mutationes? quis dubios rerum humanarum casus? quis non diuersa presentibus, contrariaque expectatis, aut speret, aut timeat? Ut dicat Vates: En deam, quam colitis, & cui mensam (relictâ cœlesti & communis mensa) ponitis.

Seneca.

*Sed illud magis è re nostrâ est: hanc cœlestem mensam omnibus populis Christianis communem à Maria signata instructam fuisse, quæ Salvatorem mundi ad convivium carnis suæ cunctos mortales invitantem in viâ, & in Bethleem, idest in domo panis peperit: imò extra Bethleem (vt dicebat Salmeron) ne vallis terminis mensa hæc circumscriberetur: ut omnes omnino ad ipsa libere possent accedere, sed quod ad cibum in præsepio positus à Matre fuerit, opportunam huic instituto emphasi habet: scite in hunc sensum infléctente P. Salazario in cap. 8. Prout. num. 213. verba Vatis sub persona Domini Patri suo suggesti: *Inte projectus sum ex utero. Psal. 21. vers. 12. dū ipse ex Hebræo obseruat legi posse. Expositius factus sum apud te ex utero matris meæ (quod (vt obiter id dixerim) ipse ex verbo projectus, quod posuit vulgata posset etiam firmare, cū eadem illi significatio à Latinis scriptoribus redatur: nam apud Plautum in Cistel. est. Paruula puellæ projecta ex angiporto sustuli: & itidē: Ego eū projeci, alia mulier suscepit.) Quæ Davidis verba sic ipse prium elucidat. Ex quo Mater mea me in hanc lucem edidit, statim exposuit me, me inquam, quem vitâ suâ ipsa carior rem habet, exposuit hominibus, ut ipsi tanquam expositum filium leuarent, & secum auferrent: exposuit Patri, ut & Pater cum illo, non quasi eum naturali filio, sed veluti cum leuato aliquo è terra infante, & quasi cum seruo ageret: exposuit dænum frigoribus, laboribus, passioni, & morti. Deinde verò ex Cypria.**

*Velleius
Paterc.**VIII.
Lucas 2.
vers. 4.**Salmero.**Psalm. 21.
vers. 12.
Lect. He
br.*

E

Salazar. nisi sententia hæc ita confirmat. Et quidem eò spectasse Virginem Cyprianus existimat, cum infantem Iesum recenternatum è gremio, & brachijs, in quibus mollius decubuissest, in præsepe transtulit, & super paleas, fœnumque depositus nimirum, ut iam tunc ex illa horâ infantem Patri, simulque hominibus exponeret: Hæc P. Salazar: Nec mirum quidem videri debet, Virginem, filium recenternatum, quem vitæ chariorem habebat; hominibus in præsepio ad cibū exposuisse pulcherrimis gaudijs amplexuum illius se ipsam priuans; cum eius muneric fuerit, filios suos cœlesti cibo ad vitam reficere: appositè ad

Lucæ 2. verba Lucæ 2. vers. 7. de Virgine, & reclinavit eum in præsepio, dicente Beda B. in Catena S. Thomæ: Duri præsepis an-

Beda. *reclinari cum in praesepio, dicitur Beda
in Catena S. Thomæ: Duri præsepio an-
gustia continetur, cui cœlum sedes est, ut
nos per cœlestis regni gaudia dilataret.
Qui panis est Angelorum in praesepio re-
clinatur, ut nos quasi sancta animalia car-
nissimæ frumento reficiat. Hæc Beda.*

A MARIA CHRISTVS IN EV-
charistia bonus Princeps, qui vt se, &
maxima, atque pretiosa dona sibi-
ditis largiatur ; quam mini-
mum tamen ab ipsis
desumit.

ADNOTATIO IV.

I.

TRACTAVIMVS Præ-
fens argumentum in libro
de *Optimo Principe*, lib. 4.
per aliquot adnotationes,
ex quibus nonnulla modo resumere
ius nobis esse putamur: Ergo ibi ex
Christi Domini verbis Matthai 28.
vers. 20. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi:* itidem ex Isaiae vaticinio, cap. 32.
vers. 9. *Deus cuius ignis est in Sion, et caminus in Hierusalem:* Cum bonis in-
terpretibus adstraximus: eam fuisse Do-
mini immensam in nos, & ineffabilem
benignitatem, & charitatem, ut qui
consummato iam mortalitatis curri-
culo ad Patrem erat iturus, sic a nobis
discederet, ut simul nobiscum in auxi-
lium protectionem, victum ac deli-

rias, & derique in omnes vitæ viſus remaneret: Augustissimo Eucharistiæ Sacramento hac de cauſa instituto, vt ab iplo, & ſete nobis præſentem, & cōcivem, & contubernalē exhiberet: ſic enim efferebamus, ea verba Iſaiæ: Deus cuius ignis eſt in ſton: Hispanicā lo- cutione. Tiene entre nosotroſ caſa y ho- gar: Ergo apud nos bonus Dominus ha- bitaturus, Regiamque ſibi extre- turus, quæ & ad noſtros viſus, & ad iſiū ſumptu- ornamentum, & maiestatem foret: ſumptuopportunos, & tantæ fabricæ conſtruenda materiam dignam iure quideni optimo à nobis exegit: ne vi- delicet, vt ſapienter dixit S. Irenæus M. in grati omnino videremur: ſic enim ille lib. 4. aduers. hæres, cap. 34. *Vt in qui- bus gratus extitit homo, in his gratus de- putatus, eum qui eſt ab eo percipiat hono- rem. Quos ergo ſumptus? qualēve ma- terianā nobis voluit accipere?* Acce- pit (inquit Matthæus cap. 26. vers. 26.) Iefus panem, & benedixit, ac fregit, de- ditque Discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum: Ecce ti-

C
ibi, quid Regum Rex ad Regiam, sibi construendam, in qua sibi coquiescat, & tibi vivat, a te voluerit accipere: frustum videlicet, siue micam panis, quo nihil minutius, aut minoris pretij nihil potuit excogitari. At, qui tantum opus in nostri commodum, salutem, & vitam mollebat; cur noluit ab homine aurum, argentum, gemmas ac margaritas suę habitationem exposcere? Vtus ne fuit hanc moderatione infamis ille vitulus, opere fusorio in Deum, eumque feralem, & nocivum formadum, qui in aureas quarum splendore vibraret, a suis cultoribus exegit: Exod. 32. vers. 4. Ast aliud veri Dei ingenium, alia ipsi construenda domus ratio, & mens fuit: Sanè hanc iure, cum unum esset e duobus his eligendum: alterum, ut Dominus suam sic maiestatem dilataret, vt nos exinaniri, & in angustum redigi, & coangustari necesse esset: alterum, vt contra, suum ipse splendorem magnitudinemque contraheret: vt ea exinanitus, nos diuinitijs suis comediosus repleret; bonus quidem Princeps nostros vobis, nostrisque utilitatibus, & saluti potissimum intentus, opportunius, & sibidentius fore iudicauit; se ipsū, quā tuos

Irren seiss.

Mat. 26:

*Exod. 32.
vers. x.*

Tertull.

I

sibi subditos ad sui splendorem, & magnitudinem exinanire: eaque ratione totam suam celsitudinem ad micam panis libenter contrahere, ita quidem recensito pane, quo in Eucharistia materia vesus est Dominus, Tertullianus lib. I. contr. Marcion. cap. 4. inquit: *Etiam in Sacramentis proprijs egens mendicaribus creatis: pulchre medicitatibus frusto videlicet panis, quo medici velcitur, & quem mendicant, sed luculenterissime hac omnino mente imbutus id pensitavit, Dionysius Alexandrinus in epist. contra Paulum Samosatenum, in hunc sensum inflectens Pauli verba ad Philipp. cap. 2. vers. 7. Qui cum in forma Dei esset, semet ipsum exinanivit, hunc in modum: Deus igitur, qui habitat in nobis secundum testamentum, quod disposuit nobiscum dicens: Accipite, & diuidite inter vos, hoc novum testamentum est: hoc facite in meam commemorationem. Hac est exinanitio facta ad usum nostrum, ut possimus capere eum: Hoc enim mysterium pertinet secundum dicit Sanctus Apostolus. Qui semet ipsum exinanivit. Hac Dionylius: opportunissime illud: Hac est exinanitio facta ad usum nostrum, ut possimus capere eum, quibus haec adiungit statim: Ut possimus, qui sumus fideles eius capere eum, & fieri mansio eius accipientes eum torum. Ut ex Paulo confirmet Dionysius, Dei Filium cum suā apud nos mansionem facere statuit, maiusque senectipsum in vesus nostros potius exinanire, & sese atque splendorē suū ad panis micam coangustare, quā suā undeque maiestate instructum nos in arctum redigere, opes, siue nostra à nobis exigendo, sicut vitulus ille ex auro conflatus.*

Dion. Alexan.

II.
2. Cor. 8.
vers. 2.

Fuit & is Ambrosij sensus in Psalm. 40. acutè huc referens similia Pauli verba 2. ad Corinth. 8. vers. 9. de Domino dicentis: *Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egens factus es, cum esset diuines, ut illius inopia vos diuites essetis: vbi Ambrosius, gratiam Domini ad Eucharistiam refert, quasi in ea pauperem sese effici, & esse voluerit tenuibus panis accidentibus contentus, ut nos commodius Diuinitatis suæ diuitijs repleret, & quam dirissimos efficeret: sic namque primū per mysteria Christi expatiatus, Ani-*

Ambr.

brofius: *Intellige ergo paupertatem Christi, ut dives sis, intellige infirmitatem eius, ut accipias sanitatem, intellige crucem eius, ut non erubescas, intellige vulnus eius, ut vulnera tuacures, intellige mortem eius, ut acquiras vitam aeternam, intellige sepulturam eius, ut invenias resurrectionem. Tandem ad Eucharistia & gratianū devenies dubitarionem mouet, quā ratione Dominus, & pauper, & diuines simul esse dicatur? dicente Paulo egenus factus es, cum esset dives, in hunc modum: Sed forte dicas: quomodo dives in paupertate Christus? ut dixerit: Num dives simul, & pauper est, ad morē hominum avarorum, qui cum diuitias multas habeant, pauperrimos tamen tam erga se, quam erga aliosexhibit, ne levem sumptum faciant, ut merito dixerit Seneca: *Anaro tam deest, quod habet, quam quod non habet: Respondet Ambrosius: Minime quidem, immo vero, ut in nos diuitias suas undeque effunderet, quin nos nostris reculis exueret simplicissimā panis mīca contentus fuit: Pergit siquidē Ambrosius. Et si mihi ingenium deficiat, nondeficiunt diuinārū subsidia letctionum cum dixerit Apostolus. Quoniam Dominus Iesus pauper factus es, cum dives esset, ut vos eius inopia ditaremini. Quo ergo est ista paupertas, quæ diuites facit? Consideremus eam; intendamus in ipsum venerabile Sacramentum. Quid purius potest, eo esse, atque simplicius? & statim. Exiet (inquit) aqua cum delectatione de fontibus Salvatoris, & paratur in conspectu tuō mensa cœlestis, & poculum inebrians, quam præclarum. Hac sunt diuitia simplicitatis, in quibus est Christi pretiosa paupertas. Hac Ambrosius: Ecce tibi paupertatem Christi, quæ diuites facit: Quidenim purius? quid simplicius? quid facilius? quam in panis frusto, aut mīca Regē, Deū residere velle, ut hominem diuitijs cumulet? Hac sunt diuitia simplicitatis in quibus est Christi pretiosa paupertas. Concinit his opportune Athanasius serm. in Euang. de Cruce, & Passione, exclamans. O opulente Salvator! & re vera Rex: tu pauper fuisti, ut nos tuā paupertate ditesceremus: vbi obserua duo: alterum in his verbis, re vera Rex, quibus innuit Athanasius ad Regium munus omnino pertinere Regē**

Seneca.

Ath. han.

subdi-

subdit orum res, atque divitias proprias utilitati præferre; atque eum revera, non nomine Regem esse, qui talem se exhibit: alterum, in illo epiteto opulente. Quo adstruitur à subditorum incolumentate, & divitijs Principis opulentiam, & magnitudinem subsistere, quod maius, & opulentius sit divitibus imperare, quam divitem esse.

Habet verò in hanc rem pulchram emphasis, quod præfato loco addidit Dionysius, huc videlicet Dominū totam brachij potentiam; viresque suas intendisse, ut se exinaniret, & coangustaret, ut ad captum, & mensuram nostram commensuratus, caperetur à nobis: sic enim Dionysius. Verum tamē, qui se exinanivit Christus Iesus habens in se ipso caput Patrem, caput enim Christi est Deus 1. Corint. 11. vers. 3. fecit potestiam in brachio suo, & exsaltavit humiles, ut ipsi capiant Altissimum, & in-

habitent in nobis propter suam in homines charitatem, & beatitudinem, quā dilexit nos: Hæc illle. O bonum Dominum! O optimum Principem! O verum Deum! Diuinitatem suam optimis argumentis manifestantem: qui nimur potentiā suā, & vires non insplendore extendendo, nec in maiestate, & pompa dilatandā; sed potius in eadiminiuendā & se coartando, ut melius utilitati, saluti, & bono honinum consulat, omnino instruit: Laudabat non immerito Traianum Principem Plinius, quod cū maior omnibus esset: tamen sine aliorum diminutione esset maior: Est hæc natura synderibus (inquit ille) ut parua, & exsilia validiorum exortus obscuret, similiter Imperatoris adventu legatorum dignitas iuumbatur: tu tamen maior quidem omnibus eras, sed sine ullius diminutione maior, eandem cætoritatem præsentente quisque, quā absente retinebat: Quid de Christo Regum Rege diceret? non modo sine aliorum diminutione maiore; sed cūsui ipsiusmet diminutione, & exinanitione homines magnos, divites, atque diuinos faciente, qui eadē causā fecit potentiam in brachia suo, ut ipsi capiant Altissimum; cui capiendo, nisi Dei potentia interveniret, nec cæterorum capaces fuissent: Huc aduo-co, quod de hæc Christi charitate, quā se ipsum exinanivit, ut carnem suam no-

bis ministraret sapienter dixit Bernardus ferm. 1. de Sancto Michaeli, pendēs Angelos liberales quidem in nos, sed de alieno; Dominum vero non de alieno, sed de suo, & de se ipso liberalē esse. Nimur cum sic præmisisti. Mi-

Bernard.

A missrā enim Angeli, sed de alieno: offerentes Deo bona opera, non sua, sed nostra, ac nobis eius gratiam referentes. Vnde & Scripturadicens. Quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli, sollicitè præmisisti, data sunt ei incensa multa Apocalyl. 8. vers. 3. Nostros enim sudores non suos, nostras, non suas lachrymas offerunt Deo: nobis quoque cias munera referunt, non sua, ita concludit. Non sic minister ille sublimior cūctis, sed sublimior uniuersis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui Patri offerens animam suam, nobis ministrat usque hodie carnem suam. Hæc Bernardus.

Apoc. 8.
vers. 3.

C Pertractavit quidem dilucidè hoc arguentum B. Algerus lib. 3. de Sacra men corporis & sanguinis Domini, cap. 4. vbi cū adstruxisset materiam Sacramentorum præfertim Eucharistia: ita paucitate suā effugere pretij quantitatē ut nullam nisi in spirituali gratiā, sibi reditare videatur utilitatem: subdit rationem, quanippersequimur, hunc in modum. Quod tamen non ideo fecit Deus, ut quia Sacra menta sua specie tenus venalitati non sunt idonea, magis vilia videantur, & abiecta, sed magis gratuita, ut dum in eis nihil videtur valere, nisi quod suū est: omnes de eis sibi soli haberetur gratiā, qui in suis beneficijs nostram abstulit expensam, ne grauaremur: suā contulit incomparabilem gratiā, ut hilarius tu varemur: Quod statim sic omnino diffundit. Si enim in quibuslibet pretiosioribus speciebus Sacra menta sua Deus instituisse, quā naturā,

IV.
Alger.

D & quantitate suā ita essent pretiosa, ut mundus totus non sufficeret ad ea comparanda, non quidem Sacramentorum esset digna comparatio, sed difficilis, & onerosa pauperibus ad eas fieret accessio: Ideoque ut gratia Dei omnimodo esset gratuita in Sacramentalibus speciebus non quasi vit dignitatem, sed aptitudinem. Hæc omnia B. Algerus: Prene illa qui in suis beneficijs nostram abstulit expensam, ne grauaremur: nec non & ista: onerosa pauperibus ad eas fieret accessio: itidem & hæc non

E quas sit

III.
Dionys.
Alex.

1. Cor. 11.
vers. 3.

Plinius.
Iunior.

qui si vit dignitatem, &c. quæ omnia co-
eunt, ut bonus Dominus, tam in donis
conferendis largum, quam parcum in
accipiendis ab homine speciebus Eu-
charistiaæ aptis sese exhiberet ne grau-
remur: ea propter faciens potentiam in
brachio: ut sese coarctans possemus cape-
re ipsum. Id quod velà contrario plus
plus explicebimus: ex pulchrilla ima-
gine, quam sapiens Propheta Nathan
ad Dauidem adulterij arguendum pro-
posuit sub persona viri potentis: Qui ha-
bebat oves, & boves plurimas valde, &
parcens sumere de ovibus, & de bobus suis,
ut exhiberet convivium peregrino illi,
qui venerat ad se, tulit ovem viri paupe-
res. 2. Reg. 12. vers. 4. Quam sane ima-
ginè ipsemet Rex, neicius quod in se-
metipsum pronunciaret sententiam, op-
portunè elucidavit: sic iudicium ferēs.
Virgit Dominus, quoniam filius mortis est
vir, qui fecit hoc. Orem reddet in quadru-
plum, eo quod fecerit verbum istud, & nō
pepercit: ubi LXX. significantius: pro eo
quod fecerit verbum istud, & pro eo quod
non pepercerit: id est, pro eo, quod peper-
cerit sumere de suis ovibus, & pro eo
quod non pepercerit sumere de ove
pauperis: ut dixerit Sapiens Rex: Vin-
dicari debet duplicatum viri potentis
erratum: & quod sibi ipsi nimis indul-
gens, & quod in pauperem durus; &
immissicors fuerit: cum contra om-
nino: sese haberet debuisse, ut videlicet
non parceret sibi & suis rebus, & par-
ceret pauperi: Ergo in duplo hoc viri
potentis errato vide duplicatum Do-
mini in Eucharistiaæ Sacramento bene-
ficium, duplicataque benignitatem,
qui non qui vit dignitatem, & splēdo-
tem suæ maiestati conuenientem; &
pepercit sumere de hominis suppelle-
ctile; ne grauaremur, & ne onerosa paupe-
ribus fieret accessio.

V.
Nicolaus
Cabalifas.

Inquam quidem sententiam Nico-
laus Cabalifas in *expositione Liturgiae*,
cap. 4. apud Bibliothecam Veter. PP.
tom. 14. aucto censu hanc Dei benigni-
tatem ad iustitiae stateram pulchre re-
fert, hunc in modum pēdens modicissi-
ma panis, & yini munera, quæ in sa-
crificio Misiæ Domino offerimus.
Quod Deus vitam nobis pro his muneri-
bus remuneratur, & par erat, munus à re-
muneratione nō omnino dispare, sed ali-

quid cognatum habere: illius existentis
vite ipsum, quoque esse quodammodo vi-
tam, & maxime quoniam ipse est, & doni
legislator, & remunerationis suppedita-
tor, qui iuste iudicat, & omnia lance, &
statere ponderat. Ipse iussit panem, & vi-
num offerre: ipse pro eis retribuit panem vi-
centem, & calicem vita eternæ: Quod
statu exemplis, sic diffundit, & nr-
mat: Vnde quemadmodum Apostolis pro-
piscatione piscationem reddidit; pro pisa-
catione piscium piscationem hominum, &
diuiti, qui de regno interrogauerat, pro ter-
renis diuitijs cœlestes diuitias pollicitus
est: ita hic, quibus vitam eternam erat da-
turus (dico autem vivificum suum corpus,
& sanguinem) eis offerri iussit ea, quæ bre-
uis, & momentanea vita causasunt, ut
pro vita vitam recipemus, pro tempo-
rali eternam, & gratia gloria sit retribu-
tio, & nostri misericordia habeat aliquid
iustitiae: & impleatur illud eloquium: po-
nam misericordiam meam in statere.
Hæc ille: Apud quē obserua illa: Quo-
niam ipse est, & doni legislator, & remu-
nationis suppeditator, vt videris te tā
opportunum, & benignum doni legis-
latorem; quam larguni, & profusum
remuneratorem fuisse assecutum; vt
quis sibi modicum panem: sive potius
panis micam afferre præscribes, & pro
illâ eternæ gloriæ pondus referens, id
revocet ad iustitiae stateram, quæ tuum
donum augere, & suam retributionē
minuere videatur.

D VI

Vbi denuo præter dicta in præce-
dentiibus annotationibus obseruare li-
cet; eum qui pro hominum vita, & vi-
taitate exinanivit, vt quam minimum
ab illis exigeret, ac sumeret; adeò ap-
pud sumimum Patrem, & cœlestes spi-
ritus non fuisse exinanitum: id est vel
hilum de maiestate, & decore suo de-
perdidisse; vt hinc potius tanto splēdo-
re colluceat; vt supernorum spirituum
aciem perstringat, quin vix in ipsum
oculos valeant intendere, Apostolorū
Principe dicente epist. 1. cap. 1. vers. 12
*Spiritu Sancto missode cœlo, in quem de-
fiderant Angeli prospicere:* Quæ verba
ipsemet S. Marcus Euangelista Petri
Discipulus de Augustissimâ Eucha-
ristiâ videtur intellexisse, vt habetur in
Missâ, quam ipse ad usum Ecclesiæ Ale-
xandrinæ instituit, quæ ad hunc usque

1. Pet. 1.
vers. 12.
S. Marc.

diem ab ipsa asservatur: vbi Dominum sic cum admiratione alloquitur. O qui in animam beneficia confers, & eis, qui in te submiso animo fiduciam collocant, illa tribuis, in qua Angelii prospicere desiderant: Obserua ergo in Petri verbis eum dicendi modum desiderant Angelii prospicere, qui incensissimam aviditatem, & inexpleibile desiderium intuendi; & totis oculis, tota mente prospiciendi significat: Vbi ab illis merito perquisieris; cur, in Dominum in Eucharistia exinanitum tanto ardore acsem oculorum intendant, qui ipsum in excelso gloriae throno ad Patris dexteram cōsidentem tam facile videant, vt ipse ipsorum oculis occurrat, atque illabatur? Expedita tamen ipsis ad manū responsio est. Esse quidem tam excelsum, atque diuinum, & supra omnem cogitationem, & admirationē maius, Dei Filium adeò hominum saluti, & bono intendere, vt velit sese ad minutissimas panis species redigere, & in ipsis splendorem maiestatis suæ contraherere: atque id ad iustitie stateram quodāmodore uocare, quasi tam minutis obsequijs tantam ipse retributionem referre teneatur: vt quatenus id mentem & intellectum humanum, & Angelicū superat, catenus avidius prospicere, & ardentius videre concupiscant: vt omnino dixerint: Magnum quidem nobis est, Deum in suæ maiestatis decorē indesinenter videre, at cum ipsum in Eucharistia tantopere exinanitum: itidēque tam pulchram benignitatis statram habentem intuemur, oculos, mētes, & animos in eam admirationem stuporem, & charitatem rapit, vt ab ipsis intuitu vix avelli possimus.

VII. Hinc, o Principes, sumatis licet exempla vivendi, regnandi, & agendi cum ditionis vestre subditis, vt qui benefici vocamini, Luc. 22. vers. 25. Chri-

Luce 22. v. 25. Paschal. tius omnino iudicetis dare, quam accipe Actuum re: Actuum 20. vers. 35. Nullam matorē 20. v. 35. crediderim esse Principum felicitatem (sic Pacatus in Panegyrico) quam fecisse felicem. Itaque Imperatori propriam maiestatem estimanti non tam illud suum videridebet, quod abstulit, quamquod dedit:

ac proinde in inferiores, vt benefici, ac liberales, ita ab ipsis, quam minimum

sumatis; illa tantum ipsisve cōtagia, atque tributa imponentes, quæ vobis ad necessarios omnino sumptus satis sint non vero illa, quæ ad superfluos ysus & immoderato luxui, & inani splendori deseruit. Discant, ergo Reges Christiani, atque Dynastæ splendorem suū ad Christi ipsorum Domini, non ad Aethnicorum Principum exemplum cōponere. Ita omnino Arcadiū Imperatorem admionente Synesio Cyrenes Episcopo in oratione de Regno: vbi premittens. Neque tributis ciuitates exhaustire Regium est: sic statim pensiculatus diserit, atqueratiocinatur. Bono enim

Synesius.

B Principi, vbinam tantis pecunijs opus est: cum neque insolenti animi fastu sumptuosa opera moliantur, nec temperanti ysus loco inanem, atque ambitiosam magnificētiam affectet; neque iuvenili consilio in scēnicos ludos gnavorum hominum labores perperam consumat, sed nec plurimorum bellorum necessitate cogatur, quæ non demissis vesci, Laco olim quidā dicebat (aliquid Synesius ad quoddam responsum Ducis belli Atheniensium, qui post n. agnam pecuniarum copiam ad bellum sumptus immisam interrogatus: quantum tandem pecuniarū ad bellum cōficiendum opus eslet respondit apud Plutarchum in Laconicis. Bellum demensum non habet.) Ab infidijs enim, & invasione securum eum, qui bonus sit, nostra faciebat oratio: Pergit ad rem omnino: Quam ob rem si ad ea contrahatur, quæ necessaria sunt, super vacuis nihil opus erit, eorumque minime molestus exactior este potest; cum de residuis, quidem, quæ necessaria sunt, remittet; quæ vero procūiusque facultatibus conferuntur, æqui, bonique consulet. Hæc Synesius: apud quæ opportunè illud: Si ad ea contrahatur, quæ necessaria sunt, vt ad exemplum videlicet Domini pro virtute, & commodo subditorum, non pro splendore, & luxu se gerat, ac proinde magis desese contrahendo, quam de extendendo cogitet: ratus quidem tunc maximè suum negotium agere, & sibi ipsis vivere: Dixit quippe generali oratione Sydonius Apollinaris lib. 6. epist. 12.

Plutarc.

E Sydonius. Ego illum præcipue puto suo viuere bono, qui vivit alieno; quique fidelium calamitates, indigentiamque miseratus facit in terris opera cœlorum. Et nostro instituto intentus

Cassiod.

intentus Rex Athalaricus apud Cassiodorum lib. 9. epist. 25. Gloriosis quippe dominis gratiora sunt praeconia, quam tributa; quia stipendum. & tyranno penditur: prædicatio autem nisi bono Principi non debetur: ita quidem Patriarcha Ioseph à Philone Hebreo boni Principis praeconium obtinuit, qui cum fratribus suis is qui Princeps erat, convivium paraslet: Panes in illo apponi iussit, Genes. 43. vers. 31. quin alterius obsonij

Genes. 43
vers. 31.

mentio ibi facta fuerit: ita ne pro regia pompa, & splendore? Nonne Aegyptijs Principibus opiparæ, & delicatae epulæ erant? Ita quidem: sed cum prouincia illa tunc fame premeretur; noluit bonus Princeps famescente populo laitoribus uti epulis: Audi Philonem lib. de Ioseph: Interim cibi non valde lauti apponuntur. Quod coniuvator non liberet vti delicijs in publicâ penuria. Sic Philo.

Philo.

Enimvero ut Principes vera hæc sensa, & rationi omnino consentanea, & vniuersali iudicio firmata esse noverint; illud dixerim, quod tamipsis, quam cunctis legentibus mirum videbitur, nobis tamen certissimum, atque indubitatum est: Sanctissimi videlicet Ludouici Gallorum Regis, cuius diem festum vniuersalis Ecclesia colit (illius inquam; qui vt eius Acta testatur adeo non extendebat splendorē, vt vestitu vulgarī uteretur illius, qui vt inibi prædicat Ecclesia, multa edificavit monasteria. & pauperum, hospitia, beneficentia egentes sublevabat frequens ritebat agrotos, quibus ipse non solum suis sumptibus omnia suppeditabat, sed etiam, que opus erant, manibus ministrabat: illius qui pro recuperanda terra sancta temel, atque iterum bellum Sarracenis illatus in Africam mare cum ingenti exercitu traiecit) canonizationem diu fuisse dilatam, quod ad hostem pios, tam necessarios sumptus indictio tributo populum ad centum millia nummorum grauaslet: Gallicis id annalibus attestabitur, vt refert Gramondus lib. 3. Historiarum Galliæ ad annum 1617. Vbi cū dixisset: Per idem tempus Ludouicus Rex

Gramondus.

sacram Diuo Ludouico Gallorum Regi die quam hucusque Galli inter minora festa coluerat, interferiata haberi iubet. Haud immerito indicta solemnitas pro Rege cuius vita sancta, & innocens fuerat, expers

omnium, in qua virtus regnandi a se declinant Principes subiecti: Ferunt eius temporis Annales Apotheosim (canonizatiō nem vocat) dilatam diu, quod indictione tributi nummis centies mille gravasset populum: Pergit: Ast levus nævus viro, qui inter aula lubrica custoditè vixit, & sancte. Is zelo feruentiore dum in Africa propagat Christi nomen contra infideles vitā ponit, quam Seraphicā virtute traduxerat. Hæc Gramondus verax quidem historicus (quamuis saepius pro innata Gallorum levitate plura de suis ambitione; multa de nostris inurbanè, & indecora, nimius verbis lingue ferox scriperit) Vbi planè vides, quale Summorum Pontificum, & Ecclesiæ Catholicae de populis à Principe tributis non grauandis iudicium sit, vt is adeò leuis

B nævus tanto viro admirabili sanctitate conspicuo fuerit aliquamdiu impiamento, vt et si sanctissimè vixerit, & in propagandâ, & propugnandâ Christi fidem strenuam, & indesinenti operā navauerit; intersanctos ab Ecclesia reveretur.

Magnum quidem, & saluberrimum Principibus, & Principum Administris a consiliariis documentum; vt in tributis imponendis parcant sumere de ovibus iubitorum; & in splendore nimio frænando, & sumptibus superfluis circumscribendis, sibi ipsis non parcant: ne se uero illo Davidis subiiciantur iudicio Filius mortis est vir, & pro eo quod fecerit verbum istud, & pro eo quod non pepercit: Ita quidem seuerissimè mulieratum Dei iudicio videmus purpurtuni illum divitem: qui cum induebatur purpura, & byssō, & epulabatur cotidie

IX.

Luc. 16.
vers. 19.

C C

D Lazarus, qui lacebat ad ianuam eius vleribus plenus, cupiēs saturari demicis, quae cadebant de mensa divitis, & nemo illud dabat. Luc. 16. vers. 19. & quidem meritissimè diri incendij, & ardentissimæ fatis supplicio affectus est; pro eo quod pauper non pepercit; ipsas micas de mensa cadentes, & perituras denegans

E cum ipse tam splendide, atque magnifice vesceretur, indueretur: splendorē, & luxum, sine illa mensurâ extendens: Sed est totam indulgenter, & immode- ratè de luxu, & epularum magnificen- tiæ curates; cur o dire? pauperi ad la-

A Maria Christ Princeps, sibi parcus suis largus. 83

Inuam tuam iacenti, ac si tuus cliens es-
set, micas panis perituras denegabas?
Sed responderet ille; non casu, sed de
industriā id fieri: quod è pompa, & splē-
dore virti potentis sit, vt multa fruita
diffundantur; multa inutiliter pereat;
atque id pluris apud Principes fieri,
quam miliorum subsidium, scite id
adnotante ad id loci Petro Chrysolo-
go serm. 114. hunc in modum. Spar-
gebat panis fundebatur vinū, & quod
ad extremam pauperis vitam negabatur,
hoc totum diuitis peribat ad pompam: O
hominem mille mortibus dignum, qui
infanos sumptus, & inutilem pompam
saluti pauperis anteferebas: & parcens
tibi, non parcebas inopi ad pedes tuos
aduoluto: sed ò bonum Dominum le-
sum! qui vt tibi subditos byslo, & pur-
purā induas, & ad mensam tuam splē-
dide epulari facias: panis mīcis contē-
tus tibi es: exinanitus quidem, vt adipe
frumenti Diuinitatis tuæ nos saties.

IX.
Adumbratur itidem, & castigatur
superflus iste Principum splēdor adeo
populis exitialis formosā illā ad spe-
ciam, sed reapse foedā, & turpi imagi-
ne aquilæ magnæ, Regis Nabuchodo-
nosoris personam præferentis ab Eze-
chiele cap. 17. vers. 3. sic descriptæ. A-

quila grandis magnarū alarum longo mē-
brorum duclu, plena plumis, & varieta-
te: quo in loco duplex sententiæ acu-
men addidere LXX. alterum pro longo
membrorum duclu, reponentes: lōga ex-
tensione, vt innueret regium splendo-
rem, & pompam à verè liberalitatis ra-
tione euntem, & yltra iuris terminos
ses dilatantem. Verè siquidem dixit

Amb.
Ambrosius lib. 2. officior. cap. 21. Lar-
gitatis duo sunt genera. Vnum liberalita-
tis; alterum prodigie & effusionis. Liberali-
tatis est, hospitio, uscipe, nudum vestire,
redimere captiuos, non habentes sumptum
iuvare. Prodigum est, sumptuosis affluere
convuijs, & viuoplurimo. Prodigum est,
popularis fauoris gratia exinanire pro-
prias opes. Quod faciunt qui ludis Circen-
sibus, vel etiam theatralibus, vel etiā ve-
nationibus patrimonium dilapidant suū,
vt vincant superiorum celebritates: cum
totum illud sit inane, quod agunt. ita Am-
brosius: Alterum, illud plena plumis, le-
gentes: plena vnguisbus, vt eleganter di-
xerint, quod vt qui rationabiliter dis-

ponit propria, non appetit aliena, sicut
inquit Cassiodorus lib. 10. variar. ita
immoderatus splendor, & tam infani
sumptus, sine magno subditorum dis-
pendio, imo & dilaceratione esse non
possunt. Quod non obſcure indicavit

Cassiod.

Dominus Ieremia 2. vers. 34. illis ver-
bis: In alis tuis in rētus est sanguis anima-
rum pauperum, & innocentium: tantum

Iere m. 2.
vers. 34.

A rum pauperum, & innocentium: tantum
non dicens; hanc magnatum alarum
extensionem: superfluum ornatum, ni-
mium splendorem; infanos ædificio-
rum, venationum, & Circēsium ludo-
rum sumptus à pauperum sanguine po-
tissimum subsistere: vt apud bernardū
& Alredum ipsimet pauperes hēc ver-
ba interpretati videntur: ita enim Ber-
nardus epist. 42. Nostrum est, pauperes
clamat, quod effunditis: nobis crudeliter
subtrahitur, quod vos inaniter expendi-
tis. Vitanostra cedit vobis in superflua co-
pias: nostris necessitatibus detrahitur,
quidquid accedit vanitatis vestris: ita
opportune, & vere Bernardus. Nec mi-
nus apposite, & dolenter Venerab. Al-
redus in Speculo charitatis lib. 3. cap. 26
tom. 12. Biblioth. magnæ Veter. PP. in
hunc modum ad Dominum, & cū Do-
mino conquestus: Et in talium libidines
tuus sanguis assumitur Domine IESV, eri-
gitur Crux tua: panduntur vulnera tua:
insumitur pretium mortis tuae; vt isti ha-
beant currentes canes, aves volantes, equos
spumantes, nudantur pauperibus latera
tua, ridentur verbena tua: effunduntur vis-
cerata tua. Sic Alredus. Nimis vere: Sed
illud terrible, quod subiicit: Vides ista
Iesus meus? Vides ista, & taces? Sed num-
quid semper tacebis: imo, inquis, vt par-
turiens loquar. Hæc ille.

Bernard.

C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Alred.

Et in talium libidines
tuus sanguis assumitur Domine IESV, eri-
gitur Crux tua: panduntur vulnera tua:
insumitur pretium mortis tuae; vt isti ha-
beant currentes canes, aves volantes, equos
spumantes, nudantur pauperibus latera
tua, ridentur verbena tua: effunduntur vis-
cerata tua. Sic Alredus. Nimis vere: Sed
illud terrible, quod subiicit: Vides ista
Iesus meus? Vides ista, & taces? Sed num-
quid semper tacebis: imo, inquis, vt par-
turiens loquar. Hæc ille.

X.
Dixerim, esse hunc (malo fato) se-
culi nostri genium Principibus, & eo-
rum Administris insitum: à quo vt pri-
ma malitiae, ita publicæ Rei immi-
nens nutatio, atque ruina: Eninvero
antiquitus secus omnino se se res ha-
bebat; nec Romæ solū, sed & apud
nos dici potuit, quod de Vespasiano
Principe, Cornel. Tacitus lib. 3. histo-
riat. Sed præcipuus ad stricti moris Vespa-
sianus fuit, antiquo ipse cultu, victuque:
objequium inde in Principem, & amulā-
di amor: validiora, quā pœna ex legibus,
& metus: vt videlicet vetera tempora,
cum nostris comparata omnino se ha-
bere

Cornel.
Tacit.

Tertull.

bore dixeris, ac diu illæ Philosophorum sententiae altera angustè contrahens; altera liberalius protrahens Solis ambitum; quarum sic meminit Tertullianus lib. 2. ad Nationes, cap. 4. Sed & Epicurus, cum in cœlum inspicere desiderat, Solis orbem pedalem deprehendit. Adhuc scilicet, & frugalitas in cœlis agebatur. Denique ut ambitio profecit, etiā Sol aciem suam extendit; illa illum orbis maiorem Peripathetici denotarunt. Nimirum priori ſeculo, & Principes viri eorumque Administri, & Consiliarii frugalius agebant, splendorem, & fastū cohibentes, vt pedalem fuile diceres, quibus etiam pedites incedere mos erat: iam verò ſic ambitio profecit, eorumque animos corrupit; vt vix totus illis orbis terrarum ſatis eſte videatur, vel videsi palatia, hortos, auri, argenteique pondus, gemmas, tapetia, catatumata, & domorum splendorem, de quarum ſinguliſi iure dixeris, quod de Romanorum Magnatum domibus Cornelius Tacitus lib. 1. Historiarum: Vna domus Romæ ſufficit Donatiuo, ideſt militari totius exercitui ſtipendio. Sed cur hinc (inquis) Reipub. immineat nutatio, atque ruina? Aperio oratione illa magni Catonis in Senatu habitâ, quam Augustinus lib. 5. de Ciuitate Dei,


Cornel.
Tacit.

August.

cap. 12. & refert, & magni facit. Eſtitata. Nolite exigitimare maiores nostros armis Remp; publicam ex paruū magnā fecif-ſe, ſi ita eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus; quippe ſociorum, atque ci- vium preterea armorum, & equorum ma- ior copia nobis, quā illis in eſt: sed alia fue- re, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nullasunt: domi industria, foris iustum im- perium; animus in consulendo liber, nec li- bidini, nec delicio obnoxius: pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam pu- blicè egestatem, privatim opulentiam: lau- damus virtutem sequimur inertiam: inter bonos, & malos diſcrimen nullum, omnia virtutis præmia ambitio possidet: Subdit appositam reddens rationem. Neque mirum, ubi vos, separati in ſibi quisque co- filia capitis: ubi domi voluptatibus: hic pecunia, aut gratia ſeruitis: eō fit, vt im- petus fiat in vacuam Remp; publicam. Hæc Cato apud Augustinum; quæ Saluianus Massiliensis lib. 1. de Prouidentia ita præſtrinxit. Tunc illi pauperes Magi- stratus opulentam Remp; pub. habeant: nūc autem dires Potestas pauperem facit eſſe Remp; Sicille.

Saluian.

Fingimus hæc altum Satyrā ſumente co- thurnum?
Nos utinam vani.





DISSESSATIO. IV.

DE MARIA FORMA DEI CHRI- sto in Eucharistia triumphum de huma- nà voluntate, & intellectu parante.

*EVCHARISTIAM A DOMINO IN CONTEN-
tionem, & Victoriam de homine referendam fuisse
institutam.*

ADNOTATIO I.

I.

Otantissimè Ioann.
cap. 13. vers. 1. de Do-
mino Augustissimū
corporis, & sanguini-
nis sui Sacramentū
instituēte, ut diuinis-
simū eius sensum, &
copum collimaret. dixit: Cum dilexis-

Ivan. 13. v. efs. 1. Icōpum collimaret, dixit: Cum a dīlexis-
set suos, qui erant in mundo, in finē dīlexit
eos, vt dixerit: egregia quidē suis amo-
ris argumenta Domini antea prābuis-
se; at cū Eucharistiae Sacramētū insti-
tuit: summā dilectionis operā manū
ab ipso fuisse impositā: ita id affirmātē
ad ea verba. Dionysio Alex. in epist. cō-

Dio nys. tr. Paul. Samosatenū, vbi nouā dilectionis accessionē, & cumulū supra illā, de qua proximē dixerat: Cū dilexisset suos, qui erant in mundo, sic explicat: Etenim quia dilectionē eius, & vitam, & passionē imitari non poteramus, nisi memoria eorū nobis renouaretur, sicut ipse dixit. Hoc facite in meā commemorationē, conficit nobis, ut antea dixi, cōmunionem quā nos, in finem: id est ad summū, cū diuinissimā communione, cōmunione suis drotper, honoratē.

V verric. suam uniret. Hzc Dionysius. Nec dicitur
militer Venerab. Vveric. serm. de A-

A *censione: vbi cum de anteacti temporis dilectione, quā Christus suos fuerat prosecutus disseruerisset: subiicit. Cū autē tēpus, quo ab eis recessurus erat instaret, tunc veluti vinci tenero eorum affectū vi-sus est, ut magnam multitudinem dulce-dint sua, quam eis absconderat, dissimu-lare non posset. Hinc illud est: Cum dile-xisset suos, qui erant in mundo: in finē dilexit eos. Tunc enim prope modum om-nem vim amoris effudit amicis, antequam etiam ipse, sicut aqua effunderetur pro ini-micis. Tunc eis Sacramentum corporis, & sanguinis sui tradidit, & celebrandum in-stituit: nescio, virtute, an charitate mira-biliori, hoc genus mansiōnis ad inveniens in*

B *consolationem recessus sui, ut si discederet ab eis specie corporis maneret, non solum cum eis, sed etiam in eis virtute Sacra-mēti. Hæc Vverricus. Bene illud. Virtute, an charitate mirabiliori, cum nulla qui-dem incensissimi amoris argumēta ab humana, nec ab Angelicā mente exco-gitari possint; qualia nobis in Eucha-ristiā Christus exhibuit.*

C

Sed quæ hæc? Dixerim, ipsummet
Euangelistam accuratè signare volui-
se sæpius inibi, & Domini scientiam, &

*Ioen. 13.
vers. 1.*

nostram ignorantiam ob oculos ponēs: Quid enim in primis fuerit, toties verbum illud scīs inculcare, & antelocationem diligēti p̄mittere? *Sciens* (inquit) *Iesus* quia *venit horaeius*, &c. cū dilexiſſet ſuos, &c. & itatim: *Sciens* quia *venit horaeius*, itidemque: *Sciens*, quia omnia dedit ei Pater in manus: *Sciens*, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: niſi tu obis significare: tunc Dominum nobis ardentissimè dilectionis signa dedit, cū *Sciens*, & animo voluens (id enim Gracum verbum propriè significat) ſe omnium maximum eſt, hominem vero summe ignobile, minimè tamē dubita verit, & ſemetiſtum pro eo morti tradere, & corpus, & ſanguinē ſuū illi comunicare? led hęc penſiculatiſ obſerua: *Sciens Iesuſ*, quia à Deo exiuit. Hoc eſt mente voluens, ſe Deum de Deo: Verbum Patris, & mundi opificem, ac Dominum eſt, quod tam ad personæ dignitatē commendandam, quam ad dilectionem adorandum plurimū refert: dixit quippe ſcītē Bernardus lib. de diligēdo Deo) quam gloriā habet, habere, quod te habere nescias? Certè ſi Princeps aliquis, aut ſe principem eſt, aut foeminam, quam ſibi ſponsam ducere vellet, ignobilis conditionis eſt ignoraret (vt ſiue in historijs, ſiue in fabulis habetur) benē quidem eſit, vt eam amaret: at ſi ſciret ſe Regis eſt Filiū, & illam in ſanctis fortis forſan, nō amaret: Deinde audi Ioannem: *Sciens* quia *venit horatius*: hoc eſt, atrocissimam mortem ſe causā hominis ſubiturum. Sanè ſi primum in amore gradum quis positurus, denuo ſciret, eum amoris ſui exitum futurum, vt ea de cauſa certo ſibi moriendum eſſet: forſan non amaret. Denique (quod maiorem epitafij habet) ſi quis noſlet, magnam in eo, quem amare intendit, in gratitudinem fore experturum (quod ſapere p̄ius evenit, ſcīte affirmātē Seneca lib. 2 de beneficijs, cap. 24. Tūtius eſt, quoſdā offendere, quām demeruisse, & lib. 3. cap. 1. Quoſdam habemus infestissimos, nō poſt beneficia tantū, ſed propter beneficia) forſan nō amaret: Ecce ergo tibi, quid fuerit Christum Dominum in finem, ſuos dilexiſſet, ſive colophonem, & nō plus dilectioni ſuę imposuſſe, qui cum ſciret, te Dōi Filiuni verē eſt, cum ſciret

Lect. Gr.

Bernar.

Seneca.

homines, & ignobiles, & peccatores eſt, cum ſciret eorum cauſa diram ſibi mortem eſt ſubcundam: cuinque ſciret, eos ſe maximē amare, quos poſt beneficia, in dō & propter beneficia (cū plurimi ſint, qui diuītias bonitatis, & benignitatis contemnentes, eidem diuītē indulgentiæ innixi facilius peccēt) infelissimos eſit hostes habiturus: nihi- lominus tamen in finem dilexit eos, vt quod Sapiens dixit: Qui addit ſcientiam, Eccles. 1. addit ſeruēt laborem, Eccles. 1. ver. 18. poſ- simus nos ſic efferre: qui addit ſcientiā addit & amorem.

Quam quidem cogitationem fir- matisſe, tue explicatiſe dixeris, iſum- niſt Dominum, cum Crucifixus, & iamiam moriturus, ſitim ſe habere ad- ſtantibus manifestavit, inquiens, ſitio, *Ioan. 19. ver. 28.* Sed quid in immediate Euāgelista p̄miserit, quid poſte a ſub- ſcripſerit, audi, ſic enim ante expoſi- tam à Domino ſitim, inquit: *Sciens* quia omnia consummata ſunt, vt consummare- tur Scriptura, dixit, ſitio: poſthac verò

III.

*Ioan. 19.
ver. 28.*

pergit Ioannes. *Vas* ergo poſitum erat aceto plenum: illi autem ſpongiam plenam aceto hyſopo circumponentes obtulerunt orieius: erat quippe consummata illa *Pſal. 68. ver. 22.* Inſiti mea potauerunt me aceto: iam verò mysteriū obſerua in hiſce Ioannis verbis tantum non dicentis: Qui ſitit; nec novit acetum ſibi pro aqua fore poſandum: be- nē eſt, vt ſitim ſuān̄ declaret: nec enim eſt mirum, vt ſitiens ad explendam ſi- tim, calicem aqua petat: at enim verò illum, qui ſcīt in ſiti ſuā acero ab iniini- ci fore poſandum; ſitim ſuām illis no- tam facere; omni planē admiratione dignushabitur: ecce ergo tibi vehe- mentem Christi dilectionem; qui cum ſciret pro vino dilectionis, acetum in- gratitudinis, ſibi fore propinandum, ta- men in finem dilexit ſuos.

IV.

Verūm̄ ad propositam infron- te adnotatiōnis theſiſ deueniamus: peculiarem lucem, his verbis: In ſi- nem dilexit eos dare, eſt opera p̄- trium. Sanè hęc locutio, quā de in- diſtriā uſus eſt Ioannes, valde accura- ta, & emphasi plena eſt: nam vt ſe- cundum ſuperficieū ſignificet, omni- no proſuſ, ſive ad ſummu, vel ad per- fectum, quod p̄fato ſenſu omnino

reſpon-

Psal. 4. tu respōderat: at cū *Psalmus 4.* in quo egredius de Eucharistiā vaticinium contineatur (vt statim dixero) hunc eundem titulum *in finem* habeat; plusculum emendatus.

Grac. Le phasis his verbis Ioannis reddit. Et vero praterquam, quod Latinē eadem verba eundem sensum habere debent:

Grac. utriusque loci eadē pāne sunt: nam et si Ioannes posuerit *is to telos*, & in *Psalmō* titulo sit, *is to nicos*, benē obseruauit Theodoretus in *Psalm. 8.* vbi cū-

Theodor. que *LXX.* posuerunt *telos*, Aquilam, & Theodotionem repoluuisse *nicos*: cui

Aquil. vocetiam Hebræa vox omnino respondet: vnde quæ de *Psalmi* titulo, si vel latinē, sive Gracē dicuntur, itidem de verbis Ioannis *in finem*, necessaria ratione dicta existimanda sunt: ergo gracea vox, quæ in *Psalmi* titulo habetur, sicut & Hebræa, quæ ei respondet, & que significat, tum contendere, seu certare, cum summo conatu ad superandum alterum; tum vincere, & victoriā consequi: Vnde pro posteriori acceptione Symmachus, & Aquila ibi legūt

Victorię effectori, sicut & Hieronymus, *Victorię*, Theodozioν, vērō, *in victoriā*,

quod sic explicat Origenes. *Hunc Psalmum postea quam de pralio victoriā re* tulit, effectori, & auctori victorię, nimirum Deo dedicat: pro priori vero: in ver-
bis Apostoli 1. ad Cor. 15. vers. 54. *Vbi*

est mors victoriā tua? & *absorta est mors in victoria*, quæ defumpta sunt, ex Osea 13. vers. 14. sive vt nonnulli legunt, *victoriā*; ita etiam alij vertunt *in contentionem*: & ita August. tract. 12. *in Ioann.*

Sugust. citans Oseā legit: *Vbi est mors contentionis tua?* Ex quibus plancti fit, tam Ioannis, quam Davidis verba *in finem*, & legi, & accipi posse sub germano sensu, *in contentionem*, & *in victoriā*: vt videlicet Christus Dominus Eucharistiā Sacramentum institueret, vt dilectionem suam *ad summum*, *ad perfectum*, & omnino profus intendens, cum homine summo conatu ad superandum contentionis eius animum certare voluerit; tandemque egregiam de illo victoriā, ac triumphum gloriose reportaverit.

V. Sed vide iam contentionem, vi-
Psal. 4. de & victoriā eo in *Psalmō* descrip-
tā, & contentionem quidem Dei cū hominibus, sic indicat Vates vers. 3. *Fi*
lij hominū usque quo graui corde? ut quid

diligitis vanitatem, & quantis mendaciis? Quæ verba eundem sensum ha-

bent, ac illa Domini Ieremia 8. vers. 4.

Hoc dicit Dominus. Nunquid quicadit,

Ierem. 8.

non resurget? Et qui aterlus est, nō rever-

vers. 4.

ter? Quare ergo a versus est populus iste

in Ierusalem a versione contentiosa. Appre-

hende ut mendaciū, & noluerunt rever-

ti, omnes conuersi sunt ad cursum suum fi-

cuit equus impetu vadens ad pralium: vt

utrobique quasi admittabundus cōque-

ratur Dominus adeō tenaciter, & im-

pidēter homines ab ipso recedere pro

amore, ac studio rerum humanarum,

ut ipsomet cum illis de dilectione sibi

debitā contendente; nolint tamen ad

ipsum redire, nec ad bonam frugem se

recipere, ne ab ipsorum manibus sacerdotalium

bonorum mendaciū, & vanitas

B extorqueatur: vbi non possum non ex-

pendere illa, apprehenderunt mendaciū,

quæ contentiosum animum mirè ex-

pliunt: velquid, mendacium, quid appre-

hedere, sit vide. & de verbo, apprehendo,

iam alibi monui, summum nilum, sum-

mag contentionem, & totum animi,

& corporis virium impetum denotare,

ut tam de modo quo vita aeterna pro-

curanda est, dicente Paulo 1. ad Timo-

th. 6. vers. 12. Apprehende vitam aeternam,

quam de tenaci vi, qua David leonem,

& versus manibus suis diripiente dixit

ipse. Apprehendebam mentem eorum, & suf-

focabam. & interficiebam eos, lib. 1. Reg.

17. vers. 35. facile appetet: de menda-

cio autem scite dixit Seneca: Tenue est

mendacium, perlucetque si diligenter inspe-

xeris: Ex quibus bene vides, quam opti-

mo iure de homine a te recedere que-

ratur Dominus, quod apprehendit me-

daciū, & diligit vanitatē: cum pro so-

lidis bonis vana; quæ internianus eva-

nescit, pro veritate aeterna felicitatis,

mēdaciū quod pr̄ tenuit perlucet,

pro Deo diligēte, & aeternū bēate, nūdum

fallacē, & tortorē cōsulto eligat;

& mordicus retineat, quin ab eius ma-

nibus hac extorqueri queant, vt dixi-

se videatur. Quæ tandem spes salutis

E de animo tam contentioso, & pertina-

citer a me recedente superesse pos-

fit? Quibus iari aut vinculis benefi-

ciorum; aut suppliciorum minis il-

lum ad me traham? Cum ipse ipsi-

met donorum meorum armis pugnet

contra me: *Ego erudi vi eos* (ait ipse
met Dominus) & conforta vi brachia eo-
rum, & in me cogitauerū malitiam: Reuer-
si sunt, ut eſt absque iugo, factisunt, qua-
si arcus dolosus, Oſeā 7. vers. 15. & 16.
quibus pulchra imagine arcus prauis,
qui *fraude monstruosa* (vt inquit ibi Rufi-
finus) in ipsum, cuius manibus redēbatur,
teladīgit, auersionem contentiosam
& ingratiam redarguit: tantum non di-
cens, quippè qui in signis a me bene-
ficijs affecti, hēc ipsamet, velut tela ad-
uerſus me retorquent, valetudine ſci-
licet, ac robore ad libidines explēdas,
opibus, & potentia ad minores oppri-
mendos; honoribus publicis ad rapinas
& iniustitiae opera perpetrāda, & quod
omnem pertinaciam ſuperat; miseri-
cordia, & benignitate mea, quā vltio-
nem de ipsis dittero, abutentes: vt no-
lent ad me reuerti.

VI.

Ezech. 8.
ver. 14.

Illud verò rem ex aggerat, & cen-
ſum monſtroſe huius contentionis
auget, quod à Domino Ezechieli oſte-
sum eſt, cap. 8. vers. 14. Nimirum cum
prius Dominus fōdissima, & invisa
monstra aſenioribus Israel adorata, &
pro dijs habita Vati demonſtraſlet: *Et*
ingressus (inquit) *vidi*, & *Ecce omnis si-*
militudo reptilium, & *animalium abomi-*
natio, & *vniuersa idoladomus Israel de-*
picta erant in pariete in circuitu per to-
tum, & *septuaginta viri de senioribus Iſ-*
rael, & *Ieconias filius Saphan* ſtabat in me-
dio eorum ſtantium ante picturas. & *vnuſ*
quisque habebat thuribulum in manu ſua:
pergens aliquid aliud monſtroſius,
Prophetæ oſtendere ſubijcit vers. 13.
Adhuc conuertus videbis abominationes
maiores, *quas ibi faciūt*: Maiores ne abo-
minationes? quam execranda monſtra
colere, & diuinos illis honores attri-
buere? Ita quidem: *Et introduxit me*
per oſtium portæ Domus Domini, quod
respiciebat ad Aquilonem: & *Ecce ibi mu-*
llieres plāgentes Adonidem: Sed quid
inquis iſtud peius illoſuerit? Sanè quod
id arguat auersionem contentiosam
eorum, qui apprehenderunt menda-
cium, & noluerunt reuerti: Fuerat qui-
dem abominandum falſos deos cole-
re, & vero Deo poſthabito illis in h̄cre-
re fuerit verò multo execrabilius, er-
rore iam cognito, & inanitate falſorū
numinum deprehensa, & Adonide an-

tea adorato iam extiacto; adhuc ta-
men diligere vanitatem, & querere
mendacium, & mortuos deos, viſtoſ-
que penates denuo, tanquam vivos, &
florentes adorare: Sapienter id adno-
rante Gregorio Nyſſeno tractatu pri-
mo in Psalmos cap. 4. premens praſa-
ta Vatis verba. *Vſque quo graui corde?*
Ut quid diligitis vanitatem, & *queritis*
mendacium? hunc in modum: Pro-
nunciat corde graues, qui mendacium,
& vanitatem à veritate quidem inter nos-
cunt, ſed tamen diligunt id quod non ſub-
ſiftit, negleſto eo, quod permanet, quodque
omni amore dignum eſt: ſolam enim fan-
tūtatem dixit, verè eſſe admirandam.
Hec Nyſſenus opportunè quidem il-
lud: *Vanitatem à veritate internoscunt*,
ſed tamen diligunt id, quod non ſubſiftit:
Ut dixerit cognoscunt florentem il-
lum Adonidi non ſubſiftere: noſ-
cunt voluptatibus, honoribus, & di-
virtijs ſubefie vanitatem, & eſſe ni-
hil; & tamen ipsammet vanitatem in
mendacio deprehensam diligūt, quin
ab ipſorum manibus extorqueriqueat,
ita querebatur Hieronymus in prolo-
go libri octauī, in Ezechielem: *Mun-*
dus cadit, & *ceruix erecta non flectitur*,
& Gregorius Magnus hom. 18. de SS.
MM. Nero, & Achilleo, de codē mū-
do fugiente a nobis, & euangelente in-
ter manus: *Fugientem ſequimur, laben-*
ti in hæremus. A quo non ivit Seneca
lib. de breuitate vite, cap. 6. inquiens:
Super vacuum eſt commemorare plures,
qui cum alijs felicissimi viderentur: ipſe
in ſe verum testimonium dixerunt, perof-
omnem actum annorum ſuorum. Sed his
querelis, nec alios mutauerunt, nec ſe ip-
ſos: Apprehendentes ſciſcet mendaci-
um, & nolentes reuerti.

Greg.
Nyſſen.

Hieron.

Gregor.
Mag.

Seneca.

Ergo dum homo auertitur à Deo
auerſione contentiosa, ipſe cum antea
euij dilexiſlet, modo in finem, ſive
in contentionem, dilexit illum, cum
corporis, & ſanguinis ſuī Sacramen-
tum, in quo coelettis dulcedo, & vi-
talis refectio eſt, ad ipſius refectio-
nem, & ſalutem, & vitam summa,
& ardentissimā charitate instituit:
vt tanti doni magnitudo, cum tan-
ta hominis auerſione contenderet:
primum quidem, vel ab ipſius inſti-
tutionis tempore: notante Paulo:

VII.

In

1.Cor.11 In qua nocte tradebatur, 1.Corinth.11.
vers.23. vers.23. & expendēte Chrysostomo in
Chrysost.

eaverba hom.27. hunc in modum: Et
curnobis tempus renocat in memoria, &
vesperam illam, & proditionem? Non abs
re, neque sine ratione aliqui, sed ut supra
modum compungeret, etiam à tēpore. Nā
etsi quis sit planè lapis, si illius noctis illi
venerit in mētē; quomodo erat tristis, cū
suis discipulis: quomodo fuit traditus, quo
modo vinc̄lus: quomodo adduct⁹, quomodo
iudicatus: quomodo cetera omnia, quæ sunt
secuta paſsus est, sit cerā mollior, & à terrā
recedit, & ab omni animo obseruāte illius
visione. Propterea omnia notis renocat in
memoriā per tempus, & mensam, &
proditionem nos pudore afficiens. Hęc
Chrysostomus: In quem sensum iam
dudum infleximus verba eiusdem Do-
mini ad sanctissimam Virginem, cum
ipsa in nuptijs Canā Galileæ, quōd fu-
turi mysterij institutionis Eucharistie,
non ignara feruore quodam ducebatur
Deiparā bibendi sanguinis Christi (vt in-
quit Irenaeus lib.3. cap.18.) sub defi-
cientis vini insinuatione Eucharistie
institutionem à Filio postulauit: ipse
respondisse fertur: Nondum venit hora

Irenaeus.
Ioan.2.
vers.4.

mea, Ioan.2. vers.4. vt dixerit: non
dum est idonea opportunitas tanto in
homines beneficio conferendo: nullis
enim modo iniurijs laceſſitus; nullis
convitijs, & cōtumelijs proſcifiliſ, nul-
lis insidijs circumventus, nec ad mor-
tem venditus; imò vero ad epulas, &
nuptiarum gaudia invitatus: spectan-
dam ergo eam horam à nobis, o Mater
quæ dignitatem, & opportunitatem
habeat; cum nimirum tristis cum disci-
pulis, traditus, & vinc̄lus, & ad mor-
tem postulatus fuero, tunc enim in il-
lius noctis tenebris mea benignitas,
suauitas, & ardentissima charitas plus
plus elucebit: videbor quippe homi-
nem non perfunctorio, sed tanto, ani-
mi ardore amare, vt id in contentio-
nem, & victoriā sit; acproinde ille,
sit quantumvis lapis, cerā mollior
reddatur: Quæ omnia videtur insinua-
re Ioannes, cum non sine allusione ad
verba, quæ sub persona Christi scrip-
rat: Nondum venit hora mea; ipse de ſuo
dixit hęc, quæ in manibus habemus:
Sciens Iesuſ, quia venit hora eius, vt tra-
ſeat ex hoc mundo ad Patrem; cū dilexiſ-

ſet ſuos, quierant in mundo: in ſinem dile-
xit eos.

Sed & in hanc ſententiam opportu-
nè premit Petrus Venerab.libro ſeu e-
piloia contra Petrobrusianos Hareti-
cos, ad articul.4.tom.12. Bibliothecæ
Magnæ Veterum PP. noīanter Paulū
de hoc myſterio diſſerentem dixiſe.
Quotiescumque manducabit ispanem hęc,

VIII.
Pet. Ven.

A & calicem bibet is mortem Domini annū-
ciabit is donec veniat, vt à morte, quam
Dominus tantà animi alacritate, & di-
lectione pro homine ſubiuit, in illius
amorē inardescamus: Audi illū: Quare

hoc? Quare non ſimiliter? d' Apolſole Dei
dixiſt̄ Incarnationem Domini, Nativita-
tem Domini, Circunciſionem Domini, Ba-
ptiſmum Domini, vel quod maius videre-

B tur, Resurrectionem Domini, Ascensionē
Domini, quando dixiſt̄ Mortem Domi-
ni: Quare illa, quæ glorioſa videntur, di-
misiſt̄: Et quod erat ignominiosas, elegi-
ſt̄: Ut, inquit, oſtenderem in morte Do-
mini singulariter conſtare ſalutem mundi,
ut oſtenderem, iſtud opus eius preponda-
re omnibus operibus eius, ut oſtenderem
tormento illo requiem, ignominia illa glo-
riam, morte illa mortuis redditam vitam.

C Ex quibus ſic infert. Ita plane, ita iuxta
Apolſolum, quando manducatur panis
Domini, iudeſt corpus Domini, quando bi-
bitur calix Domini, iudeſt ſanguinis Domi-
ni, annuciatur, hoc eſt repræſentatur mors
Domini, quam paſsa eſt in Cruce, non alia,
ſed eadem, quæ præſens eſt, caro Domini,
quæ fuſus eſt non aliud, ſed idem, qui ſumi-
tur ſanguis Domini. Quod cum fit, ad hoc
utique fit, vt mens longe vehementius
excitata corporis Domini ſuſceptione,
quam poſſet excitari Verbi Domini admo-
nitio, in amore eius, quem non tan-
tantum audit, ſed etiam videt, & fuſci-
pit in ardeſcat, & videns Verbum car-
nem factum, ut habitaret in nobis, habi-
tans etiam corporaliter, & inſe, obliuici-
am nullatenus poſſit, quem fide credit,

D amore amplectitur, manu contrectat, ore
fuſcipit. Hęc omnia Petrus Venerab.
qui in idem argumentum pergit mul-
tis: quæ videtis, vt ego ex Nicolao
Cabalifa lib.4.de vita in Christo, tom.
14.Bibliothecar.Veterum PP. oſten-
dam tibi; hoc eſte verum dominium,
& imperium, perfectanque victoriā,
atque triumphum: Sic namque ille

Nicolaus
Cabalif.

cum multa de Eucharistiā disfluerūset, subiicit. Hoc quippe modo germano, veroque regno sibi regnavit, ipse sibi ad regnum sufficiens, & sic rexit, quoniam principatum obtinuit: hilarior quidem in amicos, severior in Principes, & maiore amore, quam pater, & ut se magis cognatum, quam membrum membris, & corde ipso magis necessarium declararet. Non timorice dicens, non mercede capis epatiens. Timore enim, aut mercede accepta regnare profectio non est, ipsum regnare: sed spes, & mine de exacta obedientia accusanda sunt: Et post nonnulla quibus eandem sententiam optimè confirmat: ita inquit: Propter primam enim fabricationem Christus naturae nostrae Dominus est; propter novam aurem creaturam, voluntatem subegit, quod vere est inter homines regnare, quando arbitrium rationis, & voluntatis libertatem, quæ hominem faciunt, hic vinxit, & subactaduxit. Et ita im op̄portunam huius rationem reddēs subdit. Nam quod corporibus, & animabus simul, & gemel, ita unitus est; hoc nō corporum modū sed animarum quoque, ac voluntatum Dominum fecit, obtinetque veresufficiens, & integrum Regnum; ipse illud perse, sicut anima corpus, & caput membra gubernans. Hæc & multo plura in hanc rem Nicolaus.

IX.

S. Laur.
Iustin.

Ad hæc: in contentionem, & victoriā Christum Eucharistiam instituisse, tam ipsiusmet doni ineffabilis, siue indicibilis magnitudo, quam quod ipsi summet in ipsos met hortes collatum sit, omnino evincit. Sed quæ mens? quæ ve cogitatio capere sufficiat huius incensissimæ charitatis dulcedinem, quæ semetipsum hominibus manducandum Dominus tradidit? Benè omnino ad rem S. Laurentius Iustinianus lib. de casto connubio animæ, cap. 24. inquiens. Solum memorans illam, quam erga homines in hoc Sacramēto expressit viscerum eximiam charitatem. Hanc nemo nisi qui incredulus, & inexpertus est, se propalare confidet? Quis non stupeat? quis non miretur, cum gaudio, & exultet pra admiratione cum Regem maiestatis, & Deum gloriae sic regi voluisse? sic cogitauerit ipsi placuisse abscondi? Non tantum abscondi, verum etiam humano in corpore reclinari? Non à solis bonis, & iustis, sed etiam ab iniustis, sceleratisq; peccatoribus, quo-

rum vita in luxurie fœtore ducitur, in seculi voluptatibus nutritur; in ludis, commissationibus, ebrietatibus fraudulētijs, rixis, cōtentionebus, emulationibus, obscenisque consumituralibus, se permittat tractari manibus, laniari dentibus, ore cōtingi. Nam si hoc Sanctis concederet, magnum & tique foret. Quid autem si hoc etiā tribuit ijs, à quibus blasphematur indenneret? Semel pretio traditus est in carne, sed millies in Sacramento. Diē vnā suę pertulit ludibria passionis, quotidie verò ab infidelibus ministris super mensam Altaris semel in Cruce pendens expiravit; quotidie autem, quoties per mysterium immolatur. Hæc (inquit Verbum) quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis: Haec tenus S. Laurentius. Quod quidem, quid aliud esle dixeris, quam Christum Eucharistiam in contentionem instituisse? vt bonitate suā, cum hominum malitia cōcertāte, illam tandem omnino vinceret: Audi malitiam siue ore, siue tacito sensu Christi carnes, dirō peccatorū odio edere cupiētē, dicēte, sub Christi persona, Vate Ps. 26. ver. 2. Psal. 26.
vers. 2.
Montan. *Du* si appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas, vbi Arias Montanus, & alij imaginem tractam putat ab ijs, qui ad epulum velut in mensa, aut patinā positum, nihil in ipsis commeritum magna aviditate, & alacritate accedunt: Alij verò atrociorem comparationem exferis adornant: Sed illud magis obseruandum ex bono Autore Ludouico Legionensi, illud nocentes verti posse amici mei: nempè qui tales esse debebant (inquit) vt potè beneficij affecti à me: Audisti malitiam, siue inibi, siue apud Iob 31. vers. 31. rabido ore dicentem. *Quis det de carnibus eius, vt saturemur?* Audi iam Bonitatem dicentem: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum: Matth. 26. vers. 26. & 1. Cor. 11. vers. 24. Iam verò id non tam fuerit, bonitatem cū malitia contendere, quam illam vincere: vaticinante de illa Salomone Sapientia 7. vers. 30. *Est enim haec speciosior Sole, & super omnem dispositionē stellarum luci comparata invenitur prior:* illi enim succedit nox: sapientiam autem nō vincit malitia: Sed Chrysostomum hacte audi lib. 1. de compunctione cordis, sic differentem. *Cum enim is, qui ad diripienda, quæ tua sunt, iniquo spiritu incen-*

Ludou.
Legion.Iob 31.
vers. 31.Mat. 26.
vers. 26.
1. Cor. 11vers. 24.
Sapie n. 7vers. 30.Chrysost.

Sus ad venit: si te proniorem reperit in largiendo, quam ille venerat in diripiendo: quam vis sit ille ferus, quam vis immanis & barbarus, erubescet honestatem tuam, mitigabitur a furore, resipiscet continuo; ac facti pigebit, & suum quidem peccatum exhorrescit: tui vero animi virtutem mirabitur, & amabit. Hæc Chrysost.

X. Quid verò? Si homo Christum prouidetur in largiendo carnem suam, & in charitate exhibendā, quām ipse in diripiendo repererit: nonne quamvis sit ille ferus, quamvis immanis, & barbarus, resipiscet cōtinuo? *Vincit quidem malos* (inquit Seneca lib. 7. de beneficijs cap. 31.) *pertinax bonitas*: sic ergo quamvis lapideus, aut saxeus homo sit in amādo frigidissimus; ab amore tamen ardentissimo Christi in Eucharistia non potest non accendi: *Quis enim si amare renuat; amantem, & cibantem carne suā non redamet?* ita

Prou. 25. quidem sapiens Prouer. 25. vers. 21. &
vers. 21. Paulus ad Rom. 12. ac si Domino cu-
Rom. 12. pienti extundere à pectoribus nostris
vers. 20. amorem: velut calcar currenti admove-
re videretur (vt est in Prouerbio) notā-
ter ingerebat: Si esurierit inimicus tuus
ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim
faciens, carbones ignis congeres super ca-
pureius. Pergit Paulus. Noli vinci à ma-
lo, sed vincere in honore meum: Vbi cum ne-

Cyprian. *ut, sed vincere bono malum.* Vt etiam nemo ambigat sermonem esse de certissima victoria ex inimico referendâ: ut ex extremis hitce Pauli verbis constat: illud in dubium vertitur: quod eat haec carbonum ardentium (ita quidem legit Cyprianus lib. 3. testimon. *Carbones vivos superfundes super caput eius*) immo, & quis fuerit is vincendi modus? &

Iust. Lip. verò tam ex facris litteris, quam ex ihs, quæ militia Romana scripsit lustus Lipsius lib. de magnitudine Romana, certū apparet; carbones hos peculiare telorum mitsilium genus esse ad feriendū, & perdendum hostem efficacissimū: sicut & Vates Deum hostem debellatorem inducens, carbones in illos concipientem inducit Psal. 17. vers. 15. In-

vers. 13. tonuit de cœlo Dominus, & Altissimus
dedit vocem suam: grando & carbones ig-
2. Reg. nis: & misit sagittas suas, & dissipavit eos
22. v. 13. &c. Similiter 2. Reg. 22. ver. 13. & Psal.
Psal. 111. 9. 119. vers. 4. Sagitta potentis acuta cum
vers. 4. carbonibus desolatorijs: ubi Chrysost-

mus adnotat carbones hōtēs dicitos de-
solatorios. *Quasi desolantes, per dentes,*
consumentes: iam ad rem obterua illud:
Congeres super caput eius: Quibus innui-
tur, non leve, aut in eallum futurū vul-
nus; sicut id, quod pedi, aut manui in-
fligitur; sed lethale, & desolatorium,
quale? illud certe, quod caput combu-
rit: intellectum videlicet frigidū, red-
dens ardenti, & voluntatem conge-
latam, conflagrat, ut qui antea durus
tepidus, & frigidus ad amandum erat,
subinde cōgettis benefiorum, signa-
tē vero cibi, & potus carbonibus igni-
tis ad pœnitentiam antea cœta vitæ in-
flāmatus, ex inimico in socium, & ami-
cum blandum, atque fidelem commu-
tetur: ita hæc verba explicante Augu-
stino lib. 3. de doctrinâ Christianâ, cap.

B 16. *inquiens: Ut intelligas carbones ignis esse vrentes poenitentiae gemitus, quibus superbia sanare ius, qui dolet, se inimicū fuisse hominis, à quo eius miseria subvenitur: ita August. & eodem ductu Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagianos, cap. 9.* *inquiens: Carbones ignis congregabis super caput eius, ut superatus beneficijs, excoctus feruore charitatis inimicus esse desistat. Hæc ille. Quæ ad dilectionem*

Dei opportune retulit August.lib.de c
techizandis rudibus, cap.4. sic primum
locutus: *Ipsum Deum quoniam prior di-
lexit nos, & filio suo unico non pepercit sed
pro nobis omnibus tradidit eum, si amare
pigebat, saltem nunc redamare non pigeat.
Nulla est enim maior ad amorem in vita-
tio, quam praeuenire amando. Et nimis du-
rus est animus, qui dilectionem, si solebat
impendere, nolit rependere. Et post non-
nulla, cum superioris, & inferioris amo-*

D rem interie compoluit, dixitque
quanto amore ex ardescat inferior, cum à
superiore se diligenter sit, ita concludit:
Iam vero si etiam je amari posse à superio-
re desperabat inferior, ineffabiliter commo-
vebitur in amorem, si ultro illi fuerit dig-
natus ostendere, quantum diligit eum, qui
nequam sibi tantum bonum promitte-
re auderet. Quid autem superioris Deo iudi-

Ecante? Et quid desperatus homine peccante? Hæc ille: Quæ habuisse videtur ob oculos Theodahadus Rex, apud Casiodorum lib. 10. variar. epist. 11. Etenim cum ipse equitem quendam ad sublimem Primiceriatus dignitatem eve-

Chrysoft.

August.

Hieron.

August

Cassiod.

heret; atque eade causa aliorum invidiæ obnoxiam futurum consideraret; non alia ratione quinulos illorum vieturum sperabat; nisi cum illis beneficentia, & benignitate certaret: Inde cum ipsum sic admoneret. Proiectibus quidem proxima est indubitanter invidia, sed tolerantia melius vincitur, quæ contentionem semper augetur, supra ceteras enim virtutes amicam sapientibus amantem: erectus ex nobis, sustinendo potius, quam vindicando laudaberis: Sic tandem concludit. *Iam vince: benigna dilege.* Hæc Cassiodorus.

XI.

*Iam ut videris Christum in victoriam, seu vincentem in bono malum Eucharistiam intituisse, revoca in memoriam, quæ de carbone ignito Isaiae labia purgante à nobis iam dudum dicta sunt, quæ tamen modo repetere nihil non pigrum, instituto autem fuerit necessarium. Vbi enim nos habemus: Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de Altari. *Isaiæ 6. vers. 6. LXX.* habent.*

*Isai. 6. vers. 6.
LXX.*

Et in manu habebat carbonem, quem forcipe sumpsit de Altari: totam vero visionem, & Ioannes in Euagelio ad Chri-

vers. 41. si Domini gloria retulit, cap. 12. vers.

41. dicens: Hæc dixit Isaïas, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo: & Iust. M. Iustinus M. & ab eo Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. de gloria Christi in Eucharistia omnino acceperunt: Sic enim Iustinus quæst. 44. Per visionem Isaiae Prophetæ declaratum est Christi mysterium sedentis in folio glorie, & Iesu sua sanctæ carnis expiantis peccatum impiorum hominum, & statim: Quem enim carbonem vidit Prophetæ mundis suis labijs admoneri, significacionem habebat Dominicæ carnis purgantis ab omni impietate conscientiam eorum, qui eam comedunt: Hæc ille, quibus sive pro victoriâ à Christo in Eucharistiâ de homine aversione contentios à ab eo recedere relata: sive pro verbis Salomonis, & Pauli monentius: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si fitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones congeres super caput eius: Noli vine à malo; sed vince in bono malum: Nihil opportunius, nihil dici potuit illustrius: quippe Ignitus carbo Dominicæ carnis super caput hominis ante a peccato ris, & ingrati cōgestus, sic ab omni im-

pietate conscientiam eius purgat, vt tā animum, quam corpus faciat ipsi devotum, & in eius obsequiū unde qua mancipatum, dicente Paulo sepius a nobis, in hanc rem adducto 2. Corint. 5. vers. 14. *Charitas Christi urget nos:*

*2. Cor. 5.
vers. 14.*

A *Græcè pro voce, charitas, scribente Apostolo, agapes, id est cœna, sive convivium, (hac enim voce vius est Thaddeus vers. 22. Græcè ubi nos habemus Græc. Le in epulis suis) vtiure legeris in Paulo: Etio. cœna, sive convivium Christi urget nos, Thad. & de Eucharistiâ acceperis, cum Basilio lib. 1. de Baptismo, ad finem, & lib. 2. *Basilius.* cap. 1. & alibi: Dum verò pro verbo, urget, August. lib. de catechizandis rudibus *August.* legit, compellit: & Græcum verbum propriè significat, inhibet constringit, sive constrictos tenet, quod Oecumenius ibi explicat, continet in officio, expeditissimus sensus est, Christum in Eucharistiâ hominem vincere, & vincire, sive potius, sibi devincere, vt è nolente volentem: ex inimico animalium: ex ingratissimum, atque in amorem ineffabiliter commotum fecerit: dum carbone Dominicæ carnis capitii eius admoro: & gelu cordis disiecto, vrentes edat pœnitentia gemitus dolens se inimicū fuisse illius, à quo eius miseria subvenit: & superatus beneficijs, excoctus feruore charitatis inimicus esse desistat: à cœna, & convivio Christi compulsus: cōstrictus, atque in officio detentus. Cui cogitationi mirè concinit exclamatio*

Oecum.

C S. Theod. Studite catechesi 24. vbi cum Christi benignitatem in Eucharistiâ exhibitam, sic expendis. Famelicos, quod attinet ad corpus, annuis terra fructibus pascit, quod ad animam, sacris mysterijs cura pœmatre, & nutrice prosecutus, & amicè complexus. Nam mater lacte aliquanti per alit infantem. Hic verus noster, & herus, & parens suum corpus, atque sanguinem in cibum, ac potum impertitur, idque perpetuo. Hinc sic sapiēter, & ardenter exclamat. *O impervestigabilem bonitatem! O inexuperabile munus!* Ergo ne possumus non eum amare, atque colere, atque irrevulsè coherescere?

D Pol: nisi sic affecti simus, cōclamabit in nos cœlum, terra ingemiscet, ipsique nos nimis stuporis lapides accusabunt. Hæc ille. Sed ut videris iam hominem devitum, & manus dantem obserua, quod

S. Theod.

XII.

Ierem. 8. vers. 6. pott præfara verba Domini apud Ieremiā, de quibus num. 5. *Aversus est populus iste a versione contentiosā, apprehēderunt mendacium, & noluerunt reuerti;* subiiciebat Dominus; *Omnes conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium: vt modo videris, hominem adeò pertinaciter, cum Deo contendenter, vt ab ipso sicut equus incitatissimo cursu vadens in prælium recesserit: ab ipso iam Eucharistiae cibo cohibitum, & velut chamo, & fræno constrictum: ita id docente S. Cyrillo Alexan.lib. 3. in Ioan.cap. 34. vbi cū adduxisset verba Psal. 77. vers. 24. *Patrem cœlum dedit eis: panem Angelorum mā-**

Cyrill. Alex. Psal. 77. vers. 24. *ducavit homo: & de Christo in Eucharistia, sic accepisset. Sed perspicuum esse arbitror, non alium panem, neque aliud alimento præter Filium Dei rationalibus intellectualibusque substantijs propositū esse, ipse igitur est manna verum; ipse in quam est panis de cœlo, qui omni rationali creature à Deo Patre præbetur: subiicit præfatæ imagini currētis impetu equi per opportunū: Nam cum, ut magni pondoris lapis ad hæc instabilia carnis premat appetitus, & tyrannicè ad imperium suū redigat; quasi fræno ad desiderium verum meliorum Christus nos circunducit, & sanitatem mentis donatos in habitu virtutis confirmat: Hæc ille: obserua illa: Quasi fræno Christus nos circunducit: vt tanquam equus impetu vadens ad præliū ab ipso circunducti prævalido fræno constricti teneantur: enim vero in præfatis Psalmi verbis de manna cœlesti appetibiliū populo dato sc̄ite oblerauit S. Basilius Seleuciensis orat. 19. ad diuitiam eius frangendam, & contumaciam emolliendam fuisse concessum: nam cum præmisisset cætera dona, siue miracula in plebis illius gratia exhibita, inquiens: *Dies diei spatia concescit, quo te Domino parere doceret: exstans mare supra naturæ leges fingebatur, vt te fidem doceret: igne ad mentem meliorem Deus vocat: Subiicit ad rem: Duritiam contumaciamque tuam reuerentia molire machinatus, superne cœlum alimentis tibi parandis vacabat: infernè rupes inexpectatas aquarum compotationes adornabat, ita Basilius. Sed enim, quod figura Eucharistiae obtinere vix valuit: ipsam fideli populo exhibita, sanitatem**

mētis donavit: daritiamque perfregit sive potius emolliuit, dum cœlesti hoc cibo, quasi fræno nos Christus circunducit.

A CONTINVATIO EIVSDEM argumenti.

DE VICTORIA QVAM DOMINUS in Eucharistia de hominis voluntate refert ob opportunum eius amorem in illum impensum.

B ADNOTATIO II.

LIET Quidem in tam speciosa victoriae commemoratione diutiis immorari, ea quæde causadenuo exp̄dere, seù exp̄edire illustria amoris arma, quibus pertinacem animum Dominus devicit, ejusque duritiem emolliuit: de his sic differente Vate Psalm. 44. vers. 5. vbi cum præmisisset. Speciosus cede, & regna: Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet temirabiliter dexterā tua, inquiens: Speciosus formā p̄ filiis hominum: diffusa est gratia in labijs tuis, hinc statim ad bellum cum inimicis gerendum provocans: subdit: Accingere gladio tuō super fœmurtuum potentissime. Specie tuā & pulchritudine tuā intēde prospere procede, & regna: & statim. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet temirabiliter dexterā tua. Sagittare tuā acutæ (populi sub te carent) in cordainimicorum Regis: Sed quonam modo hæc verba à Tertulliano effertur, nosse est operā pretium: ita enim ipse lib. contra Iudeos, cap. 9. & lib. 3, contra Marcion. cap. 7. & cap. 14. perpetuò legit. Tempestivus decore citra filios hominum: effusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ærum: Accingere ensem super fœmurtuum: potens tempestuitate tuā, & pulchritudinetuā. Vbi maximè oblerua: quò referat Vates ingentem Christi decorem, hominum animos ad se allicientem; & insuperabilem potētiā; cuīnequeat vlo modo obſisti, inquiens. Tempestivus decore,

I.

Psal. 44. vers. 5.

Basilius Seleuc.

potens

Tertul.

potens tempestiuitate: ab opportunitate scilicet, & tempore rel agendæ apto, & conuenienti, potentia, efficacitatē, & vim invincibilem accipiens: vt tunc decorus maxime, & hominum corda efficaciter ad se alliciens esse dicatur, cum ipsos suo tempore, & data opportunitate aggreditur. Hæc appositè diffundente Tertulliano prefato loco lib. 3. contra Marcion. cap. 14. vbi cum præmisisset. Rideo, si quem ad bellum ense cingebat, eide tempestivitate decoris & labiorum gratia blandiebatur, sic item subiungens. Et extende, & prosperare, & regna. Adiecit. Propter veritatem, & lenitatem, & iustitiam. Quis enim ense operabitur, & non contraria potius lenitati, & iustitiæ? Dolum scilicet, & asperitatem, & iniustitiam, propria scilicet negotia præliorum: statim hæc ad gladium spiritualem; quo Deus peccatores vincit, & ad se perducit, sic refert. Videamus enim an alius sit enī ille, cuius alius est actus. Nam & Apostolus Iohannes in Apocalypsiensem describit ex ore Dei procedentem his acutum præacutum, quem intelligi oportet sermonem diuinum: & post nonnulla quibus singula Vatis verba illustrat: sagittas sic expedit: Sagittæ tuæ acutæ compungentes, & transfigentes conscientiam quamque. Hæc & alia plura, in hanc rem Tertullianus, quibus vides aciem gladij Dei, & invicta arma atempestivitate; quæ bellum cum hominibus gerit, & eorum corda, & animos pervadit compungens, & transfigens conscientiam quamque, fore delumēdam. Quid enim? Credebas ne, liberas, & sui iuris hominum volūtates ab armata, & præferoci manu, & non potius à blanda, & suavi domari, atque infringi? Non est ea quidem hominis conditio, vt nisi suaviter, & tempestive demulceatur, manus dare soleat: Nam longe quidem valentior amor (sic Plinius Iunior lib. 8. epist. vlt.) ad obtinendum, quod velis: & re verâ omnes, qui præclararum naturam hominum sunt asecuti, id intellexerunt (ita Themistius orat. 9. in laudem Valentiniani Imperatoris) nihil ad aliciendam voluntatem efficacius esse benignitatem.

II.

Iam vero præclaram hanc victoriā his verbis descriptam ad Augustissimā Eucharistiam scite retruit Chrysostomus,

mus, in id Psalmi, vbi cum adducta lectione Hebræa. Ostendet tibi terribilia dexteratua, dixisset: Ostendens sibi ipsi sufficere naturam, & potentiam ab ea invenienda, & efficienda, quæ fuerant propositæ: statim elucidans nostram lectionem iubijcit: Septuaginta autem dicunt: Deducet te mirabiliter dexteratua: hoc est, non solum mirari oportet, quod respulchoras, & præclaras gesserit, sed quod eas præter hominum expectationem, & opinionem gesserit: eas vero enumerans, inquit. Per mortem enim mors deleta est, & per maledictum, maledictum sublatum, & data benedictio; per eum nuper electi fueramus, per eum rursum introduci sumus: Sic Chrysostomus: observa hæc per eum rursum introduci sumus: Sed quæratione perejum? Nimirum tempestivè datum: suo scilicet, & opportuno tempore ad aliciendum hominem, & compungendum conscientiam quamque. Quando ergo? Audisti iam Apostolum 1. ad Corinth. 11. vers. 23. dicentem: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens benedixit, ac fregit, &c. Audi modo, id ipsum in vaticinio à Davide expressum Psal. 118. vers. 126. Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam: Vides optimam confectionem Vatis indicantis Dominū tempus opportunum faciendi; idest beneficiandi, dicente Augustino: Hoc tempus faciendi Domino, quid est nisi gratia, quæ fuit in Christo & Ambrosio. Tempus faciendi Domine, ut pronobis Crucem ascendas, mortem subeas. Sed quæratione? quoniam? Dissipaverunt (inquit) legem tuam: vt hinc exclamat Paulus ad Roman. 5. vers. 6. Ut quid enim Christus, cù adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est? &c. Commendat autem charitatem suam Dcus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: vbi cunisemel, & iterum dixit Apostolus, secundum tempus; Græcè omnino legeris, secundum occasionem, siue opportunitatem, hoc est raptâ occasione a peccatis, & offenditionibus nostris ad beneficiendum nobis omni ratione, & modo: Vnde Lectio Syriaca reposuit. Hic ostendit dilectionem suam

Chrys.

1. Cor. 11
vers. 23.Psal. 118
vers. 126

August.

Amb.

Rom. 5.
vers. 6.

Lect. Gr.

Lect. Syr.

Deus

Deus erga nos: vt sit sensus, cum præter hominū expectationem, & opinionem Dominus se ipsum, & in morte, & cibum dederit, hucusque dilectionem ipsū suam manifestare, & magnifica reportuisse. In cuius enim expectationem, & opinionem cadere aliquando posset, vt infensissimos, sibi inimicos propriā ipse carrie cibaret? Ita id expēdente Chrysostomo hom. 26. in Matth. hunc in modum. Quid nam poterit ei, quæ propter nos facta est dispēlatio, præferrit? Quo ten̄ merat apud eum omnibus pretiosius, unigenitum pro nobis Filiū dedit, & quidem, cum adhuc essemus ipsius inimici. Nec dedit solum, sed nostram illum fecit esse mensam; omnia faciens ipse pro nobis; & donādo videlicet, & gratiarum actores ipsa donorum suorum vbertate faciendo: Hæc modo Chrysostomus, quæ sic expendo.

*III.
Ecce opportunum Domino tempus faciendi: Ecce charitatem ipsius secundum occasionem, & tempestivitatem, quando hæc ipse hominū animos ad se allexit; & eorum duritiam edomuit: Omnia faciens ipse pro nobis: & donando videlicet, & gratiarum actores ipsa donorum vbertate faciendo: pulchre quidem id, vt dixerit Chrysostomus, parum quidē fuit rat donatio, nisi eiusmodi esset donatio, quæ sui vbertate, & magnitudine humanum animum emolliret, & è duro, & agresti gratum, & benevolū faceret: vnde pergit Chrysostomus. Quia enim in multis homo Deo exitit ingratus, ipse ubique suscipit vicem nostram, & ea, quæ ad nos pertinent perditarias suæ dispensationis operatur: Nam quod pro Iudeorum aliquando salutē faciebat, temporibus locisque ac festivitatibus varijs in memoriam illos suorum beneficiorum reducens: id nunc equidem magno, cum cumulo est operatus in nobis, ipso genere sacrificij ad iugem nos probeneficijs suis gratiarum incitans actionem. Hæc Chrysostomus. Videsis vt Dominus in Eucharistia, omnia faciens sit, qui eius opportunitate, & tempestivitate, & se summe beneficum, ac ardentem animatorem nobis exhibeat; & nos ad ipsum redamandum; & gratias ipsi gratissimo animo reddendas vrgeat, atque permoueat: Et quidem hæc non vulgaris, & obvia; sed penitissima, &*

diuinā tempestivē serendi, metendi que beneficia peritia: Bene quidem dixit alicubi Seneca. Non est magni animi dare, & perdere; sed est magni animi perdere, & dare: Sed aptius addidicit: maximi animi, & in dando periti esse, & perdere, & dare, sed eāquidem ratione vt quæ denud dederis, non perdantur, & quæ perditā fuerant, recuperentur:

Seneca.

A Enim verò vt notanter dictum est à M. Tullio lib. 2. de natura de orum. Neque enim scienti, neque colendi, neque tempesti vè demetendi, percipiēdique fructus,

M. Tull.

neque condendi, ac reponendi vlla pecudū scientia est: Quippe hec peculiare scientiam, ac prouidentiam requirunt: ita quidem videri Dominum in Eucharistia tempestivē serentem, demetentē, & fructus percipientē: sic enim ipse apud Prophetam Ioel cap. 3. vers. 12.

Joel 3.

magna cuni enphasī clamat. Mittite falces, quoniam maturavit messis; venite, & descendite, quia plenū est torcular, exuberant torcularia: Quia multiplicata est malitia eius: scū ut habent LXX. Impletas sunt mala eorum: vbi obserua diuinā, tempestivē demetendi scientiam: Quam vero? cum felleis peccatorum torcularibus, toredium criminum plenis, bonus Dominus pro horribili suppicio illis debito; non lactea solum, ac melliflua misericordia, & benignitatis torcularia, quæ ut misericordia, & venia responderent peccatis, æqua quidem mensura erat, sed quod absque vlla mensuræ, aut proportionis ratione est, motes stillantes dulcedinem, & colles fluentes lac, & mel, & rivos prædulcium a quarum, immēsa tūclicet beneficia, ac dona humanum captum superantia, & quod ultra omnem expectationem, & opinionem erat: cælestem Eucharistie cibum, qui ad fontis modum vberes, & prædulces fundētis aquas, spinas peccatorum in verā iustitiae, & pietatis fructus commutet. Audi iam ipsum-

vers. 17.

E met Vatem sic vers. 17. hæc prosequētem: Et scietis, quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion monte sancto meo,

LXX.

Erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt peream amplius. Et erit, in die illâ stillabunt montes dulcedinem, & colles fluenter lacte, & per omnes rivos Iudeibunt aquæ, & fons de domo Domini egreditur, & irrigabit torrentem spinarum:

Joel 3.

vers. 17.

Hæc iam ipsummet Vatem sic vers. 17. hæc prosequētem: Et scietis, quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion monte sancto meo,

vers. 17.

Erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt peream amplius. Et erit, in die illâ stillabunt montes dulcedinem, & colles fluenter lacte, & per omnes rivos Iudeibunt aquæ, & fons de domo Domini egreditur, & irrigabit torrentem spinarum:

Hæc

S. Valer.

Hac ibi, quæ videtur expenditæ. Valerianus Episcopus, hom. 12. de bono cōseruandæ pacis, cur inquit: *Infinita autem virtus est odia viceisse beneficijs. Nam ille inter ceteros palmam perfectæ virtutis obtineret, qui a dīcītate venenū pocula dulci mel le componit.*

IV.
Hieron.

Sed iam fontem obseruenitis, cum Hieronymo ad eum locum, spinas in flores, & fructus iustitiae commutantē: Sic namque ille: *Egredietur fons de domo Domini, quæ interpretatur Ecclesia, de quo Ezechiel & Zacharias ponunt in fine voluminū suorū, ut spinas nostras, & virtus, atq; peccata, que nullā frugem habuerent iustitiae, commutent in Domini novaliam, & ariditatem nostram rigent aquis largissimis, & pro spinis, ac verribus flores virtutum multiplices germinemus. Et in loco, ubi quondam fornicatus est Israel, & initiatus est Beel Phegor, lilia castitatis, & rose pudoris, ac virginitatis exuberent. Hæc Hieronymus. Quis vero ambigat fontem hunc egrediētē de domo Domini, spinas, siue peccatores in plantas frugiferas, & lilia pulcherrima commutantem, Eucharistiam esse, à quæ in Ecclesia omnis fructus iustitiae, omnesque virtutum flores procedunt, & germinant?*

Chrysost.

Audi Chrysolstonum hom. 45. in Ioannem, sic hæc affirman tem, atque difiūdidentem. *Admiranda sane Ecclesiæ mysteria, admirable Sacra riū. Ex Paradiſo fons scaturit, à quo sensibiles fluvij emanarent. Amens à hæc prodijt fons, qui fluvios spirituales diffundit. Iuxta hunc fontem, non steriles salices, germinant, sed quercus cælum ipsum attingentes, quæ fructus tempestivos, & solidos semper producunt. Si quis extuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. Mandat squalorem, & fordes, æstus mitigat nō solares, sed quos ignis & sagitta imprimunt. Etenim ortum suum superne habet, inde radicem, unde irrigatur. Hæc & alia ali bi appingenda Chrysost. quibus similia sunt, quæ hom. 7. & hom. 8. in Matth. habet. Ecce tibi fonte Eucharistiae spinas, hoc est peccatores (qui spinarum imaginem opportunè præferunt, dū non modo Deo non obediunt, sed & ipsi etiam aduersantur, eumque veluti pungere, & cruentare regestint) in arbore frugiferas commutantem, & ariditatem nostram ita irrigantem, vt tem*

peſtiuos, & solidos feramus fructus. Adeo ten. peſtiuē serendi, & demetendi scientia Domino inest, vt qui ad vicem veneni pocula dulci melle cōpoluit: dulcissimos itidem fructus virtutum, quibus libenter vescitur, vicissim acceperit: & palmam victoris obtinebit.

A Concinit his illustre Prophetæ Oſea de Eucharistiā vaticinum, cap. 11. vers. 4. sub Domini persona dicentis. *In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis, & ero eis quasi ex saltans iugum super maxillas eorum, & declinavi ad eum, ut vesceretur: vbi in primis de Eucharistiā sermonem esse manifeste evincunt, tum Hebræa, & Symmachus lectio reponentium: Declinabo ad eum, eibum, atque Hieronymi, qui legit, & explicat. Dedi eis escam: tum etiam ipsi met Hebræorum Magistri veteres, a pud Galatinum lib. 10. de arcana, cap. 5. nimirum Rabbi Moyses Hadarsan, dū adstruit, sacrificiū corporis Messiae futurum esse cibum nostrū, id ex hoc loco Oſea confirmat, inquiens. Hoc est, quod scriptum est, Oſea 11. Funibus hu-*

B manitat is traham eos, vinculis amoris & ero, quasi elevatores ingi de maxillis eorum, & inclinabo ad eum in cibū, & comedionem: *Idei summittam ad eū cibum bonum, suavem, & magnum, cui nō est alius similis; de quo dictum est, Psalmi 71. Et erit placenta frumenti, siue frustum panis in terrā. Hæc ibi. Vnde huic sensui ad stipulat̄ PP. Rupertus, Rufinus, ibi & Anselmus mox citandus, & alij, & frequenter interpretes, Ribera. Cornelius ad id loci, & Martinus Del Rio tom. 1. Adagialium ad ea Oſea verba: *Vbi illud omnino ē re nostra est, quod LXX. pro ijs verbis: Declinavi ad eum, ut vesceretur, transferunt: Respiciā ad eum, & prævalebo illi, vt perinde fuerit declinas te Dominum ad hominem in cibum, ac in hæc contentionem, quæ cum ipso est, prævaluissē ei, & egregiā de illo victoriam retulisse: dum fortissimis, & insuperabilibus charitatis funibus attractus non potuit non manus dare, & sese tandem Christo subiungere, quasi ab ipso manibus, ac pedibus constrictus fuerit: In quem sensum peculia rem vim habet verbum trahendi, quo sepe diximus ex Aristot. lib. 3. physico.**

Petr. Ga-
latin.

Rupert.
Ruffin.
Anselm.
Ribera.
Cornel.
LXX.
Arist.
Ribera.

C *E* **D** **E** **F** **G** **H** **I** **J** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **U** **V** **W** **X** **Y** **Z**

Ribera. rum significare speciem quandam mortis violenti. Vnde in hæc verba sapienter P. Ribera, inquit. Eleganter autem dixit Traham, quod vim quandam significat, ac si diceret. Tota erunt mea erga illos beneficia, ut quodammodo venire ad me compellam, & quasi vim quandam suauē, ac voluntariam illis afferam: unde & funiculos commemoravit, quibus constringantur, & pertrahantur. Pergit opportunitè in hanc rem Cornelius.

Cornelius Praesertim cum quasi nutritius Ephraim corpus, & sanguinem suum nobis dedit in Eucharistia. Hic enim est funiculus Adā, quo nos sibi, Deoque adstringit. Est enim Christus in Eucharistia Amor Amorum, ut ait S. Bernardus serm. in cœna Domini. Hec Cornelius, iam vero hæc omnia piè, & luculenter firmat, atque diffundit

Anselm. Anselmus lib. de Sacramen. Altaris. par. 2. cap. 8. vbi cum dixisset. Ut ergo ille ametur, qui est ipse Amor suus, & qui habetur, ubi amatur, ad hoc enutrire nos debet cibus iste. Quidquid enim Redemptor noster in carne fecit, ob hoc utique fecit, ut amaret à nobis: Subiicit procommen-

tario verborum Osee. Sicut enim ait Propheta Osee, attrahendi eramus in vinculis charitatis. Sic curandi erant, qui se amabant, usque ad contemptum Dei, ut discerent Deum amare, usque ad contemptum sui. Hic enim non propter se, sed propter nos provocabat in nobis, quod propter ipsos nos exercebat in nobis, videlicet, ut disceremus amare, usque ad contemptum nostri, qui nos prior amavit, usque ad contemptum sui. Et statim hac omnia Eucharistiæ attribuens, pergit in hanc sententiam. Saluo enim altero Redemptionis nostre Sacramento huius rei gratiæ carnem suscepit, suscepitque necessitatibus naturæ, iniurijsque & passionibus exposuit. fecitque vel dixit, quid quid per carnem, vel in carne fecit, & dixit. Cum ergo de carne suâ amandis etiam tam ingerit materiam, magnam, & mirificam animabus nostris vita alimoniam ministrat. Et post nonnulla eiusdem arguenti. Tunc enim (inquit) communicamus, cum fide ardente, que per dilectionem operatur, reposuimus in mensa Domini qualia ipsi sumpsimus: videlicet ut sicut ille totum se præbuit profatu nostrarū nullâ sua necessitate, sic nos totos fideieius, & charitati exhibeamus ne-

A cessitate salutis nostraræ. Hæc Anselmus: vt planum faciat, Christum dilectione suâ in Eucharistia exhibita præualuisse hominui, & victorem evasisse, ut ab ipsa ille dicat amare Deum, usque ad contemptum sui, qui antea ferus, & rebellis amabat se usque ad contemptum Dei.

B Quò quidem signatissimè facit il- lustris ea Domini clarificatio, ab ipso verbis emphasi plenè celebrata, quam peracta Eucharistiæ institutione, eius occasione, ut tamen vidimus, in superio- ribus ex P. Francisco Turriano, ipse sic expressit. Nunc clarificatus (siue ut Græca habent glorificatus) est Filius ho- minis, & Deus clarificatus est in eo. Ioan.

Ioan. 13: vers. 31. Cræc. le- cition.

C 13. vers. 31. quæ verba ad victoriā de homine per Eucharistiā relatam omnino retuleris; & opportunè quidem hæc explicaveris ex imagine, quam et si alio intentus, sic inibi apponit P. Maldonatus. Quemadmodum si fortis in bello dux accepto nuncio futuri eo die prælij, gestiens latitia dicat. Hodierno ego die immortalem gloriam conjectus sum, aut quod maiorem emphasi habe- ret: nunc ego beatus sum: nunc immorta- lem gloriam consecutus: loquens per pre- teritum de refutat, ut ostendat se, tam certam habere victoriā, quam si iam te- neret manibus. Nimirum in hunc om-

Maldon.

D nino sensum eam imaginem inflecti- nus, ut Eucharistiæ institutione con- fecta dixerit gestiens latitia Dominus. Nunc beatus, & immortalem gloriam consecutus sum, qui cum huculque ho- minem in contentionem dilexerim, iam tandem cum declinavi ad eū, cibum, præualui ei, & victor evasi: cū ex vii- gētis, & testatissimi amoris in Eucha- ristiæ exhibiti ipsum manibus, pedibus que constrictum teneo, quin elabi pos- sit, ut his verbis Christus Dominus ex- presserit illa, quæ ex Osea iam adduxi- mus, tum ea, que immedietè antevers. præced. dixerat: nempe: Et ego quasi nu- tritius Ephraim, pro quibus notantissi- me LXX. reponunt. Et ego colligau. E-

Osee 11: vers. 3.

E phraim & suscepit: vbi nutrire, siue nutritiū esse, & colligare pro eodē po- sita vides: hæc vero sic explicat ibi Hieron. Ego clementissimus Dominus li- gabam pedes Ephraim, ne à me longius fu- geret. Similiter Cyrillus Alexan. ibi, &

LXX.

Hieron.

*Genes. 22
vers. 9.
Cyril. A.
lex.*

aucto quidem censu, ut allusio sit ad immolationem Isaac, quem sacrificiali ritu pater ligavit, Genes. 22. vers. 9. ita enim Cyrilus: *Hoc est colligavi, sicut videlicet, & de Abraham scriptum est, cu[m] colligas et Isaac filium suum, sacrificatus Deo: ita Cyrilus, vt dixerit: Ita quidem a Domino per Eucharistiā hominem superatum, atque devictum iri, vt nō secus ac Isaac, ipse se vel tro ad mortem Deo ligatus offerat, vt quise amabat usque ad contemptum Dei, iam dicerit Deum amare, usque ad contemptum sui.*

VII.

Sed vt hæc ratiocinatio vndequaque subsistat, illud hic non immerito ambigas; Cur denuo his tam fortibus, ac insuperabilibus Eucharistiæ vinculis opus fuerit, ad constringendum hominem, quem iam ante ex vi Dominicæ Incarnationis ipse Dominus apprehenderat? Dicente Paulo ad Hebreos 2.

*Hebr. 2.
vers. 10.*

*Nusquam Angelos apprehendit,
sed semen Abrahe, ubi phrasit apprehendi, & imagine sumpta a seruo fugaci, quem Dominus insecurus comprehendit, & in domum reducit, indicavit*

Chrysost.

Apostolus, quo modo Dominus, sibi hominem devinxerit: ita id ibi, adnotante Chrysost. Aufugientem à se naturam humanam apprehendit: Cui dubio sic occurrimus, vt dicamus, bene verū esse, hominem Sacramento Dominicæ Incarnationis iam apprehesum, sed tamen ex vi insuperabili Eucharistiæ, nō uscumque apprehensum, sed pedibus manibusque constitutum, & velut ad aram colligatum a Domino teneri, qui iam ab eius manibus elabatur: fortioribus videlicet, & arctioribus dilectionis vinculis devinctus; vt qui antea manus, aut ueste apprehensus fugere, ac dilabi posset, modo vndequaque, & pedibus, & manibus colligatus nequeat distugere: id quod videor mihi explicare ex verbis Senecæ epist. 42. de quodā leui, & parūm fido, ac stabili amico dicentis: *Meministi, cum quendam affirmares esse in tua potestate, dixisse me volatum esse ac levem, & tenon pedem eius tenere, sed pennam? Mentitus sum: plumæ te nebatur, quam remisit, & fugit.* Ita ille arguit quidem rem exaggerans: nā vt penna minus pede sit, at pluma multo minus penna, quia hæc firmior, &

Seneca.

in aliis solum, illa in toto corpore sparfa; & quæ leui nisu evellitur: Ad quem sane modum dicere possumus; Dominum Incarnationis, ac Redemptionis beneficijs aufugientem à se naturam humanam apprehendisse, & in sua potestatem redigisse; non secus, ac qui auem pede, aut penna tenet, quam ipsa relicta transmittere, ac fugere: at enim vero ab Eucharistiæ dilectione adeò fortiter esse colligatum, vt sese velut alter Isaac horredo presentis mortis netu, non modo, non contremiscat, vt potius interbatu vultu, atque intrepido animo alacer, & latus ligari se, ac mactanda pecudis more aris imponi patiatur, & gaudeat: Huc referente Augustino, verba Psalm. 22. vers. 7. *Et calix tuus inebrians, quam præclarus est; vt ab illo Christi MM. extra se positi communicantes, cum fide vivâ, que per dilectionem operatur; talia res posuerint in mensa Domini, qualia ipsi sumpererunt, videlicet vt sicut ille totum se prebuit pro salute nostra, sic nos totos fidei eius, & charitati exhibemus.* Sic namque Augustinus. *Hoc calice inebriati erant Martyres, quādo ad passionem euntes suos non agnoscabant. Quid tam ebrium, quam non agnoscere uxorem flentem, non filios, non parentes? Nolite mirari, ebri erant. Unde ebri erant? Videte, acceperunt calicem, unde inebriarentur:*

Ita Augustinus: sic nimis curandi erat, qui se amabant usque ad contemptum Dei, ut discerent Deum amare, usque ad contemptum sui. Cui cogitationi opportune aptavit Petrus Cellensis lib. de panibus, cap. 1. ad mediuni historiam Ioseph (Genes. 43. ver. 24.) Munifico convivio infensissimos pridem sibifratres demulcentis, & amicos è inimicis redditis: ita enim ille: *Vbi que gratiosus Ioseph, sed in convivio magis, multoque iucundior: in convivio enim venditoribus suis non negat negatam sibi germanitatem: in convivio non retinet iniuriam, extendit munificentiam; in convivio iuxta Scripturam cibando inimicum, extinguit invidiam, satiat malevolentiam.* Hæc

*Psal. 22.
vers. 7.*

August.

*Genes. 43.
vers. 24.
Pet. Cel-
lens.*

Hæc Cellensis.
(?)

APPENDIX AD PRÆCED.
Adnotat.

DE IVDAE INDVRATA OBSTI-
natione , & malâ victoriâ, quam de
Christo in Eucharistiâ retulit.

I. **E**X Dicis in præcedētibus ad notationibus infinites exacerba venit ingens, & stupēda Iudæ proditoris duritia, qui ab hoc diuino Iosepho, vbique gratiose, sed multo magis in conviuio, quod ei exhibuit corporis, & sanguinis sui, in quo non retinuit iniuriam, extēdit munificentiam, & cibando inimicum extinguere curauit inuidiam, sanare malevolentiam, nec fortissimis charitatis vinculis pertrahi, nec tantæ dilectionis funibus colligari paſlus est: vt inueniretur iniquitas eius ad odium, totius humani generis, in modo ad ingentem admirationē, & stuporem coelestium spirituum, & quod plus est ipsiusmet Domini, qui ad tam pertinacem contentionem cōturbatus dicitur, & protestatus. Ita quidem Ioannes 13. vers.

Ioan. 15. vers. 18. referens Dominum, dixisse. *Sicut scriptum est. Qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum suum: subiicit: Cum hec dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est. Quia unus ex vobis tradet me: Notanter turbatus est, eo loquendi modo, quo ex malo in opinatio-*

Cæsar. Virgil. Toletus. *to, aut incognito interius, exteriusque commoueri dicimus, vt Cæsar lib. 2. Belliciulis. Turbatus ex inopinato malo: & Virgil. 1. Æneid. Sed res animos incognitaturbat: vnde ibi Card. Toletus ait: Cyril. lib. 9. in Ioan. cap. 13. Hanc turbationem, indignationē, & iram interpretatur aduersus tantam Iudei impietatem, qui rot beneficijs ab impiis propoſito diuellino luit: sicut Medicus morbum tenacem vincere non valens quādā indignatione in ipsum fertur. Sed illud fuerit opportunitas huic turbationi, tāquā resque animos incognita turbat, quod Ambr. ad id teſtimoniū, quod Dominus ex Daui-*

Pſal. 40. vers. 10. Ambr. *de, Pſal. 40. v. 10. de se propriè dictū ci- tavit: Etenim homo pacis meæ in quo spe- ran, qui edebat panes meos, magnificavit*

super me supplantationem: hunc in modū obſervauit: Ideo ergo ſperaſſe dicit, quaſi ture præſumpſerit, vt Apostolus ſuperiora deponeret, meliora ſequeretur: Pulchre iure præſumpſerit: quis enim non ſpera- ret demulcendum quantumvis ferum animum tāto beneficio accepto? Nec aliter Chrysostomus in ſecunda expoſitione eius Psalimi, cum ait. In quo tan- tum ſperavit Christus, id est acq[ui]ueuit, vt ipſe comedere panes Dominicos in catino, cum ipſo ſolum intingens, nihil ei volens reliquere, quo ſuam poſſet defendere, aut excuſare proditionem. Pende illud, tan- tum ſperavit: quiaſi, iam non dubitan- dum, nec timendum, ſed omnino ſpe- randum fuerit, emolliendam Iudæ du- ritiem, vt hinc iure turbatus ſpiritu di- catur Dominus, viſatā Iudei pertina- ciā; cum iure præſumpſerit, vt Apostolus ſuperiora deponeret, meliora ſequere- tur, quippe ipſe, anaritiae furore cæcus, nihil horum vidit, aut voluit attende- re: vnde ei latronem n[on] erito prælatum dixit Ambroſius in Pſai. 39. Quia in cru-

cesu à regnum Domini mente conſpexit, quod in conviuitu Christi Iudas videre non po- uit. Ad quem itideni modū Theophylactus in cap. 26. Matthæi, id ipſum luculenter expendit, inquiens. Appo- ſuit autem veſcentibus, vt oſtenderet crū- delitatem Iudei, quia in mensa, & commu- nione ciborum illius, quandoſi ferat uifſet, manuſtiorē ſe exhibuifſet, tūc neque cū argueretur intellexit, ſed & corpus illius guſtans non pœnituit: Hæc Theophylac- tus. Ecce ergo, quā opportunè pro- testatus Dominus fuerit: Sic id efferente

D Lorino, in præfata verba Pſai. 40. Tur- batus ſpiritu eſt, quia videbat nihil tali obſequio, & tam diſertā prædictione fle- cti, nec retardari à pervicacia prodiē pro- poſito: protestatus eſt, ac palam teſtatus, ac veluti teſtes in vocans cœlum, & ter- ram, Diſcipulos, Angelos, infernum, Patrem, omnia ſe, quæ corrigendo diſci- puli accommodataerant, feciſſe. Sic Lorin- nus.

E Nec prætereunda emphasis verbo- rum Domini, apud Dauidem de Iuda edente panem Dominicum: Magnifi- cauit ſuper me supplantationem: ſu- pta videlicet inagine à coſtuctantibus, cum interalterius pedes, alter clau- culum pedem inſinuat, vt illum

Chrysost.

Ambr.

Theoph.

Lorinus.

II.

ex inopinato impulsum in terram deiciat: iuxta quam imaginem magnificare, sc̄ū ampliare supplplantationem non modo significat graves insidias struere, & voluntatem quam maximā nocendi habere, sed etiā signatē validius altero supplantare, siue in supplantādo præcellere, dum darius atterit, pertinaciorique contentione pugnat. Planè quasi Dominus inter cœnandum, cum Iuda amicè colluctatus fuerit, omni eū ratione, & modo delinire, & ad bonāmentem revocare studens, prælertim verò bonas ipsi insidias, & laqueos instruens, quibus eum colligaret: dum declinavit in eum cibum, ut resceretur: In quo tantum speravit, ut ipse comederet panes Dominicōs in catino, cum ipso solū intingēs: pulchre has maximi amoris notatas infelici illi ob oculos ponente Leo

Leo Magne M̄gno ser. 7. de Passione, his verbis: Cur infelix Iuda tantā benignitate non ueris? Ecce parcit ausibus tuis Dominus, & nulli te, nisi tibi indicat Christus. Non Apostolici ordinis honor: non Sacramētorum tibi communio denegatur. Redi in integrum, & deposito furore resipisce. Clementia in vita; salus pulsat, ad vitam uitare revocat: Enfuniculos charitatis, & molles ac talutares insidias, quibus in lucta Iudam superare, atque deiscere tentavit Dominus, quasi iure præsumperit, ut superiora deponeret, meliora sequeretur: Sed ille, quem duris genuit caubibus, horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tygres, blandissimæ huic, ac saluberrimæ supplantationi Domini adeo non cessit, ut pertinacius magnificaverit supplantationem insano furore in Chittum irruens, & necem Domini, & suam præcep̄s maturans: Vbi vides quid fuerit magnificare supplantationem, & in lucta pietatis, malam victoriam aduersus illam reportare: maximē si h̄c advoceas Dauidem Psal.

Psal. 17. 17. vers. 27. peculiari locutione de

Lect. Hebr. Deo, inquiens: Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocentie innocens eris, & cum peruerso perverteris: omnino obseruans Hebraum verbum, pat̄al, quod significat, luctari, quod in coniugatione, hitpael (in quā ibi est) propriè significat, cadere in lucta, sumptā metaphorā à luctatoribus, qui se se obliquant, sc̄ū fleant, ut à luctandi tædio se ex-

pediant, vel ut alijs gloriam tribuant, se se perueri finunt; innuens Dauid tam Iudæ, & aliorum pertinaciam esse ut, quæ arbitrii potestas est, nullum omnino diuinæ misericordiae locum faciant: eo prorsus modo, quo Dominus paterno affectu plangens Ierusalē, Matthæi 23. vers. 37. dicebat: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluit: Hæc verba, sic efferente Auctore oper. imperf. apud Chrysostomum homil. 46. Hierusalem, Hierusalem, quæ usque nunc luctata es contra misericordiam meam: nunc autem illam superasti. Volo enim te misereri, sed vires misericordia faciendæ non habeo: incessabilibus enim iniquitatibus tuis misericordia mea, quasi lassata à proposito defecit: Hæc ille.

Matt. 23
vers. 33.

Auct or
ope. imp.

C Ecce magnificatam à Iuda supplantationem, & quasi de misericordia Dei in lucta lassata reportatam victoriam; non equidem quod Dominus misericordia faciendæ vires non haberet, qui infinitè diues est in misericordia, ad Roman. 10. vers. 11. Sed quod Iudas præliberi arbitrii potestate, & obstinata animi duritia, ideo misericordiam Dei superasie dicatur, quod ea ut noluerit, nec suauissimis charitatis vinculis colligari, sed potius immanissimum facinus usque ad finem perducere: Ut hic maximè locum habeat, quod Saluianus Massiliensis lib. 4. de prouidentia, & gubernatione Dei acriter dicebat. Quid querimur, quod Deus dure agat nobis: cum nos durius, cum Deo agimus: Exacerbamus quippe Deum impuritatis nostris, & ad puniendum nos trahimus in vitium: cumque eius naturæ sit mens Dei, atq; maiestas, ut nullus iracundia & passione moueat, tantatamen in nobis peccatorum exacerbatio est, ut per nos cogatur irasci: vim ut ita dixerim facimus pietati sue, ac manus quodam modo afferimus misericordie sue, cūque eius benignitatis sit, ut velit nobis iugiter parcere, cogitur malis nostris, sceleris, quæ admittimus, vindicare: Quod statim eleganti apposita imagine, quæ ludæ obstinationi, quam persequimur, per opportuna est, sic elucidat. Ac sicuti illis solent, qui munitissimas urbes obsident, aut firmissimas arcis urbium capere, ac subruere

Rom. 10.
vers. 11.

Saluian.

E Iu. e. ac manus quodam modo afferimus misericordie sue, cūque eius benignitatis sit, ut velit nobis iugiter parcere, cogitur malis nostris, sceleris, quæ admittimus, vindicare: Quod statim eleganti apposita imagine, quæ ludæ obstinationi, quam persequimur, per opportuna est, sic elucidat. Ac sicuti illis solent, qui munitissimas urbes obsident, aut firmissimas arcis urbium capere, ac subruere

conantur, omnibus absque dubio eas, & telorum, & machinarum generibus oppugnant; itanos ad expugnandam misericordiam Dei omnium peccatorum immanum scelere, quasi omni telorum genere pugnamus. Hęc omnia Saluianus, quae supplationi Iudeo omnino deseruunt.

Sed ad rem. P. Lorinus in præfata verba Psalmi 40. Magnificavit super me supplantationem: oportunè versat præfata Ioannis de Christo Domino: Turbatus est Spiritu, & protestatus est, vt iniibi protestari fuerit: cælū, terrā, Angelos, Summum Patrē, & discipulos in testes adyocare, nihil à se fuisse prætermissum, quod saluti infelicis illias expediret, qui non dabit aut, corporis, & sanguinis sui illum fecisse participem, & in catino cum ipso solum intingere: ita enim Lorinus. Turbatus spiritu est, quia videbat nihil tali obsequio, & tam disertā predictione flecti, nec retardari à pernicaci prodendi proposito: protestatus est, ac palam testatus, ac veluti testes invocans cælum, & terram, Discipulos, Angelos, infernum, Patrem, omnia se, que corrigendo discipulo accommodata essent fecisse: Hęc ille, & alia. Ad hęc: eo etiā

C videtur posse ea protestatio referri: vt Dominus qui initiatione Diuini Sacramenti facta dixerat; tunc se fuisse clarificatum, cum media Eucharistia certam de homine victoriam esset relaturus; visà modo obstinatissimā Iudeo duritie protestatus fuerit; se à victorię gloriā non excidisse, cum pugna, sēcū colluctatio, cum luda non tam cum homine, cui humanitatis sensus esset quam cum ferā eaque immanissima inita fuerit, vt dicebat Theophylactus.

Theoph. Etus illis verbis: Apposuit autem vescentibus, vt ostenderet crudelitatem Iudeo, quia in mensa, & in communione ciborum illius, quando si fera fuisse, mansuetiorem se exhibuisset, tunc neque cum argueretur, intellexit, sed & corpus illius gustans non paenituit. Sic Theophilactus.

V. Religio autem esset, hic prætermittere egregium S. Cyrilli Alexandr. lib. 9. in Ioann. cap. 16. monitum, qui cum afferat: occasione Eucharistie a Iuda acceptae, quin resipiseret, quod totus parandæ pecuniæ inhiabat; tunc impietatis totius principem, & malo-

B rum omnium excoxitatorem (diabolum) in animam Iudeo penitus insilijs, dum desolatam iam destitutamque à peculiaribus Christi auxilijs eam viseret: hinc salutariter infert. Tritum sanè id diabolo esse invenies. Solet corda piorum pravis tentare cogitationibus, & voluptatum ardore ad delinquendum detrudere, sed illuc maxime impellit, quod perse ipsos inclinari perspicit: ita infirmitatem nostram ad arma nequit & sue convertit, & ingenij nostri morbo aduersus nos utitur: voluptate carnis aliis laborat, per hanc aggreditur: aliis a varitia superatur: hunc habendi cupiditate magis incendit; ita nostris affectibus, quasi armis vsus nos expugnat, &c. Presertim si viserit, nihil apud nos admonitiones, exhortationesque virtutis posse: ac maxime si mysticam benedictionem sperni à nobis conspicerit. Hęc enim maximopere, si cum pietate suscipitur, vires suas confringit. Proditor autem Iepius redargutus nō erubuit charitatem Christi, contempnit honorem, & gratiam eius ahiecit, benedictionem aspernatus est, in uno fixus herebat, illud solummodo voluebat, quomodo pecuniolam sibi pararet. Ex quibus tandem rursum ita nos admonet. Quare fugiamus, oro, fugiamus cupiditates animi, unde secutura detrimenta videmus. Hactenus Cyrillus. Apud quem observua illud: Maxime si mysticam benedictionem sperni à nobis conspicerit: vt nō modo non spreueris: sed potius probanst ipsum: & dijudicans summa cum reuarentia corpus Domini ad sacram mensam accesseris, quae cum pietate suscepsti a diaboli vires confringit.

CHRISTVM IN EVCHARISTIA, egregiam de humana ratione, & intellectu, itidemque corporis sensibus victoriam referre.

ADNOTATIO III.

SED Adhuc præclariorēm vicitoriam, & illustriorem triū phuni, quem Dominus in Eu- charistiā agit, obseruare, & celebrazione oportet: illū inquani, quenam

IV.
Lorinus.

Theoph.

V.
S. Cyril.
Alex.

Bart.

I.

Tertull.

de humano intellectu refert: quippe hic & sui omnino iuris, & voluntate liberior, rebellior, & obstinatior; iam dudu Deo infensus extitit: in huc sensum affirmante Tertulliano lib. de idolatria, cap. 4. *Omnia colit humanus error præter ipsum omnium conditorem*: Nimirum ea est Divinitatis natura, ea Diuinæ maiestatis lex, ut eam humanus intellectus revereri, adorare, credere teneatur, quin debitos fidei, & reverentis credulitatis terminos exceedere presumat; quasi è re magnitudinis Dei sit uno ex capite sese homini cognoscendum dare; ex alio verò intra lucem suam inaccessibilem occultum, & velut ignotū confidere, ut dicebat idē Tertullian. in *Apologetico*, cap. 17. *Invisibilis est, & si videatur: incomprehensibilis, etiam per gratiam representetur: in estimabilis, et si humanis sensibus estimetur: adeò verus, & tantus est. Ita cum vis magnitudinis, & notum hominibus obiectit, & ignotū: pulchrè id, & notum, & ignotum, ut tanta sit Divinitatis vis, quæ tum non possit nō cognosci, & sentiri: tum etiam nequeat cognosci, & pensari tanto im mensa claritatis splendore humano intellectui obstante: quæ Minutius Felix in *Octauio*, sic scite firmat: Nobis ad intellectum peccatus angustum est, & ideo sic cum dignè estimamus, cum in estimabili dicimus, & statim: Eloquor, quemadmodum sentio magnitudinem Dei; qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuere, non novit. Quod quidem omnino iverit pulchritudo oculorum sponsæ, qui à Salomone cū puris, ac simplicibus columbae oculis componuntur, Cant. 4. vers. 1. *Oculi tui columbarum, hoc est Duius Spiritu illustrati, ut ab eo cognoscat, non posse ipsam Deum comprehendere, ita hæc verba apud Theodoretum pensitate Psello hunc in modum. Hæc enim magis est etiam spiritualis: nam in spiritu Sancto id, quod omnem cogitationem superat, cognoscit deo, nempe quod nequeat comprehendi. Hæc ille: ut dixerit: nunquam vehementius humani intellectus vim, atque impetum ad Dei cognitionem efferi, iniò & ab tipi, quam cum demittens oculos de ipso cognoscit, quod nequeat plene intelligi, atque comprehendendi. Vnde sapienter, inquit Nazianz. orat. 49. Certe hoc est Deus,**

Idem.

Minut.

Cant. 4.
vers. 1.

Psellus.

I.

Nazianz.

quod cum dicitur non potest dici, cum astimatur, non potest estimari, cum definitur, ipsa definitione crescit, quia cælum manus cooperit, pugno omnem mundi ambitum concludit, quem omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Hec ille, qui orat. 34. pulchras affert causas, ob quas nebis impermeabilem Deum esse, ex usu nostro sit.

*Et vero, cum hæc sint, est humanæ mentis impetus; ea intellectus audacia, siue temeritas, ut debitos reverentiae, atque modestiae impositos, sibi finis egrediens, & Deum ratione suæ astimare, & quæ Dei sunt pro captu, & supra captum suum dimetiri, & velut oculis videre, & manu tractare velit, quasi Dei servitus in humanam mentem, atque rationem non cadat, sed ipsa sui iuris sit: ut dicebat Seneca lib. 3. de *beneficijs*, cap. 20. Errat, si quis existimat, seruitatem in totum hominem descendere: pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis, mens qualem sui iuris, ouæ adeò libera, & vagae sunt, ut nè ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quin impetu suo utatur: Ita quidem recenter creati parentes primi, & Dei domino addiciti, & sub illâ legi constituti: nè de arbore vetita manducarent, ne morti fierent obnoxij: Ex omni (inquit) ligno paradisi comedere. Deligno autem scientia boni, & malum eti medas, in quocumque enim die comedeleris ex eo, morte morieris: Genes. 2. vers. 16. ipsos, quasi mentem sui iuris haberent, malus dæmon adorsus, proprio ingenio Dei precepta pensitare, & de ipsis iudicium ferre illis persuasit, sic namque hæc de re Bernardus serm. de quadruplici debito, inquit: Serpens non fortior erat, sed callidior cunctis animalibus terre, unde & ab interrogacione incepit, mentem mulieris explorans: sciens, ingenio, non viribus laborandum esse: videt plane, & vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad ascendendum. Genes. 3. vers. 6. Quid est? Vedit. Respondet Rupertus lib. 3. de *Trinitate*, ad ea verba. Vedit igitur, id est consideravit: diligenter intuita est: curiosius attendit, & iudex eorum, quæ audierat, ipsa esse voluit: ita ille, vides ut mulier Dei arcana oculis dijudicare, & mente sui iuris facta de illis determinare præsumperit. Certe ab ipsa non*

II.

Seneca.

Genes. 2.
vers. 16.

Bernar.

Genes. 3.
vers. 6.

Rupert.

longe

Bernard.

'longe ivisse videtur Petrus ille Abailardus dubiæ sanè , si non mala fidei auctor; quem describebat, imò castigabat Bernardus epil. 192. quod in rebus fidei oculis, & humanæ rationi inniti, & intueri potius, quam credere prælumeret, ita enim ille de ipso. *Nihil videt per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur, ambulans in magnis, & in mirabilibus super se. Melius illi erat, si (iuxta titulum libri sui) se ipsum cognosceret, nec egredieretur mensura juā, sed saperet ad sobrietatem.*

III.

Matt. 8.
vers. 19.

1. Cor. 11.
vers. 3.

Hieron.

Hilar.

*Quia pro ratiōne scriba ille, qui se pollicebatur Dominum secuturum quocumque ierit, inquiens: Magister sequar te quocumque ieris: Matthæi 8. vers. 19. repulsus est accuratà illà locutione: *Vulpes foras habent, & volucres cœli nidos. Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* Notāter. *Vbi caput tuum reclinet: nempe Divinitatem suam: nam caput Christi Deus, 1. ad Corint. 11. vers. 3. quasi apud scribā illum Divinitas Christi hospitari non posset: Quare? quia videlicet scriba erat, & literatus, nec Christum appellabat Dominum, cui videlicet mente, & corpore subiuceretur, sed Magistrum, cuius sensa quæcumque essent discuteret, & diiudicaret, Hieronymo hēc ver-**

ba, in hunc sensum, sic inflestante. Scribā iste legis, qui tantum litteram nouerat occidentem, si dixisset Domine sequarte, quocumque ieris, nō fuisset repulsus à Domino: sed quia litteratus erat, quod significans Gracē dicitur grammateus: & nō spiritualis auditor: idèo non habet locum, in quo possit Iesus reclinare caput suum: Sic Hieronymus: vt dixerit: nolle Deum litteratos discipulos, qui malunt impetratadiscutere, quam facere, sed eos qui Dominum agnoscant, cui mente, & intellectu se subiificant: Quo sensu Hilarius lib. 8. de Trinitate, sapienter dicebat: Extra Euangelica promissa est, quis quis extra fidem eorum est: & impiæ intelligentiae criminis spem simplicem perdidit: obserua illud, impiæ intelligentiae criminis: quæ mavult suo sensu intelligere, quam ijs, quæ à fide proponuntur indubitanter credere: vnde scitè subdit: At vero ultime impietatis furor est, aut intellectu non credere, aut intelligentiam corrupisse credendi. Ita Hilarius. Nec nū-

nori seueritate Saluianus Massiliensis *Saluian.* lib. 1. de Prouidentia, inquit. *Sacrilegium temeritatis est, si plus scire cupias, quam finaris: sufficit quod tibi Deus a se agi, & dispensari cuncta testatur.*

IV.

2. Cor. 10.
vers. 5.

A ximè locum habeat Pauli thesis, 2. ad Corint. 10. vers. 5. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium fidei: Quæ verba componas velim cum illis quæ dicebat Seneca: Errat si quis existimat, seruitutem in totum hominem descendere: pars melior excepta est. Corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis, mēs sui iuris: vt ex Paulo seruitutem Christi*

B à seruitute hominum, vel inde discriminis, quod illa in totum hominem cadat, nec intellectum sui iuris esse sinat, sed in captiuitatem redigat: quin plus scire cupiat, quam sinatur; ne intelligentiam credendi suo sensu corrumpat; imò vero iuste totum Fidei praescripto subiiciat. Sed obserua ex Guilielmo Estio ibi pro voce, *intellexus, Gracē eam esse, quæ verti potest, ingenium, atque etiam cogitationem, vt sit sensus (inquit ille) & captivum duci mus omne ingenium humanum, quātum que excellens, & scientijs excultum ad obediendum, & humiliter submittendum se Christo per fidem: Vnde statim ex Doctorum sensu infert discrimen fidei Christianæ à quācumque aliâ persua sione hominum, atque à fide dæmonum. Quia per fidem Christianam capti vatur intellectus in obsequium Christi sic, ut seposita omni humanæ ratione simpliciter, & indubitanter homo suscipiat ea omnia, quæ tanquam re velata divinitus, ab Ecclesiâ traduntur, & credenda proponuntur, & opportunè, & sapienter P. Salmeron disput. 11. de hac fidei victoria,*

Estius.
Leet. Gr.

D *sic monuit: Et quis si vincuntur, & capti vidiuntur felices, & in hoc genere victoria, tam ricti, quam victores triumphat: iam vero in Eucharistiâ hæc maxime locum habere, sic dixit Cyprianus serm. in Cœna Domini. Inter Domini mea mensa convivas animalis homo non admittitur, quidquid caro, & sanguis dicat ab hoc cœtu excluditur: nihil sapit nihil proficit quidquid humanus sensus mo-*

Salmeron

Cyprian.

litur

Algerus

littera subtilitas: & statim. Omne quid-
quid à suis rationibus devium videtur. sa-
pientes huius saeculi ad dementiam refe-
runt, & à veritate reputant alienum. Sed
veritas ab erroreis hominibus comprehen-
di non potuit, & cum in Sole vellet figere
oculos, vim luminis non ferens, cæcata est,
non illuminata humana præsumptio, &
aspectus eius lippitudo inhaesit. Hæc Cy-
prianus: & eodem ductu Algerus lib. 2.
cap. 3. Sapienter in Eucharistiæ myste-
rio expresit eum sensum, in hoc gene-
re victoriæ, tam viatos, quam vittores
triumphare: dum fidem, & victam &
victoricem facit; victam videlicet, quæ
intellectus in captiuitatem ducitur, in-
victam vero, quæ Dei veritati innititur.
Sic enim primum. Quod Ecclesiæ Ius
Deus voluit esse tam fructuosum, non om-
nino voluit esse oriosum: quia dum in mys-
terio, quod non est, apparet; quod est, occul-
tatur: fidei lucida proponitur, ut meritum
augeatur: dum contra hoc quod videtur,
credens quod non videtur, de credit à intus
veritate, de superat à exterius falsitate du-
plicem assequitur gratiam. Deinde vero
subiicit. Cetera enim Christi miracula,
cum sint infidelibus in signum, ut conver-
tantur: hoc solum fidelibus datur ad meri-
tum, ut illo erudiantur. In illis enim, quæ
Deus in extrinsecà materia fecit, robo-
ratur fides: in hoc autem solo, quod ex se ipso
facit, fides exercitatur, ut vitta, & invi-
cta felicitas coronetur. Hæc Algerus, ec-
ce tibi viatos, & vittores feliciter triū-
phare.

V.
Petrus
Vener.Psal. 72.
vers. 23.Sapien. 8
vers. 1.

In quem sensum Petrus Venerabi-
lis libro, scù epistola contra Petrobrusia-
nos, ut hanc omnimodam intellectus
subiectionem, scù captiuitateni expli-
caret, itidemque eam nobis persuaderet,
sapienter inflectebat Davidis ver-
ba Psalm. 72. vers. 23. Ut iumentum fa-
ctus sum apud te, & ego semper tecum; in
hunc campum expatiatus, hunc in mo-
dum: Quod terrenis omnibus scientia an-
tecellas, non dubitas. Prælatus ergo mun-
do, sed prælatus est tibi Conditor mundi.
Prælatus est tibi sapientia; prælatus est ti-
bi potentia. Sapientia, quia tua maximis
angustijs coarctatur, illius vero, attingit
a fine usque ad finem fortiter, & dispo-
nit omnia suaviter. Sapient. 8. vers. 1.
Potentia, quia tua eotidie, & multifor-
miter succumbit, illius ut dictum est, om-

nia quæcumque voluit fecit, Psal. 113.
vers. 11. Esto ergo Deo tuo, quod est iume-
tum tuum tibi. Non nititur illud perscrutari
secreta tua, non coneris temerare arca-
na Dei tui. Ne sit illud, quomodo disponas
iter, qualiter ordines bellum, quos primos,
quos medios, quos ultimos in certamine co-
stituas, quo consilio post multū sanguinē pa-
ci acquiescas, quo modo rei familiari do-
mui, consugi, natis, familiis ne egeat, provi-
deas. Et ut maiora, quia sic res postulat, ag-
grediar, ignorat, quo tempore femina serit,
quo sata, & aucta meti debeant, quo rites
plantari, quo putari, & purgari oporteat,
quid ver, astas, autumnus, & hyems in-
viciem commune, quid proprium habeant.
Non aduertit, qualiter mentis vivacitate
non tantum terrena sed & coelestia com-
prehendas Lunæ, Solis, Mercurij, Vene-
ris, Martis, Iovis, Saturni, quæ sunt anti-
qua superstitionis vocabula aliorumque
hyderum cursus, loca, tempora distinguas,
&c. & post alia in hanc tentianu: Nō
disputat de cogitationibus tuis, non de ver-
bis tuis, non de operibus tuis. Iudicat, non
intellexi, sed natura, aliquid tibi conces-
sum esse, quod ipsi penetrare non liceat. Et
idcirco, quamvis nihil horum intelligatur,
non murmurat, non recalcitrat, non sibi
vniuersa pandi, ratione expostulat, sed ti-
bidomino obediens imperanti, absque quæ-
stione his, quæ iubentur, obtemperat.
Docet, ut de vilioribus animalibus lo-
quar, asinus tuus, quid te facere velit. Do-
minus Deus tuus; cuius j. secreta penetra-
re voluerit; eius iumentum esse non po-
teris, de quo Psalmus: ut iumentum factus
sum apud te. Serua ergo Deo tuo, quod ti-
bi vis servari ab ainfo tua, neque altiora
te quæsieris, vel fortiora te scrutatus
fueris, sed ea cogita semper quæ Deus
præcepit, & in multis operibus eius ne
fueris curiosus: Et sicut item Salomon
ait. Comede mel, quod sufficit, ne for-
te satiatus evomas illud: Quia secundū
eundem. Qui scrutator est maiestatis, op-
primetur gloria: itemque. Averte ocu-
los tuos à me, quia ipsi me avolare fe-
cerunt: & iuxta David. Accedet homo
ad cor altū, & exaltabitur Deus. Hæc
omnia maiestati Dei superbiam tuam: sa-
pientia Dei stultitiam tuam, virtuti Dei
infirmitatem tuam, ut dignum est, subi-
ciunt, neque aliquid contra ipsum stultū
loqui, vel non audendum audere permit-
tunt.

Psal. 113.
vers. 11.Eccl. 3.
vers. 22.
Prou. 25.
vers. 16.
& 17.
Cant. 6.
vers. 4.Psal. 63.
vers. 8.

runt. Hæc, & multo plura Petrus Venerab. quæ statim fidei Eucharistia & lōgo sermone aptat: ab illa exorsus ratione, quod qui aut non credit, aut dubitat, vel de voluntate Dei, vel de potētia, vel de vtroque diffidat: Quod argumentum multis persequitur. Conciuit Cyrillus Alexandrinus in Catena Græca castigans Iudæorum dubitatio-

Ioann. 6. vers. 53. nem dicentium. Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

Cyrill. Alex. *Ioan. 6. vers. 53.* optimè monens in rebus fidei indubitatum assensu adhibendum, quin dicatur; quo modo res se habeat? Audi. Ita etiam Nicodemus conturbabatur dicens. Quo modo posset introire in ventrem matris suæ? Sic & perturbabantur dicens. Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Oportet nos itaque hinc emē datos in diuinis mysterijs recipiendis, fidē quidem indubitaram adhibere: ad nihil autem eorum, quæ traduntur, particulam quo modo inferre. Sic Cyrillus.

VI. Enin vero signatè Augustissimum hoc corporis, & ianguinis Christi Sacramentum ab ipso Domino, *Mysterium Fidei*, in Calicis consecratione dicatum est: (nam ut ab Evangelistis hæc verba fuerint prætermissa, ex præscripto tamen Ecclesiæ, & perpetua traditione à Domino dicta fuisse, nobis indubitatum est) Quamvis autem ideo appellari posset hoc Sacramentum *Mysterium Fidei*, quod ut dixit S. Thomas opusculo 57. *Omnium miraculorum ab ipso factorum maximum, & singulare sit: siue quod in ipso memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator*

S. Thom. *Psal. 110. vers. 4.* *Dominus, Psal. 110. vers. 4.* id est, quod huic Eucharistiæ mysterio insit, quidquid in alijs Dei operibus mirabile est (de quo nos alibi) illud opportunius dici videtur, quod fidei vigor, & meritum in eo signatissime eluceat. Nimirum cum fides sit credere, quod non vides, ut ait Augustinus tract. 27. & 40. in Ioan.

in Eucharistiæ valentior, & animosior, cōpergit, ut non solum credit, quod non videt, sed etiam contra id quod videt, cum nontantum intellectui, sed ipsissimeti oculis fidem deneget, & eorum attestacioni renunciet, ut mirabilior fieret constantia fidei (ut inquit Leo Magnus serm. 19. de Passione) ex difficultate

credendi, quemadmodum Abrahæ fides mirum in modum celebratur, & diuinis benedictionibus cumulatur, quod in spem contra spem credidit, ad Roman.

4. vers. 18. In quenam sensum PP. frequenter conspirant: sic namque dixit Pachasius lib. de corp. & sangu. Dom. cap. 1.

Vera est Christi caro, & sanguis, sed visus corporeo, & gustu propterea non demutatur,

A tur, quatenus fides exerceatur ad iustitiam, & ob meritum fidei merces iustitia consequatur: ita ibi, plenus vero cap. 4. fine: *Si rationem queris, quis explicare poterit, aut verbis comprehendere? immo Icias (quælo) quia ratio in virtute Christi est: scientia in fide: causa in potestate: effectus vero in voluntate, quod potentia Divinitatis contranaturam, ultra nostra rationis*

B capacitatem efficaciter operatur: Sic Pachasius. Similiter B. Algerus lib. 1. contra Berengarium, cap. 7. Si enim pane mutato, nihil visibile referuaretur, minueretur Fidei meritum, vel pro evidenti miraculo, quia in consecratione Sacramenti, panis omnino evanesceret, vel quia obliuione sponita Fidei deuotio repereret, cum in tanto mysterio signum aliquod, unde memoria admoneretur, non superebet. Hæc

Algerus

ille, & alia; quæ omiserim, ut appingā. quæ Odo Cameracensis in expositione canonis Missæ, distinctione 3. tom. 12. Bibliothecæ Veterum PP. luculenter in hanc rem inquit, cum mysterium Fidei, sic exponit. Dicitur mysterium, quod sensibilibus tegitur occultum, sicut vertetas sanguinis in sapore vini latet, & specie. Calix ergo Altaris est mysterium Fidei, quia sub figurâ, & sapore vini occultus creditur verus sanguis. Et mysterium fidei, quia quod creditur, sensibilibus qui busdam obtegitur: nam verus sanguis creditur, quod vinum visus sentitur & gustu. Et Fidei mysterium, quia quod fides credit, intus est occultum, intus est verus sanguis vera fide, exterius est falsum vinum vera specie. Sentitur vinum, & non est: non apparet sanguis, & est. Sensus decipitur qualitate, certa tenetur fides rei veritate. Ideoque sanguis dicitur Fidei mysterium, quia sanguinem Fides credit intus occultum. Apertum est, quod sentitur, occultum est, quod creditur: et si quid occultum est, Fidei est, sicut quod patet, est sensus. Est ergo sanguis Mysterium Fidei, siquidem occultus pertinet ad Fidem: Hæc ille. Ecce

Odo.
Camer.

D **E** tibi

Alger.

tibi mysterium Fidei; vbi non solum, quod non videtur, sed contra id quod videtur, & sentitur, animosa firmat Fides præter rerum ordinem: Vnde rursus Algerus lib. 2. cap. 3. Sicque dū extero- rum sensuum testimonio nō acquiescit, nec interiori inquisitione comprehendens, de veritate tamen non titubat, sit per gratia Dei, ut in talis suo agone Fides nostra exerceatur, exercendo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Hæc ille, Quibus non pigebit addere B. Laurentij Iustiniani monitum de formandâ, ac perficiendâ Deo auxiliante fide, est tale lib. de triumphali Christi agone, c. 4. Accede non corpore, sed mente, sed cogitatione, sed affectu, in simplicitate, & virtute, in deuotione, & fide, et si nondum perfecta, & adulta, tamen ex familiari meditatione formandâ, atque perficiendâ: & statim: Omne depone formidinem, & altum sapere reijce, ut diuinæ gratiæ receptaculum fias: non ut videas speciositatem aliquam, nec per dulcedinem ori delectabilem inviteris, ut gustes, sed ut per fidem, quæ ex auditu est, eruditaris de verbo. Sic Laurentius Iustinianus.

VII.

Auget vero gloriam victoriæ huius, quam de humano intellectu Dei Filius retinet, quod non vtcumque vincat, & de eo triumphum agat, sed signatे talionem, siue eandem vicē, & aqualem peccati retributionem repēdere videatur, ad eum planè modum, quo iā olim observauit ex Tertulliano libr. 5. contr. Marcionem cap. 21. ea de causâ Dominum lignum crucis ad triumphi gloriam pro humanæ salutis instrumento sumere, atque ea ratione mundo adorandum proponere voluisse, ut & qui in ligno vincet, in ligno quoque vincentur, & ihs qui cæco errore ducti lignum, & lapidem in falsis simulachris adoraserant, & quan vicem rependeret: Ut quoniam homo (iam loquitur Tertullianus) non erubuerat lapidem, & lignum adorans; eadem constantia non cōfusus de Christo, pro impudentia idolelatriæ sati Deo faceret per impudentiam fidei. Hæc ille, qui fidei impudentiam animosius dixit, ut adstrueret eam esse eius constantiam, quæ sensibus deneget fidem, & aduersus eorum assercionem, & testimonium viſu firmatum nulla illis habitâ reverentia contrariū teneat,

Tertull.

& profitetur: Sic namque in Eucharistia Sacramēto se Deum gesſisse iure dixeris, vt humani intellectus audaciam, & cæcam temeritatem, quæ improba malī dæmonis suggestioni in primis parētibus fidem faciens, eā ligno scientiæ boni, & malī Diuinitatem inesse credidit, ut si ipso vescerentur; dij evaderent: Quippe, ut ibi male crederunt, quod non viderant, proprijs oculis renunciantes, & contra Senecæ morem, qui de se ipso dicebat lib. 4. natural. qq. Qui me vsque ad mendacia hac Seneca. leviora, in quibus os præcidi, nō oculi erui solent, credulum præsto: Oculos erui paſſi sunt: ita h̄ic iustissimus, & Sapientissimus Deus, sic proprijs oculis fidē denegare, ut erui videantur, optimo iure decrevit: acutè id pensitante Ruperto ad Canticorum verba cap. 2. vers. 3. Sit malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios: sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo: dum prædulcē hunc fructum ad Eucharistiæ Sacramentum referens, præfatam ratiocinationem sic conficit: Malus fructus, imò malus morsus, quo Adam per Evam vitam perdidit, & mortem inuenit. Bonus fructus, quo genus humanum per Mariam morte perdidit, & vitam invenit: ubi tempus venit huius scemodiffructus edendi, accipiens panem, & vinum, & benedicēs. Accipite (inquit) & comedite. Hoc est corpus meum: Accipite, & bibite. Hic est sanguis meus. Non vidistis ibi carnis, & sanguinis speciem: profecto nec Eva videbat promissam fibi à serpente Dei similitudinem: attamen illa credidit, quod non videbat. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, magis quam Deo dicenti, morte moriemini, in quocūq; die ex eo comederitis: Plus inquam serpenti, quam Deo credidit. Iusta ergo lege, ut expietur iste reatus male credulitatis exiguitur fides, ut credatis, quod non videtis. Hæc dissertissime Rupertus ibi, quis filia habet lib. 3. in Exodum cap. 10. & 12. priori verò loco premēs, sub hoc sensu verba Exodi 16. vers. 4. de manna. Egrediatur populus, & colligat, que sufficiunt per singulos dies: Sic opportunemonet. Propterea si dignè manducare cupimus, ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, ut scilicet visu, gustu, odo-

Cant. 2.
vers. 3.

Rupert.

Exod. 16
vers. 4.

Nazian.

vatu, & tactu dijudicandum non esse arbitriatur, an vere sit corpus Christi, an vere sit caro id, quod sumimus. Sic ille. In qua re peropportunitum sensum dedit Gregor. Nazian. ora. 42. mystico illi baculo, quem iis qui Agnum erant manducaturi, in manibus tenere prescribebat. Exod. 12. vers. 15. hunc in n. odum admonens. Iam de baculo, atque eius significatione ita sentio. Lex fulcitem baculum tibi prescribit, nec ubi animo titubes, dum sanguinem Dei, & passionem, ac mortem audiis, ac dum Dei patronus, atque defensor videri cupis, impie corruas. Quin potius sine pudore, ac dubitatione corpus ede, sanguinem bibe. Si modo vitæ desiderio teneris, nec sermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de Passione habentur, impingens, & statim: Innixus sta firmus, & stabilis, atque ita comparatus, ut nullia in te quatiaris ab aduersariis, nec verborum lepore, atque illecebris ab ripariis, in fastigio tuo sta, in atrijs Hierusalem pedes statue, in petra suffulci, ut tui secundū Deum gressus non moventur. Hæc ille, quibus nihil disertius, opportunius nihil dici potuit.

VIII.

Inest verò peculiaris, & venusta epitas talionis imagini in hunc sensum, cum ad exprimendam eius vocis vim, vt sit æqualis in malam partem retributio. Auctores Latini, sic explicent: Ut si cui quis oculum eruerit, idem ille patitur: quod quidem à Domino ita prescriptum videmus Leuitici 28. vers. 20. oculum pro oculo. Pende ergo vt mala carnis prudentia primorum parentum fidei oculum eruerit, pestifero mendacio fidē dando; nūc autē quo modo vice verla fides humanæ prudēt̄ oculū eruat, nē credat, quod videt, & quod nō videt, credit: sapiēter id excogitāte

Leu. 28.
vers. 20.

Balduin.
Mat. 18.
vers. 9.

Venerab. balduino in allegorijs Gotfridi Tilman. ad ea verba Matthæi 18. vers. 9. Si oculus tuus scandalizat te eruecum, & projice abs te, quæ verba vt fidei quam veritati Eucharistiæ prestare debemus pulchre accommodet, sic primi ait. In Sacramento Altaris fides, & humana ratio compugnant, & hoc aguntur inter eas, vt altera alteri oculū eruat, nec est finis huius pugnæ circa alterius execrationem. Habet enim humana ratio oculum suum; habet fides, & suum. Oculus rationis, quasi lippus est, & sape visibilia,

& prope posita videren non potest. Oculus autem Fidei acutus est, quo invisibilia Dei intellecta conspicuntur. ad Rom. 1. vers. 20. Circa virtutem Sacramenti mens hebes est; oculus rationis caligat, omnis sensus corporis obtunditur, manus in contrecognitione sedula, experientia gustus, oculorum intenta contemplatio nulla sua diligentia explorare possunt. nisi ea, quæ huiusmodi panis esse solent. Deinde omnino ad rem hæc subiicit. Si oculus tuus (inquit Dominus) scandalizat te, erue eum: Hoc de oculo humane rationis non inconvenienter accipitur, qui pietati fidei scandalum est; unde & merito erendum est. Melius est enim, unum oculum sanæ fidei habentem ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem, alterum humane rationis, alterum fidei mitti in gehennam ignis. Hæc Balduinus.

Rom. 1.
vers. 20.

IX.

Consentanea his sunt, quæ Algerus præfato lib. 1. contr. Berengar. cap. 4. monet: hæc videlicet de causâ exigere Deum à nobis tantam fidem circa Eucharistiæ mysterium: velleque eā tantopere vigere, vt & nobis manifestum faciat modum, quo nobis à malo dæmone impositum est circa cibum vestitum, cui ipse imaginariam, & falsam diuinitatem in esse mentitus fuit, & falacie illi opportune occurrat: modum ostendens contrariū, quo Christus per Eucharistiæ cibum verè ea exhibeat, quæ Satanæ falso popondit, atque ea ratione non tantum illum vincat, sed & castiget, ac puniat. Audi illum hæc sic diffudentem. Quia videlicet falsa fide mundus periret, quando Adam plus diabolo, quam Deo credere presumpsit, dum in ligno scientia boni, & mali retiro plus sperauit Diuinitatem asequi, quæ ab hoste promittebatur, quam incurrere morte, quam Deus minabatur. Sicut ergo diabolus non umbram in ligno inobedientia, sed ipsum verum, ac visibilem fractum exhibens promisit id, quod non videtur, scilicet. Eritis sicut dij Genes. 3. vers. 5. Sic & Deus non umbram, sed ipsum, qui in ligno peperdit inobedientię, in suo visibili Sacramento exhibens promittit vitam æternam, quæ non videtur, vt dū in ea plus ei modo creditur, quam hosti, vt dignum est, sanetur hæc vera fide illa perfida fides, quæ olim plus diabolo, quam sibi creditum est. Pergit id statim ita diffunde-

Algerus.

Genes. 3.
vers. 5.

re.

re. Sicut igitur nō in liguo vetito, sic nec in Christi Sacramēto debet viſus, aut gauſus, sed fidei vigere indicū, quia ſicut pōmū viſu decorum, & ſuaue ad comedendū cibus vitalis videbatur, & mortem intulit, ſic ē contrario Sacramento corporis, & ſanguinis Christi videtur cibus mortalitatis noſtræ, cum verè vita aeterna fit. Quapropter utrique rei media vera fides videtur.

A necessaria: Ad e., ut crederet, mortem eſſe in primo, & ita vitaret; nobis, ut in Sacra mento Christi vitam credamus, & ita eam aſsequamur. Vtrumque enim ex eſte contrarium viſui effeclum parit; illud dum vi detur cibus voluptatis, & vita mortem inferens: iſtud dum videtur cibus mortalitatis vitam aeternam exhibens. Hacten- nus ex Algero.



DISSERTATIO V.

DE ECCLESIAE CHRISTIANAE splendore, & ſtabilimento ab Euchari ſtiā. Et de Synagogæ reproba- tione.

*AB EVCHARISTIA TAM ECCLESIAE CHRIS-
tianæ ſplendor, quam Regnorum ſtabilimentum, & per-
petua duratio.*

ADNOTATIO I.

I.
*Isaia 6.
vers. 2.*



*Iust. M.
Damasc.
Isai 6.
vers. 13.
P. Sanct.
Isai. 1.
vers. 9.*

Rænunciato ab Isaia cap. 6. ſub illuſtri ſpecie Dei in ſuā maiestate, & gloria ſedentis ſuper thronū exceilum, & elevatū; Christi regno in Eucharistiā felicissime dominantis, & eſu sanctæ carnis ſuo expiantis peccata hominum, vt dicebant Iuſtinus M. & Damascenus à nobis iam adducti: concludit Isaias vaticinium verf. 13. inquiēs: *Semen ſanctum erit, quod ſteterit in ea:* qui- bus verbis, vt bene ibi obſeruat Sāctius ſenſus communis ſubeft cum ijs ciui- dem Vatis cap. 1. verf. 9. *Nisi Dominus exercit uum reliquifſet nobis ſemen,* quaſi

Sodoma fuifſemus: quæ ad Christum Do minum omnino pertinere Basilius, & alij PP. omnino cēſent. At enim hēc ſe Bafilius. mē ſanctū, quod ſteterit in ea plus empha ſis habere videntur: nec enim vtcum que ad Christum ſpectant, ſed signatē eius pŕefentiam permanentem, & per petuo in Ecclesia consistentem ſigni- cant. Pro quo facit, Hebr̄as voceſ, pro quibus Nōſter poſuit, quod ſteterit, pro prię ſignificare bafim: aut ſtatumen, at que ideō Bibliam Complutensem re- ponere columnafundationis: & eodem modo legere Theodozionem, atque ab eo Origenem: in notationib⁹ vero ad Biblia Sixtiana notanter habetur: ſtabilimētum eius: pulchra quidem ſen- tentia,

Lect. He
br.

Bibl. Cō-
plut.
Theod.
Origen.

Alber.
Magn.
Genes. 27
vers. 37.

tentia, qua inauit Eucharistiam stabilitum, columnam, & basim Ecclesie Christianae esse; à qua ipsa undequaque subsistat: in hunc itidem sensum in flectente Alberto Magno tract. I. de Eucharistia, dist. 3. cap. 1. verba Isaac de la cob, Genes. 27. vers. 37. *Frumento, & vi no stabilis vi eum: inquiens: Quia tota domus Jacob, idest Ecclesia fundata est super hoc Sacramentum frumenti, & vini, quia in eo materia, est materia frumenti, & vini, & post nonnulla: Quia frumentum signat cordis firmitatem, quem in Sacramento dat: vinum autem spiritualem iucunditatem, & oleum pietatis pinguedinem, & haec sunt, super quæ tota consistit Ecclesia. Hæc Albertus.*

II.

Prouer. 9.
ver. 1. &
vers. 4.

August.
Greg. M.
Auct. qq.
Salonius.
Lyra.

Cyprian.
Chrysost.
Anastas.
Amb.
S. Thom.
Beda.
Hugo.

menta in hoc Sacramento esse locata: quod si tollas, totum ædificium funditus eversum iri necesse fuerit: non secus, ac collapsa ruunt subductis testa columnis: Quo commode aptaverit egregia hæc Zenonis Veronæs. verba Christo in Eucharistia indesinenter immolato, tanquam totam Ecclesiæ fabricam sustinenti peropportuna: *Paucis insinuabo totius fabricæ fundamentum. Non sicut in Iudeæ templo pluri- mi, sed magnus, præclarus, pretiosus, ac speciosus unus est lapis, qui quadræ turris totam sustinet molem. O res veneranda! cotidie ædificatur, & cotidie dedicatur fictibus perpetuis, a diuersis gemmis, mar garitis per momenta distinguuntur. Hæc S. Zenon.*

S. Zenon
v.

Opportunè autem septemplicem columnarum numerum cum Auctore qq. Veter. & novi Testamenti, & Anastasio Nizeno, & S. Germano in Theoria rerum Ecclesiasticarum acceperis de septem Spiritus Sancti donis, quorum minit Italias cap. 11. vers. 2. cum ait. Et requiescat super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiae, & intellectus: Spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini, ut omnia omnino Dei dona, omnesque operationes Sancti Spiritus in quibus sunt aduersa vitijs, totidem (ut inquit S. Germanus) omnesque virtutes, siue Theologales Fides, Spes, charitas, siue Cardinales, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperatia, & quidquid in Christianæ disciplinae, ædificio speciosum perfectumque cœsetur, huic vni Eucharistie lapidi, sive fundamento innitatur. *Quæ quidem mente imbutus S. Bonaventur. de preparat. ad Missam, cap. 2. dicebat: Tolle hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error, & infidelitas? & populus Christianus erit, quasi grex dispersus, & idolatriæ deditus: sicut patet expressè in infidelibus: subiicit: Nam per hoc stat Ecclesia, robatur Fides; riget Christiana Religio, & diuinus cultus: ita ille: Opportunitatem vero Timotheus Presbyter, qui ante 800. annos floruit. sermon. de occurso Christi, hanc concioni coram idem imponens. Vacemus diuinæ, & mysticæ mensæ, per quam, & mundus*

III.
Auct. qq.
Vet. test.
Anas. Ni
zeno.
German.
Isai. 11.
vers. 2.

Bonauen.

Timoth.

*est stabilitus, & orbis terrarum consistit,
regnum custoditur, & Ecclesia multiplicatur. Hæc ille modo, post modum
peniculatius premenda.*

IV.

*Nec hinc discessero, quin plus pre-
mam, quam ingens, & validum sit sta-
bilimentum, & munimentum Ecclesie
quod ei ab Augustissimo Sacra-
mento Corporis, & sanguinis Domini ad-
uenit: Nimirum cum primum in ea fun-
damentum iactum, & columnæ subdi-
ta dicuntur, domus appellatur. Sapien-
tia (inquit) edificavit sibi domum, post
modum vero subito, & inter manus (ut
dicitur) ecce tibi in arcem munitissi-
mis manibus cinctam videris conuer-
sam: subiiciente Salomone vers. 3. Mi-
sit ancillas ad arcem & ad mania ciuita-
tis. Si quis est parvulus veniat ad me, &
insipientibus locuta est. Venite comedite
panem meum, & bibite vinum, quod mis-
eui vobis. Quod si anibigas, quæ hæc,
vel domus, vel locutionis mutatio fue-
rit? Ad manum est responsio, ad domus
constructionem subsecutum fuisse me-
sa apparatum, & Eucharistia convi-
vium: hæc omnino dictionis serie: Sa-
pientia edificavit, sibi domum, excidit co-
lumnas septem, immolarit victimas suas
miscuit vinum, & proposuit mensam suam:
a mensa ergo Eucharistie, Ecclesia do-
mus in arcem, quæ hostes prohibet ac-
cedere, & munitissimum, ac validissi-
mum praesidium conversa est: vbi no-
tanter dictum est, mania ciuitatis, qui
bus civitas circa, atque munita in pa-*

*Psalm. 23. ce secura conquiescit, dum ille, qui for-
vers. 8. tis, & potens in prælio est, Psalm. 23. vers.
8. intus inhabitans: ita quidem, & de-*

*Exod. 16. manna dicitur Exod. 16. vers. 13. Ros-
vers. 13. iacuit per circuitum castrorum, vbi Ly-
ra: Manna ros dicitur, quia erat ad mo-
dum roris congelata: & de Ecclesia Chri-
stianæ Eucharistie Sacramento muni-*

*Psalm. 147. ta disertissime Vates Psalm. 147. vers.
vers. 14. Qui posuit fines tuos pacem (qua-
si pax praesidiario militi similis ar-
ceat bellum per circuitum, dum ho-
stes incursum facere non audent) &
ad ipse frumentis satiat te. Vnde ad pra-
fata Exodi verba Stephanus Cantua-
riensis in allegorijs Gotfridi Tilmani,
manna per circuitum castrorum ia-
cens, Castris loco castrorum esse, pul-
chre dixit: quasi Ecclesia castra denuo*

*ab Eucharistia munitantur, imò verò
ab ipsa omnimodam firmitatem ac-
cipiant, ut quæ ante a domus erat, iam
castrum munitissimum sit. Non equi-
dem, quod sive aduersus Ecclesiam, si-
ve aduersum fideles singulos prælia
non sint, tentationes, atque confli-
ctus: sed quod Ecclesia, & ab eis fide-
les singuli Eucharistiæ præsidio muni-
ta aduersus contrariorum insultus se-
cura consistat: sapienter utrumque
commonente Leone Magno serm. 7.
de ieuniu decimi mensis, hunc in mo-
dum: *Quanvis Dominus protegat bel-
latores, & milites suos ille, qui potens est
prælio cohortetur, & dicat. Nolite ti-
mere, quia ego vici mundum, Ioann.
16. vers. 33. Sciendum tamen est dilectissi-
mi, hoc incitamento formidinem eis sub-
latam, non pugnam, & retuso aculeo ti-
moris causam remanere certaminis. Hæc
Leo: Ian, verò pro tota cogitatione
opportune fideiubet Venerab. Gilbertus
Tornacensis serm. de Sacrament.
Altaris Eucharistiam, cum pane buc-
cellato: id est munimenti sive muni-
tionis (vocabulo castrensi, quo mili-
tum panem vulgo vocamus, *pan de mu-
nitione*) hunc in modum componens.
*Vnusquisque carnem amicis in ob-
sidione comedit. Obsessi sumus ab hostibus no-
stris, licet non videamus eos, ipsi vident
nos. Ideo pane munendum est castrum
cordis nostri, & carnis, Sacramento
scilicet isto, quod est panis in specie, &
caro in veritate Verbi virtute. Virtu-
te enim Verbi panis in carnem Christi con-
vertitur: Sicille: En castrum pane coe-
leti, & carne diuinâ munitum.***

*Sed huic cogitationi illud maxi-
mè opportunum fuerit, quod ex Pau-
lo habemus in epistol. ad Hebræos cap.
1. vers. 3. de Christo Domino affir-
mans: *Qui cum sit splendor glorie, &
figura substantie eius, portans omnia ver-
bo virtutis sue, purgationem peccato-
rum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Quo in loco de Sacerdo-
tis munere secundum ordinem Mel-
chisedech: quo in æternum Christus
fungitur offerens panem, & vinum cor-
pus scilicet, & sanguinem suum, ut pec-
catorum nostrorum purgationem fa-
ciat, Paulum fuisse locutum iam insu-
perioribus commonstravimus: Illud**

*Leo Pont.
Ioan. 16.
vers. 33.*

Gilbert.

*V.
Ad Heb.
1. vers. 3.
Lection.
Grac.*

modo

Chrysost.

modo ex ibi dictis resumētes, Chryso-
tوم، & Græcos PP. perinde acci-
pere illud portans omnia, vt indicetur,
ea quæ collabūtur, & cadunt continet,
nè præcipiti ruinā decidant, vt dixe-
rit:

Virg. E-
glog. 4.

*Aspice con vexo nutantem pondere mun-
dum.*

*Terasque tractusque maris, cœlumque
profundum.*

Mat. 16.
vers. 20.

ab hoc divino Athlante in Eucharistia
sustineri verbo virtutis suæ, affirmante.
*Ecce ego vobis sum, tanquam colum-
na fundationis; & stabilimentum:) omni-
bus diebus usque ad consummationem sa-
culi: Matth. 16. vers. 20. vt videlicet,*
quemadmodum dicebat Timotheus:
per hanc mensam cœlestem, & mundus est
stabilitus, & orbis terrarum, qui alioqui
collabebatur, consistit: Vbi pulchrè hoc
stabilimentum, & consistentia Eucha-
ristiæ tribuitur, quæ Christus Dominus
purgationem peccatorum facit, vt di-
cebat Iustinus M. quæstion. 44. à nobis
sæpius adductus ad visionem Isaiae 6.

de Seraphino purgante labia Haiae.
*Quem enim carbonem vidit Propheta im-
mundis suis labijs ad moveri, is signifi-
cationem habebat Dominicæ carnis purga-
tionis ab omni impietate conscientiam eorum,
qui eam comedunt: Nimirum, pecca-
ta quidem sunt, quæ convexo nutan-
tem pondere mundum trahunt, pec-
cata sunt, quæ terasque, tractusque
maris ad præcipitem casum, & ruinam
impellunt; peccata sunt, quæ mundum
ex se omnibus inter se concinentibus
partibus subsistentē distrahunt, easque
invicē dissidere faciunt, ac proinde pur-
gatione peccatorum, per Eucharistianu-
fæ*

*et mundus ab ipsa continetur, atque co-
sistit: quod mira virtutis est, vt ad hæc
verba expendat Chrysostomus, in-
quiens. Non est enim minus continere, quæ
mundum fecisse, sed & si maius aliquid o-
porteat dicere, ejus etiam maius. Nam illud
quidem est, ex nihilo aliquid producere.
Quæ faciunt autem, ad hoc, vt non sint
recedentia, continere, & intersessiden-
tia coniungere: hoc est illud magnum, &
admirabile. & indicium magna virtutis.
Sic Chrysostom.*

VI.

Verum enim vero illud, in hunc
sensus illustrissimum est Isaiae Vati-
cinium Christianam Ecclesiam suis co-

loribus ita depingentis, & ob oculos
statuentis, cap. 33. vers. 20. Respic
Sion Cœlumatem solemnitatis nostræ. Ocu-
litui videbunt Hierusalem, habitatio-
nem opulentam tabernaculum, quod no-
quaquam transferri poterit: nec auferen-
tur clavis eius in sempiternum: & omnes
funiculi eius non rumpentur: Quia solum-

Isai. 33.
vers. 20.

A modo ibi magnificus est Dominus noster:
Et verò cum hic locus, & ad Christiana
Ecclesiæ maiestatem, & perpetuitatem
asserendam: itidemque ad Au-
gustissimæ Eucharistiæ dignitatem, &
gloriam illustrâdam opportunissimus
sit: miror, in: o vehementer indignor:
quosdam interpretes frigide, & insulse
in aliud sensum verba hæc detorque-
re: & patente ad Christum viæ semitam
quererere. Quæ enim aptior, & litteræ
ipsi congruentior, Prophetæ mens?
quis in vaticinijs Dauidis, & Prophetarum
melior scopus, quam Christum,
& Ecclesiam Christianam collima-

B re?

----- *O mihi tum, quam molli-
ter ossa quiescant,*
Si vacet Haia in per omnia Christianu-
facere: itidemque in omnibus propheticis
Christum cuique Ecclesiam Romana
resonare monitravero! ergo inquit
Vates Hieronymo, sic interpretante.

Hieron.

C *O iuste, cui supradictum est: cor tuum me-
ditabitur timorem: & qui ante audieras.*
Regem in decore suo videbunt oculi
tui: *contemplare Sion urbem solemnita-
tis nostræ: Vide Ecclesiam Christi, in qua
est vera solemnitas: oculi tui cernerent vi-
siones pacis. & divitias insperatas, quas oculi
nō vidit, nec auris audivit: nec in cor-
hominis ascenderunt: & tabernaculum,*

D *quod nequaquam transferri posset. Hæc
Hieronymus, & ab eo similia Proco-
pius: iam vero pende tum Ecclesiæ
firmitatem, & perpetuitatem: tum etiam causam, & rationem, ob
quam tanta illi firmitudo, & securi-
tas obtingat: Tabernaculum (inquit)*

Procop.

*quod nequaquam transferri poterit, &c.
Vbi cum de Ecclesiæ Synagogæ præla-
ta, & ab ipsa in felicitate, & perpetuitate
discriminata sermo sit (vt ibi
Hieronymus docet) tam Synagoga,*

*quam regna cætera componuntur,
cum tabernaculis, quibus aut pasto-
res, aut milites utuntur, hinc illuc*

Hieron.

Seneca.

transferri solita; quæ & instabilia, ut potè è vnius noctis vlo sunt; & minime firma, dum ventorum, & tēpestatū inclem̄tia exposita vix mille distenta funibus, totidemque confixa clavis cōsistant: est enim hæc natura terrenis rebus, vt monet Seneca in consolatione ad Polybium, cap. 28. vt vix consistant: Lubrica (inquit) & incerta sunt: nunquā bene tenentur: Vnde Philo Hebræus lib. Quod Deus sit immutabilis, cum in hanc tentiam dixisset. An putas rem illā mortalem veram esse, & non tanquam infugessu quodam ab inani, & incerta opinione justineri, non aliter, quam somniorū ludum? Quod si non libet singulorum fortunas perquirere, vide regionum integrarū, & gentium mutationes, quas pensificulatius ex regnorū mutatione, sic ostendit. Floruit quondam Græcia, sed Macedones potentiam ei abstulerunt: postea Macedonia prævaluit opibus, sed divisa in partes portiones sc̄ debilitata est, vt tandem omnino interiret. Ante Macedonum imperium inclita fuit Persarum felicitas, sed una dies tam ingenti regno finem attulit, & nunc Persæ, penes quos paulo ante fuerat imperium, sunt Parthorum Provincie. Fuit Ægypti olim per ampla, & magnifica potentia sed nubis in modum præteriit eius felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago in Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa, Asiaque? nonne more navis usque deinceps a clatè marinis fluctibus nunc secundis ventis, nunc aduersis vertitur? Ergo alia omnino quidem Christiani tabernaculi conditio est: quippe cui tanta fortitudo, atque firmitas subfit, vt è loco loco convelli, alioque trāferri, nulla ratione queat: talibus nimis firmatum clavis, quos humana vis non possit reuelare: ijs distentum funibus, qui nec temporis iniuria, nec aduersariorum vi runti valeant.

VII.

Sed iam pēsiculatiū examina tantam, tamque inexpugnabilem Ecclesiæ Christianæ firmitatem, & quare eius bona non lubrica, aut incerta sint, sed quæ bene teneantur: Num id ipsi advenerit à manuum multitudine, quæ ipsam contineant? vt felicem admonebat Seneca lib. 6. de beneficijs c. 33. dicēs. Quæreris, quid felici prestare possis? Effice, nē felicitati suæ credat: vt sciat illum, multis, & fidis manibus continen-

Seneca.

dam. Minime quidem: Quare ergo? Sane. Quia solum modo ibi magnificus est Dominus noster: hoc est: quia in Augustissimo Eucharistiæ throno Ecclesiæ sua præstet; & in ea ipse solus magnificè colitur, & à cunctis fidelibus omni veneratiois obsequio adoratur: vt dixerit. Dominus eius dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus, Deuter. 32. vers. 12. En Ecclesiæ firmitatem: en tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, que ad consummationem sæculi, clavis plus quam adamantinis confixum, nec solum multis, & fidis Angelorū manibus, sed ipsamet Dei omnipotens manu, & brachio virtutis suæ continentum: In quam sententiā preme modo, præfata Timothei verba: Vacemus divinæ, & mysticæ mensæ per quam & mundus est stabilitus, & orbis terrarum consistit, & regnum custoditur, & Ecclesia multiplicatur. In quidus obserua primo quælitum dicendi modū, orbis terrarum consistit: vt orbis cuius natura (ipsa eius rotundâ imagine figurata) instabilis, & inconstans est, vt monebat Philo, a siduâ velut rotæ circuvolutione vltro, citroque iactatus, ab Eucharistiæ pondere firmus, atque immobile permaneat: securus quidem ac Synagogæ tabernaculum, de quo inibi vers. 23. Isaías. Laxati sunt funiculi tui, & non præualebunt: sicerit malus tuus, vt dilatare signum non queas. In quæ verba Hieronymus. Ad terrenam loquitur Ierusalem, quod laxati sint funiculi tabernaculi eius, & tentorium sustinere non quiverint, & malus eius, in quo pulcherrima quondam vela pendebant, ruptis funibus ceciderit. De quo statim redibit sermo.

Preme verò plus eam rationē: Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: Quod tam actiue, quam passiue opportune acceperis, siue quia Dominus in Eucharistiæ omnino magnificus est, vt de ipso enunciatur. Magnificus in Sanctitate, terribilis, atque laudabilis faciens mirabilia. Exod. 15. vers. 11. qui magnificentiam, quæ a Cicerone libr. 2. de intentione diffinitur. Rerum magnarum, & excelsarum, cum animi ampliā quādam, & splendida propositio ne agitatio, atque administratio) omnibus modis, nē pei liberalitate, comitatè

Deut. 32
vers. 12.

Timoth.

Isai. 33.
vers. 23.

VIII.

Exod. 15.
vers. 11.

benefi-

M. Tull. beneficentia benignitate, & splendore nobis ostendit: sive etiam, quia à populo Christiano magnificè, & splendide colitur: ad eum nimirum modum, quo de Salomone dicitur res diuinæ magnificè tractatæ lib. 2. Machab. c. 2. vers.

2. Mac. 2. 9. Magnifice (inquit) sapientiam tractabat. & ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis tē

A 3. Reg. 8. pli: illud videlicet magnificū, de quo

3. Reg. 8. vers. 63. Nimirum nihil apud fideles sanctius, & nullus obseruatū, & reuerentius in estimatione habitum, quam Eucharistiæ cultus, atque veneratio, in quam vt suo loco vidi- mas toto animi, corporis, & facultatū nisu incubunt: Sed enim ad præsens institutum modo in memoriam reuoca, quod ex Isaia c. 19. vers. 16. ibi expē

Isai. 19. dimus. In die illa erit Altare Domini in vers. 16. terra Egypti, & titulus Domini iuxta terminum eius: Hæc verba, & de Sacra-

B Lect. He mento Altaris esse accipienda, & Hebrewam vocem, pro quo Noster posuit titulum, propriè significare statio-

nem militarem: vbi milites pro vexillis excubias agunt (dicimus Hispanè cuerpo de guarda) sensimque illorum esse, Christianæ Ecclesiæ phalanges Eucharistiæ velut Aulam regiam, aut tanquam vexilla, in quibus exercitus decus, atque robur est, religiosa obsidio- ne custodiare: & pro ipsius honore, & reuerentia sanguinem, vitamque pro- fundere paratisimos esse: vt huic obseruationi illud adiugas, quod Philipp.

C Abb. Abb. Abb. de lib. Dignitate Sacerd. c. 2. ex Arca imagine, quæ Eucharistiæ typus erat monet, ipsam quidem à nobis obserua- ri, & custodiri, sed re ipsa eam esse, quæ potius nos seruet, ac munit. Audi. Ecclesia (inquit) dum de hæc peregrinatione festinat ad gaudiaduinae visionis, quasi de eremo ad terram promissionis transit. Ne autem huius itineris labore defatigat, ha-

D bet non mediocre munimentum, dum in secretis suis salutare corporis Christi Sa- cramentum cōtinet, quod dum intrasse vi- detur conseruare, ipsa potius ab ea conser- uatur: vt non tam Arcæ per tabernaculū, quam per Arcam tabernaculum munia- tur. Hæc Philippus. Vides taberna- culum, quod nequaquam transferri possit propter Arcæ monumentum.

IX. Sed iam tandem libens, & gratula-

bundus pro re nata, & tempore, quo hæc sentimus, denuò obserua illam af- fitionem, siue prædictionem Timo- thei de Eucharistiæ: per quam Regnum cu- stoditur, cum videlicet innumeris ero- rum hostium procellis ex cunctorū Re- gnorum Europæ siue infidelitare, siue insanā, & invidiâ ambitione collectis in Hispanam Monarchiam, terrā mariq; circumquaque cæco impetu irruenti- bus, ipsa stabilis, invicta: in bō cunctorū victrix subsistit. Quibus potissimum mœ- nibus? quibus armis? Sanè, quia Hispa- niæ Reges, Principes, Proceres, cunctus- que populus à nimino vīque ad maxi- mum Augustissimo Eucharistiæ Sacra- cramento toto cordis affectu, & ardo- re deuoti, ipsum in oculis, & in animo ferunt, inde illis irruentiatela amictu repellere, facile semper fuit: illam Pa- triarcha Iacob omnibus Eucharistiæ cultoribus benedictionem prænunciā- te, & impertiente: Frumento, & vino Genes. 27

stabiliviem, Genes. 27. vers. 37. cuius 37.

numero 1. meminimus, quam Augustinus ad ea verba in Catena Lippoma- ni, sic diffundit: Sic etiam filij Dei bene-

dici sunt à Domino benedictione irreuoca- bili, vt Dominis sint huius mundi, & omni- nis creatura eijs serviat, & nullare necessari- à ad corporis, animæve salutem careant, pane Verbi Dei stabiluntur, & vino exhi- larante conscientiam à Spiritu Sancto. Hec Augustinus. Hispanis omnino dicta, vt quia Dominum in Eucharistia summo studio, & veneratione prosequuntur, benedicti sint à Domino benedictione irre- vocabili, vt Dominis sint huius mundi. Quod si fidelis quisque Princeps hujus benedictionis particeps esse velis: vade & in fac similiter: Fidenz & studium erga Eucharistiam firmiter cole, & tene- to, atque eius inimicos odio habe, tuisque sedibus pellere cura, & eris victor melius, quam fuisti. Vos vero infelices vera fidei, & Romanæ Ecclesiæ deser- tores, qui Eucharistiam cultoresque e- ius oditis, nihil novi facitis: nam & Sole lumina & gra formidant, & aures tantur die splendidum nocturna animalia, que ad pri- mum eius ortum stupent, & latibula sua pa/sum petunt, abundunt in alias rimas timidæ lucis. Genite, & infelia arma exerceete, inflate, commordete, citius multo frangetis dentes, quam imprimetis.

AB EVCHARISTIA PER MARIAM Christianæ Ecclesiæ constitutio, & Synagogæ Israëliticæ reprobatio.

ADNOTATIO II.

I.
Lucæ 1.
vers. 52.
53.

Theoph.

Matt. 21.
vers. 43.

Gerson.

MARIAM Diuinam Psaltricem diuinitus prænuntiæ nouimus. Depositus potestes de sede, & exsaltauit humiles: esurientes implevit bonis, & diuites dimisit inanes. Lucæ 1. vers. 52. & 53. vbi in divitiis redditis inanibus, Iudeos: in esurientibus Gentiles intellexisse Deiparam, optimè ibi obseruauit Theophylactus. Bonorum vero abudantiam qua impleti sunt Gentiles, & Iudeorū inanitatem, & vacuitatem ad Eucharistiam, his negatam & gentibus concessam fore referendam; vt Ecclesiæ Dei vinea, & regnum à Iudeis velut malis agricolis auferretur, & daretur gentibus facientibus iustitiae fructus: Matthæi. 21. vers. 43. nostri est instituti, modo confirmare: & primū de Eucharistiâ hæc Mariæ verba fore accipienda, præter Ecclesiæ sensum insinuatum in Antiphona, quæ in primis vesperis de festo Sanctissimi corporis Christi prævia est ante Canticum Magnificat, vt Virginis ore dictum id esse videatur. O quam suauis est Dominus spiritus tuus in nobis, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares panes suauissimo de celo prestito, esurientes reples bonis, fastidiosos divites dimittens inanes: ita dittertissime in hunc sensum inflexit hec verba Gerson in eius Cantici commentario tractatu 9. partitione 4. inquiens. Contemplabatur mens Mariæ Sacramentum Eucharistiæ, tāquam cibum refectio- nis sub specie panis, & vini; vt signum signato respondebat, vt similitudo curreret pedibus suis, cum dicitur esurientes implevit bonis, & diuites dimisit inanes. Contemplabatur in Eucharistiæ Sacramento Filium suum, qui factus est cibus hominū, qui semper est cibus Angelorum. Contemplabatur, quod esurientes, qui sunt pauperes spiritu, implevit bonis per hunc cibū: dum fastidiosi divites dimittuntur inanes.

Hæc ille. Quod verò hæc ad Ecclesiæ ex gentibus collecta electionem, & dignitatem, itidemque ad Synagogæ repulsam pertineant, pagina evincunt testimonia; vt facile non fuerit ea singulatim persequi. Disertissime docuit S.

A Gregorius Neocæsariensis, priora verba. Depositus potentes de sede, & exaltavit humiles, term. 2. de Annunciatione, sic elucidans: *Quibus sanè verbis Iudeorum electionem, & gentium introductiō nem innuit. Iudeorum enim sines, ac Scriba in lege, & qui in reliquis prærogatiis, ac privilegiis erant potentes, quod male*

S. Greg.
Neoc.

B suis diuitijs, & potentijs usi essent, hinc eos ab omni sede depositus; prophetiæ nimis, ac Sacerdotij, legislature, atque doctrinæ opulentia hereditaria, sacrificiorum, ac solemnitatū copiæ, dignitatisque Regiæ: his omnibus illi spoliati, ac nudi in captiuitate electi sunt: Ut verò hæc de Iudeorum electione, & exaltatione humilium gentilium, & impletione esurientium ista subdidit opportunitatem. Et illorum loco (hoc est Iudeorum) humiles, qui ex gentibus populi iustitiam esuriebant, exaltati sunt quoniam humilitatem suam, & diuinæ cognitionis famam, quæ detinebantur, ostendentes, Diuinum Verbum, sicut Chananæ amicas deprecabantur; & propterea diuinorum mysteriorum repleti sunt diuitijs: nā universam diuinorum honorum sortem, qui ex Virgine natus est Christus Deus noster traxit. Hæc Gregorius Neocæsariensis.

C Apud quem obserua illud per pulchritudinum: Diuinum Verbum, sicut Chananæ amicas deprecabantur: itidemque hæc diuinorum mysteriorum repleti sunt diuitijs, vt omnino videris Gentiles in plenos Eucharistiæ divitijs; quas humiliter ipsorum nomine Chananæ tanquam catella Domini esuriebat.

D Nechilum præfata Diuinæ Psalmis verba differunt ab iis, quæ propheticote Beata illa Anna præsentiatangens, & futura prospiciens dixerat, 1. Regū 2. vers. 5. Repleti prius pro panibus se loca uerunt, & famelici saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Quæ verba, vt de Eucharistiæ explicantur Gregorio M. ibi dicente. Saturabit Deus pane Eucharistico, & spirituali iustos fameli-

II.

1. Reg. 2.
vers. 5.

Greg. M.

cos, donec Ecclesia suos Deo germinat prædestinatos: ita ad Ecclesiam Christianā Synagogæ prælatam cælesti pane fruē tem referenda sunt: hūc mille sacris testimonijs euntibus, illis verò signatè, quibus convivium à Domino paratum inducitur; ad quod vocati ne veniret, peculiares excusationes instruxerunt, nè à temporalium amore diuellerentur, Matthæi 22. vers. 8. Lucæ 14. vers. 16. Concludente parabolam Domino apud Matthæum: Nuptiæ quidem partæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni (illi videlicet Repleti, qui dixerunt: Villam emi: iuga boum emi: uxorem duxi, Lucæ 14.) ite ergo ad exitus viarum, & quoscūque inveneritis vocate ad nuptias, & apud Lucam vers. 24. Nemo illorum gustabit cœnam meā, atque hæc ita elucidant August. ser. 33. de Verb. Domini. Misit ut veniret invitati, quia horam erat, ut venirent. Qui sunt in invitati, nisi per præmissos vocati prophetas? Quia olim ex quo mittuntur Prophetæ, eos invitavit ad cœnam Christi. Mittuntur ergo ad populum Israel, sæpe vocauerunt, ut ad horam cœnam venirent: Illi autem invitantes acceperunt, cœnam repudiaverūt. Quid est in invitantes acceperunt, cœnam repudiauerunt? Prophetas legerunt, & Christum occiderunt. Sed quando occiderunt, tunc nobis cœnam nescientes parauerunt. Paratus iam cœnam, immolato Christo, post resurrectionem Christi commendata, quā sciunt fideles, cœnam Domini eiusque manus, & ore firmata, missisunt Apostoli, ad quos missi ante erant Prophetæ. Hec Aug. Ergo ut nemo illorū gustauit cœnam Christi; ita famelici saturati sunt, quod multo ante prænunciauerat Iсаias 65. à vers. 1. vbi Gentium conuersionem, & Iudeorū reprobationem primū disertissimis hisce verbis ob oculos ponēs: Quæserunt me, qui antea non interrogabant: invenerunt me, qui non quæserunt me. Dixi ecce ego: ecce ego ad gētē, quæ non invocabat nomen meum: expandi manus meas totā die ad populum incredulū. &c. Populus qui ad iracundiam provocat me antefaciem meam semper, vers. 12. ita cōcludit: Pro eo, quod vocavi, & non respondistis, locutus sum, & non audistis. &c. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos fitietis: Ecce serui

mei letabūtur, & vos confundemini. Que de Augustissimā Eucharistia Christiano populo distributā, & Israelite de negata, sic opportunè inibi explicat S. Cyril. Alexan. lib. 5. in Itaiam. Comedet enim inquit, qui seruiunt mihi: At vos esurietis. Nam qui naturā, & verè Deum agnouerunt, delitiabuntur vere supernis benedictionibus, saginantes corda, accedentes ad vivificam menſam omnium nostrū Seruatoris Christi panem uitæ edentes, & diuinum potum bibentes, undeſtant superæ voluptatis participes, &c. Sed vos, qui in errore manſistis, clamabitis praे dolore cordis vestri; & praे contritione spiritus v̄lubitis. Hactenus Cyrilus, vt videſt Synagogā in mierā umbra sua remanente tota nobis lux, & veritatis meridies succederet: Nam Iudei (inquit Saluianus Matsiliens. lib. 2. ad Eccl. Catholicam) habebant quandā umbram rerum nos veritatem. Iudei fuerūt serui: nos adoptivi. Iudei acceperunt iugū, nos libertatē. Iudei maledictū, nos gratiā. Iudei litterā interficiente, nos spiritū vivificantē. Iudei per mare transferunt ad erenum, nos per baptismā introimus ad regnum. Iudei manna manducauerunt, nos Christum. Iudei carnes avium, nos corpus Dei. Iudei pruinam cœli, nos Deum cœli. Sic ille: vt velhinc videas, quam longo excellentiā intervallo à Iudeis Christiani discriminantur: dum illis umbra, seruitus, iugum, maledictum, interficiēs littera, eremus, coturnices, & pruina superfluit: nobis veritas, filiorū adoptione, spiritus regnum, Christus, corpus Dei, & Deus adest.

Nec differam ostendere, vt hæc à Mariā prænunciata, ita & executioni mandata fuisse: Quare primū Mariā cum Mariā, veterem cum nouā: illam scilicet sororem Moysis, cum Mariā Matre Dei, illam leprā feedam cum hac gratiā plenā, cuius fructus ventris, benedictus fuit, componamus. Nimirum illa Maria soror Moysis, quā leprosa, eaque ratione sputis patris obnoxia typum prætulit Synagogæ: vnde de illa Dominus ad Moysem pro ipsa deprecantem, dixisse fertur: Si pater illius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Num. 12. vers. 14. & ad hæc verba Origenes Num. 12. hom. 7. in Numeros: sapienter hoc my- vers. 14.

Cyril. Alexan.

Saluian.

III.

Origenes sterium expendens, inquit. Ostenditur in hoc, quod etiam populus ille, sicut gentes terrae, quæ ut sputum reputantur, abieclusest. Et re vera si consideres honorem illum priorem, cum pontificalis apud eos ordo florebat, cum insignia Sacerdotum, cum Leuitica ministeria, cum maiestas templi, cum prophetalis splendor. & cum cœlestibus super terram consortijs vtebatur, quis honor fuit ille? quæ gloria? Et rursus, si nunc aspicias, quanto dedecore horrescant, sine templo, sine altari, sine sacrificio, sine propheta, sine sacerdotio, sine vlla cœlesti visitatione dispersi per omnem terram, profugique viventes: quis non evidenter agnoscat, quod conspuit pater illius in faciem eius, & perfudit vultum eorum ignomina? Hæc Origenes. Vidi illi veterem Mariam à patre ignominia affectam? & dantes dimislos inanes? Vide novam Mariam à Patre summis honoribus, & laudibus cumulatam, & in ipsa, & ab ipsa esurientes impletos bonis: eam videlicet Dei nomine Angelo consulutante. Aue gratia plena, benedicta tu in mulieribus, *Lucæ 1. vers. 28.* atque his laudum ornamenti addente Elisabeth diuino spiritu: Et benedictus fructus ventris tui.

Lucæ 1. vers. 28. *vers. 42.* in quo nimirumbenedictæ sunt gentes, *Genes. 22. vers. 18.* ad quas totus ille Synagogæ splendor, maiestas templi pontificalis ordo, Leuitica ministeria, cœlestium consortia cum Maria Deipara translata sunt: opportunitissimè hæc ex cogitante Georgio Nicomedieni, orat. in *Hypapatem* siue de *Præsentatione Mariæ* in templo: dum ad primum ipsius in templum ingressum, totam templi gloriam post Mariam currentem, & ludæos deserentem, ita contemplatur Postquam autem fuit introductum eius spatum, quod est vel cœlis ipsi latius, signum eorum dissolutionis, quæ in templo fieri consueverunt, eam statim viderunt: gloriam quidem sua sponte ad eam currere: se autem è in dies privari animadueterunt. Hæc ille, omnino ad rem: Nec multo aliter S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. in *Nativit. Virg.* ubi pendens vini nominis Mariæ quod interpretatur: Illuminata, subdit: per quam tenebra pulsa, lux que introducta, per quam cessavit lex, & gratia inclauruit. Sic Germanus, ut denotet per Mariam benedictum fructum

Georgio Nicom. *vers. 18.* *vers. 42.* *Gen. 22. vers. 18.* ad quas totus ille Synagogæ splendor, maiestas templi pontificalis ordo, Leuitica ministeria, cœlestium consortia cum Maria Deipara translata sunt: opportunitissimè hæc ex cogitante Georgio Nicomedieni, orat. in *Hypapatem* siue de *Præsentatione Mariæ* in templo: dum ad primum ipsius in templum ingressum, totam templi gloriam post Mariam currentem, & ludæos deserentem, ita contemplatur Postquam autem fuit introductum eius spatum, quod est vel cœlis ipsi latius, signum eorum dissolutionis, quæ in templo fieri consueverunt, eam statim viderunt: gloriam quidem sua sponte ad eam currere: se autem è in dies privari animadueterunt. Hæc ille, omnino ad rem: Nec multo aliter S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. in *Nativit. Virg.* ubi pendens vini nominis Mariæ quod interpretatur: Illuminata, subdit: per quam tenebra pulsa, lux que introducta, per quam cessavit lex, & gratia inclauruit. Sic Germanus, ut denotet per Mariam benedictum fructum

German. *vers. 18.* *vers. 42.* *Gen. 22. vers. 18.* ad quas totus ille Synagogæ splendor, maiestas templi pontificalis ordo, Leuitica ministeria, cœlestium consortia cum Maria Deipara translata sunt: opportunitissimè hæc ex cogitante Georgio Nicomedieni, orat. in *Hypapatem* siue de *Præsentatione Mariæ* in templo: dum ad primum ipsius in templum ingressum, totam templi gloriam post Mariam currentem, & ludæos deserentem, ita contemplatur Postquam autem fuit introductum eius spatum, quod est vel cœlis ipsi latius, signum eorum dissolutionis, quæ in templo fieri consueverunt, eam statim viderunt: gloriam quidem sua sponte ad eam currere: se autem è in dies privari animadueterunt. Hæc ille, omnino ad rem: Nec multo aliter S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. in *Nativit. Virg.* ubi pendens vini nominis Mariæ quod interpretatur: Illuminata, subdit: per quam tenebra pulsa, lux que introducta, per quam cessavit lex, & gratia inclauruit. Sic Germanus, ut denotet per Mariam benedictum fructum

proferentem vetera in nova, & carnalia in spiritualia, & antiquum manna in verum Angelorum cibum fuisse cōmutata: his ita ad tipulante Tertulliano lib. de oratione, cap. 1. Quidquid retro fuerat aut demutatum est, ut circuncisio: aut suppletum, ut reliqua lex, aut impletum, ut prophetia aut perfectum, ut fides ipsa: omnia de carnalibus in spiritualia renovavit nova Dei gratia super ducto Euāgelio expunctore totius retro vetustatis. Hæc Tertullianus.

Sed premere in hanc sententiam, cum Bernardo homilia 1. super Missus est, præfata Elisabeth verba: Benedictus fructus ventris tui, quæ de Eucharistiâ elegantissimè accepit Andræas Cretensis orat. in *Salutationem Angelicam*, annobis iam adductus, & in sequentibus adducendus, inquit enim. Benedictus fructus ille, qui ex incorrupto Virginis surculo veluti profectus, mirabiliter maturescens botrus, enatus est fructus, ex quo vitalis ille panis: corpus, inquam, Dominicum producitur, & immortalis calix salutaris potio exhibetur. Sic Andræas. Nimirū dum versat Bernardus verba *Lucæ 1. vers. 26.* in quibus dicitur Angelus missus Dominica Incarnationis Sacramētum Virgini nunciaturus in ciuitate Galileæ, cui nomen Nazareth: expendens tam prouinciæ, quam urbis nomina: quippe Galilæa interpretatur transmigratio: & Nazareth: flos, inde acutè interfert in Christi Incarnatione Synagogā ruituram, cuius gloria ad Ecclesiam Christianam erat transmigratura: itidemque inde florem Nazareth subito arefactum avolaturum, quod fructus Virginis Mariæ Dei Filius totam gloriam, sibi & gentili populo foret adscripturus: Do tibi nōnulla è Bernardi verbis, sic enim primū. Videamus (inquit) si à Nazareth (ut ait Nathanael *Ioan. 1. vers. 46.*) potest esse aliquid boni? Nazareth interpretatur flos. Videntur autem mihi quoddam semen fuisse diuinæ cogitationis, tanquam è cœlo iactatum in terras allocutiones, & promissiones factæ calitus ad Patres, Abraham scilicet, Isaac & Jacob de quo semine scriptum est. Nisi Dominus Sabbaoth reliquisset nobis semē sicut Sodoma fuissemus, &c. Floruit autem hoc semen in mirabilibus, quæ ostensa sunt in exitu Israel de Ægypto in signis,

IV.

*Andreas Cretensis.**Lucæ 1. vers. 26.**Ioann. 1. vers. 46.* *Isaie 1. vers. 9.*

C *vers. 18.* *vers. 42.* *Gen. 22. vers. 18.* ad quas totus ille Synagogæ splendor, maiestas templi pontificalis ordo, Leuitica ministeria, cœlestium consortia cum Maria Deipara translata sunt: opportunitissimè hæc ex cogitante Georgio Nicomedieni, orat. in *Hypapatem* siue de *Præsentatione Mariæ* in templo: dum ad primum ipsius in templum ingressum, totam templi gloriam post Mariam currentem, & ludæos deserentem, ita contemplatur Postquam autem fuit introductum eius spatum, quod est vel cœlis ipsi latius, signum eorum dissolutionis, quæ in templo fieri consueverunt, eam statim viderunt: gloriam quidem sua sponte ad eam currere: se autem è in dies privari animadueterunt. Hæc ille, omnino ad rem: Nec multo aliter S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. in *Nativit. Virg.* ubi pendens vini nominis Mariæ quod interpretatur: Illuminata, subdit: per quam tenebra pulsa, lux que introducta, per quam cessavit lex, & gratia inclauruit. Sic Germanus, ut denotet per Mariam benedictum fructum

E *vers. 18.* *vers. 42.* *Gen. 22. vers. 18.* ad quas totus ille Synagogæ splendor, maiestas templi pontificalis ordo, Leuitica ministeria, cœlestium consortia cum Maria Deipara translata sunt: opportunitissimè hæc ex cogitante Georgio Nicomedieni, orat. in *Hypapatem* siue de *Præsentatione Mariæ* in templo: dum ad primum ipsius in templum ingressum, totam templi gloriam post Mariam currentem, & ludæos deserentem, ita contemplatur Postquam autem fuit introductum eius spatum, quod est vel cœlis ipsi latius, signum eorum dissolutionis, quæ in templo fieri consueverunt, eam statim viderunt: gloriam quidem sua sponte ad eam currere: se autem è in dies privari animadueterunt. Hæc ille, omnino ad rem: Nec multo aliter S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. in *Nativit. Virg.* ubi pendens vini nominis Mariæ quod interpretatur: Illuminata, subdit: per quam tenebra pulsa, lux que introducta, per quam cessavit lex, & gratia inclauruit. Sic Germanus, ut denotet per Mariam benedictum fructum

*& enigmatibus per totum iter in deserto
usque in terram promissionis, & deinceps
in visionibus, & vaticinijs Prophetarum,
in ordinatione quoque regni, ac Sacerdotij*

*Psal. 131. usque ad Christum. Christus autem huius
vers. 11. seminis, & horum florū non immerito*

*Psal. 84. fructus esse intelligitur, dicēte David: Do-
vers. 13. minus dabit benignitatem, & terra no-*

stra dabit fructum suum: Psal. 84. verl.

*13. & iterum: De fructu ventrī tui po-
nam super sedem tuam: Psal. 131. verl.*

*11. in Nazareth ergo nunciatur Christus
nasciturus, quia in flore speratur fructus*

*processurus. Sed prodeunte fructu flos deci-
dit, quia veritate apparente in carne figu-*

*ra pertransiit: unde & Nazareth civitas
Galileæ dicitur, id est transmigrationis,*

*quia nascente Christo omnia illa transfe-
runt, quæ superius enumeravit. Hæc Ber-*

*nardus: congerens statim in hunc sen-
sum opportuna scripturæ testimonia,*

& primo illud ex Psalm. 89. verl. 6. Ma-

*Psal. 89. ne sicut herba transeat: mane floreat, &
vers. 6. transeat: resperat decidat induret, & ares-
cat, sic id premens. Vespere etenim, id est*

*Apoc. 21. vers. 5. quando venit plenitudo temporis, in quo
misit Deus virginitum suum factum ex
muliere factum jubilege dicente ipso: Ecce
nova facio omnia: Verera transferunt,*

*& dispauerunt, quando in novitate suc-
crescentis fructus flores decidunt, & ares-
cunt. Quod statim firmat verbis Itiae*

*Isai. 40. verl. 6. Omnis caro fœnum, & omnis
gloria eius, quasi flos agri: exsiccatum est fœ-
num, & cecidit flos, &c. Verbum autem Do-*

*mini nostri manet in eternum, inquiens:
Credo non ambigis, quod Verbum fructus*

*fit, Verbum autem Christus est. Bonus ita-
que fructus Christus, qui manet in eternū,*

*sed ubi est fœnum, quod aruit? Vbi est flos,
qui decidit? Propheta respondeat. Omnis*

*caro fœnum, & omnis gloria eiustan-
quam flos fœni. Si omnis caro fœnum: er-*

*go carnalis ille populus Iudaicorum fœnum
aruit. Hæc, & alia Bernardus: Apud quæ*

*vides Synagogam a refactam, tāquam
fœnum, quod hodie est, & cras in clibanū*

mittitur: Matth. 6. verl. 30. & à ventre

*Mariæ fructum vita germinasse, qui
manet in eternum, vt videlicet à fœno*

*populi Iudaici in clibanum missio pro-
diret germen Mariæ, & succenderetur*

intellectualis ipsius clibanus (sic Virgi-

nem appellante Epiphano juniori leri-

mone de laudibus Mariæ) & tota Syna-

*gog & gloria transmigraret in Ecclesiā
habentem Sacerdotium, & verum Eu-
charistia & sacrificium: Quam sententia
Petrus Venerab. lib. seu epist. contra Pe-
trobrusianos hereticos, ad art. 4. tom. 12.
Bibliotheca Magnæ veter. PP. cum al-
lusione ad vineam à malis colonis hoc
est Iudæis ablatam, & datam gentibus,
quæ redcānt ei fructum temporibus*

*A suis Matth. 21. verl. 41. sic inquit. Irra-
tatus Deus diuturnis malis Iudaici popu-
li, quibus & in Deum impij, & in homi-
nes erant iniqui, nec ferēs ultra promissio-
nes spirituales, ac cœlestes à terrenis, &
carnalibus conculeari, elegit eis successores
qui quod illi respuebant suscepserent, qui
quod nolebant vellent, qui vineæ fructum
redderēt temporibus suis. Hæc ibi Petrus,
& alia in seq. adnot. afferenda.*

*B Prætulit planè egregium huius ty-
pum sacra illa mystica Arca fœderis ab
Hebreis ad gentes vna cum gloria, &
splendore translata i. Regum 4. verl.
22. Sacro Scriptore sub nomine nu-
rus Heli morientis enunciante. Tran-
slata est gloria de Israel, quia capta est
area Dei. Et quidem cum omnia in figu-
ra contingebant illis. i. Corint. 10. verl.*

*C 11. Cuius rei imago fuerit Arca? me-
rito à PP. ditquiritur: pluribus ad Eu-
charistiam, in quibus sunt Gregor. Ma-
gn. Beda, & Dionysius in prædictaver-
balib[us] Regum, & Hieronymus (si ta-
men ipse) & Augustin. & Ambrosius
elucidantes verba Psal. 98. verl. 5. Ado-
rate scabellum pedum eius, quoniam san-
ctum est, Bonavent. serm. 2. in Domin. 4.
Aduentus, Aponius lib. 1. in Cantica, &
alij: alijs vero PP. & interpretibus ad
Mariam Deiparam referentibus, vt Me-*

*D thodius M. orat. in Hypapante, Ephrem
serm. de Sanctissime Mariæ laudibus,
Chrysippus, & Hesychius homilia de
Deipara, Athanasius serm. de Sanctissi-
ma Deipara, Damascen. serm. de Domi-
tione Virginis, Ambrol. serm. 80. Bona-
uent. in Speculo Mariæ, cap. 9. Lyra in*

*E cap. 25. Exod. Quas quidem sententias,
sive Arcæ interpretationes nos i: a in v-
nani contingimus, vt tam de Eucharis-
tia, quam de Maria Arcæ significatio-
nem accipiamus: planè vt Maria Arca
fuerit, quæ si: auilsum Eucharistia
mannæ bene dictū fructum ventris sui
continuerit, qui ventris sub Arcæ clau-*

Petr. Ve-
nerab.

V.

i. Reg. 4.
vers. 22.

i. Cor. 11.
vers. 11.

Gregor.
Mag.
Beda.
Dionys.
Hieron.
Ambros.
August.
Bonavent.
Apon.
Method.
Ephrem.
Crysipp.
Athana.
Damasc.
Lyra.

*S*usest: quæ quidem à Iudeis ad gentes
translata, vera historia extiterit prophetae
illius: *Trāslata est gloria de Israel, quia*
Arca Dei capta est: Trāslata scilicet Ma-
ria, cum Eucharistiā obvijs manibus à
gentibus excepta: ita quidem dicebat

Chrysostom. homil. i. in Heliam: glo-
riosus olim prophetarum possessione,
Vt pecularis quedam illorum agricultu-
ra, erat Iudeorum populus, sed plandite:
gloratio hæc ab eis in Ecclesiam translata
est. Neque enim congruit, ut prophetas a-
gricolas, adhuc habeat sterilis ille populus:
Sic Chrysostomus, & quidem recte cū

Matt. 21. vers. 33. & 43. Malac. 1. vers. 10. *A*ger, & vinea, in quadefosum erat tor-
cular (Matt. 21. vers. 33.) Eucharistiā
& designans merito ablata fuerit, & data
gentibus, sic id exprimente ibi Domi-

no: Auferetur à vobis regnum Dei, & da-
bitur genti facienti fructus eius, Matth.
21. v. 43. vnde quidem ad verba Ma-
lachiæ 1. v. 10. Non est mihi voluntas
in vobis, & munus non suscipiam de manu
vestra: Abortu enim solis usque ad occa-
suum magnum est nōmē meum in gentibus,
& omni loco sacrificatur. & offertur nomi-
nī meo oblatio munda: quæ in superiori-
bus adduximus, notantissima est obser-
uatio Rabbi Samuelis lib. de Aduentu
Messie, apud Glossam Ordinar. ibi: Ait
enim. Timeo, Dominem, quod Deus eie-
cit nos à se, & sacrificium nostrum, & ac-
ceptavit sacrificium gentium, sicut dixit
peros Malachie. Non est mihi voluntas
in vobis, &c. Ergo apud Deum sacrificiū
gentium est mundius, quam nostrum, &c.
Nam in pluribus Scriptura locis Deus p̄r-
cepit sacrificium fieri de pane, & farina pu-
rissimā, & acceptauit illud, & tale sacri-
ficiū est hodie gentium. Hæc ibi.

VI. Et verò, cum vides gloriam Dei,
cum Arcā ab Hebræis ad gentes trans-
latam, meminisse oportet: ipsos iustissi-
mā ratione intanta rerum mutatione
punitum iri, quod Deū, qui gloria illis
erat, perverissimo errore ducti muta-
uerint in idolum: affirmāte Vate, Psal.

Psal. 105. vers. 19. Et fecerunt vitulum in Ho-
reb, & adora verunt sculptile: & muta ve-
runt gloriam suam in similitudinem vitu-
li comedentis fœnum: vbi benè notat A-

Grac. Lection. Agellius. Græcum verbum non simpliciter significare, mutare, sed permutare,
cum pro vñare datur alia: vt emphati-
cedixerit Dauid: *Mutaverunt gloriam*

suam, id est Deum suum, qui illis deco-
ri, & honori erat, in suum dedecus, &

ignominiam commutaverunt; quod *Ierem. 2.*
similiter expressit Ieremias cap. 2. vers. *vers. 11.*

11. De nomine inquietus. Si mutavit
gens deos suos, & ipsi non sunt dij, popu-

lus veromens mutavit gloriam suam in
idolum: Vt ex his non modo talionem

iustissimè redditum translata ab Israel
gloriavideris, sed etiam ipsummet po-

pulum translationis huius tantique sup-
plicij auctorem, & suam damnatio-

nis, atque ruinæ artificem suis; & cum
ipse prius suam iptorum gloriam pessimi-

mi mercatores commutauerint, non
pro re aliqua, sed pro similitudine, nec

pro similitudine alterius rei, si non æ-
qualis, at certè nobilis, sed in similitudi-

nem vituli comedentis fœnum, vt hismet
verbis pendit Agellius. Sed talionis em-

phasim, & debitā mensurā in Euchari-
stiæ gloria ad gētes traslata nosse fuerit

operæ pretiū. Etenim vt Hebræi: Ma-
taverunt gloriam suam in similitudinem

vituli comedentis fœnum, sive in idolum,
vt dicebat Ieremias, vbi Hebræa leætio

Pagnini habet: in id quod non prodest, &

LXX. similiter: in id ex quo nihil iuva-

buntur: ita Eucharistiæ gloria ad gentes
traslata id omnino est, quod ipsis maxi-

me prodest: & ex quo maxime iuvan-
tur: nimis non similitudo vituli, sed

vitulus, nec vitulus comedens fœnum,
sed vitulus saginatus, vt gentes eius

carnem manducantes vivant in æter-
nū: quod planè expressissimè à Domi-

no ostendit in illa filii prodigi gen-
tilem populi significantis parabolâ,

Lucæ 15. vers. 22 dum ei ad significan-
dam gloriam populo peculiariter Deo

consecrato debitam, cum quo ipse tā-
quam cum sponsa dilectissimā connubium

iniret: tum annulus, & stola prima
data, tum vero signatissimè vitulus

saginatus ad victimum, & delitias apposi-
tus est: ita enim ibi: Dixit autem pater

ad seruos suos. Cito proferte stolam primā,
& induite illum, & date annulum in ma-

num eius, & calceamenta in pedes eius. Et
adducite vitulum saginatum, & occidite,

& manducemus, & epulemur. Quia hic

filius meus mortuus erat, & revixit, pe-

rierat, & invetus est: Nimirū in hac pa-

rabolâ tum in duobus filijs, duos popu-

los Iudaicum, & gentilem adumbrari,

Pagnin.

LXXX.

Luca 15.
vers. 22.

Hie-

Hieron. Hieronymus in epistolâde hâc parabolâ ad Damasum scripta, quæ est 146. August. gust. lib. 2. qq. Euangel. cap. 33. Anastasius Synaita lib. 5. Anagogicar. contem. plat. in Hexamerô. Bernard. in ser. de diversis affectionibus animæ. Beda in comment. eius loci, & plures alij ex PP. & interpretibus auctores sunt; tum etiâ vitulum saginatum Christum Domini- num, in quo inhabitat omnis plenitudo Di- uinitatis corporaliter, ad Collofs. 2. vers. 9. signatè significare, Hieronymus cita to loco, & ab eo alij frequenter affir- mant. *Vitulus saginatus* (inquit Hiero- nymus) qui ad pœnitentiam immolatur, & salutem, ipse Saluator est cuius cottidie carne pascimur, cruore potamur: Vbi, cum vides gentilem populū ad cœleste convivium Eucharistiæ introductū; seniore fratre siue Iudaico populo foras in agro manente diuinę communionis experte, omnino obserua; tum esurientes, impletos bonis, & diuites, dimissos inanes, tum etiam Iudaicum populum è multis donis, quæ in fratrem pro- digum à Patre collata fuerant, vt annu- lus, stola, calceamenta; nihil ex ijs nisi vitulum saginatum Eucharistiæ videli- cet mysterium invidisile: & de ipso cō- questum murmurasse: *Postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam, cum meretricibus, venit, occidisti vitulū saginatum.* Nimirum ab hoc cœlesti e- pulo electus populus à reprobo discri- minatus est: gentili ad conviviū intro- ducto, & Iudaico foras excluso: oppor- tune id observante Anastasio Synaita, citato loco, hunc in modum: *Frater au- tem prodigi huius filij gentilis, qui erat in agro vineæ Israelis agricola mansit sine benedictione, ut qui hucusque non inducat in animum ingredi, & esse particeps cor- poris, & sanguinis vituli saginati: sagina- tus autem vitulus dicitur Christus.* Hæc Anastasius.

VII. Quod si à vituli imagine ad panis si- militudinem transtuleris sensum: itidē videris Iudaos à filiorum conditione, & hereditate pullos, atque in tantum hunc honorem, & dignitatem ḡtiles substitutos, atque intromissos: cū à pa- ne à patre dato, & à filiis petito, & acce- pto filiorum conditio dignoscatur: sic enim Dominus orare nos instituens, cū Deum Patrem nostrum primum appell-

are nos docuisset: statim adiecit: *panē nostrū cottidianū da nobis hodie:* Luc. 11. vers. 3. Matt. 6. vers. 11. itidēque alibi patris erga filiū naturā munusque ex- plicans dixit: *Quis ex vobis patrem perit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Luc. 11. vers. 10. Nimirum Cœlestis panis, vt fidelibus in cibum vitæ: ita Iudeis in lapidem offendionis, & petram scandalicō verius est: iuxta Christi gnomen: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mit- tere canibus,* Matthæi 15. vers. 26. quippe Iudei è filijs in canes conuersi sunt: Domino ipso attestante. *Circundederunt me canes multi.* Psal. 21. vers. 17. totamque hanc cogitationem, sic præstringe Chrysologo. *Circundederunt me canes multi, qui mordere petram, non panem à patre querere gestiebant.* Postquam illi ex hominibus in canes probantur esse conuersi, cœlestis illis panis in petram conuersus est, non dantis vitio, sed accipientis. Hæc Chrysologus.

Matt. 6. vers. 11.

Luca 11. vers. 3.

A verius est: iuxta Christi gnomen: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mit- tere canibus,* Matthæi 15. vers. 26. quippe Iudei è filijs in canes conuersi sunt: Domino ipso attestante. *Circundederunt me canes multi.* Psal. 21. vers. 17. totamque hanc cogitationem, sic præstringe Chrysologo. *Circundederunt me canes multi, qui mordere petram, non panem à patre querere gestiebant.* Postquam illi ex hominibus in canes probantur esse conuersi, cœlestis illis panis in petram conuersus est, non dantis vitio, sed accipientis. Hæc Chrysologus.

Matt. 15 vers. 26. Psal. 21. vers. 17. Chrysol.

EIVSDEM ARGUMENTI.

CHRISTIANAM ECCLESIAM
Eucharistiæ cibo cœlesti innixam: Sy-
nagogam verò, tanquam terrenis
avaritiæ foribus addictam à
Deo reprobatam.

AD NOTATIO III.

N Otantissime pro Christiana Ecclesiâ Synagogæ præpo- fitadictum à diuinâ Psaltria videmus, esuriētes implevit bonis, & diuites dimisit inanes, Lucæ 1. vers. 53. vti optimè, & ad litteram ex- plicavit Theophylactus: esurientes, Gē- tiles, Diuites Iudeos intelligens, quæ modo cō referimus, vt eodemmet sen- su quo immediatè Domina dixerat de Deo. *Dispersit superbos mente cordis sui;* explicante August. in expositione eius Cantic, Dominū profundocōsilio suo illos repulisse; his nunc verbis affirmet Iudeos à Deo fuisse repulso, quod cū toto animi nisu divitijs aucupat idis stu- duerint; & vellent diuites fieri, inde à verâ virtutis semita abrupti in variastē- rationes, & in laqueum diaboli incide-

I.

Luc. 1. vers. 53. Theoph.

August.

rint

tint iuxta Pauli regulam. Qui volunt di-
vites fieri incident intentionem, & in-
laqueū diaboli, & in desideria multa in-
utilia, & nociva, quæ mergunt homines in
interitum, & perditionem r. ad Tinioth.

I.Tim.6

vers.9.

Grez.Ni-
cen.

Iudic.6.

vers.39.

Gedeon.

August.

Theodor.

Psal.71.

vers.6.

Chrysost.

qui in reliquis prærogativis erant
potentes, quod male suis divitijs, & poté-
tijs vſi eſent: hinc eos ab omni ſede depo-
ſuit: & pene omnes PP. nionent; dum
huc frequenter referunt ſignum Ge-
deoni datum de rore cœlēti primum
in vellus areā tunc ſiccā: ſubinde verò
in omnem terram ſiccō iam vellere de-
cidente, Iudicum 6. vers. 39. Sic etenim
ibi locutus dicitur Gedeon ad Domi-
num: Si ſalvum facis per manum meā po-
pulum Iſrael, ſicut locutus es. Ponam hoc
vellus lane in areā: ſi ros in ſolo vellere
fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſcī quod
per manum meā, ſicut locutus es, libera-
bis Iſrael: Factumque eſt ita: & de nocte co-
ſurgens expreſſo vellere in conchā, rore im-
plevit. Dixitque verſus ad Dominū, &c.
Oro, ut ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis
terra rore madens. Fecitque Dominus no-
cte illā, ut poſtulaverat, & fuit ſiccitas in
ſolo vellere, & ros in omni terra. Hac ibi:
qua PP. ad rem noſtrā mirè interpre-
tantur: & primum August. ſerm. 108. de
tempore, ſic inquit. Ros in vellere fides e-
rat in Iudæa: quia ſicut ros verba Dei de-
ſcendunt. Deut. 32. Poſtquam ros ille exar-
uit in pectoribus Iudæorum. fons meatus
ſuos in corde gentium derivavit. Simili-
ter Theodoreetus. Quæ verba innuūt Iſ-
raelitas quondam gratiā potitos eſſe, ſicut
vellus rore, at poſtea vniuersam hominum
naturam adeptā eſſe spiritualia dona, qui-
bus tanquam rore Iſrael privatus eſt. Nec
aliter Chrysostomus in id Psal. 71. Deſ-
cēdet ſicut pluvia in vellus: inquiēs: Vel-
lus ſacrificia Iudæorū ſignificabat, in qui-
bus iuſſerat ſibi Dominus pecora offerri: in
iſtud ergo vellus, deſcendit pluvia, quia in
ſola fuit Iudæa legis cultura. Poſtea verò
demoſtratur nobis transferri ſacrificia à
Synagogā & totam aream mundi imple-
tam prædicatione Christi. Hac Chrysot-
omus: vbi vides, à Synagogā in Eccle-
ſiam translata ſacrificia: dum pro carna-
libus illis, ſpirituale, vnicum, & verum
ſacrificium Eucharistiæ ſubstitutū eſt;

quod eſurientes implevit bonis, & di-
vites dimiſit inanis: iam cū Ambroſio pre-
me verbum, diuites: illudque compon-
e, cum rore velleri hærenti: quaſi lu-
dæi prætermiſis coeleſtibus bonis om-
ne ſtudium, & acceptam à Deo benedi-
ctionē in terrena bona conuerterint,
in hunc ſenſum inſlectente Ambroſio Matth.5.
lib.5. in Lucā: Ea Domini verba Mat-
th.5. vers.45. Ut fitis filij Patriſ vestri,
qui in cœliſtis eſt, qui Solem ſuum oriri facit
ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſ-
tos, & iniuſtos, hunc in modum: Myſti-
cè iſta pendamus. Propheticis populu Iu-
deorum Dominus pluviis irrigavit, &
Solis aeterni refuſit radiis, etiam non me-
rentibus. Sed quoniam illi mundano rore
maduerunt, Ecclesia Dei ad cœleſte lumen
adſciſit. Sic Ambroſius. Preme illa
mundano rore maduerunt: mundanis ſci-
licet bonis inhærentes, & terrenis ad-
dicti, quin animum, & ſtudium ad cœleſtia elevarent, eaque de cauſa ſeſe di-
uino Eucharistiæ rore fraudantes, ut in
ſuperioribus Mariæ verba explicabat
Geron. inquiens de ipſa Domina. Con-
templabatur in Eucharistiæ Sacramento
Filiū ſuum, qui faciūs eſt cibus hominū,
qui ſemper eſt cibus Angelorum. Contem-
plabatur, quod eſurientes, qui ſunt paupe-
res ſpiritu implevit bonis per hunc cibum,
dum faſtidioſi diuites dimittuntur inanis:
ita ille: & oninino ad rem noſtrā ini-
bi adductus Gregorius Neocæſarien-
sis ſerm. 2. de Annunciatione dicebat:

Ambros.

Geron.

Gregor.
Neoceſ.

D Et illorum (Iudæorum) loco humiles,
qui ex gentibus populi iuſtitiam eſuriebāt
exaltatiſunt, quoniam humilitatem ſuā,
& diuinæ cognitionis famem, quā detine-
bantur, oſtendentes Diuinum verbum, ſi-
cuit Chananeæ micas deprecabāt, & pro-
ptereadivinorū myſteriorum repleti ſunt
diuitijs: nam vniuersam diuinorum bono-
rum ſortem, qui ex Virginenatus eſt Chri-
ſtus Deus noſter tranſulit.

E Vbi illud quidem opportunè adno-
tavit ad præfatum locum Origenes ho-
mil.8. in iudices, nimirum, rorem, qui
primum in aream decidit, in choncam
ſive lagena (ut legunt LXX.) à Ge-
deone fuſſe expreſſum, ſubinde verò
vellere ſiccō in omnē terram fuſſe
diuſſum: vbi primum Origenes vini fa-
cit in voce areā: vt diuinæ gratiæ, &
donorum ros in Iudæorum plebem tā-

II.

LXX.

Origenes

quam

quam in aream deciderit, ut ipsa ferret
fructus iustitiae, atque area plena frugi-
bus esset; cum vero id illa minimè pre-
stiterit: Sed expectata, ut faceret uvas, fe-
cit spinas, Isaiae 5. vers. 4. tunc malis ma-

*Isai. 5.·
vers. 41.*

*Matt. 21.
vers. 41.*

le perditis vineam suam locasse Domi-
num alijs agricolis, qui tanquam bo-
na area redderent fructum temporibus
suis, Matthæi 21. vers. 41. sic enim Ori-
genes. Non ubique, non in campo,
nec in saltu, sed in area, ubi messis est. Mes-
sis quidem multa: operarij autem pau-
ci. Prævidebat enim per Spiritum San-
ctum, quia Christus in area congregat po-
pulum suum, & ibi eum expurgat, tenens
ventilabrum in manus. Pergit vero
deinde Origenes, & rorem à vellere in
concham, sive lagēnam expresum om-
nino refert ad mysticam illam aquam
mysteriorum plenam, quam Dominus
misit in pélvim, ut lavaret pedes discipu-
lorum, Ioan. 13. vers. 5. ut ipsos Eucha-

*Ioan. 13.
vers. 5.*

rissæ percipiendæ idoneos redderet.
Audi Origenem. Nec sine causa ex-
pressit vellus in pélvim, & replevit eam
aquā, Christus enim exuit vestimenta sua,
& præcinctus linteo misit aquam in pél-
vim, & lavit pedes discipulorum. Vides
ergo, quia hæc adumbrabant Prophetæ,
qui erant in novissimis temporibus im-
plenda per Christum. Aqua ergo misit in pél-
vim ros erat gratia cœlestis, quo lava-
tur pedes discipulorum. Unde ait, vos au-
tem mundi estis propter Verbum, quod
locutus sum vobis, &c. Quæ post non
nulla ad Eucharistiam, sic refert: Ut om-
nes purificati per Verbum non abiciamur
de thalamo sponsi profordidis indumentis,
sed candidis vestibus lotis pedibus mundo
corde recumbamus in convivio sponsi Iesu
Christi. Hac tenus Origenes: ubi vides a
Christi convivio abiecos suis Iudeos,
quod mundo rore maduerint: &
quod maledivites terrenis bonis fue-
rint, dimissos suis inanes rore gratiæ,
& Eucharistia ab illis in Christianam
Ecclesiam expatio.

Sed ille ut huius instituto germanus,
ita opportunitissimus locusest, cum
Iacob Christiani populi typum ge-
rens, fratri Esau, qui tanquam primogenitus Iudaicum populum præfigu-
rabat; primatum, & benedictionem
præripuit: hunc in modum parente
Iacob benedictionem ipsi impertienter

III.

*Det tibi Deus de rore cœli, & de pingue-
dine terræ abundantiam frumenti, &
vini. Genes. 27. verl. 28. Vides ro-
rem cœli, à quo abundantia frumenti,
& vini Eucharistiae proveniret? Au-
di iam Paschasiū lib. de corpore, &
sanguine Domini, cap. 21. sic hæc expli-
cantem: In quoniam mysterio bene-
dixit Isaac eundem Iacob filium suum,
quasi nulla esset alia benedictio quam fru-
menti, & vini, scilicet in pane carnis Chri-
sti, & in potu sanguinis, quæ de agro cor-
poris nobis cotidie per officium Sacerdo-
tis maturescunt, & comedimus: Hinc
ait. Det tibi Deus de rore cœli, & de
pinguedine terræ abundantiam fru-
menti, & vini. Hæc Paschasiū: Verum
enim vero, quæ subinde benedictio pri-
mogenito fratri Esau, id est Iudaico po-
pulo obtigerit, andire est opera & pretiū:
ergo cū ille propter præceptam, sibi be-
nedictionem, euulatu magno fleret Mo-
tus Isaac dixit ad eum in pinguedine terra,
& in rore cœli de supererit benedictio tua.
Genes. 27. verl. 39. acutissimè vtram-
que benedictionē expendēte, & vnam
cū alterā conferente Tertull. lib. 3. ad-
uers. Marcion. c. 24. hunc in modū: De-
nique animaduertenda est hic etiā structu-
ra benedictionis ipsius. Nā circa Iacob, qui
quidem posterioris, & prælatoris populi
figura est, id est nostri, prima promissio cœ-
lestis est roris; secunda terrena opimitatis.
Nos enim primo ad cœlestia in vitamur,
cum à seculo a vellimur; & ita postea in-
venimur terrena consecuturi: & Euange-
lium nostrum quoque habet. Quarite pri-
mum regnum Dei, & hæc adiicientur
vobis, Matth. 6. vers. 33. Ceterū ad Esau
promittit benedictionem terrenā. Subij-
cit cœlestem. De opimitate terræ (dicens)
erit in habitatio tua, & à rore cœli. Hec
Tertullianus. Quæ quidem cum ip-
sestatim, sic exponit. Iudæorum enim
dispositio in Esau priorum natu, & po-
steriorum affectu filiorum à terrenis bonis
imbuta per legem, postea ad cœlestia per
Euangelium credendo deducitur: om-
nino accipienda sunt de ijs Iudeis, qui
Synagogæ relicta Christianam fidem
suscepunt: quia iuxta illam, ad cœ-
lestia in vitamur, cum à seculo a vel-
limur: Terrenis bonis videntes, tan-
quam bono eorum vsu cœlestia con-
secuturi, non vero fruentes, quasi illis*

*Genes. 27.
vers. 28.
Paschaf.*

*Genes. 27.
vers. 28.*

Tertull.

*Matt. 6.
vers. 33.*

omnino addicti: at enim Synagoga eam sibi putavit benedictionem natam fuisse, quæ tota in opimitate terræ censetur, quin de rore cœli curaret. Vnde immediate subiicit Tertullianus. *Cum vero Jacob somniat scalas obfirmatas in terra ad cœlum & Angelos alios ascendentis, & alios descendentes, innixum desuper Dominum, temere si forte interpretabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quo alij perveniant, alij decendant, Domini constitutum esse iudicium: Ecclesia videlicet Christiana ad cœlestia invitata, & Synagogæ repulsæ, quod volenti Domino implam à sæculo avellere perpetuo obstat.*

IV.

Luce 13. vers. 34. Matt. 23. vers. 37. Id quod disertissime ipsemet Dominus lachrymosa oratione contestatus est, apud Lucam 13. vers. 34. & Matthæum 23. vers. 37. Quoties voluit congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluerit: Ecce relinquetur domus vestra deserta: Vbi primum in extremis hisce verbis, sive domum pro vrbe ipsa Hierusalem, ut explicat Beda, sive protem-
plo, quemadmodum Hieronymus, Theophylactus, & Euthymius interpretantur, sive quod mihi probabilius videtur, pro ipsam Iudeorum Synagoga, ut Ambrosius in Psalm. 95. intellegit: manifestum est de Iudeorum reprobatione sermonem esse, eadem orationis serie, quæ Dominus dixerat apud Ieremiam cap. 12. vers. 7. *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius, quæ Hieronymus, Theodoreetus, & omnes de populo Iudeorum accipiunt: ut sensus sit; ideo à Domino reiectam esse Synagogam, seu Hebræorum populum, quod cum sapientius fuerint à Deo admoniti, & ad meliora vocati, noluerint vocanti responderem, ut in parabola de invitatis ad prædiū Math. 22. vers. 3. & ex verbis Prou. 1. vers. 24. Vocavi & renuisi, & Ierem. 7. vers. 13. Vocavi vos, & non respödisti:*

Matt. 22. vers. 3. Prou. 1. vers. 24. planum fit: Deinde vero, quo in cardine hæc Dei vocatio, cui minime obteneraverunt Iudei, versaretur; pulchre gallinæ similitudo congregantis pullos sub alas, sive avis incubantis super nidum, ut est apud Lucam ostendit, ni-

mirum voluistis Dominum Iudeis terrenis rebus addictis impetrare vitalem calorem, & igneum spiritum quo se à caducis hisce bonis efferrent, & spirituales pennas acciperent, quibus à nimia divitiarum cupiditate, & à sæculo avellerentur, atque cœlestia quærent; ipsos veronoluisle, vel tantillum ad superna elevari: hanc imaginem pulchre elucidante Hilario canone 24. in Matthæum: vbi cum dixisset. *Quamuis enim corporeus hæc loquatur, & opere universis hominibus repertus exhibeat, frequenter tamen congregare eos voluit predicationibus prophetarum. Sed frustra hunc impedit affectum, & incassum.* Subiicit. *Tanquam gallina congregans pullos suos, continere eos sub aliis suis voluit; terrena nunc videlicet, & domestica avis factus, quodam corporis sui velut alacrum operimento calorem ut pullis suis vita immortalis indulgens; & in volatum nouâ generazione producens. Pullis enim alia nascendi ratio est, alia viuendi. Nam primum ovoidum testis, tanquam clavis corporis continetur: de hinc postea parentis sedulitate confoti exeunt in volatum.* Hæc vero præsenti intituto sic accommodat Hilarius. *Huius igitur familiaris, ac pene terrena avis more congregare eos intrasse voluit, ut qui conditione nascendi editi, iam fuissent, nunc alierius generationis ortus, & calore confoventis renati in cœlestis regnum, tanquam pennatis corporibus evolarent: Hæc ille optimè exprimens Domini sensum, & votum avellendi Iudeorum Synagogæ à sæculi bonis. Sed quid ad hæc illa? Et noluerit, Maluit enim præsentibus adhærere. Mauult etiā, si attendis, tota Iudeorū natio toto terrarum orbe dispersa divitiarum lucrari, & ea omnino ministeria, quæ opum negotiationi, & patrimonio undeque augendo opportuna sunt, exercere. Pergit Hilarius. *Quod quia non lucerunt, domus eorum deserta, & vacua relinquetur, id est indigni habitationes sancti spiritus erant.**

Quod si verè astimas, cum Dominus affirmat. *Quoties congregare voluit, &c.* Signatè inter alia capiendus est de longo, & disertissimo sermone, quem ad Iudeos de Eucharistia habuit apud Ioann. toto cap. 6. proposito Sacramento corporis, & sanguinis sui tā-

Hilarius

V.

Euch. discriminare Eccl. à Synag. malè dite scēte. i 23

quam lydio lapide ad dignoscendos, & discriminandos fideles ab infidelibus, & spirituales à carnalibus, siue etiam tanquam alarum operimento, à quo vitali calorem, & pennas in volatu ad coelestia acciperent: ideo post toties commendatum esum corporis sui, notanter dicebat Dominus: *Spiritus est, qui vivificat: caro autem nō prodest quidquā: verba quæ ego locutus sum vobis spiritus, & vita sunt.* Ioan. 6. vers. 64. & 61. & 67. Nimisrum ut opportune inquit Paschafius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 20. *Licit panis in carnem, & vinum conuertatur insanguinem, veluti à naturā probatur, tamen altius consideranda sunt hac: ubi non modo caro, aut sanguis Christi in nostrā conuertuntur carnem, aut sanguinem: rerum etiam nos à carnalibus elevant, & spirituales efficiunt. Hoc sanè in nobis nutriunt, quod ex Deo natum est, & non auct ex carne, & sanguine: ita ille: En afarum operimentum: Vide modo Lydium lapidem hinc Iudæorum animū terrenis addictum, inde vero Christianorum fidem demonstrantem; de Iudæis dicente Ioanne ibi vers. 61. Multi ergo audientes ex discipulis dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eū audi re? & ver. 67. Ex hoc multi discipulorū eius abierunt retro, & iam non cū illo ambulabant: ubi Ammonius de ijs inquit: Tanquam animales spirituale Christi Verbum non capiunt. Sed quod Synagoga rā quam carnalis non capit: Ecclesia Christi, tanquam spiritualis omnino capit: nam Iudæis retro euntibus: *Dixit Iesus* (inquit Ioannes vers. 68.) ad duodecim: *Nunquid & vos vultis abiire?* Petrus ve ro Eccle siæ cultueren, & columen eius nomine sic respondet: *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ & aeternæ habes. Et nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Nimisrum Petrus iā omnia teliquerat à saeculo avulsus: Iudæi vero carnales erant, & quæ super terram sunt, sapiebant: Vnde Alcuinus in præcedentia Ioannis verba vers. 41: *Murmurabant, ergo Iudæi, bene ait: Ideo murmurabant, quia hunc panem non intel ligebant, hunc panem non esuriebant, hunc panem non amabant: ideo à pane cœlesti lōgabant, nec eum esurire nouerant, Fauces cordis languidas habebant: Opportunius Chrysostom. verò Chrysostom. hom. 45. in Ioann. in**

id ver. 53. *Quo modo potest hic carnē suā dare ad manducandum, in palatum terro num causam rei sciens. Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinque panum miraculo id dixisti? Quo modo eos in tantum au xit? Qui atque tantum saturari curabant, non considerare miraculum: ita Chrysostomus.*

VI.

A Iam præfatam B. Virginis sententiā esurientes impletū bonis, & divites dimi sit inane, ad Ecclesiæ ex gentibus electionem, & Iudaici populi reprobationem, quod divitijs inhaerens a saeculo à velli noluit in historiā divitis avari, & pauperis mendici, à Christo Domino apud Lucam cap. 16. vers. 19. luculent er descripta, & à Gregorio Magno exposita firmata habemus, hunc in modum. *Homo quidam erat dives, qui indu ebatur purpura, & byssō, & epulabatur quotidie splendide, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ eadebant de mensa diuitis, & nemo illidabat. In quæ verba Gregorius hom. 40. in Euangelia hæc habet. Quæ dines ille, qui induebatur purpura, & byssō, & epulabatur cotidie splendide, nisi Iudaicum populum signat? &c. Quemverò Lazarus ulceribus plenus, nisi Gentilem populum figuraliter exprimit? Iam vt esurientem impletum bonis vide ris, & divitem dimisum inanem, subiicit Dominus. Factum est, ut morere tur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Et quam obcausal? Quia videlicet ex pretio sanguinis Christi emptus est, agerfiguli in sepulturam peregrinorum.* Matt. 27. ver. 7. In hunc sensum id inflectente Hilario canone 32. in Matthæum. Figuli opus est de luto vasa formare, cuius in manu sit, ex luto eodem vas, aut ipsum, aut pulchrius reformare. Agrum autem saeculum nunc pari, ipsis Domini nostri verbis continetur. Christi ergo pretio saeculum emitur, id est universitas eius acquiritur, & in sepulturam peregrinorum, arque inopum deputatur. Nihil hinc pertinet ad Israe l, & totus hic saeculi empti usus alienis est; his videlicet, qui in pretio Christi sanguinis sepelientur, quo uniuersa sunt empta, &c. In hoc igitur aero

Lucæ 16. vers. 19. Gregor. Mag.

Mar. 27. vers. 7. Hilario:

*Christo commortui, atque sepulti huius per
regrinationis nostrae æternam requiem for-
tiemur. Hæc aptissime Hilarius, vt vide-
ris Christi sanguine peregrinorum, at-
que in opum sepulturam coem, quam
sinus Abrahæ, & æterna requies sequa-
tur, quæ fidelibus Christi discipulis
Christianam paupertatem amplecten-
tibus destinata est. Pende vero iam illa.
Nihil hinc pertinet ad Israel. & torus hic
seculi empti usus alienis est: Sed quare?
Qui dives erat, & induebatur purpura.
Benè hæc expedente Bernardo in de-
clamatione ad Petri verba. Ecce nos reli-
quimus omnia, hunc in modum. Fer senti-
entiam, quia paucis expressa totius nego-
tij est. Ille bona iste mala recepit. Quid mo-
do? Nunc autem (inquit) hic consola-
tur: tu vero cruciaris, &c. Hæc cne crux-
iatum causatora, quod in hoc seculo bo-
na recepit; Ipsa plane. Neque enim nos ad
hoc de paradiſo voluptatis animaduersio
divina eiecit, ut hic alterum sibi paradiſum
ad inventio humana prepararet, &
post nonnulla pro causa Lazari, hec in-
quit Bernardus: Illi vero, qui contrario
ducti spiritu vita presentis omnia bona
respuunt, & eligunt mala omnia quoque
bona Domini sui, & omnem habituri sunt
consolationem. Hæc Bernard.*

VII.
Num. 34
vers. 4.

*His adiungas velim: quod Origeni
ad ea verba Numerorū 34. vers. 4. sub
persona populi Iſraelitici. Habemus in
menta plurima: obseruatuni est, aditum
terræ promissionis, quæ typus erat, tū
coelestis requiei, siue beatitudinis, tum
etiam Eucharistiæ mysterij, quod lacte
& melle manare diceretur (vt ex Gau-
dentio Brixiensi alibi adstruximus) ple-
bi illi fuisse præclusum, quod divitijs,
& rerum temporalium acquisitioni, &
pecorum gregibus multiplicandis se-
dulam, & perpetuam operam navaret,
sic enim Origenes: *Hæc ergo causa est,
quia prior populus ad hereditatem illius
terrae, quæ lacte fluit, quæ melle abundat,
quæ favus mellis est præ omni terræ, non
potuit pervenire, nec Verbum carnem fa-
ctum potuit agnosceri, quia multa iumenta
habebat, & multa pecora: Sed quæ (in-
quit) ratione? adeo ne criminosa sunt di-
vitiae (inquit Chrysologus ferm. 121.)*
aut solæ, & perse penes Deum damnanda sunt vestes? Nunquid (inquit
Chrysologus ferm. 121.) agens de præ-*

fato divite purpuroto) perse tantum di-
vitiae criminosa sunt? aut sole, & per se
penes Deum damnanda sunt vestes? &
tantum per se punienda sunt epulae? vt
non solùm careant præmio bonorum,
sed omnium malorum ferant, & me-
teantur exitum? Respondet vero his

Gregor.
Magn.

A Gregorius Magnus præfata homil. 40.
in Euangelia. Dives iste non idcirco puni-
tus est, quoniam aliena abstulit, sed quia ac-
ceptis rebus semetipsum male dereliquit,
vt dixerit, quod oblitus veratum divi-
tiatum toto animi affectu in terrena
bona incubuerit, & à noxio corū amo-
re abripī passus, omnium malorum cu-
piditatum telis expositus manserit:
quippe Dives (inquit Chrysostomus) ni-
hil aliud esse videtur, quam civitas qua-
dam abque muris in agro sita, & vndeque
infidantibus exposta: ita ibi, & in id 1.
ad Timoth. 6. 10. Radix omnium malo-
rum est cupiditas, eandem sententiam,
ita diffundit. Nonne divitiarum gratia
rapimus? inimicitias subimus? contentio-
nes teximus? Ad mortuos usque impij
quidam extendere manus, ad parentes, ad
fratres. Tolle pecuniarum studium, & om-
nia mala sublatas sunt, conquerit bellum,
cessavit pugna, hæresis inimicitiae. Quæ ad
modum furentes venti miscent maria, vel
arenæ ipsa à fundo excitata, ita cupidio
nia penitus miscent. Neminem, qui eiusmo-
dus, amicum novit. Sic Chrysost. qui per-
git multis.

VIII.

I. Tim. 6.
vers. 9.

B Chrysost.

D Quod si hæc plusplus explicita, & Sy-
nagogam ob divitiarum studium nau-
fragium facientem velis videre, primū
audi Apostol. 1. ad Timoth. 6. vers. 9.
monentem: Nam qui volunt divites fe-
ri, incident in tentationem, & in laqueum
diaboli, & in desideria multa inutilia, &
nociva, quæ mergunt homines in interi-
tum, & perditionem: Quo in loco alijs
verbis in commodiorem dissertatione
transmissis: solummodo observes ve-
lim cum dicendi modum, mergunt ho-
mines in interitum, vt autē videris, quæ
ère nostra sit: quid de Ecclesiæ Christia-
næ, quidque de Synagoga disertissime
dixerit Iffaias cap. 33. vers. 20. audi. Ete-
nimi cum dixisset primum de Ecclesia
(vt alibi vidimus) Respicere Sion, ciuitatem
solemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Ie-
rusalæ, habitationem opulètā, tabernaculū,
quod nequaquam transferri poterit; nec an-

Isai. 33.
vers. 21.

feren-

Origenes

Chrysol.

Hieron.

ferentur clavi eius in sempiternū, & omnes funiculi eius non rumpentur. Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluviorum rivi latissimi, & patentes: subiicit de Synagoga. Non transibit per eum navis remigum, neque trieris magna transgredietur eum: In quem locum Hieronymus, cum priora verbade Ecclesiā Christianā hunc in modū accepisset. Hæc dicta sunt de Sion urbe solemnitatis nostræ, & de Hierusalem habitatione ditissimā, quam ipse Dominus fluvij suis circundabit, atque vallabit: posteriora ad Synagogam, sic refert. Nūc autem ad terrenam loquitur Hierusalem, quod laxati sunt funiculi tabernaculi eius & tectorium sustinere nequivent, & malus eius, in quo pulcherrima quondam vela pendebat ruptis funibus ceciderit, ut non solum ad navigationem, sed etiam ad signum utilis sit. Ita Hieronymus. Lculenter etiam Procopius, inquiens. Sermone in Iud. eos trāslatō in nāvis metaphora immoratur. Ut enim ventis vehementius sc̄ientibus, cum vela contrahī nequeunt, corundem impetu malus inclinatus naufragiū efficit: sic & tibi quoque accidet: Vbi si attendis cum tota naufragij causa ad malum, & ad vela, quæ contrahi facile non potuerunt, à Vate refertur: opportune de divitijs, quæ mergunt homines in interitum acceperis: Etenim quod ad arcenda, quæ animi tranquillitati infensa sunt dixit Seneca lib. de tranquillitate animi, cap. 9. Non potest tanta varietas, & iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarū irruat, magna armamenta pandentibus; sumptuā navibus imagine: id omnino divitijs aptavit Apuleius adductus à Lipsio in commentario eius loci. Senecē his verbis. Immodice divitijs velut ingētia, & enormia gubernacula facilis mergunt, quam regunt: ita ille: Audis? Mergunt: Ergo de Synagoga dictum à Paulo putaveris ob immoderatum amore divitiarum incidisse intentionem, & in desideria multa, & nociva, quæ mergunt homines in interitū: quin ipsa quidem per rivos latissimos, & patentes doctrinæ Euangelicæ suadentis divitijs contempnū, & paupertatem spiritus transire potuerit, sed armamēta magna pandens ab ipsis fuerit denresa.

X. Enimvero huius typum gesit Epiphanius interprete heresi. 66. adolescēs

ille, qui cum cetera Dei mandata servare professus es: de divitiarum contemptu ab assertore admonitus recessit ab eius disciplinā, quod cum dives esset, enormia divitiarum gubernacula ipsum potius demergere, quam regere possent: Sic namque Matthæus cap. 19. verl. 16. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? Qui dixit ei: Si vis ad vitam ingredi, serva manda, &c. Dicit ei adolescentis: omnia haec custodiū à iuventute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse: vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celis, & veni, & sequere me: cū audisset autē adolescentis verbum: abiit tristis, erat enim habens multas possessiones: Quo in loco obseruavit Marcus cap. 10. verl. 21. Dominus in cū audisset adolescentem dixisse. Omnia haec custodiū à iuventute mea, peculia- ri a dilectionis signa ei exhibuit: sic enim ait. Iesus autem intuitus eū, dilexit eum: pro quibus verbis Epiphanius reposuit, gavisus est, referens id ad manda legis veteris, tanquam à se ipso imposita: hunc in modum. Cum hoc audisset gavisus est, ut ostenderet manda legis a ſuā Deitate non esse aliena. Per hoc enim quod dixit gavisus est, consensum veteris testamenti ad novum fecit: ita ille. Sed ecce disensum Synagogæ: Abiit tristis, erat enim habens multas possessiones: aquibus ipsa detinebatur quominus per Euā gelicæ institutionis patētes rivos pertransire: Vnde statim Dominus iterū, atque iterū dixit: Amendico vobis, quia diues difficile intrabunt in regnum cœlorum. Et iterū dico vobis. Facilius est camelum per oramen acus trāsire, quā diuitiē intra re in regnum cœlorum: Ad quæ verba Epiphanius idem. Non possunt enim ingredi, quoniam exccati sunt à Deo seculi, 2. Cor. 4. verl. 4. Duceat mammonā ſuum Deū, & ſe ipſos ſubditos facientes Deo huius seculi: hoc est avaritia, & ut ostenderet huius effectum, & opus dicit: Duces sunt cœci: cœci autem ubi cœci ducit, ambo in foveā cadunt: Quandoquidē exccari ipſos avaritiae: Hæc ille. Quid autem ad id loci inquit unus PP. Cur potius de divitijs, quam de alijs rebus dictum à Christo Domino fuerit: adeò difficile

Epiphanius.

Mat. 19.
vers. 16.

Mar. 10:
vers. 21.

Mat. 19.
vers. 23.

2. Cor. 4.
vers. 4.

Maldon.

Isaiæ 56.
vers. 11.

esse divitibus aditum regni cœlorum, vt facilius sit camelum per foramen acuistransire, cum multæ sint aliæ, que hominis salutem magis impedire videatur, vt ambitio, libido, iracundia? & respôdet inibi Maldonatus, quia cœræ res, & si aliquos magis, tamen plerosque minus impediunt, divitiæ vero ferè omnes retardant: signate Hebraeorum populo competit: de quo Iaia 56. vers. 11. Omnes in viam suam declinauerunt: unus quisque ad avaritiam suam àsummo, vsque ad novissimum, & Ieremi. 6. vers. 13. A minore vsque ad maiorem omnes avaritiae student: & à propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum: ob divitiarum scilicet amorem. Quid: quod divitiarum studium dum mergit homines in interitum, ob desideria multa, & nociva, multo tenacius animum ligat, quam aliæ cupiditates: Vnde de hoc adolescenti Chrysostomus in Catenâ Græca in Lucam, inquit: Cordis affectione pecunijs plus & quo affixus, & animo illis agglutinatus, ac quasi quid unum cù illis effectus noluit à resibi charissimæ direlli.

X.

Lucæ 16.
vers. 27.

Vnde quidem cum præfatus ille dives purpuratus de fratribus sollicitus pro illis Abrahamum rogabat. Rogo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt te stetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum: Lucæ 16. vers. 27. Scite illi occurrebat Chrysostomus homilie de vite, faciens vim in fratrum appellatione, vt quasi eiusdem avaritiae rei, eidem damnationi esent obnoxij. Quid (inquit) jaluare vis illos fratres, qui paupertatem non amant: necesse est vt fratres habitent cum fratre suo: Hæc ille: Quæ Synagogæ malam hanc fraternitatem indesinenter sentantis propria sunt.



EIVSDEM ARGUMENTI.

EUCHARISTIAM CHRISTIANÆ

A Ecclesiæ gentibus congregatae confessan, & ludæis ob incredulitatem, & duritiam denegatam.

AD NOTATIO IV.

I.

Si vocationem ad nuptiarū cœnam, cum Augustino præcedenti adnotat, adducto expendisti omnino videris; Dei Verbum in cibum accipiendum, tanquam lignum vitæ à quo hominis valetudo, vitaque subsisteret: prædestinatis ad vitam ab initio fuisse propositum, vt ab ipso vitalem succum, & spiritum vivificantem haurirent, & pignus æternæ vitæ perciperent: dum modo vitæ, & morum probitate tanto conviatio non efficerentur indigni: ita quidem sub imagine manna de cœlo defluentis novimus ludæos ad huius mysterij convivium invitatos: Exod. 16. vers. 15. dicente Vate Psal. 77. vers. 26. & 27. Et pluit Psal. 77. illis manna ad manducandum, & panem vers. 26. cœlidedit eis: Panem Angelorum manducavit homo: In qua verba Origenes in Catenâ Græca: Huc panem (inquit) Agellius geli manducabant pridem, iam vero etiam homines: Quæ sic opportune explicat Agellius, quod Verbi illius, & panis divini, quo vescuntur dum illum contemplantur, & intelligunt Angelii, figuram typumque præseferret, quem panem verum se esse Dominus in Euangeliō profitetur: Ego, inquit, sum panis, qui de cœlo descendit: Similiter, & Salomone in libro Sapientiæ cap. 16. vers. 20. affirmante. Pro quibus Angelorum escâ nutriti populu tuū, & paratu panē de cœlo præstisti illis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem: Pro hac cogitatione dixeruntissime fideiubente Apostol. 1. ad Corint. 10. vers. 3. dum ait: Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: Et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus: ubi omnino

Exod. 16.

vers. 15.

illis manna ad manducandum, & panem

vers. 26. cœlidedit eis: Panem Angelorum mandu-

& 27. cavit homo: In qua verba Origenes in

Catenâ Græca: Huc panem (inquit) An-

Agellius

geli manducabant pridem, iam vero etiam

homines: Quæ sic opportune explicat

Agellius, quod Verbi illius, & panis di-

vini, quo vescuntur dum illum con-

templantur, & intelligunt Angelii, figu-

ram typumque præseferret, quem panem ve-

rum se esse Dominus in Euangeliō pro-

fitetur: Ego, inquit, sum panis, qui de cœ-

lo descendit: Similiter, & Salomone in

libro Sapientiæ cap. 16. vers. 20. affir-

mantem. Pro quibus Angelorum escâ nu-

rituti populu tuū, & paratu panē de cœ-

lo præstisti illis, sine labore, omne delecta-

mentum in se habentem, & omnis saporis

suavitatem: Pro hac cogitatione dixerunt-

issime fideiubente Apostol. 1. ad Corint.

vers. 3.

omnino

omnino obserua de hac petrâ multo an
Deut. 32 te prænuntiasse Moysem: Deuter. 32.
vers. 13 vers. 13. paratâ populo: ut sageret mel-
Gregor. de petrâ, quod ut Gregor. hom. 26. in E-
Amb. uangel. & Ambros. lib. 2. de Salomone,
cap. 9. de Christi suavitate acceperunt:
ita Philo Hebræus ad Dei sapientiam
tanquam nutricem eorum, qui divino
alimento digni habentur, sic retulit:

*Petram solidam indicans sapientiam Dei
nutricem baulam, educatricemque des-
iderantium vitam incorruptibilem, vnde
subiicit. Sed non omnia divino alimento
digna habentur: verum eo modo, quo non
degenerem praeserunt indolem. Hæc Phi-
lo. Sed Petrus Venerabilis Pauli verba
in hunc omnino sensum de Eucharistie
fide sic inflectit epist. seu libro contra Pe-
trobrusianos hereticos, ad articul. 4. ad fi-
nem. Qued qui a de manna Iudaico, neque
de aqua ex petrâ productâ senserit, sed de
Christo, hoc est eius corpore, & sanguine,
de quo & Moyses scripsit, scripsit claris-
sime demonstrat, cum addit. Bibebant au-
tē de spiritalicōlequente eos petrâ, Pe-
tra autē erat Christus. De Petrâ ergo, quæ
eos secuta erat, id est de Christo, qui post eos
returuserat, hoc dixit. Qui spiritualē es-
cā, & spiritualem potū, hoc est corpus suū,
& sanguinē vitā eternā hominibus spiri-
tualiter conferentem in Sacramento sēpe
nominato donavit: Quod tantæ virtutis
fuit, ut non solum Christum sequentes, sed
etiam ab initio mundi ipsum præcedentes
fideles non quidem corporaliter, sicut post
illum vniuersti, sed tamen spiritualiter, si-
cuit vniuersti. Omnes eandem escam spi-
ritualeni manducaverunt, & omnes
eundem potum spiritualem biberunt.
Hoc est eudem salutis effectum, quem post
Christum Christiani, eudem, & omnes illi-
de Christi corpore, & sanguine reportarēt.
Hæc & alia appotite Petrus Venerab.*

*II. Enimvero, si benè astimas, huc ma-
nife st̄ ibant illa omnigena legalia sa-
crificia, tortue carnales, & cruentę vi-
ctimæ, nec enim ea solum de causa in-
stituta sunt, vt ipsis plebs illa ad idolo-
latriam proclivis contenta à prophâ-
nis, & impijs gentilium sacrificijs men-
tem, & corpora vitiorum illuvie cor-
rumpentibus faciliscontinerentur; vt
scitē affirmavit Tertullianus lib. 2. cō-
tra Marcion. inquiens. Illam Dei indu-
striam senti, quæ populum prouum in ido-*

*lolatriam, & transgressionem, eiūmodi
officijs religionis suę voluit adstringere,
quibus superstitionisculi agebatur, ut ab
eā avocaret illos, sibi iubens fieri, quasi de-
sideranti, ne simulachris faciendis delin-
queret. Sed multo magis, ut incruentū,
& divinum Eucharistiæ sacrificium,
quod mentem, & corpus purificat, &
in vitam æternam custodit, præfigura-
ret: & veluti odorandum animæ sit iē-
ti Deum daret: ut ab illo, quis populus
Deo electus esset, signaretur, & fidelis
ab infideli, sacratus à prophano discri-
minaretur, qua de re optime disseruit
S. Cyrillus Alexandrinus ad verba Ma-
lachiæ 1. vers. 10. Non est mihi voluntas
in vobis dicit Dominus, & munus nō sus-
cipiam de manu vestrâ. Ab ortu enim Do-
lis vique ad occulum magnum est no-
men meum in gentibus, & in omni lo-
co sacrificatur, & offertur nomini meo
oblatio nūda. Sic enim primū, inquit:
Deinceps oblationem iuxta cultum lega-
lem manifestè repudiat, & propemodum à
charitate erga Iudeos discedit, & à Sacer-
dotio abhorret, & vmbra non admittit,
boum immolations, & nidores inquam,
quoniam neque à principio hic illi scopus.
Ita Cyrill. opportune vmbra non ad-
mittit opportunius vero: quoniā neque
à principio hic illi scopus, quippe qui in
vnicum, & Sacratissimum Eucharistię
sacrificium, in quo Agnus Dei immola-
tur intentam aciem habebat: & legalia
sacrificia, vt huius vmbra admitte-
bat: Quare pergit Cyrillus, & adductis
in hunc sensum ijs Iiāiæ, sine potius Do-
mini verbis, quæ statim elucidabimus,
& alijs Ieremiæ cap. 7. vers. 21. quibus
idem subest sensus, subdit in hanc rem:
Quasi quædam promulgatio, & informa-
tio præcedens spiritualisque cultus lex
erat, & iustitia carnis, vt scribit Divinus
Paulus, vique ad tempus correctionis
imposita. Nec correctionis tempus aliud
fuerit præter adventum Salvatoris nostri
&c. Prænuntiat autem fore magnum. &
illustre nomen suum apud omnes toto orbe
mortales. & in omni loco, ac gente sacri-
ciū mundū, & incruentū nominis suo obla-
tum iri, &c. Ita constituto scilicet Christi
sacrificio cœlesti, ac vivifico, per quod de-
structa est mors, & caro ista terrena, & cor-
ruptioni obnoxia incorruptionem indui-
tur. Haec tenus Cyrillus.*

Cyrill. A-
lex.
Malac. 1
vers. 10.

Ierem. 7.
vers. 21.

III.

Quò plane totum Isaiæ Vaticiniū ivisse crediderim, quippe totam prophetiæ suæ materiam primo illius capite (qui quidem Sacerorum Scriptorū mos esse solet ut alibi tracto complectitur Vates) Nimirum sic ipse vaticinium exordit, ut ingratitudinem, & peccata ludaici populi grauiissimis hisce verbis accuset vers. 2. *Filios enutrixi, & exsaltavi, ipsi autem spreverunt me: quorum verborum latentem aculeum, si cretegit S. Zeno M. serm. 3. de Iudeis, inquiens. Filios appellat, ut abdicatione: exsaltatos, ut ruina timeatur: spretores sui, ut impios monstraret. Deinde vero, ne ipsi frustra de victimarum, & sacrificiorum multitudine sibi placerent, quasi illis placandus Deus foret, atque ideo si de sua salute bene sperare possent, subdit. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum: holocasta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & bicornutum nolui. Cum veneritis ante conspectum meum, quis quasi sit hoc de manibus vestris, ut ambularetis in atrijs meis. Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomenia, & Sabbathum, & festivitates alias non feram: Audis! Deum tantopere sacrificia illorum faticientem? Sed quare? Respondet Cyril. citato loco. Aperièrigitur Sacerdotibus legis dixit, se ipsos nolle, vel potius se in ipsis voluntatem non habere, in umbrā nempe, & figuris sacrificiis, eorumque sacra non suscepturni. Nimirum quantam (ut dicebat idem Cyril.) neque à principio hic illiscopus: Sed unicum vetum, & parvissimum Agni Dei sacrificium, quod illi, & fides sperare, & probis moribus promereri debebāt: ita id ibi adnotante Hieronymo. Hostiae, & immolatio victimarum non principaliter à Deo quesita sunt, sed ne idolis offerrentur, & ut de carnalibus victimis, & quasi per typum, & imaginem ad spirituales hostia strāsiremus. Hoc est ad Christum, qui omnium sacrificiorum finis erat, & quem omnia sacrificia delineabant. Quod in Iudeis nudis umbris inhaerentibus pulchris hisce imaginibus, ad hunc locū explicat P. Sanctius. Quo circa obsequia illa tanti sumptus tamque frequenter repetita non aliter accipiebantur à Deo, quam accipi possent à famel-*

Isiae 1.
vers. 2.

Zeno M.

Cyrill. A
lexan.

Hieron.

P. Sanct.

co, non cibi, sed expressæ quidem eleganter, vacuæ tamen, ac futilis ciborum imagines; aut ab eo qui teclum, & umbram desiderat in æstu, aut pluvia, si quis non domum, sed domus scigraphicam effigie offerat, quod genus iniuria existimat, quo otiosi homines ludificare solent convivas incautos expressis ex argilla, aut ligno ad uitum arborum fructibus.

A

Quare tādem Isaías promissionem cū cōminatione de hoc cœlesti pane, aut illis dando, aut denegando coniungens, cum præmisisset, quid fieri ab ipsis deberet, si vellent, & suas preces admitti, & cœlestis cibi felicitatem adipisci, inquiens: *Lavamini, mundi estote: auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse. Discite benefacere, querite iudicium: subuenite opppresso, iudicate pupillo defendite viduam, notantissime concludit: Et venite, & arguite medicit Dominus. Si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus velut lana alba: erunt: Et flatim, ut ostendat, quò hæc omnia cant, ita obtestatur. Si volueritis, & audieritis me bonum terræ comedetis: Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est: Vbi omnino premere, & cape illud. Bona terræ comedetis. Quænum temporalia hæc bona? Quæ apud Deum nihil sunt: quæq; ipse faltidit, & ob quorum studium populum illum ipse fastidiabat? Minime quidem: observa ergo lectionem Hebraam Pagnini: in qua est: Bonum terræ comedetis, Eucharistiæ scilicet, quam dilectissime eodem nomine appellavit Zacharias cap. 9. vers. 17. cum Christi Domini adventum clarius prænuncians illis verbis vers. 9.*

Exulta satis filia Sion: iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator, salutem quam esset allaturus, sic explicat. Quid enim bonum eius est? Et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines? quæ à Hieronymo, & alijs PP. & interpretibus ad litteram de Eucharistiæ accipiuntur: Cui quidem promissioni de almonia cœlesti: ipsamet comminatione, gladius devorabit vos, mirè cognitum, nam pro voce, gladius, in Hebræo est vox, chereb, quæ vt ibi docet P. Sanctius,

IV.

Isai. 1.
vers. 19.Zach. 9.
vers. 17.

Hier.

Sanctius.

E

sicci.

Cyrill. Alexan.

Psal. 103
vers. 15.

V.
Isai. 3.
vers. 1.

Lect. Hebreæ.

Basilius.
Cyrill. Alexan.

llicitatem, ac proinde famem significat atque à fame desperationem, ita monēte S. Cyrillo Alex. lib. de adorat. in spiritu ad verba Isaiæ, quæ statim affereamus. In opia diuinorum honorum (de Eucharistia loquitur) nihil aliud est, quam boni desperatio: infirma utique erit hominis natura, perquā facile nāque in quodvis absurdum prolabitur, nisi contineat il lam Saluatoris gratia cœlestibus bonis suis locupletans: nutrit enim robur spirituale panis vivens hoc est Verbum Dei: scriptū est enim: Panis cor hominis confirmat,

Psal. 103. vers. 15. Liberatque à servitu te, & affectionibus, & gloria libertatis su prāmodum ornans. Hæc Cyrillus. Ut videris, quam aptè comminatio promissiōni factæ respondeat.

His iam mirè concinit præfata cōminatio ex ecutioni mandata ip̄o met Vate Isai cap. 3. vers. 1. illam sic prophetante, vt ob oculos ponere videatur: Ecce enim (inquit) Dominator Domini nus exercitum auferet à Ierusalem, & à Iudæa validum, & fortē: omne robur pānis, & omne robur aquæ. Quæ in Hebreo sic leguntur magnā, cum emphasi à Pag nino: Ecce enim Dominator Dominus exercitum removere facit à Ierusalem, & à Iudæa fulcimentum, & fulcimentum: hoc est omne fulcimentum pānis, & omne fulcimentum aquæ, de pane Eucharistico, id est de Christo in Sacramen to id vaticinium accipientibus Basilio Magno ibi, & Cyrillo Alexand. lib. de adorat. in spiritu: & ab his PP. multi ē recentioribus. Audi Basilium hęc ver basic explicantem: Istius infirmitatis causa superius inducta est, quia factum est, vt iam apud Iudeos non superfit robur pānis, & aquæ: Quemadmodum enim corpora nostrā cōvalescunt, ac firmantur sub alterna sumptione congruenti m alimento rum; ita quidem quiddam est, quod consen tanee pascit animam, eique suggerit vegetas vires ad bonitatem conjectandam, sub iicit. Quid illud tandem est? Nimirū, quod dixit Dominus. Quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quibus autem non suppetunt hęc, ijs utique defecit robur pānis, & aquæ. Hæc Basilius, & similia Cyrillus Alexand. Sed in lectio Hebreæ, quæ habet fulcimentum (seū vt alij reddunt Basilium) obserua: Christum panem vite, & datum Sy-

nagogæ in fulcimentum, velut columnam sustentantem edificium, & ob ipsius pravitatem ablatum: atque inde necessaria ratione accidisse, quod ille dixit:

Nec collapsa rnant subductis tecta columnis.

A Quæ omnino priori loco expressit Isaías vers. 8. inquiens: Et de relinquetur filia Sion, vt umbraculum in vinea, & si cut tugurium in cucumerario, & sicut civitas, quæ vastatur: vt quemadmodum peracta vindemia (vt inibi inquit bonus Scholiares P. Gaspar Sanctius) & collectis iam extremis ē cucumerario fructibus, umbraculum, quod imminebat vineæ, & erat custodi nūnumento, atque umbræ, & terrori furibus, sic disipatur, vt neque speciem habeat vīlā, neque vīsum, sed tantum supersunt nudatātumina, & non iam tabernaculū, sed tabernaculi disturbati mera vestigia; aut si cut tugurium, quod postquā collecti fuerint ē cucumerario fructus, ita dissipatur, vt nullum tui deinceps relinquit vīsum: ita Synagogā subducto Eucharistiæ fulcimento infeliciter colapla ruita sit: columbis & sustentaculo ad Ecclesiam Christianam, quæ cibo cœlesti corporis, & sanguinis Domini innititur omnino translatis: sub hoc planè sensu manifestissimè prædente Salomone: Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinū, & preposuit mēsam suā. Prou. 9. vers. 1. quæ de Ecclesiâ Christianâ septem Sancti Spiritus donis constructa, & Augustissime Eucharistiæ fundamento innixa accipienda sunt, cum Cypriano in epist. ad Cæcilium de Sacramento Altaris, & lib. 2. testimoniorum ad Quirinum cōtra Iudeos, Ambrosio lib. 4. de fide c. 7. Anastasio Nizeno quæst. 40. Chrysostom. hom. in Psalm. 22. S. Thon. opuscul. 58. Beda, & Hugone ibi, & alijs pluribus, vt iam vidimus adn. 1.

E Quo in loco non possum non iterum, sed aucto censu aduocare Petrum Vener. præced. adnot. adductū, quod illa eius verba huc maximè faciant. Irritus Deus diuturnis malis Iudaici populi, quibus, & in Deum impij, & in homines erant iniqui, nec ferēs ultra promissiones spiritu uales, ac cœlestes à terrenis, &

Isai. 1.
vers. 8.

P. Sanct.

Prou. 9.
vers. 1.

Cyprian.

Ambros.
Anastas.
S. Thom.

VI.

Petr. Ve-
nerab.

carnalibus conculcari, elegit successores, qui quod illi respuebant, susciperent; qui quod nolebant, vellent, q̄ si vine & fructum redderent temporibus suis, obserua illa. Nec ferens ultra promissiones spirituales acc̄ celestes à terrēnis, & carnalibus cōculcari: cōcelestem nimirum Eucharistie ci-
 bum sub figurā manna promisum, ut dicebat Paulus: Eādem escām spiritua-
 lem manducauerunt, & bonum terre, ab
 Isaia oblatum, quod ipsi audire nolen-
 tes terrenis bonis, & carnalibus deside-
 rijs postposuerunt. Sed pergit opportu-
 né Petrus Venerab. subdens. Elegit pro
 uno populo omnes gentes, pro particula Sy-
 via & uniuersus orbem terrarum, atque per
 Filium suum huius magni consilij Ange-
 lum legem suam, cultum suum, sacrificia eti-
 tradidit, & eo mediante mundū à morte
 eripiens, immortali vitæ restituit. In quā
 sententiam, cum plura scripturæ mo-
 numenta confessiſſet, tandem conclu-
 dit. Celsit pluralitas Iudaicarum hostiarū
 unitati victimæ Christianæ, qua quia non
 poterant perfectum facere seruientem mul-
 tiplicitate ſuā, prouiaſſet à Deo hostia, quæ
 offerentes mūdaret, sanctificaret, perfectos
 faceret simplicitate ſuā. Bos, vitulus, a-
 ries, agnus, capra, hircus carnis, & cruo-
 re implent altaria Iudæorum, ſolus Agnus
 Dei, qui tollit peccata mundi Altaris per
 ponitur Christianorum. Vnde statim hūc
 ſenſum firmans Apoſtoli verbis 1. ad
 Corinth. 5. vers. 7. Pascha noſtrū immo-
 latus eſt Christus. Auguſtī ſimum: Eucha-
 ristiæ ſacrificium vehementer collau-
 dans, ab eo Christianam Ecclesiā, &
 legem gratiæ Synagogæ longissimo
 intervallo anteferendam pulchre ſta-
 tuit, hunc in modum: Auditon me,
 ſed Apoſtolum Dei. Pascha, inquit, no-
 ſtrum immolatus eſt Christus. Hoc eſt,
 Pascha Iudæorum eſt immolatus Agnus.
 Pascha verò noſtrum, id eſt Christianorum
 eſt immolatus Christus. Hoc ergo unicum
 Christianorum ſacrificiū Christus eſt. Hoc
 ſacrificium Christiano tēpori ſervabatur.
 Hoc, inquam, ſervabatur tempori gratiæ,
 quod congruum non fuerat dari in tempo-
 re iracundia. Habuit bovem Iudæus, ha-
 bet Christum Christianus, cuius ſacrificiū
 tanto Iudaicis victimis excellentius eſt,
 quanto Christus buue maior eſt. Congrua-
 tunc fuit ſervilis hostia ſeruis, ſeruata eſt
 noſtris diebus liberatrix victimā iam fi-

lijs, & amicis, quibus in Euangeliō dici-
 tur, Filioli adhuc modicum vobifcum
 ſum, Ioan. 13. vers. 33. Etiam non dicā
 voſſervos, ſed amicos. Ioan. 15. vers.
 15. Resperſus eſt textus Diuinæ legis innu-
 meris teſtimonijs, quod multiplicitas anti-
 quarum hoſtiarum, hanc vnam Euangelię
 hoſtiam deſignabat, & quia impoſſibile e-
 rat ſanguine agnorum, & hircorum aufer-
 ri peccata, ipſa lex, quæ multa illa manda-
 verat, omnes ad hanc vnam victimā trans-
 mittebat, Haec tam multa Petrus Vene-
 rab. ſed non ſunt multa, quibus nihil de-
 mere poſſis.

Ioann. 13
vers. 33.
Ioann. 15
vers. 15.

VII.

His mirè applaudunt S. Cyrill. Alex.
 lib. 10. de tabernaculo, & Ambr. ſerm.
 12. in Psalm. 118. dum ille hāc de cauſā
 myſticiā illā mēlam, in quā panes propo-
 ſitionis ponebātur, ad Aquilonem ſta-
 tutam obſeruat, itidemque candelabrum
 ad Meridiem poſitum, ſic Oracu-
 lo ſtatuerit. Mensa que extra velum,
 & contra mensam candelabrum in laterē
 meridiano. Mensa enim ſtabit in parte A-
 quilonis. Exod. 26. vers. 35. Ambroſius
 verò opporturnè inſlectit in p̄fatum
 ſenſum de Dei Filio à Iudeis in Chri-
 ſtianos tranſlatedo verba Salomonis de
 Sole à meridie in Aquilonem ſele inſle-
 cente. Oriens Sol, & occidit, & ad locū
 ſuum revertitur: ibique renascens, gyrat
 per Meridiem, & ſelectur ad Aquilonem.

Ecclesi. 1.
vers. 6.

Ecclesiastes 1. vers. 6. Quæ Ambroſius
 eleganter illuſrat: nam cum paulo an-
 te occaſione verbōrum David: In gene-
 rationem, & generationem veritas tua.
 Psal. 118. vers. 90. dixiſlet. Eſt enim ve-
 ritas, & in veteri teſtamento, quæ fuit an-
 te in populo Iudæorum. Notus enim in
 Iudea Deus, Psal. 75. vers. 1. Deus autē
 veritas eſt. Ergo in Iudea veritas. Fuit igi-
 tur veritas in patribus Moysē, & Iesu Na-
 ue, in Samuel, in Dauid, Helia, Helifeo,
 & in illis ſeptem milibus virorum, qui no-
 curva verunt genua ante Baal. Sed quia po-
 ſterior ſoboles Iudæorum à patrum mort-
 bus deviavit, recessit ab illis veritas, &
 ad Eccleſiam venit. Poſt modum verſans
 p̄fata Salomonis verba, poſt multa in
 hanc rem, inquit. Ipſe Oriens, inquit, va-
 dit ad Austrum, & gyrat ad Aquilonem.
 Ille utique Oriens, qui ait. Oriens nomē
 eſt mihi, qui ſemper oritur pijs, nunquam
 occidit, ipſe Oriens populo Hebreorum ad
 Austrum iavit, ad molliorem populum, lu-

Pſal. 118
vers. 90.
Ambros.

Zach. 6.
vers. 12.

xuria magis servientis populi lubricum, quam immanitatis impietate prædurum, aut certe ad nobilitorem plebem, quæ erat genus electum vindicans, sibi Patriarcharum prosapiam. Sed quia perseverabat in ritujs, nec emendabat errorem: ideo Sol iustitiae gyavit ad gentes, quæ ante eloquijs caelestibus defraudatae immanes, & ignobiles habebantur. Aquilo enim grauis vetus, ut populi nationum: sed qui erant graves ante in perfidia, nunc super aquilas leviores facti sunt fide, atque pietate postquam venit, qui diceret. Ab Aquilone adduc. Hæc & alia Ambrosius. Quæ quidem omnia ad Eucharistiam signatè retulit Cyrilus, hunc in modum sicutum mensa expendens: Itaque Candelabrum ad Austrum tabernaculi locatum erat: mensa autem ad Aquilonem: utroque autem Christum significari demonstravimus: nam lumen esse Christum lucerna declarat. Mensa vero, & quæ in ea continebantur eundem esse vitam, atque panem vivum ostendunt. Igitur ex virtusque situ, candelabri inquam & mensa per facile erit intellegere Iudeus quidem effusisse Christum. Sed quoniam illud veritatis lumen minime admiserunt, factus est gentibus vita, & panis de cœlo. Hæc ille, mensa videbitur signatè in parte Aquilonis positâ, & Sole flectente se, & gyrangea meridi die Iudeorum, ubi candelabrum olim elucebat, ad Aquilonem gentium.

VIII. Accuratissima quidem, & emphasi plena ea locutio est, qua Moyses diē primum creationis mundi, postquam dñus Deus lucē à tenebris, appellavit quæ lucem, diem & tenebras noctem, ita nominavit: Et factum est vespere, & manes dies unus. Genes. 1. verl. 5. Sed cur à vespere in mane descriptus dies? seu: cur prius vesper, quam mane? Cū mane incipiat dies? Quid id secundum litteralem sensum sibi velit, pete ex interpretibus; ut nos ad mysterium, quod nobis Moyses indubitate ingessit, intueamur; quippe ille in ipsa primâ mudi fronte, & primordio Christum eiusque Ecclesiam arcano sermone repræsentavit: & quoniā ab ipso mudi exordio non duæ, sed una omnino, Ecclesia Dei fuit, quæ Christus sponsa, & fuit & est & erit: nam Iesus Christus heri, & hodie, & ipse insecula. ad Hebreos 13. vers. 8. eam quidem sub viuis diei ima-

gine tamen veterem, quam novam, Synagogam videlicet, & Ecclesiam signatè complexus est: Sed miro quidem discrimine: à vespere Synagogæ, ad mane Ecclesiæ progressus, ut nobis oculos poneret illam decrescentem, & lumine ad occasum vergente, donec in tenebras desineret: hanc vero à mane usque ad meridiem caelesti luce perfusa, quæ in perpetuo meridianō solis est, de ipsa litterali sensu aiente Salomonem. Quæ est ista, quæ progeditur, sicut Aurora conjurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, Cantic. 6. verf. 9. Quod quidem tam immensum discrimen in eo cardine vertitur, quod totus Christianæ Ecclesiæ dies, tamen tota solis lancea, quæ in meridie subsistit, ab Augustissimâ Eucharistia illi adsit: ipsa met Domino filijs Israel, ita prænunciante Exod. 16. verf. 12. Vespere comedetis carnes, & manè saturabitini panibus: scitisque quod ego sum Dominus Deus vester. Audis vespere, & manè? Audis carnes pro vespere, panem pro mane datum? Scito iam ex S. Cyril. Alex. & Ruperto (ita ex illis adnotante P. Cornelio) vespere significare obscuritatem veteris legis carnem animalium immolatent; post quam illuxit mane Ecclesiæ panem caelestem Eucharistiæ, qui lux & manna mudi est, sacrificantis: sic enim Rupertus: Per carnes veteras sacrificia per manna novum sacrificium accipimus. Hæc ille, quæ luculentè diffundit Cyril. lib. 3. in Ioann. cap 34. post medium, ubi cum de ijs carnis, quæ non aliæ, quæ coturnicum erat, dixisset: Attende, distinguere diligenter singula. Nam coturnix legem quodammodo denotabat: nunquam enim effertur volatu, sed prope terram semper haec avis volat. Nam & disciplina legis terrestris quodammodo est, animalium oblationes & purifications Iudaicas continens, quibus illi non multum è terra levabantur: subiicit. Vespere autem traditur, vel quia magna obscuritate figuræ legis involvuntur, vel quia mundus tenebrarum effusione tenebatur lucē vera carens, quæ est Christus. Ego, inquit, sum lux mundi, &c. Solutis enim nocturnis legis iam tenebris, & sole nobis intelligibili orto, præsentis Domini gloriam intuentes copiosissimè panem caelestem, ipsum rursum Christum a sequimur. Hæc Cyril. sibi

Cant. 6.
vers. 9.

Exod. 16
vers. 12.

Cyril. A.
lex.
Rupert.

omnino

oninino contentiens, dum prius de candelabro, & mensa differens aiebat Iudæis quidem effusisse Christum, sed quoniam illud veritatis lumen minime admirerunt factus est gentibus vita, & panis de cœlo gyrante sole, & flectente se ad Aquilonem.

IX.

Act. 13.
vers. 46.

Ita quidem candelabrum ad Meridiem primù in constitutum ad Aquilonem subinde translatū videris, Iudæis comminante Paulo: *Vobis quidem oportebat primum loqui Verbum Dei; sed quoniam repellitis illud; & indignos vos tunc catis æternæ vite: Ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem gentium, ut sis in salutē usque ad extreum terræ.* Actuum 13. verl. 46. subdit vero Lucas. Audientes autem gentes gavisæ sunt, & glorificabant verbū Domini: Vides primum candelabrum, & Solē ad meridiem illucentem exculo Aquilone gentium; deinde vero ipsum nūt gyrantem per meridiem, & flectentem se ad Aquilonem? Iam hæc ad Eucharistiam pertinere auctor est Rupertus lib. 4. in Apocalypsin: Sed prius obserua quid in Agni mandatione pro uno tantum populo Iudeorum gentibus exclusis, prescriberetur. Exod. 12 vers. 43. *Hæc est Religio Phasæ, omnis alienigena non comedet ex eo. Quod eō potissimum aspiciebat, ut suus decor populo Iudaico, & eius Religioni servaretur, qui Agni immolationem pro tessera, & suæ ingenuitatis signo haberet, à quo gentiles essent omnino expertes: Ideo notanter Paulus, *vobis tanquam primum electis, & gentilibus antepositis oportebat loqui verbum Dei, & Agni immolati veritatem revelare, sed quoniam vos repellitis illud: Ecce convertimur ad gentes olim à convivio Agni exclusas: atque Christum Agnum Dei qui tollit peccata mundi, & eius carne pacimur, cuius crux potamur, omnibus populis gentibus, & linguis prædicamus: ut adverbium illud ecce: rei imprudentia demonstratiuum respiciat ad illud met aduerbiū.* Ecce, quo Vates Psal. 86. vers. 4. Ecclesiam Christianā velut dīgo commonstrans, dixit: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illuc: tantum non dicens, quod Iona Apocalyp. 5. vers. 8. sibi demonstratum, sic scribit: Et cum aperuisset librū,**

Rupert.

Exod. 86.
vers. 43.

Ecce aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes: Vbi in primis manifestè vides Agni immolationem, & Pascha nostrum, hoc est Sanctissimæ Eucharistie cultum ad gentes traslatum, ut sapienter explicat hoc canticum P. Alcazar ibi inquisens: Adoratio Agni referenda est ad Missa saeculicium: illæ enim gratia Christo Redemptori nostro præ ceteris placent in primis, quæ illi in Altaris sacrificio referuntur, quod ideo nominatur Eucharistia, quia est gratiarum actio, & in ea Christo gratia aguntur, quod nos suo sanguine redemerit, & plurimis alijs beneficijs, quæ ex redemptione dimanant cumula verit. Atque hoc est, quod Christus suis discipulis, simulque Ecclesia dixit. Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Hec ibi P. Alcazar: Iam vero ad nostrum institutum, si hæc obseruat Rupertus: Agnus, qui in Ægypto in figurâ immolatus est, ex una tantum gente populum tuum insanguine suo redemit (de redemptione ex Ægyptiacâ servitute loquitur) Nunc autem tu pertem et ipsum redemisti nos Deo in sanguine tuo, ut sanguis tuus signo crucis frontibus nostris imprimatur: ita redemisti nos à malignis spiritibus congregans de nationibus, & fecisti nos Deo nostrum regnum. Hæc Rupertus.

Psal. 86.
vers. 4.Apoc. 5.
vers. 8.

quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores ecclerunt coram Agno, habentes signuli citharas, & phalias aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum & cantabant canticum novum dicentes: Dignus es Domine accipere librū,

A & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes: Vbi in primis manifestè vides Agni immolationem, & Pascha nostrum, hoc est Sanctissimæ Eucharistie cultum ad gentes traslatum, ut sapienter explicat hoc canticum P. Alcazar ibi inquisens: Adoratio Agni referenda est ad Missa saeculicium: illæ enim gratia Christo Redemptori nostro præ ceteris placent in primis, quæ illi in Altaris sacrificio referuntur, quod ideo nominatur Eucharistia, quia est gratiarum actio, & in ea Christo gratia aguntur, quod nos suo sanguine redemerit, & plurimis alijs beneficijs, quæ ex redemptione dimanant cumula verit. Atque hoc est, quod Christus suis discipulis, simulque Ecclesia dixit. Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Hec ibi P. Alcazar: Iam vero ad nostrum institutum, si hæc obseruat Rupertus: Agnus, qui in Ægypto in figurâ immolatus est, ex una tantum gente populum tuum insanguine suo redemit (de redemptione ex Ægyptiacâ servitute loquitur) Nunc autem tu pertem et ipsum redemisti nos Deo in sanguine tuo, ut sanguis tuus signo crucis frontibus nostris imprimatur: ita redemisti nos à malignis spiritibus congregans de nationibus, & fecisti nos Deo nostrum regnum. Hæc Rupertus.

Alcazar.

B C D E

Ecclæ in festam diuinæ gratiæ, quæ ipsam à Synagoga discriminet datam fuisse.

EIVSDEM ARGVMENTI.

EVCHARISTIAM CHRISTIANAM

Ecclesiæ in festam diuinæ gratiæ, quæ ipsam à Synagoga discriminet datam fuisse.

ADNOTATIO V.

A GE vero, & plusplus quæ præced. adnot. dicta sunt firniemus; & ut diuinæ Eucharistie, atque cunctorum bonorum spiritualium veritatē eximiol-

I.

que

Tertull.

Genes. 18
vers. 1.

Oleaster:

Matt. 9
vers. 13
Luc. 7
vers. 36.

que Dei fauores apud Christianam Ecclesiam manere, ibiqui e subsistere; ita Iudeis, peculiaria diuinæ gratiæ, & amicitiæ dona denegata facile demonstremus: Enim vero huc in primis advoco ingens discriminem inter & scriptæ legis, & gratiæ tempora: dū in veteri lege, dum in illis apparitionibus, quibus Dei Verbū futurum adventum suum in terras, se ut Tertullianus loqui solet, *humanos congresus preludebat*, cum sacerdos cum Abraham sermones misceret, ita suum sibi decorēti, & auctoritatem retinuisse videris, vt ei pro foribus dominus loqueretur, quin domum ipsam vñquam introisse dicatur, ita enim Genes. 18. vers. 1. *Apparuit ei Dominus in convalle Mamre sedenti in ostio tabernaculi sui, & cap. 15. vers. 5. Eduxit illum foras, & ait illi suspicere cœlum: Scite id obseruante Oleastro in cap. 24. Exodi ad finem, hunc inmodum: Sic & Abraham dilectissimo suo fecit, ad quem et si aliquando descendere dignatus est, nunquam tamen domum eius ingrati voluit.* Quod quidem & si in libro de optimo Principe, lib. 5. adnotation. 2. numer. 4. eō retulerim cum eodem Oleastro, vt Principibus documento fuerit, non debere sic esse ipsos suis familiaribus tradere, vt quā non dato fideiussore, nullum illis in expediendis negotijs terminum præfigant. *Sicut enim (pergit ibi Oleaster) homo etiam iustus ex divinis favoribus in sole scere: ideo ad mensuram sibi cuncta ostendenda sunt, & præstanda: modo vero altius meditari ad mysterium Dominicæ Incarnationis, & Augustissima Eucharistiæ referimus, vt eximius iste fauor, atque benignitas, quā Dei Filius non tantum exterioren hominis domum, sed etiam interiorem: ipsumque pectoris humani teētum intrare concupiscit, in nostra felicissima tempora servaretur, ita sanè sapientius in Euangelijs videris Dominum hominum etiam peccatorum domos intrantem, & cum ipsis familiariter edentem. Matthæi 9. vers. 13. Luca 7. vers. 36. & cap. 15. vers. 1. vt argumento effet; vel ī iam Dominum cum Ecclesiæ Christianæ alumnis velat cum amicis; &*

filijs adeò familiariter agere, vt factus Luce 15. eorum cibis, & potus in ipsorum pectora ingredereetur. Quod quidem mysterium olfecisse videtur urbanissimus, atque discretissimus ille Centurio, apud Matthæum 8. vers. 8. cum

vers. 1.

A Domino domum eius eunti occurrit dicens: *Domine non sum dignus, vt intres sub teētum meū*, vt dixerit.

Matt. 8.
vers. 8.

Quis ego sum Domine? In cuius teētuni intrare velis, qui dilectissimi tui Abraham domum noluisti intrare: Num homo gentilis Israëlitæ præstantior? aut diuina Maiestas iam solito demissior? aut nostra tempora à tua humanitate adeò sunt felicia, vt patria cum Dō iam sperare possimus?

B Quo sane acutum punctus Hieronymus epist. 142 ad Damasum ad Christianæ Ecclesiæ felicitatem hæc referebat: nimur dum ipse obleruat Deum per simili aculeo compunctum, Moysis tempore non nisi ad ostium tabernaculi responsa dare fuisse solitum, Exod. 29. vers. 42. & capit. 33. Exod. 29 vers. 9. & Numer. 16. vers. 19. dicente sacro Scriptore: *Stantibus Moyse, & Aaron ad ostium tabernaculi apparuunt cunctis gloria Domini: pulchre his locutionibus oppenit verba Sponsæ, Cantic. 1. Cant. 1. vers. 3. Introduxit me Rex LXX. in cellaria sua, sive vt LXX. habent. In cubiculum suum, & cap. 2. vers. 4. Introduxit me in cellam vinariam: ex quibus nostram sententiam, sic confirmat. Legimus in veteri testamento, quod semper Dominus Moysi, & Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, quasi ante Euangeliū, nec dum eos in Sancta Sanctorum introduxerit: sicut Dei Ecclesia postea introducta est, dicens: Introduxit me Rex in cubiculum suum.*

Exod. 33 vers. 42.
Exod. 33 vers. 9.
Cantic. 1. Cant. 1. vers. 3.
Canticor. 1. vers. 3. Introduxit me Rex LXX. in cellaria sua, sive vt LXX. habent. In Cant. 2. vers. 4.

C Hæc Hieronymus. Cuius sensum, sic explicat, & elucidat Ambrosius lib. 3. de Sacramentis, cap. 2. ubi de vocatione Christi ad Eucharistiæ convivium agens, sic inquit. *Introduxit me Rex in cubiculum suum: Gracus in promptuariū suum: Vbi bona libamina: vbi boni odores: vbi mella suavia, vbi fructus diversi, vbi epulæ variae, vbi plurimis epulorum prandium conditatur.* Hæc Ambrosius.

Hieron.
Ambros.

D Necerit difficile ex dictis in precedent. annotation. coniectare, quod

II.

subit, huic obseruationi mysterium. Nimirum, quod Dominus ad ostium tabernaculi populi Iudaici consistet, quia intus intraret; omnino Israelitas ad bonum terrae comedendum, hoc est, ut Eucharistiam bonis operibus promerentur, invitabat, illis Isaiae verbis inibi adductis: *Si volueritis, & audieritis me, bona terra (H. Bonum terra) comedetis.* Dum vero nec in eorum tabernaculum introiisse, nec in cubiculum suum, sive in celum vinariam eos introduxisse fertur: manifeste adstruitur, Dominum ab ipsis propter eorum improbitatem recessisse, & ad gentes conimigrasse, etsque suæ munificentia theseram impertiisse: Id quidem Salomone ex persona Synagogæ, ut Chaldeus Paraphrastes, & Aponius interpretantur, ænigmatically significante, Canticorum 5. vbi vers. 2. sic primum foribus assitens ad ipsas pulsans, & rogans inducitur. *Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium:* Deinde vero illa præ desidia, & ingratitudine ianuam Deo aperire renente, ecce ille à foribus declinavit, atque recessit, sic enim vers. 6. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinaverat, atque transferat, quæsti vi, & non inveni illum, vocavi, & non respondit mihi.* Vbi Chaldea Paraphralis priora verba sic transtulit: *Cum prævaluit contra me plaga fortitudinis Domini, obstupui propter opera mea, & Sacerdotes obtulerunt oblationes, & adoleverunt incensum aromatum, & non fuit acceptum cum beneplacito, quoniam Dominator seculi clausit portas potentie in conspectu meo.* Dixit Christus Israel, volui querere doctrinam à facie Domini, ipse autem abstulit maiestatem suam de medio mei. Quæ sanè verba, nec hilum differre videntur ab illis Domini, apud Malachiam 1. vers. 10. *Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra,* quia videlicet, iam declinauerat, atque transferat ad gentes, ideo subiiciebat. *Abortu enim solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in genti-*

Cant. 5.
ver. 2. &
6.

Chalda.

Malac. 1.
vers. 20.

bus, & in omni loco sacrificatur, & offerter nomini meo oblatio munda. Sed pergit transferre Canticorum verba Chaldaeus: Et anima mea desideravit vocem verborum eius, quæsti vi maiestatem glorie eius, & non inveni orationem meam. Quæ omnia ad plebem Israëliticam referens Aponius primum ea verba, ut dicitus locutus est, sic explicat. Dum loquitur eis per Angelum dicens. Quid clamatis ad me? Ite ad deos vestros, post modum in illud. Vocavi. & non respondit: ita inquit. Non in toto corde exquiendo, non renuit eum: & quia non obliviscendo alios falsos deos, unum & rerum vocavit; ideo non respondit ei. Hæc Aponius.

Sediam à prophetâ, & ænigmate ad reisuccesum, & historiam sermonem transfer. *Quid nam fuerit Dominum ad Synagogæ ianuam consistere, & amice pulsare, quam illi suggerere? Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortuis sunt. Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Ioann. 6. vers. 56. & 59. *Quid autem opportunius, sponsam cunctantem, & renuentem ad limina adumbret, quam eorum, qui hæc à Domino audierunt vers. 61. responsio? Durus est hic sermo, & quis potest eum audire: in qua verba Chrysostomus in Catenâ Græca: Quid ergo? Durus est hic sermo.* Num quod vitam annunciet, & resurrectionem? *Quod ex cœlo se dixerit descendisse? An quod saluus fieri nemo posset, qui eius carnem non manducaret?* Num hæc dic, amabo dura sunt? At quis hoc dixerit? Pergit indidem Theodorus. *Iis autem, qui ista spiritualiter accipiunt, nequaquam dura visa sunt, sed ut verba pietatis æternam illis vitam peperrunt.* Ammonius vero sapienter horum

Aponius

III.

Ioann. 6.
vers. 59.

Chrysost.

Theodor.

Ammon.

inscitiam cum impietate coniunctam accusans, subdit. Non intelligentes quæ dicebantur, ne quidem interrogare, ac discere voluerūt. Huius quidem typum gerebat inuidus ille senior prodigi filii frater, qui auditio conviuuij vituli saginati gaudio noluit domum intra-

re,

Anastas.
Synag.

re, Luc 15. vers. 28. vt Anastasius Sy-
naita superius adductus dicebat. Fra-
ter huius prodigi filij gentilis, qui erat in
agro vineæ Iraelis, agricola mansit, sine
benedictione, vt qui hucusque non indu-
cat in animum ingredi. & esse particeps
corporis, & sanguinis vituli saginati, sa-
ginatus autem vitulus dicitur Christus, ita
Anast. Iam verò vt vides Synagogam
Deo renuentem aperire ianuam; vide
etiam illum declinantem, renuentem,
& se ad gentes cōuertentem: nam si
meministi solis (vt in adnotation. prae-
cedent. vidimus) gyrrantis, & circueun-
tis, & flectentis se ad Aquilonem: hoc
est ad nobiliorem plebem gentium, vt di-
cebat Ambrosius: obserua modo pro-

Montan.
Pagnin.
Symmac.

verbo illo declinaverat: Montanum le-
gere: circuierat. Pagninum verterat se:
Synnachum, renuens præteriit: Quid
verò hæc portendant eodemmet cap.
6. vers. 1. apertissimè explicavit Ioani-
nes: dum celebratissimum illud con-
vivium, quod in figuram Eucharistie

Ioann. 6.
vers. 1.

Dei filius tot hominum millibus in de-
ferto regia magnificentia apparavit, re-
latus, signatissimè adnotavit: illud
trans mare Tyberiadis relicta Hierusa-
lem à Domino instructum fuisse: Post

hæc (inquit) abiit Iesus trans mare Galilee, quod est Tyberiadis, & sequebatur
eum multitudo magna. Vbi omnino ob-
serua ex interpretibus, præsertim ex
Cardin. Toleto ibi adnotat. 2. mare Ty-
beriadis dictum fuisse à celebri civita-
te, in principio eius sita, quæ cum fuis-
set ante destructa, postea ab Herode in
honorem Tiberij Cæsaris reparata, de
eius nomine appellata fuit: vt argu-
mento estet Dominum mysteria Eu-
charistie, & carnis suæ augustinum

convivium à Iudeis ad gentes omni-
no transferre; pulchre id obseruante
S. Cyrillo Alexan. in Catena Græca, ad
hæc verba, hunc in modum. Cum enim
Christus discesserat Ierosolymis, vt à Pro-
phetis dictum est. Reliqui domini meæ,
dimisi hereditatem meam. Et alienigenis se exhibebat: tunc magna equi-
tur eum turba: & rursus incidem: si
penitus mentis oculis, quæ hic scripta
sunt, introspexeris, te in isto Salvatoris ab
Ierosolymis recessu præstantissimam dis-
pensionem reperturum admiraberis.
Nam cum resantia Iudeorum sapen-

Tolet.

S. Cyr.
A.
lex.

mero ejceretur, ad alienigenas diuer-
tendo, apud illos quodammodo se tutari
videbatur, & per honorificè tractabatur,
hoc facto gentium Ecclesiæ meliorem
calculum tribuens. Hæc modo Cyril-
lus: & quidem opportunè, meliorem cal-
culum. Quem illum planè de quo ip-
semet Dominus, Apocalyps. 2. vers.

17. dixit: Dabo ei calculum cāandidū. Apoc. 2.

hoc est Eucharistiam, vt suoloco latius
adstruimus. Obserua ergo Dei
Filiū cum sacratissimo corporis sui
convivio relicti iudeis, & mare in-
ter ipsum, & illos interiecto, ne ad il-
lum pervenirent, ad gentes commi-
grati. Quare subiicit Cyrilus. Pro-

pertearecedens à Iudeis, non ad finitima
castelladiuertit: Sed trans mare Tibe-
riadis abiit, vt rē ipsa Iudeis intimare
tur tam longe pro impietate eorum ab eis
migratūrum, vt inaccessibilis ad eum
via futura sit: non enim est possibile, pe-
dibus hominum maria transiri. Sic ille
vbi manifestissimè videt, vt Senio
remfratrem foras relicturn, qui hucus
que non inducat in animum ingredi &
esse particeps corporis, & sanguinis vi-
tul saginati, ita Christianam Ecclesiam

ad coeleste hoc convivium singulariter
invitatam.

Quo maximè facit sacrosanctum
Dei hæc de re in gratiam Ecclesiæ
Christianæ interpositum ius iuran-
dum, apud Isaiam cap 62. vers. 8. his
verbis: Iurauit Dominus in dexterâ
sua, & in brachio fortitudinis sue, si de-
dero triticum tuum ultra cibum ini-
cis tuis. & si biberint filii clienti vinum
tuum, in quo laborasti, quia qui congregant
illud, comedent, & laudabunt Do-
minum, & qui comportant illud, bi-
bent in atrijs Sanctis meis. Quæ verba

de Eucharistia omnino fore accipien-
dacum Hieronymo, solus ille dubita-
bit, qui prophetatum Isaiae proflus ig-
narus sensus insipidos, & humi repen-
tes ad illas affert: Ergo hunc locum sic
interpretatur Hieronymus. Hic est au-
tem triticum, & hoc est vinum, quod non
comedent, nisi laudantes Dominum, &
non bibent, nisi in atrijs Sanctis eius, de
quo Dominus in passione dicebat. A-
men dico vobis, non bibam de geni-
mine vitis, donec illud bibam no-
vum in regno Patris. Quæ ex parte

IV.

Isaie 62.
vers. 8.

Hieron.

complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus discipulis suis. Bibite amici, & inebriamini fratres. Quod vinum legitimatur cor hominis, & plena, ac media luce bibitur a Ioseph, & complebitur plenus, quando inebriabitur terra benedictionibus Domini. Triticum quoque de quo panis celestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus. Caro mea vere est cibus. Rursumque de vino: Et sanguis meus vere est potus: Hactenus Hieronymus. Sed locus se ipso illustris, & ad nostrum institutum de Eucharistiae convivio Iudeis denegato, & ad gentes translato per opportunus, ut & obseruatu, ita & illustratione dignus est: & primum aduerte gravitatem, sive maiestatem iuramenti per dexteram, in qua fidelitas designatur, & per brachium, quod ad omnipotentem refertur: tantum non dicens Dominus (ut hæc effert P. Sanctius) Nisi hoc comple vero, nolo quisquam me omnipotentem, aut fortem esse putet, aut eum, qui posuit missa prestat, vt filij Ecclesia in quorum gratiam tanto iuramento usus est Dominus, merito dixerimus cum Tertulliano lib. de penitentia, cap. 4. O beatos nos, quorum causa Deus iurat! O miserrimos nos, si nec iuranti Domino credimus! Quod igitur Deus tantopere commendat, quod etiam humano more sub deieratione testatur, summa utique gravitate, & aggredi, & custodire debemus, vt in asseveratione diuinæ gratia permanentes, in fructu quoque eius, & emolumento proinde perseverare possimus.

V.
Ad rem vero, preme in Isaia ea Domini verba quibus Eucharistiam rem propriam populi Christiani, à quæ Iudei extranei esent futuri, affirmat: et si biberint filii alieni vinum tuum, notwithstanding Iudeos, filios alienos, vocans (vt Psal. 17. non semel vers. 46.) vt videris aliam iam omnino rerum faciem, & ingentem personarum mutationem: dum ante in esu Agni gentes, tanquam filii alieni excludebantur præcepto, illo Exod. 12. vers. 43. Omnis alienigena, non comedet ex eo, nunc vero gentes tanquam filii ex Deo nati in domum convivit introducuntur, Iudeis tanquam alienis exclusis, & foras remanentibus. Quod quidem

manifeste significavit Dominus, cum Chananeæ sanitatem petenti filiæ suæ, quæ gentilitatis imaginem præferbat, primum respondit. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israel. Matthæi 15. vers. 24. & rursum:

Matt. 15
vers. 24.

Non est bonum lumere panem filiorum, & mittere canibus: Deinde vero illa humiliter luggerente: Etiam Domine, nam catelli edunt de nichis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum: tandem bonus Dominus in gentes undeque pronus, illi annuit exclamans. O mulier! Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hæc sapienter pensante Chysologo serm. 100. vbi cuni prius

Chrysol.

B præmisisset. Verumtamen, quomodo tulit panem filijs, quibus toties, & taliter obtulit, tribuit, ingressit? Sed illi oblatum conculcare ad celum, non ad vitam sumere sunt conati, & tamen comminutum, & conculcatum à filijs canis, tot à fide toto desiderio lambere festinavit. Chananeæ verba sic denique illustrat. Merito quæ se canem confessæ est, in hominem commutatur, & iuste conuertuntur in canes, qui se filios esse noluerunt: merito adoptatur in filiam, levatur, honoratur ad mensam, quæ se sub mensa laudabili, & prouidà humilitate deiecit. Ius è toto nunc epulatur micas ex pane, quæ suis meritis se intellexit, & confessæ est, rix mereri.

D Vnde tandem concludit. Et quid plura? Hinc est, quod propter iustitiam suam Dominus, nec Iudeis dare putuit, nec gentibus denegare. Hæc Chrysologus, observes illa. Toto nunc epulatur micas ex pane. Ad Eucharistiae videlicet con-

vivium, tanquam filia introducta. Unde opportune huc intentus S. Basilius Seleuciensis oration. 20. de Chananea. Sic Dominum illi loquentem facit: Totam tibi curationis mensam explico, non vt cani micas, sed vt filiæ panem largior. Tu quidem Iudeos fide vicisti;

E ego vero datu meo tua postulata. Fiat tibi, sicut vis: tu filiæ medere. Tecum circumfers curationis pharmacum? Iudeorum, & demonum vix, propaginis tua sanationem fer in fidei præmium. Hec ille, quæ non aliter acceperis, quam dicta Ecclesiæ data ei Eucharistia, quæ est pharmaciæ curationis. A quosa ne non abit Centurioni Domini in donum suam introitum humiliiter

S. Basil.
Seleuc.

Sanctius.

Tertull.

V.

Psal. 17.
vers. 46.

Exod. 12.
vers. 43.

reve


Matt. 8. reuerenti facta promissio: *Vade, & si-
cuit credidisti, fiat tibi.* Matth. 8. vers. 13. cum ante ea sequentibus se dixerit. *Amen
dico vobis, non inveni tantam fidem in
Israe: & statim ad conviuum advocas
vndeque gentes, subdit: Dico autem vo-
bis, quod multi ab Oriente, & Occidente
venient, & recumbent, cum Abraham,
Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filii au-
tem regni eiscentur in tenebras exterio-
res: In quæ verba Basilius Seleuciensis,
orat. 19. sic exclamat. O verba res præ-
sentes confignantia! O vocem veritate cō-
pletam! Eà ratione factum videmus, vt
terre habitatores deorum multitudinem
vero Deo carentem abijcant, & late ex-
plicatas dæmonum superstitiones extur-
bent, Abraham in vocent, & patribus na-
turalibus palam abiudicantes, quos pro-
genitores offert gratia, resortiatur. Iudeo-
rum vero spes, cum mores adulterini refu-
tarent, eos etiam ex hæredes fecerunt. Hec
ille, & alia.*

VI. Iam illud opportunissimum est, quod
Dionysius Alexandrinus in epist. con-
tra Paulum Samosatenum, ad Eucharis-
tiam refert exinanitionem Christi
Domini, de qua Paulus ad Philipp. cap.
2. vers. 7. *Exinanivit semet ipsum, ut iam
vidimus: vt nimurum Dei Filius, tum
maiestatem suam, præ qua Abrahami
domum nolebant intrare, iam demittens,
Centurionis siue gentilis domum
exinanitus intrare posset: tum etiam se
se flectens sive inclinans, atque submit-
tens (vt de Sole ad Aquilonem) telefle-
ctente dicebat Ambrosius) occurrat
verbis illis. *Durus est hic sermo, & quis
potest eum audire?* Ioan. 6. vers. 61. Sed
audi iam Dionysium, sic primum diffe-
rentem: *Deus igitur, qui habitat in nobis
secundum testamentum, quod disposuit no-
bis cum dicens: Accipite, & dividite in-
ter vos. Hoc novum testamentum est.
Hoc facite in meam cōmemoratio-
nem.* Hæc est exinanitio facta ad usum no-
strum, ut possimus capere eum. *Hoc enim
mysterium pertinet secundum dicit Sanctus
Apostolus. Quod le ipsum exinanivit: e-
xinanivit vocat Apostolus, vt ante dixi,
capta nobis mysterium vita per manus e-
ius incontaminata, & incorruptibiles,
& diuinæ, ut possimus, qui sumus fideles
eius, capere eum & fieri mansio eius acci-
pientes eum totum.* Hæc Dionysius. Et*

Philip. 2.
vers. 7.

Dionys.
Alex.

quidem opportunè, & sapienter illud:
exinanitio facta ad usum nostrum, ut possi-
mus capere eum: Secus enim, nisi se huc
in modum exinanisset, cum: quem di-
lectissimi Abraham domus non capie-
bat, imò vero, quem cœli cœlorum,
non capiunt, humanum tectum mini-
me capere posset. Itideinque ut simili-
darietatem illam, quam duri homines
vitio suo illi imponebant, cibis, isque
mollis, atque suavis factus, divinitate
cū carne coiuncta, & subspeciebus pa-
nis data prorsus emolliret. Unde statim
Dionysius componens, tum hanc Eu-
charistie meniam, cum illa enigmatica
Agni Paschalis, tum etiam angusta
Iudæorum peccora, cum amplissimis
fidelium animis, quos Dominus tanta
maiestatis capaces facere voluit, sic in-
quit: *Verum illi non poterant caput cum
pedibus edere: quomodo enim caput Ag-
ni cum pedibus in Pascha edi poterat;
Cum lex Iuda is iuberet, non frangere os
exo? Illis quidem prohibebatur hoc pro-
pter incredulitatem, & duritiam cordis.
Verum tamen, quise exinanivit Christus
Iesus habens in se ipso caput Patris: Ca-
put enim Christi Deus, Fecit poten-
tiam in brachio suo, & exsaltavit humi-
les, ut ipsi capiant Altissimum, & ha-
bitet in nobis propter suam in homines cha-
ritatem, & bonitatem, quæ dilexit nos:
Hactenus Dionysius.*



EIVSDEM ARGUMENTI.

AB EVCHARISTIA DELATA
cœlestis hæreditas Ecclesiæ Christia-
næ; abdicata, & expulsa, ab
eâ Synagoga.

ADNOTATIO VI.

H AC Thesi nihil disertius,
& enucleatus ab Scriptu-
ris, & PP. assertum: cum
Paulus in epistola ad Galatas, itidemque ad Romanos, id argu-
mentum luculenter pertractet: etenim ad Galatas 4. vers. 22. cum pri-
mum de Christiano populo sub perso-
na Isae, de Iudaico vero sub Imael
premisisset, inquiens. *Scriptum est enim,*

I.
Galat. 4.
vers. 22.

Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de liberâ. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de liberâ per reprobationem. Quae sunt per allegoriam dicta: ubi sit opportune. Hec enim sunt duo testamenta: Vnde quidem in monte Sina in servitutem generans, quae est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui contunctus est ei, quae nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa autem, quae sursum est Ierusalem, libera est, quae est mater nostra. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus: id est, in his quae de duobus filiis, & eorum matribus refert scriptura, est significatio duorum testamētorū veteris, & novi. Diciturque vetus testamentum à monte Sina profectum, quia in illo morte lata est lex, cuius obseruatio, fuit conditionis Veteris testamenti, id est fiduciae & pacti inter Deum, & Hebraum populum initi, quo & Deus promisit se illorum fore Deum, tutorem, & protectorem: si tamen latam ab ipso legē observassent: & vicissim populus acceptavit tam benignum Dei pactum, ei que consentiens pronovisit se Decalogum, & Dei leges observaturum: qui bus promissio non stetit: Vnde secundum novumque testamentum, secundusque & pactus successit, quo Dei Filius promisit populo, & Ecclesiæ Christianæ se ipsius Deum, patrem, amicum, & sponsum fore, eisque quasi filiis daturū cœlestem hæreditatem: Christiani vero, & eorum nomine Apostoli vicissim tā liberale Dei testamentum, & pactum amplectentes, Christique voluntati, præceptis, & promissis annuētes, promiserunt se Christi fidem suscepuros; seruaturosque precepta: Ex quibus statim infert Paulus Dei hæreditatem ab Hebreo populo, tanquam ab indigno ablatam, in Christianam Ecclesiā trāllatam fuisse: ait enim vers. 30. Sed quid dicit Scriptura: eijce, ancillam, & Filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ, cū filio liberæ Itaque fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ, quæ libertate Christus nos liberavit.

II.
Matt. 26
vers. 28.

Quæ sane ad Eucharistiam omnino pertinere, ipsummet Dominus aperte nos docuit in ipsam Augustissimi Sacramenti institutione dicens. *Hic est enim sanguis meus novi testamēti, qui pro-*

multus effundetur in remissionem peccatorum, Matth. 26. vers. 28. & eodem sensu verbis tantisper immutatis, apud Lucam cap. 22. vers. 20. Hic est calix novi testamentum in meo sanguine: notanti simile ad Eucharistiam reuocans, tum testamentum, & ultimam dispositionem, in qua hæreditas filiis relinquitur, tum veteris testamenti revocationem: Mortirum (inquit Chrysostom. in Catena Graeca) hic etiam se ostendit, & propterea testamenti mentionem fecit: atque prioris quoque memoriam renovat: nimis ut novam dispositionem testatoris indicet in hæreditate Ecclesiæ Christianæ deferenda, & Synagoga abdicanda, quæde re sic optimè differuit Lactantius Firmianus lib. 4. cap. 10. Iudei veteri utuntur: nos novo, sed tamen diversa non sunt, quia novum veteris adimplerat est, & in vetero que idē testator est Christus, qui pro nobis morte suscepit nos hæredes regni aeterni fecit, abdicato, & exhaeredato populo Iudæorum, sicut Ieremias Propheta testatur, cum loquitur talia: Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo domui Irael, & domui Iuda testamentum novum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum. Hac Lactantius. Ad rem vero præsentem opportuna est obseruatio P. Maldonati in præfata verba Matthei, Christum non in Cruce, ut novi hæretici contendunt, sed in hac Eucharistiæ institutione novum testamentum constituisse: Non enim sensus est (inquit ille) hic est sanguis, quo sanctetur: sed quo sanctitur nunc novum testamentum. Quæ sic diffundit. Et qui dem cum initur fædus, partes præsentes esse oportet, aliqua miscere verba, aliquod dare symbolum: in cruce nihil ei usum factum est: Christus desertus erat, & quasi capite minutus, cum solâ Matre, & Ioanne locutus est, sed de rebus tātum priuatis, nō de publico fædere: hic omnia fecit, quae ad fæderis celebritatem desiderari poterat: cum Apostolis, id est cum totâ Ecclesiâ erat: in convivio, ubi solent fædera celebrari, sanguinem suum dedit, quo tanquam symbolo fæderaferiuntur: verbadixit, quibus se fædus cum Ecclesia iniisse declarat. Hie est sanguis meus novi testamenti. Hic ergo novum testamentum constitutum est: & paulò post: Cum ergo sanguinem suum Apostolis tradit, dicens. Hic est sanguis

I. Luc. 22.
vers. 20.

Chrysost.

Lactant.

Maldon.

meus

meus novi testamenti, in possessione novi testamenti eos mittit. Hæc Maldonatus.

III. Vide iam ergo vnius, & alterius filij, id est Christiani, & Iudaici populi discrimen, dicente Paulo. Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancillâ, & unum de libera: sed qui de ancillâ secundum carnem natus est, qui autem de libera per recompensationem: cum quibus verbis compone ea, quæ Ioannes de veris & germanis Dei filijs testamentum, & hæreditatem ipsijs delatam acceptantibus, & eà dignos sese exhibentibus, sic inquit cap. 1. vers. 12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quæ plus explicat subdēs. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: vbi cum notanter discriminet filios ex Deo natos ab ijs, qui ex sanguinibus, & ex voluntate carnis nati sunt, velut digito ostendere videtur filios Abraham, unum de liberâ secundum Dei recompensationem, & alterum de ancillâ secundum carnis leges natum. Ut vero hæc nostro instituto accommodaveris, excutere oportet, quid sibi voluerit Ioannes, cum de ijs quibus potestas data est Filios Dei fieri, subiecerit, qui ex Deo nati sunt, non leue siquidem negotium facessit, distinguere inter eū, qui ex Deo natus est; & illum, cui potestas est data filium Dei fieri. Quid namq; sit Filium Dei fieri, nisi ex Deo natum esse? Cui nodo eam ex græcâ voce, quæ respondet Latinè potestatem, solutionem adhibemus: nimis enim cum significet propriè dignitatem, honorem, auctoritatem, is esse videtur Ioannis sensus, ijs, qui non ex Agar ancillâ secundum carnem nati sunt, sed potius ex Dei recompensatione nati sunt filij Dei per gratiam: ijs inquam per Eucharistiam delatam esse auctoritatem, & honorem, filios Dei perfectissimè fieri, tum à divina similitudine, & cœlesti conversatione, quæ diuinos mores, & cœlestis Patris lineamenta exprimunt; tum à paternâ hæreditate, quæ illi tanquam legitimis filijs cōtingit: nā si filij, & hæredes, ad Roman. 8. vers. 17. sic omnino hæc verba explicante S. Thomâ opusculo 58. de Sacramento Altaris, hunc in S. Thom. modum. Quotquot autem receperunt eū,

dedicat eis potestatem filios Dei fieri, id est Deo conformes, & Deo secundum imaginem similes. Assimilatur autem homo Deo virtute corporis Christi, in interiori cordis bonitate in exteriori corporis fertilitate, in superiori cœlestis regni hæreditate.

A Hæc S. Thomas, quæ latim adductis Apostolorum testimonijs singillatim, sic confirmat. De primo. 2. Petri. 1. Christus propriâ gloria suâ, & virtute maxima, & pretiosa promissio nobis donavit, vt efficiamur per hæc diuinæ confortes naturę. Maxima promissa, id est se ipsum. De utroque ad Galat. 2. Vivo iam non ego, vivit vero in me Christus, scilicet assimilando exteriori bonitate, & interno bono opere. Hæc S. Thomas: Lucifer ter vero eandem expositionem verbis Ioannis reddit ibi Maldonatus, inquiens: Vt filios Maldon. Dei Ioannes vocet, eos, qui filiorum fruuntur hæritate, qui in cælo, quasi in domo Dei sunt. Quos enim Paulus ad Rom. 8. vers. 23. futuros filios dixit, eosdem vers. 15. dixerat futuros hæredes: & post pauca plusplus se explicans: subdit: Nam ijs, qui iam verè erant filij Dei, quique non ex sanguinibus, sed ex Deo nati erant, potestatem, id est ius dedit, vt hæredes quoque Dei fieret, quod est alio sensu filios Dei fieri. Hæc Maldonatus.

B Firmat vero hanc cogitationem ipsam Dominus apud Lucam 22. vers. 29. in ipsam Eucharistiæ institutione discipulis, inquiens: Et ego dispono vobis, sicut dispositi mihi Pater, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: vbi Græcum verbuni, quod respondet Latino dispono, omnino significat testamento relinquere, aut legare, imò & verbum Latinum hanc significationem in Scriptura, vt Isaï 38. vers. 1. Dispone domui tua. Quia morieris tu, & non viues: & in iure ciuili, sic Consul ti dicunt: Disponat testator, & erit lex: vbi magnâ emphasi Dominus testan tū, in quo Apostolis, & Ecclesiæ cœlestis defertur hæritas, Eucharistiæ institutioni inniti docet: vt mensa Sacra menti, & conviuij beatitudinis, opportunus, & quasi necessarius nexus sit: ita adnotante Severo in Catena Græca, hunc in modum. Talium bonorum plena Seuerus erit mensa, de quâ participabunt illi, quibus Christus testamentum disposuit. vt

IV. Luca 22. vers. 22. Græc. Lecture.

D Isai. 38. vers. 1. E hanc in modum. Talium bonorum plena Seuerus erit mensa, de quâ participabunt illi, quibus Christus testamentum disposuit. vt edant,

Rom. 8. vers. 17. S. Thom. modum. Quotquot autem receperunt eū,

edant, & bibat in mensa eius, eo quod per seueraverint cum illo, pane quidem cœlesti, qui alimentum est animarum sanctarum enutriti, vino vero novi genitinis veræ vitis potati. Sic ille. Nec fuerit minus opportunum, quod S. Macharius hom.

S. Mach.

14.ac si hæc omnia ob oculoshaberet, sic inquit. Quemadmodum si quis cum multa bona, seruos, ac filios possideat; cibis alijs seruos pascit, & alijs proprios filios semine suo natos, quia filii sunt heredes patris, & cum eo manducant, ut potè patri suo propemodum æquales: ita Christus, qui verus est Dominus omnia creauit, nutritque pravos, & ingratios: sed filios, quos è semine suo genuit, & participes effecit gratiae sue, in quibus formatus est Dominus, peculiari refectione, alimento, cibo, & potu præter ceteros homines enutrit, largiturque se illis conuersantibus cum Patre suo, sicut ait Dominus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguineum.

Ioann. 6. nem in me manet, & ego in illo, Ioan. vers. 57.

6.vers. 57. Hæc Macharius: aptè & luctuenter Isaac ab Iismael, filium à seruo, Christianum populū à Iudaico ex cibo filiorum, hoc est Eucharistia, inde discriminans, quia filii sunt heredes Patris, & cum eo manducant, ut potè patri suo propemodum æquales. A quo nō abit, quod in eadem Catenâ Græcâ ad præfata Lucae verbâ inquit S. Cyrrill. Alex. hunc in modum: Ex ijs, quæ sunt apud nos, spiritualia designat: nam prærogativa quædam funguntur apud Reges terrenos, qui eis quasi coniuic & confident. Ex humano igitur iudicio ostendit, qui apud eum in primis honoribus statuuntur. Sic ille.

V. Verum enim verò illud est per opportunum, & quæcumque diximus complectitur; quod Regius Vates Ecclesie Christianæ non in eadē ad Dei hæreditatē cum Eucharistiâ vocatæ, non sine respectu ad Synagogæ abdicationem, sic inquit Psalm. 15. vers. 5. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitus hæreditatem meam mihi: & statim de tantâ spe gratulabundus. Funes (inquit) ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi: ubi

Psal. 15. vers. 5.

benè primum obseruat Montanus in illis verbis, calicis mei, allusionem esse ad veterem morem celebrandi pacem hæreditatis, communicatione epuli, & poculi. Deinde opportune affirmavit

Lorinus nomine calicis, exclusis anti-

Lorinus.

quis sacrificijs, indicari cruentū in cruce, & incruentum in Eucharistiâ sacrificium: vt indicet Vates hæreditatem Christiano populo à Domino in Eucharistiâ delatam, & in ipsum à Synago ga transmisam: idèò notanter subdit: Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi, quo in loco cum, & calicis, & hæreditatis præclara meminerit, omnino dixeris, hæc verba sensum habere communē, cum illis quæ ipsem Vates disertissimè de Eucharistiâ prænunciauit iux-

B ta omnium PP. expositionem Psal. 22.

Psal. 22

vers. 5. Calix meus inebrians, quam præclarus est. Sed vt videris, quanta sit hu-

vers. 5.

ius loci emphasis, quantumque utraque veteris, & novi testamenti pagina sibi concinat, preme accuratum illum dicendi modum, quo sibi hæreditatem contigisse, inquit Vates. Funes ceciderunt mihi in præclaris: quippe vt in terrarum divisione, ac distributione funes ad metandum adhibebantur, pluribus, & Scripturæ, & Veterum aucto- rum monumentis hue cunctibus, è quibus contentus fuero usurpare illud è

Psal. 77.

vers. 54. Et sorte divisite eis ter- rā in funiculo distributionis, ita funibus Iudeos à Christo è templo electos, &

vers. 54.

à Dei hæreditate expulso omnino vi- deris apud Ioannem 2. vers. 15. dicen- tem: Et invenit in templo vendentes oves, & boves, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellū de

Joann. 2.

funiculis, omnes eiecit de templo: pulchre

vers. 15.

hæc obseruante, & diffundente Ambro- si lib. 9. in Lucam cap. 19. hunc in mo-

Ambros.

dum: Et idèò flagellum de restibus fecit,

quia funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes enim dicuntur, quibus agri

menores, metandorum limites partiantur

agrorum: & idèò tanquam bonus agri me

for Synagogæ terminos distinguebat, &

Ecclesiæ, & sacrilegos de templo volebat

exire. Novus enim venerat feracium me-

tator animarum, qui agrorum genera, non

spatia metiretur. Hæc Ambrosius. Sed

ex his preme rursum illa Ioannis verba:

omnes eiecit de templo, vt videris, nec

hilum historiam à figura, & umbradif-

ferre, dicente Sara ad Abrahā de Agar,

& Iismael: Eiже ancillam, & filium eius:

non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberae: Exinde inferente Apostolo pro Ecclesia Christiana: Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberae, quia libertate Christus nos liberavit.

VI. His mire consentit, quod ipse met
Luce 13. vers. 28. Dominus Lucæ 13. ver. 28. Iudeis mi
 habundus dicebat: *Cum autem intraue
 rit pater familias, & clauserit ostium, in
 cipietis foris stare, & pulsare ostium dicen
 tes. Domine aperi nobis: & respondens di
 cet vobis. Nescio vos, unde sitis: Tunc in
 cipietis dicere. Manducavimus coram te,
 & bibimus, & in plateis nostris docuisti,
 & dicet vobis. Nescio vos, unde sitis: dis
 cedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi
 erit fletus, & stridor detinu, cù ruderitis A
 braha, & Isaac, & Jacob, & omnes propheta
 tas in regno Dei: vos autem expelli foras, &
 venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in reg
 no Dei. Et ecce sunt novissimi, qui erant
 primi, & sunt primi, qui erant novissimi.
 Quibus verbis, & Gentium electione in hæreditatem Dei, & Iudeorum ab
 dicationem disertissimè ostendit Do
 minus: duo vero inibi notanter dicta
 fuisse obserua: alterum: *Vos autem ex
 pelli foras, eodem videlicet sensu, ac il
 lud. Eiecit omnes de templo, vt electi, &
 clauso ostio incipiāt, foris stare, & pul
 sare ostium, audiantque vicissim à Do
 mino. Nescio vos, unde sitis, quod em
 phaticè dictum videtur, in opprobiū, &
 contemptum, vt qui antea notissi
 mi, & familiares erat, modo nec de fa
 cie, nec de patria noti sint: alterum, gē
 tiles ex Oriente, & Occidente, & omni
 mundi parte aduenientes ad conui
 uiūm induci, vt innuatur, ab Euchari
 stia hæreditatem percipere: Quare de
 nuo huc advolare placet conviuū vi
 tulisi aginati filio prodigo, hoc est gen
 tili populo, paratu, seniori fratre foras
 stante, quin ad illud accedere merere
 tur: de quo superius adnot. 2. nu. 6. egi
 mus: ita enim ibi inquit Dominus Lu
 cæ 15. ver. 25. Erat autem filius eius se
 nior in agro, & cum veniret, & appropin
 quaret domum, audiuit symphoniam, &
 chorum, &c. Indignatus est autem, & no
 lebat introire: quia verba sic ibi expen
 debat Anastasius Synaita. Qui huc usque
 non inducat in animum ingredi, & esse
 particeps corporis, & sanguinis vitulisa.**

Luca 15. vers. 25. *Erat autem filius eius se
 nior in agro, & cum veniret, & appropin
 quaret domum, audiuit symphoniam, &
 chorum, &c. Indignatus est autem, & no
 lebat introire: quia verba sic ibi expen
 debat Anastasius Synaita. Qui huc usque
 non inducat in animum ingredi, & esse
 particeps corporis, & sanguinis vitulisa.*

Anastas. *Erat autem filius eius se
 nior in agro, & cum veniret, & appropin
 quaret domum, audiuit symphoniam, &
 chorum, &c. Indignatus est autem, & no
 lebat introire: quia verba sic ibi expen
 debat Anastasius Synaita. Qui huc usque
 non inducat in animum ingredi, & esse
 particeps corporis, & sanguinis vitulisa.*

ginati. Maluit enim infelix hædū pec
 cati, quam Agnum, qui tollit peccata
 mundi, manducare, ideo siquidem cū
 patre disceptans, & murmurans dice
 bat: *Nunquam dedisti mihi hædum, vt eu
 amicis epularer: Sapiēter ad prælens in
 titutum id referente Bernardus serm. 4
 in Cant. sic primum Christianæ Eccle
 siæ nomine, inquit. Si indignatus frater
 meus senior ille, qui hædum comedere ma
 vult cū amicis suis foris, quia me cū in pa
 ternâ domo vitulū saginatū, respondebit
 illi, epulari, & gaudere oportet, quia
 hic filius meus mortuus fuerat, & revi
 xit, perierat, & inuentus est. Deinde ve
 ro in Synagogam foris cōsistentem, sic
 invehitur. *Synagoga foris epulatur cum
 amicis suis dæmonibus, quibus latet pla
 cet, quod hædum peccati insipiens devo
 rat, transglutiens, & reponens, atque quo
 dammodo occultans illud in ventre locor
 die, atque insipientia sua, dum contem
 nens Dei iustitiam, & suam volens consti
 tuere, dicit se non habere peccatum, nec mor
 tegeare vitulū saginatū. Hæc Bernardus.*
 Et quidem recte illud: *Foris epulatur
 cum amicis suis dæmonibus, vt vel hinc
 vtriusque convuij discrimen noveris;*
 cum fideles edant Agnum Dei tollen
 tem peccata mundi, cum ipsomet capite Divinitatis (vt dicebat S. Dyon
 sisius Alex.) ad diuinum ex eo spiritum
 hauriendum, sive vitulum Diuinitate
 saginatum, vt corpus carne Christi ves
 catur, & anima de Deo saginetur. Sy
 nagoga autem hædum peccati in mor
 tem, & damnationem, quæ hædis ad si
 nistrani consistentibus deputatur. Mat
 th. 25. ver. 33. Infelicissimè devorat:
 bene id etiam obseruāte Ambrosio lib.
 7. in Lucam, cap. 15. hunc in modum:
*Ideo Iudei hædum mali odoris sacrificiū
 requisierunt. Iudeus hædū requirit, Chri
 stianus Agnam: & ideo illis Barabbas sol
 vitur, nobis Agnus immolatur. Sic Am
 brosius. Ad cuius gustum Petrus Vene
 rab. lib. seu epist. contra Petrobrusianos
 inquit: *Bos, vitulus, aries, capra, hircus
 carnibus, & cruento implent altaria Iudeo
 rum: solus Agnus Dei, qui tollit peccata
 mundi Altari superponitur Christiano
 rum: ita ille.***

Ecclesia ergo Christiana Euchari
 stiæ convivio excepta totam Dei hæ
 reditatem cum Isaac filio libere perci
 pit,

Bernard.

*Matt. 25
 vers. 33.
 Ambros*

Pet. Ven.

VII.

Genes. 25
vers. 5.

Ambros.

pit: Synanoga vero tēplo eiecta, & extra conviuum posita, hæreditate cœlesti abdicatur, & pro cœlestibus potius terrenis bonis: si namque Genes. 25. vers. 5. de Abrahamo testamentum condente. Deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac: filijs vero concubina rum largitus est munuscula, & separavit eos ab Isaac filio suo, ad quæ verba Ambrosius lib. 2. de Abraham, cap. 11. sic opportune ait. *Sicut testamenta hominū prius hæredem ferunt; postea legatum exprimunt: melioribus hæreditatem, inferioribus legata; ita in Dei testamento unum & nos hunc morem accepimus: hæres scribitur bonus, naturā nobilis, legitimo creatus coniugio, legato donatur inferior.* Hec ille, vt hinc planum fiat, funes cecidisse in præclaris Ecclesiæ Christianæ, quæ accepta ab Eucharistiæ calice cœlesti hæreditate, iure inquit, Dominus pars hæreditatis meæ: etenim hæritas mea præclara est mihi: quippe vt dedit Abraham cuncta quæ possederat Isaac, ita Dominus Ecclesiæ filiis se ipsum dat in hæreditatem, in præclaris, quæ sic effert Agellius: *Infertilis solo, & pingui, videlicet figuratè Deum ipsum pingue, & fertile solum, & funiculum suum appellans, unde omnium bonorum copia, & abundantia dives fiat: cum contra aliorum gentium funiculi in arenati, squalidoque solo ceciderint, vt accidit Ismael, gerenti typum Synagogæ, de quo Sacer tex-tus: filijs cœcubinariū largitus est munuscula, & separavit eos ab Isaac, & Ambrosius, legato donatur inferior: separato enim populo Hebræo à paternâ hæreditate, munusculis, & legato donatur, cadius & terrenis bonis, quibus ardēter inhiant; & reapse vbique gentium sint, possident fructus videlicet è arenati, squalidoque solo, degeneres, ac marci di, quibus non ditiores, sed pauperiores fiunt.*

VIII.

Genes. 27
vers. 27.

Vt merito dixeris vitæ fructum Ecclesiæ datum, quin ex illo Synagoge alii quid obtingat præter odorem: ita quidem Patriarcha Isaac præsentia tangens & futura respiciens ad contactum filii sui Iacob hædinis pellibus contecti, & ad vestimentorum ipsius fragrantiam accurata locutione dixit: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, Genes. 27. vers. 27. quæ in Eu-

chariuita inflectit Paschafius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 21. hunc Paschaf.

in modum. Quia profecto in isto agro corporis Christi thesaurus absconditus vernat floribus immarcescibilis, & redolct suavitatem odoris. Quem qui invenit homo vadit, & vendit omnia quæ habet & emit agrum illum, vbi thesauri omnes sapientiæ, atque scientiæ contemplatur. De quo sanè agro panis ritæ, id est carnis, & potus sanguinis credentibus cottidie exuberat, & à fidelibus messeuitur. Hæc Patchafius. Ut vero premas opportune extrema verba, à fidelibus messeuitur, agtum istum in fructum, & in odorem dividere, vt fructus florentes, & immarcescibiles Ecclesiæ distribuas, ab ipsa enim tota agri cœlestis seges messeuitur: odorem vero solummodo Synagogæ dederis, quæ è tam uberi agro, odore tanquam reficitur, quiri Hebræi cibi suavitatis compotes fiant, id quod pulchrè observavit Bernard. ser. ad milites templi, in præfatis Isaac verbis, quasi ipse, quod causus eslet, odore potissimum fuerit delectatus, dicens: *Ecce odor agri pleni, &c. etenim cū Bernardus prius de nomine Nazareth, sic distuleris: Cernitur, & Nazareth, quæ interpretatur flos; in qua is, qui natus in Bethlehem erat tanquam fructus in flore coalescens, nutritus est Deus infans, ut fructis odor fructus saporem præcederet, ac de naribus prophetarum faucibus se. Apostolorū liquor sanctus infunderet, Iudeusque tenui odore contentis gustu solidò reficeret Christianos, post nonnulla, quæ iticè sunt in hunc sensum peropportuna, sic subiicit. Videamus, & de olfactu Isaac, ne forte aliquid, quod pertineat ad hæc ipsa, quæ in manibus sunt portenderit. Loquitur de illo scriptura sic, statimque vt sensit vestimentoruī eius fragrantiam (haud dubium, quin Iacob) ecce, inquit, odor filij mei, sicut agri pleni, cui benedixit Dominus, Vestimenti fragrantiam sensit, sed vestiti presentiam nō agnovit, soloque vestis, tanquam floris odore formidens delectatus, quasi fructus interioris dulcedinem non gustavit, dum & electi filij simul & Sacramenti fraudatus cognitione remansit. Hæc ille. Quæ post modum ad præsentem Synagogæ statum, sic sapienter refert. Hæc ergo similitudine deceptus prophetæ causus, hodie quem ruscit, benedi-*

cit,

cit, dum & quem lexit in libris, ignorat & miraculis. Haec tenus Bernardus: Apud quem obserua primum illa, denaribus prophetarum faucibus se Apostolorū liquor sanctus infunderet: Indeisque tenui odore contentis gustu solido reficeret Christianos: quibus eleganter, & Christianæ Ecclesiæ dignitatem, & infelicitas Synagogæ statum adstruit, dum illa totum agrum, totam hæreditatem, totum Deum in Eucharistiâ possidens fructus solidi, atque diuini suavitate delicis, atque diuinitatis perfruitur: hæc vero tenui odore contenta, tāquam propheta cœcus, quem nescit, benedicit.

AB EVCHARISTIA PER MARIAM Idolorum destructio, & vero Deo debitus honor redditus.

ADNOTATIO. VII.

I.

VT opportunus, & necessarius Mariæ, & Eucharistiae, ita etiam Eucharistiæ simul cum Mariæ, & destructionis idolatriæ pulcher nexus est: etenim ex quo Eucharistia mundo illucescere, & à fidelibus frequentari coepit, omnes dij gētiū velut fulmine tacti corruerūt, & adorata illa, equataque cœlo simulachrorum machina, in puluerem, & fauilla m redacta est: vt à Domino præulsum, prænunciatumque fuerat, apud Lucam 10. vers. 18. Videbā Sathanam, sicut fulgur de cœlo cadēt, vti appositè expli cabat P. Turrianus in superioribus ad ductus verba Domini, Malach. 1. vers. 10. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnū est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnū est nomen meu in gentibus: ad hunc modū interrogans, & respondēs. Sed quærat aliquis, quomodo per hoc mysterium sanctæ Eucharistie nomen Dei in cunctis gentibus glorificetur? Quia scilicet gentes, quæ Deū ignorabat, & dæmonia in idolis suis colebant, & quæ à Deo facta sunt, dijs falsis, quasi auctoribus assignabant, ad Deū per illuminationē Euangeliū conuersæ, cultum Deo Patri per Iesum Christum in hoc sacrofancis adhibent, eundemque Iesum-

Christū, Auctore omniū, quæ facta sunt, & quæ ut Deū Patrē confitentur. Huc enim omnino senum habent, quæ de Eucharistiâ simul, ac inaniū idolorū cōceptu disertissimè prænūciauit Oseas, cuius vaticinū à principio ad finem Christū Dominum proscopo habet (vt si Deus dederit in eius cōmentarijs demonstrabitus) c. 14. vers. 8. & 9. emphaticè inquiens.

A Conuertentur sedentes in umbrā eius: viuent tritico, & germinabunt, quæ si vinea: memoriale eius, sicut vinum Libani: Ephraim quid mihi ultra idola? Quæ quidem verbas. Thonias opulculo 5. 8. de Eucharistia cap. 24. Haymo, Albertus, Lyra, & Ribera ibi, necnon Turrianus lib. 2. de Eucharistia. cap. 33. de pane Eucharistico omnino intelligunt.

**Osee 14.
ver. 8. C
9.**

**S. Thom.
Haymo.
Albert.**

**Lyra.
Ribera.**

Turrian.

Ita enim S. Thom. Quæsi diceret. Fideles viuent tritico, id est Dominicī corporis Sacramento, quod Sacramentum dicitur umbra Christi, quia dat se ibi non in suā luce, sed in velamento, quod sic comedentes conuertuntur, & mutantur, in corpus Christi. Sic S. Thomas. Similiter bonus scholiastes Ribera illud viuent tritico, premit. Ego omnino hoc intelligo de corpore Domini nostri Iesu Christi, quod est panis viuus, & vitalis, ex quo, qui manducaverit, viuet in aeternum. Patres inquit vestri, manducaverunt manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem viuet in aeternum, Ioann. 6. & statim afferens translationem LXX. confirmabūtur frumento, subdit. Quorsum enim inter tanta,

LXX.

tamque spiritualia bona, triticū corporale promittatur? Hæc Ribera. Quæ Turrianus latissimè, & sapiētissimè diffundit, vbi post alia in hunc sensum inflectens, quæ subiicit Propheta, Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc inquit: Id in frumentum illud mysticū, quo homines spiritualiter viuunt, & in memoriale illud, sicut vini Libani aptè & propriè conuenit. Credere enim esse sub specie panis verum corpus Christi, quod à nobis comeditur, & vitam præbet animæ, & comedendo efficiuntur in Sacramento unū corpus cum Christo, & inter nos: credere etiā sub specie vini esse verū sanguinem, qui à nobis in memoriale mortis eius bibitur, hoc, inquam, credere, verè sapientis est,

& diuinè intelligentis, sicut qui non credit, quod os Domini locutum est, verè inspiens est. Hæc Turrianus modo.

Ergo

**Lucæ 10.
vers. 18.**

Turrian.

Malac. 1.

vers. 10.

Ergo Ephraim accepta tanti tam divini
nique doni promissione, & animo vol
uens futura felicitatis cumulum, vita
diuinam, beatissimam requie, quasi è
somno evigilans, inquit: *Quid mihi ultra
idola? Sive ut legit Chaldaeus: Dicet
domus Israel. Quid ad nos ultra servire
idolis? Quid mihi ad vitam divinam
vocato cum funesta, & exitiali ina
nium idolorum veneratione, & cultu?
Quid mihi cui licet Deo vero, immo
Deum verum sacrificare, cum impuris
idolorum sacrificijs?*

II.
Sed enim ut hunc Osee locum, &
egregiani Eucharistiae victoria de Ido
lis, quæ illi ab Idololatria ad Deum re
versis decantata subest, pensculatius
elucidem; quæ illa fuerint idola à gen
tibus primum, deinde ab Israelitis pra
vos gentilium mores, & superstitiones
ediscentibus, summa veneratione cul
ta, exponere est opera pretium. Atque
id quidem dilertissime nobis expres
fit Vates Psal. 105. vers. 35. rem ab ori
gine petens, hunc in modum. *Et com
mixti sunt inter gètes, & didicerunt ope
raeorum, & seruierunt sculptilibus eorum,
& factum est illis in scandalum, & immo
laverunt filios suos, & filias suas dæmo
nijs, & effuderunt sanguinem innocètem:
sanguinem filiorum suorum, & filiarū sua
rum, quas sacrificaverunt sculptilibus Cha
naam, & infecta est terra in sanguinibus,
& contaminata est in operibus eorum, &
fornicatis sunt in adiunctionibus suis: Qui
bus cōsonat quæ Ieremias, & Ezechiel*

*vers. 5. Dei nomine dolēter dixere, prior cap.
Ezecl. 16. 19. vers. 5. Repleuerunt locum istum san
guine innocentium (id est infantium) ad
aedificandum excelsa Balaam. Ezechiel
vero cap. 16. vers. 20. inducens Domi
nū quasi maritum plebis Israelitę, ex
quā suscepisset filios, qui à parentibus
offerebantur Idolis, inquit: *Tulisti filios
tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, &
immolasti eas ad devorandum, ubi LXX.
addiderunt. Hoc est super omnem forni
cationem tuam: innuens Dominus eōte
meritatis, & insanissimæ superstitionis
peruenisse eam gentem, ut non fue
rint contenti solitas victimas immola
re, nisi extrellum scelus idololatriæ
adderent, ut ad verba, & non minus
dannosum, & exitiale quam sumptuo
sum, ac splendidum sacrificij genus in**

*Ierem. 19
vers. 5. Dei nomine dolēter dixere, prior cap.
Ezecl. 16. 19. vers. 5. Repleuerunt locum istum san
guine innocentium (id est infantium) ad
aedificandum excelsa Balaam. Ezechiel
vero cap. 16. vers. 20. inducens Domi
nū quasi maritum plebis Israelitę, ex
quā suscepisset filios, qui à parentibus
offerebantur Idolis, inquit: *Tulisti filios
tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, &
immolasti eas ad devorandum, ubi LXX.
addiderunt. Hoc est super omnem forni
cationem tuam: innuens Dominus eōte
meritatis, & insanissimæ superstitionis
peruenisse eam gentem, ut non fue
rint contenti solitas victimas immola
re, nisi extrellum scelus idololatriæ
adderent, ut ad verba, & non minus
dannosum, & exitiale quam sumptuo
sum, ac splendidum sacrificij genus in**

*LXX.
addiderunt. Hoc est super omnem forni
cationem tuam: innuens Dominus eōte
meritatis, & insanissimæ superstitionis
peruenisse eam gentem, ut non fue
rint contenti solitas victimas immola
re, nisi extrellum scelus idololatriæ
adderent, ut ad verba, & non minus
dannosum, & exitiale quam sumptuo
sum, ac splendidum sacrificij genus in*

A
venirent filios suos, charitissima eorum
pignora immolare: ad devorandum, quia
ex victimæ ad delicias, & feralia con
viuia pertinebant: Quo maximè facit,
quod in Romanorum laudem affirma
vit Plinius lib. 30. cap. 1. ipsorum Ma
gistratus Senato Consulso cauile, ne
homo immolaretur: addens, non satis
estimari posse, quantum debeatur Ro
manis, qui sustulere monstra, in quibus
hominē occidere religiosissimū erat:
mandi vero saluberrimum.

B
Hæc à nobis ex Vatibus simpliciter,
& historicè enarrata; magna verborū
emphasi, & arcano sensu à Salomone
in libro Sapientiæ cap. 12. ver. 3. dicta
videris: ita enim ille Dominum primū
alloquitur: *O quam bonus, & suavis es
Domine spiritus tuus in omnibus: ideoque
eos qui exerrant partibus corripis, & de
quibus peccant, admones, & alloqueris,
ut reliqua malitia credant in te Domine:*

C
*deinde ihsus hæc annedit: illos enim anti
quos inhabitatores terræ sanctæ tuæ (illi
scilicet à quibus Israelitæ didicerunt o
pera eorum, & seruierunt sculptilibus eo
rum, Psalm. 105. ver. 35.) quos exhor
ruisti, quoniam odibilia operatibi faciebat
per medicamina, & sacrificia iniusta, &
filiorum suorum necatores, sine misericor
dia, & comestores viscerum hominum, &
devoratores sanguinis à medio Sacramen
to tuo. Quæ quidem verba ex se valde
difficilia, & ex varietate Græcorū Co
dicem difficiliora redditæ, cù sensum
habere ingerebat mihi sapientissimus
P. Martinus del Rio, cùm quo studio
collato, illo docente, & me addiscen
te, libro Sapientiæ operam navabam,*

D
*vt cum prophetica allusione ad Eucha
ristiæ Sacramentum explicaret Salo
mon nefariam, & crudelissimam Ido
lolatriam à gentilibus dæmone aucto
re excogitatam: vt quemadmodū nos
Christi sanguinem, eumque prius obla
tum Deo in Missæ sacrificio (aut ipsum
etiam sanguinem tunc offerentes) quā
do potarius, rem Deo facimus grati
simam, eumque sanguinem sumimus,
vt verum Sacramentum, quod sanctifi
cat animas nostras: similiter & illi dæ
mone auctore è medio impio illo sacri
ficio (quod se habebat, quamvis præ
postere, & impie, ad modum Sacramē
ti Eucharistia; & ideo ab interprete ap
pellata.*

Plinius.

III.

Sapi. 12
vers. 3.

Psal. 105
vers. 35.

pellatur Sacramentum) sumebant sibi, atque ebibebant sanguinem humanum cibatum Deo, egregius facinus in Dei laudem se facere arbitrantes: imitante videlicet diabolo, ut solet, etiam in regrauissima divina mysteria, que iam etiam tunc noverat, & ex veteri testamento, in quo & sacrificium Melchise dech, quod Eucharistiam prefigurabat

Genes. 14. vers. 18. Et Āber panis pinguis præbens delicias Regibus. *Genes. 49. ver. 20. prænunciabatur, & ex fide fortè, de Genes. 49. hoc etiam futuro mysterio infusa sibi in primo creationis instanti.*

vers. 20. Quò sanè non solum Moyses adspexit, inquiens.

Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant

Deut. 32. adipem, & bibeant vinum libaminum,

vers. 17. Deuter. 32. verl. 17. Sed multo magis

1. Cor. 10. Paulus 1. ad Cor. 10. vers. 20. cum Gen-

tilium sacrificia calicē, & mensam dæ-

moniorum appellauit, illis verbis: Sed

quæ immolant gentes, dæmonijs immolat

& non Deo. Nolo autem vos fieri socios dæ-

moniorum. non potestis calicē Domini bi-

bere, & calicem dæmoniorum. Non potestis

mense Domini participes esse, & mense dæmoniorum.

IV. *Quæ quidem sensa p̄ oculis, & mēte habens Oseas, pulchrè inducit Christianum è gentibus, & è vetis Israelitis coactū populum gnarū Diuinorum Eu-*

charistiæ mysteriorū, in quibus pro im-

puro sanguine humano crudeliter effu-

so, quippe qui sanguis filiorū suorū, ac

proinde suusmet sanguis erat, purissi-

mū, atque diuinum Filij Dei sanguinē

ad salutē, & vitam æternam ebibebat:

sapienter exclamantem: Ephraim quid

mihi ultra idola? Quid mortem eligam

p̄ vita? quid tenebras p̄ luce? quid

mendacium p̄ veritate? quid malum

p̄ bono? quid gehennam p̄ paradi-

so? quid laborem p̄ quiete? Cui qui-

dem cogitationi opportunè adiunxe-

ris vitulu, à gentibus primum in Ægypto,

deinde ab Hebreis in deserto, & post

modū adoratum: impium, & prophâ-

num eius cultū, sic describente, & exe-

crante Vate, Psal. 105. vers. 19. Et fece-

runt vitulum in Oreb, & adorauerūt scul-

ptile: & mutaverunt gloriam suam in si-

militudinem vituli comedentis fœnum:

vbi notantissimè dictum est comedentis fœ-

num: vt Idololatriæ stultitia cū impie-

tate illius, & acerbitate coniuncta sig-

nificetur: Nam (vt bene inibi obserua-

vit Agellius) poterat dicere arantis terrā,

triturantis aream, trahentis plaustrū, que

& ad miseriam eius pecudis pertinent,

& humanis v̄sibus prōsunt: sed illud no-

tanter commenioravit; in quo & que-

dam (vt in sensu pecudis) eius felicitas

videretur, comedere in agro fœnū, & suis

cultoribus nulli v̄sui foret: imò vero,

sensu altius introspecto magna ipsorū

infelicitas esset: Nemirum cū mysti-

cam fœni significationem explicans

Isaias, cap. 40. vers. 7. dixerit. Verè fœnū

est populus: perinde fuerit vitulum co-

medere fœnum; atque populum suum

sibi obsequentem: adorantēque come-

dere, deuorare, atque consumere; toti

dem verbis suis met cultoribus, cū pri-

rum è somno ac tenebris expergefa-

cti sunt, id aperientibus, apud Jeremiā

cap. 3. vers. 24. nam cū præmisissent. Ve-

rè mendaces erant colles, & multitudo mó-

tiū (in quibus videlicet Idolis sacrifi-

cabant) verè in Domino Deo nostro salus

Israel: statim subiecerunt. Confusio come-

dit laborem patrū nostrorū ab adolescentiis

nostrā greges eorū, & armenta eorū, filios

eorum, & filias eorum: vbi & in Hebræo

pro voce confusio est Baal (vt vertit Pag-

ninus) præcipi uidoli nonien: & omnes

omnino interprætes de Idololatria ac-

cipiūt, quæ tāquā vitulus comedēs fœ-

nū, miseros idololatras destruxerit: sa-

lutē, vitā filios, cunctaque ipsorū bona

diripuerit, atque vastauerit: Quā itidē

cogitationē diserte eadē vituli imagi-

ñe retentā explicauit Oseas c. 8. vers. 5.

inquiens: Proiectus est vitulus tuus Samaria:

Ad quæ verba benè monet Arias

Montanus, & quotquot Hebræorū Co-

dicum translatores, Hebræum verbum

proiectus est, esse in actuā significatio-

ne; vnde Pagninus legit: Dereliquit te

vitulus tuus: significantius vero alij cū

Rabbi Abrahā: Projecit te vitulus tuus,

ò Samaria, & abominatus est te, pulchrè

quidē, & opportuna sententia, dū facta

allusione ad ferū taurū, qui cæco impe-

tu eū, quē proximiorē habet, prosternit

atque interimit, pedibusque cōculat;

atq; interficit, innuat Idola, à gentibus

culta (dicit), & tu, quod nostris mori-

bus formādis est per opportunū, idē de

Idolis huius mūdi, de quibus Ioan. ep.

Agellius

Isai. 40.

vers. 7.

Jerem. 3.

vers. 24.

Pagn.

Oseas 8.

vers. 5.

Montan.

Pagnin.

R. Abrā.

E

vitulus tuus Samaria: Ad quæ verba benè monet Arias Montanus, & quotquot Hebræorū Codicium translatores, Hebræum verbum proiectus est, esse in actuā significacione; vnde Pagninus legit: Dereliquit te vitulus tuus: significantius vero alij cū Rabbi Abrahā: Projecit te vitulus tuus, ò Samaria, & abominatus est te, pulchrè quidē, & opportuna sententia, dū facta allusione ad ferū taurū, qui cæco impe-

tu eū, quē proximiorē habet, prosternit

atque interimit, pedibusque cōculat;

atq; interficit, innuat Idola, à gentibus

culta (dicit), & tu, quod nostris mori-

bus formādis est per opportunū, idē de

Idolis huius mūdi, de quibus Ioan. ep.

I. Ioan. 5. 1. c. 5. vers. 16. ait: Omne, quod est in mundo
vers. 16. do, concupiscentia carnis est, concupiscentia
oculorum, & superbia vite) clientes, &
adoratores tuos pedibus proculcasie;
& præcipitum proiecisse; perindeque
vitulum ad adorationem in basi sua à
suis cultoribus collatum fuisse , at-
que eos ipsum cornibus ad mortem fe-
rociter prostravisse: vt tam in his Idolis
gentium, quam in præfatis seculi idolis
omnino locum habeat , quod gentilis
Seneca de florenti seculi fortunæ epist.
8. dixit: In præcipitia cursus iste deducit:
huius eminentis vita exiit, cadere est, &
epist. 110. Quoties magna gratulatione
accepta res gradum sibi struxit in præceps,
& aliquem iam eminentem allevavit etiā
nunc, tanquam ibi adhuc staret, unde tutò
caderet.

V. Ut verò quam aptè, quam opportu-
nè, quam verè dixerit Ephraimi. Quid
michi ultra idola? aut. Quid ad nos ultra
seruire idolis? Expende præcedentia Va-
tis verba; quibus Eucharistie vaticiniū
subest: Ero quasi ros Israel, germinabit si-
cūl liliū; & erumpet radix eius ut Liba-
ni. Ibunt rami eius & erit quasi oliva glo-
ria eius. & odoreius ut Libani: post que
subdit, quæ iam expendimus: Converte
tur sedentes in umbrā eius, vivent tritico:
& in primis imaginē germinandi, sicut
liliū, sic pulchre explicat Turrianus,
idest, erunt bonus odor in Christo propter
virtutes, & vacabunt à sollicitudine hu-
ius seculi, hoc enim significat in enigma:
te germinare sive florere sicut liliū, quod
nullo labore arationis, nulla que sollicitudi-
ne, neque studio agriculturæ mira pulchri-
tudine, & suavitate induitur. Deinde ve-
rō cum illud, ibunt rami eius, ad dilata-
tionem Ecclesie, & oliuæ gloriam ad
suauissimos virtutum fructus Deo gra-
tiosissimos retulisset, subiicit: Converten-
tur, & sedebunt sub umbrā eius designat,
conversionem ad Deum, tanquam ad per-
fugium, & requiem laborantium, cui
vita illa diuina coelestis panis est anne-
xa. Quæ sane omnia in convivio para-
to illi prodigo gentilis populi imaginē
præferenti, qui prodegerat substātiā
cum meretricibus, hoc est, cum Idolis
vanis, atque exitialibus (vt iāvidimus)
mirificè videris adumbrata: bono pa-
tre mensam Domini, de qua Paulus, I.
Cor. 10. vers. 26. idest vitulum sagina-

Turrian. Turrianus, id est, erunt bonus odor in Christo propter
virtutes, & vacabunt à sollicitudine hu-
ius seculi, hoc enim significat in enigma:
te germinare sive florere sicut liliū, quod
nullo labore arationis, nulla que sollicitudi-
ne, neque studio agriculturæ mira pulchri-
tudine, & suavitate induitur. Deinde ve-
rō cum illud, ibunt rami eius, ad dilata-
tionem Ecclesie, & oliuæ gloriam ad
suauissimos virtutum fructus Deo gra-
tiosissimos retulisset, subiicit: Converten-
tur, & sedebunt sub umbrā eius designat,
conversionem ad Deum, tanquam ad per-
fugium, & requiem laborantium, cui
vita illa diuina coelestis panis est anne-
xa. Quæ sane omnia in convivio para-
to illi prodigo gentilis populi imaginē
præferenti, qui prodegerat substātiā
cum meretricibus, hoc est, cum Idolis
vanis, atque exitialibus (vt iāvidimus)
mirificè videris adumbrata: bono pa-
tre mensam Domini, de qua Paulus, I.
Cor. 10. vers. 26. idest vitulum sagina-

A tum ei ad manducandum apponente:
Lucæ 15. vers. 23. Ite (inquit) & ad
ducite vitulum saginatum & occidite, &
manducemus, & epulemur: Opportuni-
sum è in vitulo saginato, in quo sunt om-
nes thesauri sapientiae, & scientie abscon-
diti (ad Coloss. 2. verl. 3.) & occiso:
hoc est aratrum crucis trahente (vt in-
quit Hieronymus epist. 146. ad Damas-
cum) Christum Dominum in Euchari-
stia significanti: vt vitulus, vitulo, &
Christianæ fidei veritas, atquè salus
vanissimæ, & exitiali Idolatriæ è
diametro opponatur. Compone ergo
vitulum cum vitulo; ille quidem nec
arans, nec triturans; nec humano usui
aptus: hic verò pro nobis aratrum tra-
hens, & in area crucis trituratus: ille la-
ciuiens, & exultans; hic verò pro ho-
minum salute immolatus: ille come-
dēs foenum, id est populum, & cultores
suum deuorans, & illorum bona, diui-
tias, valetudinem, honorem, famam
que diripiens; hic verò in suorum ci-
bū, atque delicias, & vitam ad come-
dendum propositus, qui exinanivit se-
metipsum, vt nos repleret; qui carnem
suum ad vescendum nobis dedit, vt
animam diuinitate ipsa saginemus: sed
de hoc audire oportet Tertullianum,
lib. de Resurrectione carnis, cap. 8. dicen-
tem. Caro corpore, & sanguine Christi ves-
citur, vt & anima de Deo saginetur: Pul-
chre: nec enim contentus fuit dicete
animam diuino alimento nutritri, quin
adderet ipsam saginari: vti & libro de
Pudicitia: idem met notanter dixit. Op-
imitate Dominic corporis vescitur: obser-
ualocationem: Opimitate corporis, vt
mensam Eucharistie opiparam præcla-
ram, pinguē, ac proinde eos, qui illius
participes fiunt, opimantem, ditatēm,
& pingue facientem.

E In quæ quidem filij prodigi, gentilis
scilicet populi parabolā obserua illud:
in se reuersus, quod cōpone cū verbis Ep-
hraim. Quid mihi ultra idola? vt sit cōpa-
ratio gentilis superstitionis, cū Christia-
naveritate adueniētē gentili populo ab
Eucharistiæ mensa verę lucis splendore:
dū ille vitulū lasciuientē, & comedē-
tē fūēnū, colens miserrimā vitā agebat,
pauper, nudus, longe à patria, lōge à pa-
tre, lōge ab amicis, in alienā regione ig-
notus, & peregrinus foeda, & pudenda

B Collos. 2.
vers. 3.

D IV.

F famē

*Lucæ 15.
vers. 16.*

fame cupiens implere ventrem de fili-
quis, quas porci māducabāt, quippe ibi
notanter dicitur *Lucæ 15. vers. 16.* Cu-
piebat implere ventrem; non autē cupie-
bat edere, aut saturari, quia etiam, qui
fameli ci non sunt, edere, ac saturari cu-
piunt, sed implere ventrem, quod rābide
famis est, vacuum omnino ventrē, vel
re qualibet in implere, nullo eborū habi-
to discrimine; que omnia turpissimam
idolorum seruitutem, in qua homo lō-
ge à Deo, & à ratione, vacuam animā
inauibus, inò exitialibus vitiorum ci-
bis nihil alimenti, & plurimum nocu-
menti habitibus, extremam patieba-
batur miseriam manifestè significant:
subinde verò luce veritatis obortā, &
divini convivij gustatà dulcedine in se
reversus exclamavit. *Quid mihi ultra
idola? tantum non dicens. Pater pecca-
ui in cœlum, & coram te.* *Lucæ 15. vers.
21.*

*Lucæ 15.
vers. 21.*

quæ sic interpretatur Hieronymus
præfato loco. *Peccauerat coram patre,*
qui conditore deserto lapides fuerat, & li-

*Hieron.
S. Mart.*

gna veneratus. Non fuerat dignus vocari
filius, qui Jerius esse maluerat idolorum:

*Clement.
Alex.*

Ita Hieronymi. Cui rei opportunissimè
loquitur S. Martialis Episcopus, quem
vnum è 72. discipulis fusile affirmat
Clemens Alex. lib. 4. Stromatum, ete-
nim cum epist. 1. ad Burdigalenses, c. 3.
de Eucharistiā disseruisset, tanquam de
vnico remedio ad vitam consequendā
& mortem effugandā, inquiens: Quod
autem Iud. i per invidiam immolauerūt;
putantes se nomen eius à terrā abolere, nos
causa salutis nostræ in arā sanctificat à pro-
ponimus. Scientes hoc solo remedio nobis vi-
tam præstandam, & mortem effugandam:
Inde adderestāda Idolorum sacrificia
sermonem, sic transfert. Nam de sacri-
cij Idolorum notum vobis à me factum
est, quia cā maximè de causa dominabatur
vobis diabolus, & sicut cōmunito vivi Dei
est vobis vita, sic participatio mensæ simu-
lachrorū erat vobis æterna mors, infirmi-
tates, & corruptiones, & nimie tribula-
tiones huius seculi. Hæc S. Martialis, vt
hinc in se conuersus Ephraim iure ex-
clamat. Quid mihi ultra idola?

VII.

His concinit emphatica illa Domi-
ni sententia, scū inuestiuia in idolorum
cultores apud Isai. c. 65. vers. 11. Et vos
quid reliquistis Dominum, qui obliti es-
tis nomen sanctum meum. Qui ponitis for-

*Isai. 65.
vers. 11.*

tune mensam, & libatis supereā. Quo in
loco mirum est quantum varient trāl-
latores circa lectionem Hebræam, &
signatè circa vocem: mīni, pro quā nos-
ter posuit fortunæ: nā Pagninus de om-
nium planetarum Idololatria accipiens
legit. Qui paratis exercitū cæli mensam,
qui impletis planetis libamen. Similiter
Rabbi Ioanah. Qui paratis coniunctioni
planetarum mensam: aliter vero Rabbi
Moyses ad Iovem signatè referēs. Qui
ponitis Iovi mensam: & Forsterus ad Mar-
tem, & Mercurium: Qui ponitis Marti
mensam, & libatis Mercurio. Significa-
tius vero, & acrius omnia hæc comple-
ctentes LXX. reddunt. Paratis dæmoni
mensam, & impletis Fortunæ potionem.

Sed enim Arias Montanus proprietates
vocum accurate excuties omnino ali-
ter legit, hunc in modum: Instruentes bo-

næ gratiæ mensam. Symmachus autem
vim faciens in voce mini, quæ harū va-
rietatum origo esse videtur, eam illi le-

ctionem adhibet; ex quā cæterarum le-
ctionum scopum sub pulchra tententia
complectitur, hunc in modū. Qui para-

tis fortunæ mēsam, & impletis absque me
potionem, vt his verbis irridere, & casti-
gare videatur Dominus infeliciū Ido-

lolatrarum insaniam, qui colentes Iovem,
Martem, Mercurium, & cætera
planetarum, scū inanum deorum falsa
numina, bonam gratiam eorum inire,

& fortunatum statū adipisci existimab-
ant; cum una bona gratia, Deus in Eu-
charistiā sit à qua tota felicitas, & fortu-

natissimi successus obueniāt: Preme er-
go phrasim parandi mensam falsis numi-
nibus; quæ miseros cultores devora-

bant, & pro fortunā extremam infelici-
tatem iplis inferebant: deinde coniunge
eam lectionē instruentes bona gratiæ
mensam, cū illa Symmachi: impletis abs-

que me potionē, vt ex utraque is resulit et

sensus: Erratis miseri, & vehementer
erratis, qui bonam gratiam absque me

habituros putatis, cū eo ipsa bona gratiæ
sim; qui me ipsum ad salutem, & vi-

tam vobis māducandū appono, & cœ

lestis alimoniam fortunatam mēsam pa-

ro: hæc bona gratia, hæc vera planetarū

cōiunctio, hæc felicitas, hæc fortunatissi-

mā mēsa est, in quā corpus carne Chri-

sti vescitur, vt anima de Deo saginetur,

ac proinde vt diuini, ac dij quodāno-

Pagnin.

Rabbi Io-

nah.

Rabbi

Meij.

Fosterus.

LXX.

Montan.

Symmac.

Acta.

B. Andr.

Pet. Ven.

do evadatis, qui à mēsa idolorum, seu dæmoniorum inanes, & nihil abitis. Quod opportunè facit, quod Beatus Andræas ēgeç Presidi ad mensam dæmoniorum, & fallis dijs immolandum illum virginis respondit. *Ego omnipotenti Deo, qui unus, & verus est, immolo quotidie non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in Altari: cuius carnem postea quā omnis populus credentium manducaverit, Agnus qui sacrificatus est, integer perseverat, & viuus.* Quæ verba mirè elucidavit in nostrum sensum Petrus Venerab. lib. seu epist. contra Petrobrusianos, prope finem inquiens: *Volentis, & consulentis caro comeditur, & sanguis bibitur, ipso iuxta B. Apostoli Andreæ verba in suo regno integrō, intacto, in violato, immortali, in corruptibili, immō specioso, gloriose, adorando permanente, & mortales per iam immortale corpus suum ad eandem immortalitatem perducente. Hæc ille: vt iam mandū nō fuerit, dixisse Ephraim. Quid mihi ultra idola?*

CONTINUATIO EIVSDEM
argumenti.

ADNOTATIO. VIII.

I.

FVerit quidem huic instituto peropportunitum egregium il lud (cuius suprameminimus) de Eucharistia Idololatriani castigante, & obscurante vaticinium, apud Iai. c. 24. vers. 23. Erubescet Luna, & confundetur Sol, cū regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalē, & in conspectu senum suorū fuerit glorificatus. Quæ verba ut impropiè, seu insulsè ad iudicij diē à non nullis referuntur, ita omnino ad litterā, & vaticinijs opportunitate de Eucharistia gloria sunt accipienda, nimis & ad Ecclesiam Christianam totum illud caput Vatis spectat in quo, ut optimè interpretatur P. Alcaçar 2. tom. in Apoc. lib. 4. in partes aliquot Prophetarum maiorum, in principio de felicitate gentiū opposita reprobationi Iudæorum, & de victoria Ecclesiæ à Romanis Imperatoribus, quigantes appellantur, relata omni-

Iai. 24.
vers. 23.

Alcaçar

no agitur: vix ab hoc sensu discrepante

S. Cyrillo Alex. ibi: & tandem pro coroni de, sic regnū Christi in Eucharistia asse

S. Cyril.
Alex.ritur, vt Idolorū supersticio pudore vnde
de quaq; suffusa, & ludibrio habitaindu

catur: Erubescet (inquit) Luna, & confun-

detur Sol, à splendore videiicit & mai-

estate Eucharistia, quā omnes omnino

gentes summā veneratione, & devo-

tissimo colunt obsequio: falsus ille, &

fucatus Idolorū splendor, Solis, & Lu-

ne imaginibus adumbratus, non modo

evanescet subtracto lumine; sed illa e-

tiā idola caligo, rubor, & ignominia

occupabit, dū à Christicolis, tāquam si

mulachra muta ludibrio, & contemp-

tui habebuntur, toto obsequio, & vene-

ratione in Eucharistiā translata. Huic

expositioni opportunè concinente tē-

pore immolationi Agni destinato, deci-

mia quarta scilicet Lunæ die: quando

ab eius plenilunio incipit circulus ip-

sius decrescere: sic enim Exod. 12. vers.

6. Et seruabitis eum usque ad quartā de-

cimam diem mensis huius, immolabitque

eum uniuersa multitudo filiorum Israel.

C. Quam temporis circumstantiam in nos-
trum institutum inflectit S. Cyril. Alex.

lib. 2. Glaphyrorum. in Exodum ubi cū

dixisset. Admiraberis autem rurjs etiā

Exod. 12
vers. 6.

aliud in hoc loco mysterium. Nam Agnus

mactatur in decimo quarto mensis, cum Lu-

naris circulus habet suam plenitudinē, &

quasi spuriā luce orbem illuminat; incipiē-

te vero iam paulatim decrescere, ac veluti

ex necessitate honorem, & gratiam, que

ipsi inest contrahente: vt scilicet vel hinc

intelligas, tāquam ex imagine, & umbrā

rei proposita traductus ad veriorem cōpre-

hensionē, quod Princeps noctis, hoc est, dia-

bolus per totum glorificabatur orbem, qui

per Lunam veluti in typo significatur (Lu-

na enim nocti præposita est) & mundanam

sapientiam, quasi illegitimatam lucem im-

mittens in corda errantium, amplissimam

sibi gloriam arrogat, sic statim subiicit ad

rem. Ceterum mortuus est propter nos, &

pro nobis Christus ille verus Agnus, qui

tollit peccata mundi destruitque diaboli

gloriam. Necesse est enim, eam post hac de-

finere, & paulatim absumi, cum multitu-

do Gentium ad pacem, & dilectionem Dei

ascendere festinat per conuersionem ad ip-

sum, & fidem. Atque hoc est, quod iam

olim in Psalmis decantatū fuit de Christo.

S. Cyril.
Alex.

E

Orie-

Orientur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec contra auferatur Luna Psal. 71. v. 7. Hec Cyrill. ubi vides ab Agno in Eucharistia immolato, mundi Principē in idolis adorātū electū foras, lunāque spuriā luce fulgentem, nō modo ignominia afflictam, sed de meo etiam fuisse sublatam. Quod quidem graphicē pranūciatum videris in Arcā Domini prophanum idolum Dagon proculante, & extremæ ignominia subiecte, quod temerarijs ausis patrem cum ipsā gloria sedem habere tentaverit: sic enim 1. Regum cap. 5. vers. 2. Tuleruntque Philistim arcā Dei, & intulerunt in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon: cumque surrexissem diluculo Aztotij alterā Dei, ecce Dagon iacebat pronus in terrā ante arcā Domini, & vers. 4. cum rursus in pristinā sedem fuisset restitutus: subiect Sacer textus: Inveniunt Dagon iacentem super faciem suam in terrā coram arcā Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manus eius abscessæ erant super limen: ubi graphicē depictingus apparuit rubor, & confusio Solis, & Lunæ corā Eucharistia, à qua idola nō solum de excelso, in quo erant loco in terram deturbata, sed etiam capite, & manibus detruncatis ex templo foras projecta ostendūtur, quid hæc significant sapienter monente ad id loci P. Gaspare Sanctio, hunc in modum. Manet igitur Dagon truncus ante Arcam in templo, sicut hosti captiuus, & armis, atque ornamētis exutus ante vicōrem Dominum. Ornamenta, & arma ducis, ac Principis, caput sunt, & manus, illud enim coronā redimitur, hæ armatabant, ut risque spoliatus iacet in terrā. Et dum seorsum spectas caput, & manus; id plane doceris, nihil in illo esse, quod suspicias, & ames, nihil quod timeas, aut etiam quod speres abeo, qui manus non habet, neque caput. Hæc P. Sanctius, quibus illa in idolorum contemptum adiunxeris, ex Tertulliano in Apologetico, cap. 25. Qui nihil sentiunt, tam impunè leduntur, quam frustra coluntur. Sic Tertull. & quasi ab eo edocitus Ephraim. Quid mihi ultra idola?

II. Egregiam quidem hanc de Idolatria a Dei per Eucharistiam relatam victoriā mire cecinit Vates, dum uno, eodemque sensu Psalmi. 92. vers. 2. con-

1. Reg. 5.
vers. 2.
& 4.

P. Sanct.

Tertull.

Psal. 92.
vers. 2.

traria omnino locutus videtur ijs, quæ Psalmi. 67. vers. 9. & Psalm. 17. vers. 8. Psal. 67. dixerat. Nimirum Psalm. 92. agens vers. 9. de Christi incarnatione, & regno, iti- Psal. 17. demque de paratā sibi in Eucharistia vers. 8. sede, cū dixisset. Dominus regnabit deco- rē indutus est: indutus est Dominus fortitudo, & præcinxit se: decoris indumētū ad incarnationem referente Epiphan. lib. 2. cont. Ariomanitas (de quo latius alibi) subiect: Etenim firmabit orbē ter- rae, qui non cōmovebitur. Parata fides tua extunc, &c. Contraria verò locutione eidē sensu intentus Psalm. 67. vers. 9. cū allusione ad iter filiorū Israel per deser- tū, Deo eos ducente, & Arcā testamēti præcedente, ait. Deus cum egredieris in conspectu populi tui, cū pertransires in de- serto. Terra mota est: etenim cœli distillare runt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. & eodem dicendi modo Psalm. 17. vers. 8. qui totus de Christo est, vt inquit Hieron. Cōmota est, & contremuit terra, fun- damenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est ei: ecce igitur nodum, cum à Christo, & terra mota, & firmata dicatur, quin cōmoveri possit: Nonne è diametra sibi repugnant firmatus orbis terre, & terra cōmota, atque ipsiusmet revul- sis fundamētis cōtremiscens? Sed enim si attentiūs rē inspicis, tā verba, quā sen- sus sibi cōstāt: nam terra ideō nota, & tremefacta dicitur, quod idolorū simula- chra à se excuslerit, & superstitionā, & execrabilē eorū superstitionē cū vero Deicultu cōmutaverit: id enim fuit se- scēa pristinostatu mouere, & cōmouere. D Quo itidē sensu firmatus orbis terre di- citur, dū qui inani falsorū, & diuerlorū numinum cultu fluctuabat, à Domino, postquā regnavit, in verā fide, & perfe- cto statu firmatus est, ita adnotātē in id Psalm. 92. Origene in Cat. Græc. his ver- bis: Hic iā ostendit, quid èa regestū sit: fir- mū, inquit, orbē terrae, ac solidū reddidit, quīstabilitatē veritatis haberet, non enim adhuc homines, nūc hos, nūc alios deos ado- rant, sed vero Deo venerationē deferūt, sic Orig. Vnde idēmet Vates sese explicās utrāque sentētiā disertissime cōiunxit Psalm. 96. vers. 4. inquiēs. Illuxerūt fulgu- rē eius orbi terrae vident & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra, &c. Cōfundātur omnes, qui adorāt sculptilia,

Orig.

Psal. 96.
vers. 4.

& qui gloriatur in simulachris suis. Adorare eum omnes Angeli eius. Quæ vt de Christi regno, & de Principe tenebrarum foras electo, atque de Idololatria profligata manifestissima sint: placet Agellij commentarium adiungere: est hic: Hoc Deo regnante Princeps ille mundi, qui sibi diuinitatis honores, ac titulum usurparerat, de suo principatu electus iacebit, eiusque cultores, qui eum per simulachra facta, & sculpta venerabantur, & de suis diis gloriantur, detecti illius fraude, & turpi ludibrio cōperto, quo ille diuitiis ignaris illuserat, confundentur, & qui falso gloriabantur, pudore post modum suffundentur, tamdiū se verum Deum ignorasse, tamdiū sibi ab impudentissimo tyranno illusum esse: ab illis se hucusque putasse, omnia bona, omnem felicitatem suam accepisse, qui sibi dedecoris, & turpitudinis auctores fuissent. Hæc optimè Agellius: ecce tibi tum motam, & commotam terram perinde omnino, ac firmatum orbem terræ fuisse.

III. Iam verò hæc signate ad Eucharistia, atque eius vim, atque efficacitatem spectare ex Agni immolatione, quæ Eucharistia verissimum symbolum est, manifestè evincitur: Nimis ipsumet nomine, quæ Agnus à Iudeis māducatus est, cuncta Ægypti idola diuinitus sunt destructa, sub hoc sensu capiente Nicolao de Lyra, & ab eo Abulensi Domini vers.

Exod. 12. Lyra. Abulens. Exod. 12. vers. 12. ba Exod. 12. vers. 12. Et in cunctis diis Ægypti (vbi Chaldæus, Idolis) faciam iudicia, LXX, vindictā) Ego Dominus: Audi Abulensem, ibi. Non solum puniam Ægyptios sed etiam deos eorum faciendo in eis iudicia, id est admirabiles puniones, vel ut volunt Hebrei, ista punitio fuit, quia omnia Idola Ægyptiorum illa nocte subito putrefacta, atque incinerata fuere: metallica verò resoluta, & fusa in terram ut aurea, argentea, & ærea, vel stamna: lapidea autem, usque ad pulverem communata: Sic Abulensis, quod totidem verbis scripsit Lyra: addens post citata verba hæc facta fusile in detestationem Idolatriæ: His subscriptis Glossa ad rem nostram opportune, cum motu terræ templorum ruinam adiungens, hūc in modum. Ferunt Hebrei, quod omnia idola Ægypti confracta sunt nocte, & tempora, vel motu terræ, vel fluminis Nili inundatione. Et quidem merito, vel ad figurā

immolationis veri Agni, qui unus, & verus Deus salutem operabatur in medio terra; inania falsorum numinū sculptilia, non secus ac Dagon ante faciem Arcæ corrue, & in nihilum redigi necesse fuit. Quod si Agni sanguis Christi

A sanguinem adumbranti tanta, tamque divina vis, & efficacitas adfuit: quid de divino veri Agni sanguine, qui in Eucharistiæ inmolatur, dixeris? Audi Damascenum lib. 3. de fide Orthodoxæ c. 4. de Eucharistiæ, & Christi sanguine, sic primum hunc in modum differenter: Ut perse, & in se imaginis, ac simili

Damasc.

B tudinis decus instauraret; nos que probā, atque honestam vitæ degendæ rationem edocet, perse nimirum facilem ad eam nobis viam muniēs, ac per vitæ communicacionem (id est Eucharistiam) nos ab interitu vindicet: Deinde ad rem de idololatriæ euersione subiicientem. Quippe dæmonum cultus extinctus est: creatura ex diuino cruro sanctitatem cōtraxit, aræ & idolorum tempora deleta sunt, Dei cognitio in hominum animis constata est: consubstantialis Trinitas, atque increata Diuinitas, unus inquam verus Deus rerum omnium Architectus, ac Dominus colitur. Hæc Damascenus.

IV.

Ierem. 11. vers. 19.

C Errasti ergo Iudee, & vehementer errasti cum cœlesti Eucharistiæ pani infensus dicebas apud Ieremiam cap. 11. vers. 19. Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius: videtur quippe verba hæc illorum esse, qui ad toties repetitum Domini de carne sua sub speciebus panis sermonem: Panis Dei est, quide cœlo descēdit: & dat vitam: Ego sum panis vitæ. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit: si quis māducaverit ex hoc pane, viuet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea est pro seculi vita, Ioann. 6. vers. 33. 35. 48. & seqq.

Ioann. 6.

Murmurabant ergo Iudei de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit, & dicebant. Nonne hic est Iesus filius Joseph, cuius nos novimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic. Qui a cœlo descendit, & post modum, vers. 62. dixerunt. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Vnde eum tandem apud Pilatum accusantes dicebant. Nos legē habe-

vers. 33.

35. 48. & seqq.

Glossa.

Ioann. 19. vers. 7. *(habemus, & secundum legem debet mori,*
quia filium Dei se fecit, Ioan. 19. vers. 7.

Ecce completum vaticiniuni. Mirtamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium: siue ut est in Hebreo, corrumpanus veneno, id est interficiamus eum, suspendentes in ligno painem hunc: ut nomen eius non memoretur amplius. Quid vero ad haec Dominus? Ego (inquit) si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum, Ioan. 12. vers. 32. subiecte Ioanne: Hoc autem dicebat, significas, quia morte esset moriturus, id est, mortem Crucis, qua totum ad se traxit orbem: de quo argumento vberimus est PP. sensus a nobis multis diffusus in epist. ad Philipp. cap. 2. vers. 8. adnot. i. & seqq. ex quibus modo contenti erimus, si Athanasij, & Chrysostomi verba extraxerimus: ille ergo lib. de Incarnatione Verbi, sic aiebat: In sola enim cruce mors extensis, porrectisque manibus toleratur: ideo quoque par erat, ut Dominus hoc modo morte sustineret, manusque eius extenderentur, ut haec quidem veterem populum: illa vero gentiles attraheret, & ambos inse coniungeret. Chrysostomus vero ser. Quod Christus sit Dens, tom. 3. id sic diffundit: Ante crucem in luctores erant, Iudas prodidit, Petrus negavit, reliqui profugerunt, &c. at post crucem, orbis ad fidem accessit. In omni regione in omni ciuitate & solitudine & parte orbis, quae habitatione accommoda, & non accommoda pradicamus Crucifixum; & Reges, & Principes milites, & Praesides, & serui, ac liberi, & idiotae, & sapientes, & insipientes, & barbari, & reliqua hominum genera, ac terrae omnes, quas sol spectat, ad hoc nomen currunt, & adorant. Haec Chrysostomus. Ecce tibi lignum in pane missum, pane scilicet Eucharistiae adeo robatur, & animatur, ut ab ipso, omnia & Egypti idola coruerint, & gentes contemptis simulachris, ad hoc nomen, cucurrent, & adoraverint. Qui quidem sensus, eiusdem Domini dicentis. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum esse videtur, cum ante aper O-

osee 11. seam cap. 11. vers. 4. promiserit: In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis, & declinavi ad eum ut ves-

Leet. He teretur, siue ut est in Hebreo. Declinabo br.

Hieron. Dedi eis escam, quae de Eucharistia expli-

cari a PP. & interpretibus iam in superioribus vidimus: compone ergo utraque verba: illa de cruce omniam traham ad me ipsum: haec de Eucharistia in funiculis Adam traham eos, quae sic pendit

Anselmus lib. de Sacram. Altar. cap. 8.

Corpus & sanguinem suum nobis dedit in Eucharistia. Hic est enim funiculus Adae, quo nos Deo sibi adstrinxit, ut videris necessarium crucis, & Eucharistiae nexum, a quo Christi nomen, & regnum in toto terrarum orbe collucet: pulchre haec diffundente S. Leone Magno ser.

Leo Ma-gno.

B 18. de Passione, vbi cum dixisset: Traxi-

sti Domine omnia ad te, ut quod in uno Iudeo templo obumbratis significacionibus regebatur, pleno, apertoque Sacramento universarum, ubique nationum deuotio celebraret. Nunc etenim & ordo clarior Levitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est unctio Sacerdotum. Crux tua omnium fons, benedictionum, omnium est causa gratiarum, subiicit ad rem. Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante omnes differentias hostiarum una corporis, & sanguinis tui implet oblatio, quia tu es verus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & ita in te universa perficis mysteria, ut sicut unum est pro omni victimis sacrificium, ita unum de omni gente sit Regnum. Haec tenus Leo.

Quo etiam pulchre retulit Augustinus serm. 253. de tempore, per allegoriam quod de aduentu Reginae Sabae in Hierusalem, ut audiret sapientiam Salomonis, & de ingenti ipsius admiratione super apparatum mensae eius, sic refertur 3. Reg. 10. vers. 5. Videlicet Regina Sabae omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam edificauerat, & cibos mensae eius, non habebat ultra spiritum: vbi LXX. extra se rapta est, spiritualem hunc sensum ijs reddente Augustino, ita primum inquiete. Ergo in figura Regina huius Ecclesie venire ex gentibus, & a finibus terrae imponens finem cupiditatibus, virtutisque terrentis, ut audiret sapientiam Salomonis, id est veri pacifici Domini nostri Iesu Christi, qui fecit ut tra que unum, soluens inimicities inter Deum, & hominem in carne sua. Venit ergo in Ierusalem cum multo comitatu, id est, non iam cum una tantum gente Iudeorum, sicut prius Synagogas solos habuit Hebreos, sed totius mundi gentibus, diversisque na-

V.

*3. Reg. 10
vers. 5.*

*LXX.
August.*

nibus.

nibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum, & gemmas pretiosas: & hoc camelis portanibus, id est ex gentili populo venientibus, qui prius fuerant viciorum fæditate disorti, & malorum onere curvi, ac peccatorum prauitate deformes. Deinde vero nostro instituto intètus, sic ait. Vedit ergo Ecclesia ex gentibus congregata sapientiam Christi, id est, post carnalia instituta Gentilium, post animalem, & humanam doctrinam Philosophorum, accepit intellectum salutis, & vite. Vedit cibos mensa Salomonis: cibus eius Altaris Sacraenta cœlestia sunt, de quibus dicitur panem coeli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo: & ob stupuit, ubi vidi inestimabiles divitias Domini sui. Hæc & plene ibi Augustinus, à cibo Eucharistiae vocatam, tractamque Ecclesiam gentium, ut reliqua inanium deorum superstitione inestimabiles divitias Domini, ac Dei sui ardentis desiderio quereret extra se rapta.

VI. Sed pro Eucharistia mundum subiiciente, & Idolatriam evertente, egregium habemus Augustino interprete Vatis testimonium, Psal. 73. vers. 13. vbi præmittens. Deus autem Rex noster ante facula operatus est salutem in media terra, quæ cum de Redemptione, & salute humano generi per Christum allata o maino accipienda sint ex communis PP. & interpretum expositione, subdit. Tu confirmasti in virtute tua mare: hoc est ut interpretatur Augustinus, Iudea derelicta, genitilitatem illuminaisti, & ad te adduxisti. Tanquam gentem Iudeorum, velut aridam à fluctibus separatum. Mare in amaritudine sua gentes erant, terramque illam undis circuluebat. Ecce confirmasti in virtute tua mare, & remansit terra sitiens imbre tuum. Sed quæ ratione confirmatum est mare, & ateruitate dæmonum, & prophano dolorum cultu vindicatum? pergit David. Contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capitadraconis, dedi-
sticū me escam populis Aethiopum. Ad quæ verba Augustinus. Draconum capita, & moniorum superbias, à quibus gentes possidebantur, contrivisti super aquam, quia eos, quos possidebant, per baptismum liberasti: & statim. Quomodo intelligo populos Aethiopes? Quomodo nisi per omnes ge-

tes, & bene per nigros. ipsi vocantur ad fidem, qui nigri faerunt, ipsi prorsus, ut dicatureis. Fuitis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Hæc plana ex Augustini interpretatione, & manifesta sunt: illud remanet obscurius explicatu, quod dixit Vates, dedisti eum escam. Quo modo draconis Caput datum sit in escam Gentilibus? Sed Augustini subtilitas ad Eucharistie mysterium, & efficacitatem, sic retulit, quæ ad modum vitulus ille aureus, quem pro vero Deopopolus Hebræus stulte coluit, à Moysè in pulverem contusus, in potum ebibendus datus illi est: Quia adoratores diaboli (inquit August.) corpus ipsius facti erant, agnoscentes Christum, sicut corpus Christi, ut eis dicatur vos estis corpus Christi, & membra, 1. Corinth. 12. 17. Quod ita firmat Augustinus. Quomodo acceperunt isti in escam draconem ipsum? Puto quia magis acceperunt Christum in escam; sed Christum, quo se consumarent: diabolum, quem consumerent. Hæc Augustinus, pulchre ab Eucharistiae esca Idolorum exterminationem, & veri Dei cultum adstruens, ut ad eum prorsus modum, quo infelix illud Dagonis Idolum ante arcam truncum, & pudibundū iacebat, inania Idolorum simulachra in vétum, & in nihil, siue in aranearum telas iverint, ut de vitulo illo, tam impense olim adorato prænunciauit Oeas cap. 8. vers. 6. In aranearum telas erit vitulus Samariae, dum ab Eucharistia ambulabit in regione umbra mortis lux orta est eis. Isaia 9. vers. 2. aqua ipsi consummati in fide, diabolum in idolis regnantem consumunt, & pudore afficiunt.

Huc egregia visio Apocalyp. 5. vers. 9. Ioanni ostensa facit. Nam cum prius cap. 4. veri. 10. viginti quatuor Seniores venerabundi Deum laudassent, dicente Ioanne: Procidebant viginti quatuor Seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, quod ad Misericordiam sacrificium referendum esse interprete P. Alcazar, iam vidimus: subinde cap. 5. vers. 8. ijdemmet virginis quatuor Seniores iterum inducuntur. Habentes singuliclytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, & cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es Do-

1. Cor. 12.
vers. 27.

Osee 8.
ve. 6.
Isai. 9.
vers. 2.

VII.
Apoc. 5.
vers. 9.

Alcazar.

mine accipere librum, & soluere signacula eius, ouoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Quo in loco dum interpres Euangelicam agnoscunt prædicationem, quægentes alioquin feræ, & in infidelitatis tenebris errantes ad veræ fidei, & cognitionis Dei lucem devenerunt: Apostolis, & Apostolicis viris velut Diuinis musicis ad eorum aures, & animos tam luauui, & efficaci mellodia canentes, vt ipsissima veritas ambitioso poetarum mendacio efficacior fuerit, quod Orpheo, & Amphion (inquit Alcaçar) arrogant, cum scilicet feras, & immanes animates, ipsasque syllas, montes, ac saxa ad se vocis suavitate pariter, & efficacitate traxerunt; id est rudes homines, barbaros, cæcos & obstinatos, ac scelerum omnium colluvione immersos ad Christianam fidem amplectendam perpulerunt. Illud signatae fuit obseruandum hanc tam suaveim, & efficacem ad ipsamet saxa, & feras demulcendas harmoniam à Missæ sacrificio, & Eucharistiæ efficacitate provenisse; ipsa Idolatriam debellante, & cæcis infidelium gentium animis lumen inferente, vt accipientes Christū in escam se ipsas consuminaret, & diabolum cum suis idolis consumerent.

Vbi illud minime prætereundum, tum efficacem mentium ad fidem, atque virtutem illuminationē, & ab Eucharistiæ agentibus obortam: tum etiam ipsam eorum animos non durā, aut violenta attractione, sed suavi, atque potente concentu permovisse: vt de Divina Sapientia, dixit Salomon Sapient. 8. ver. 1. Attingens à fine, usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter, hoc est (vt nostri Theologi ex Augustino docent); & nos in annotationibus de Mariæ formâ Dei animos illuminantis, & ad iustitiam adducentis, & allicientis latius persequimur) congruā, & cuiusvis ingenio opportuna gratia illos illuminante, alliciente, atque suadente: vt quasi suavi cantico ausedemulcere, & animum oblectari videatur: sic enim Augustinus tract. 26. in Ioan. expeditis verba Domini: Ne-mo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, Ioann. 6. ver. 44. bene gnarus significationis, verbi, traho,

A de quo Arist. 3. physicorum dixit tractum esse speciem motus violenti, huc intentus dixit. Noli cogitare te in vitu trahi: trahitur animus, & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba pendunt, & à rebus maxime di vinis intellegendis longe remoti sunt, in hoc scriptis rarum sanctarum Euangelicis verbo forsan reprehendamur, & dicatur nobis. Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico parum est, voluntate, etiam voluptate traharis. Quid est trahi voluptate? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: subdit ad rem. Est quædam voluptas cordis, cui pânis dulcis est ille cœlestis. Porro si poeta dicere licuit: trahit sua quemque voluptas: Non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio; quantius fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur semper in vita, quod totum Christus est? Hæc & alia Augustinus. Premit illa: Est quædam voluptas cordis, cui pânis dulcis, est ille cœlestis. Bellissime pânis dulcis. Quare dulcis? Quia cottidianus, quia supersubstantialis, quia menti conveniens, quia cordi congruus: Hec namque omnia Christus nobis in Eucharistiæ est: monente nos Christo. Domino petere Panem nostrum cottidianum (vt apud Lucam 11. ver. 3. & superstantiale, apud Matth. 6. ver. 11.) de nobis hodie. Vbi ex Græcæ vocis proprietate S. Petrus Laodicensis in expositione orat. Dominicæ, legit: panem, qui nostra substantia congruit: a quo videlicet voluptate, & deliciatione trahamur, quod sit quædam voluptas cordis, cui pânis dulcis est ille cœlestis: congruentia, & consonantia peculiari illi arridens, vt appareat illi; quod latebat (vt inquit Augustinus) & iam delectet quod antea non delectabat. De quo iuoloco yberior redibit sermo: Dummodo illud nunc minimè differamus, notanter quidem Eucharistiæ panem, & dulcem fuisse appellatum, & congruentem, quod lacte Virginis, & subactus, & fermentatus, & eius clibanò coctus est.

E Sed illud hinc minimè omittendum: non anter quidem tum Eucharistiæ panem, & dulcem fuisse, & congruentem ad hominum corda illicienda, & per-

Luc. 11.
vers. 3.
Matth. 6.
vers. 11.
S. Petrus
Laod.

VIII.

Sapien. 8
ver. 1.

August.

Ioan. 6.
ver. 44.


Isai. 19.
vers. 1.


Ambros.

Anastas.
Synaita.

trahenda, quod lacte Virginis subactus fermentatus, atque ipsius ventris clibanico coctus est; tum etiam ab ipsamet Virgine, & per ipsam Idololatriam extirpatam, & exitialem inanum simulachrum superstitutionem corruisse: ita id prænunciante Isai. cap. 19. vers. 1. Et A ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commovebuntur simulachra Aegypti à facie eius: & ad Mariam, referente Anibrosio. lib. de institutione Virginis, cap. 13. hunc in modum. O divitiae Marianæ Virginitatis, quasi olla ferbuit, & quasi nubes pluit in terras gratia Christi; scriptum est de ea: ecce Dominus venit, sedens super nubem levem, verè levem, quæ cōiugij onerans ciuit: verè levem, quæ leuauit hunc mundum fænore peccatorum: si inquiras, quo modo levauerit? Facilis responso, dū commota sunt simulachra Aegypti à facie eius. Pergit vero Anastasius Synaita lib. 8. contemplat. Anagog. in Hexamer. sic eadem primum affirmans sub Nili Aegyptum irrigantis imagine: Iste amensis simus, & frugifer Nilus occidit olim sceleratos fætus, primogenita Pharaonitica, Legislatoris iñsum morte affecta prius indicans, & significans Christum, qui occidit primogenita Pharaonis diaboli impietatem inquam, & idololatriam, & statim. Prima omnium nationum Gentilium terra Nili vidit Deum in carne apud se venientem; & nulla Regio Barbarorum alienigenarum in mundo Christi facie vidit in carne, nisi sola Aegyptus: Reddit rationem. In ea Pascha fuit typus Christi Passionis, & Agnus primum est occisus: Sane ut ab Eucharistia per Mariam in mundum il-

B lata, gentes barbarie exuta ad Dei cognitionem pervenerint: Quæ post modū Anastasius ex præfato Isaiæ testimonio sic firmat: Dominus in Bethleem supernis bēm levem, tanquam pluvia cœlestis in me dio nebulæ Maria suæ Matris, & cursu venit in Aegyptum fugiens voluntarie sceleratas manus iniquorum; & cōcūs sit manufacta Aegypti, & confregit sculptilia Aegypti. & eam excitavit iacentem: Quoniam Aegyptus suis manibus exceptit Deū ad ipsam venientem, & cursu contendēt, &c. Et nutritus Aegyptus panē cœlestē, qui omnes aluit: Hæc Anastasius Eucharistia per opportunitatiā verò de Idolo latrī à Maria euera luculenter S. Cy rill. Alex. honilia contra Nestoriū, Virginem allocutus, sic inquit. Per teom nis creatura Idolorum errore detenta con uera est ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad Sanctum baptisma pervenirent, atque in toto orbe terrarum construēt & sunt Ecclesiæ. Te adiutrice gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Per te unigenitus Dei Filius, vera illa lux effulgit sedentibus in tenebris, & umbrarorū. Hæc ibi, & alia S. Cyrillus: ad stipulante illi Ecclesia Græca in Menæis die 18. Maij ode 6. vbi cum de Virgine dixisset: Agrum esse spicam vita unicam germinantem, quæ est alimentum Christianorum, subiicit, quæ ortam à superstitionibus famem ex toto terrarum orbe verissime profligavit: Cui consentit Ecclesia D Latina de profligatis à Virgine hæresibus itidem proclamans: Gaude MARIÆ Virgo cunctas hæreses solainteremisti in uniuerso mundo.

S. Cyril.
Alex.Menæa
Græc.



DE SANCTIS- SIMO EVCHARISTIÆ Mysterio: LIBER II.

DISSERTATIO I.

DE MARIA LACTE EVCHARISTIÆ VERAM
vitam, & animæ sanitatem, & diuinam similitudinem
hominibus reddente.

*MARIAM AB EVCHARISTIA A DEI FILIO
instituta vitam, & Matrem cunctorum Fidelium
esse.*

ADNOTATIO I.

I.

VIX Exitiale illud polum primam mulier gustauerat, à cuius morsu tota eius posteritas in mortem ruit, cum ab Adamo, qui creaturum omnium

nomenclator à Domino fuerat constitutus; accurato, & specioso vocabulo, *Vita* appellata est: Sacro scriptore immediate post severam in Adamum sententiam latam: *Pulus es, & in puluerē reuenteris, subiiciente: Et vocauit Adam* *Genes. 3. verj. 20. nomen uxoris suæ Heva, eo quod Mater*

*effet cunctorum viuentiam. Gen. 3. vers. 20. Quo quidem in loco mirè sele PP. exercent, tūm ut expendant, quam imponit, scū intempestivè ad faciem, illustre id, atque magnificum nomen, mulieri male de se, & de humano genere meritè ab Adamo inditum fuerit, tūm vel maximè, ut quod absque mysterio fieri non potuit illud peniculatiùs rimentur. Et vero Anastasius Synamta lib. 11. *Anagogicarum contemplationum in Hexameron:* adductis præfatis Domini verbis, quibus Adamum, & eius posteritatem morti addixit, sic inquit. *Quid dicit, o homo. Terribiles à**

*Anastas.
Synamta.*

Deo

Deo criminationes sunt in te intētātē & propter mulierem, & exēcratiōnes, & poenae, & sententiā, & mors, & exterminatio, & dolores, & spine, & tribuli, & sudores, & ira, & quæcumque sunt grauiā, & eā quæ tibi horum omnium fuit causa, vitā appellas? Eam ergo potius nomina mortē, infidatricem, proditricem, & totius mūdiscandalum, & naufragium, ut quæ non ferendorum malorum sit mundo conciliatrix, ut quæ est omnibus infidata, ut quæ omnes affecerit iniuria, ut quæ omnibus interitum attulerit, & omnes perdidet. Hæc modo Anastasius. Ad cuius gustū

Rupert.

Rupertus acrius in Nomenclatorem lib. de Trinitate, & eius operibus, cap. 26. sic invehitur. Quid insanus, quæ minillo talis causæ iudicio, illam nuncupare Hevam, id est vitam, quæ vitam in se non habebat, eam quæ dicere Matrem cunctorum viuentium, quæ patiūs mater est cunctorū morientium? Omnes enim in peccato eius moriuntur, & nemo filiorum eius vivit, nisi qui per unum hominem Christum vivificantur. Mirabile itaque est, quod ubi mortis corpore & sententia ferebatur, iam spirituali morte mortuus. & postea corporaliter etiam moriturus, illic vxorem suam: Hevam, id est vitam, appellauit. Hæc ille, & alia.

II.
Anastas.

Occurrit tamen statim his ipsemēt Anastasius inquiens. Siste homo, qui hæc dicas: Deus est, qui iustificat, quis est qui cōdēnet? Sed qua ratione? quove modo? Primum quidēni dubitationi præfatæ respondent frequenter interpres, Adamum auditā mortis suæ sententiā, in suis solatium vxorem suam appellasse Matrem viuentium; quod polteros in quibus ipse viueret, eis generatura; quippe parentes in filijs suis perenniter vivunt, ut Sapiens inquit: Mortuus est pater, & quasi non est mortuus: similemen-
tē filium reliquit sibi post se, Ecclesiast. 30. ver. 4. PP. vero considerationēm altius tollentes ad Beatissimam Virginem oculos convertunt; ut ad eam aspiciens Adam, tanquam ad Christi Domini Matrem ipse tum castigatione erraditus, & prophetiæ dono iam instrutus, tum etiam de pane, quo in principiā dignitatem reverteretur admonitus (de quo iam egimus) Matrem viuentium in Evæ figura merito appellaverit, quippe quæ vitam editura, & repa-

rationem viventibus allatura erat: hæc de causā Andréa Ierosolimitano in oratione de Dormitione Virginis, ad eam sic And. Ie. exclamante. O vita suppeditatrix! Et rosi vita viuentium! & causa vita! Ad rem Athan.

A verò S. Athanasio serm. de Sanctissimā Deiparā, affirmante. Proinde ita nova Hera Mater Vitæ appellatur, variegata que permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium, & statim. Decet te Matrem regeneratricem, Dominam, ac heram nominare, eo quod ex te prodijt Rex Dominus, ac Deus noster: Sic Athanasius: & quidem rectè Mariam, & Matrem viuentium, & Regeneratricem appellans, quæ nos denuo regeneravit, & vita per Hevam perditæ restituit. Sed Epiphanius rem velut acutetigit hæresi 78. inquiens. Beata Mater Dei Maria per Hevam significatur, quæ per enigma accepit, ut Mater viuentium vocetur: opportunè illud per enigma accepit, &c. vt Heua, quæ mater omnium viuentium vitæ corporis, enigma, & figura eslet Maria, quæ mater, & regeneratrix erat futura viuentium vitæ spirituali: unde pergit Epiphanius. Ab illa Hera omnis generatio ducta est in terrâ, hic autem vere à Mariâ hæc vita mundo genita est, ut viuentem gigneret, & fieret Maria Mater viuentium. Nec minus opportune Chrysologus serm. 140. vbi Angeli Chrysol. verba: Benedicta tu in mulieribus, Lucae Luca 1. 1. ver. 28. sic premit. Quia in quibus Hera vers. 28. vmaledicta puniebat viscera: tunc in il-

D lis gaudet, hortatur, suscipitur Maria benedicta, & facta est vere nunc Mater viuentium per gratiam, quæ Mater ante extitit morientium per naturam. Hæc PP. Quorum omnium sensa vide, ut diffuderit Venerab. Verricus serm. 1. in Assumptione B. Maria, hunc in modum. Hera Verric.

Eccles. 30
vers. 4.

vetus illa, non tam Mater, quam novititia, quæ filiis antea propinavit præiudicium mortis, quam initium lucis, dicta est quidem Mater cunctorum viuentium, sed inventa est verius interfectrix viuentium, seu genitrix morientium, cum filium generare nihil aliud sit, quam mortem ingenerare. Et quia illa non potuit fideliter interpretari nomen suum: ista impletivit mysterium, quæ & ipsa sicut Ecclesia, cuius forma est, Mater est omnium ad vitam renascentium. Mater siquidem est vita, quæ vivunt viuunt, quam dum ex se genuit: nimiram omnes,

omnes, qui ex ea victuri sunt, quodammodo regeneravit, unus generabatur, sed omnes regenerabatur, quia videlicet secundum rationem feminis quo regeneratio sit, istuc in illo omnes eramus. Sic Vvericus.

III.
Eccl. 24. vers. 41.

Iam vero hec, que PP. de Maria quatenus vitam, & Auctorem vitae genuit generaliter affirmant; peculiari de causa ad ipsam ratione Augustissimæ Eucharistie pertinere dixeris: quippe ipsa met de se signata, inquit Eccl. 24. vers. 41. Ego quasi fluuij Doryx, & sicut aquæ ductus exiude de Paradiſo, dixi Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum: Quo in loco, cum prius audis aquæductum, haud dubium quin Mariam cogites, Mariam intelligas, præsertim si Bernardum adisti concionem confidentem, in Natiuitate Mariæ de aquæductu. Vbi cum Dei Filium esse fontem vitae præmisisset, subiicit. Deriuatus est fons usque ad nos in plateis derivatæ sunt aquæ, licet non bibat alienus ex eis (Prov. 3.) Descendit per aquæductum vena illa celestis, non tamen fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiae arentibus cordibus nostris infundens, alijs quidem plus, alijs vero minus. Plenus equidem aquæductus, ut accipient ceteri de plenitudine, sed non plenitudinem ipsam: & statim tunc plus explicans, sic pergit. Aduertisti iam, ni fallor, quam volui dicere Aquæductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens nobis edidit illum; sed si non prout est, sed prout capere poteramus. Nostis enim cui dictum sit. Ave gratia plena: & post nonnulla: Nimirum propterea tanto tempore humano generis fluentia gratia defuerunt, quod nec dum intercederet is, de quo loquimur, tam desiderabilis Aquæductus. Hæc ibi & multo plura luculenter Bernardus: At enim verò præter hanc Aquæductus imaginem: est quid pro nostro instituto in verbis sapientis obserues: nempe signata appellari Mariam de nomine fluuij Doryx: de quo Hugo Cardin. ait. Doryx interpretatur. Medicamentum generationis: vt omnino videris humanæ generationi medicamentum vitae Mariam attulisse, siue ipsam generationis fusile medicamentum, que viuentium Mater, & regeneratrix fuit: dum panæ vitae, & cœlā cælestem nobis protulit; immo & fermentavit, & dedit edendū,

vt pharmacum vita, & immortalitatis acciperemus: etenim & de Eucharistia sic ratiocinatur S. Ignatius M. epist. 14.

A Frangentes panem unum, quod pharmacum Ignat. M. est immortalitatis mortis antidotum, vita que in Deo concilians per Iesum Christum medicamentum purgans vitis, & omnia pellens mala, & de B. Virgine pharmacom hoc vitæ ministrante pulchre interpretatus est S. Tho. in opusc. 58. de Eucharistia verba Ecclesiastici cap. 38. vers. 4. Eccl. 38. vers. 4.

B Altissimus creauit de terra medicamenta, hunc in modum. Altissimus de terrâ, id est de carne Virginis creauit medicinam: En aquæductum Mariæ: vt ab ipso ad fontem aquæ viuæ, qui est in patria in offenso pede perveniamus.

C IV.

Cum vero vides in mortis antidotum, & pharmacum immortalitatis de carne Mariæ medicinam factam transfer oculos in puerum illum in matris suæ tunc mortuū ab Helia suscitatum, 3. Reg. 17. 3. Reg. vers. 19. sic enim ibi: exortavit filius mulieris matris familiæ, & erat langor fortis & 19. simus, ita ut non remaneret in eo halitus, & statim de illo iam mortuo, vers. 19.

Tulitque eum desinu eius, & portauit in cænaculum ubi ipse manebat, &c. Quid enim hæc, quæ in figura contingebant illis, significant opportunius? quam humanum genus in sinu matris Heuæ defunctū (sicut & illud de infelicer morientibus, Threnor. 2. vers. 12. Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum, & rizum? cum desicerent, quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum:) quod à Dei

D Filio sanguine suo in Cruce effuso, ubi adiunctor Heliæ, expandit Iesu super illud, redemptum, & in cænaculum: ubi ipse corporis, & sanguinis sui Sacramentum instituit immissum precibutque, ac meritis B. M A R I A temporis Virginis intervenientibus, ad veram vitam fuerit suscitatum? Vbi non prætereundum, quod ère Virginis est; adnotasse Venerabil. Gillebertum in allegorijs Gotfridi Tilmani ad ea verba libri Regum. Quos refuscat Christus, nullorum scilicet, ubique donat, sic videlicet filium, sic sanctorum fratrem mulierum, sic parentum precibus suscitavit pueram. Unde pergit ad rem. Tolle bone Iesu, & hunc mortuum nostrum de matris gremio, ut dixerit, tolle de ma-

Thren. 2. vers. 12.

Gilleber:

Bernard.

Hugo
Card.

Genes. 2.
vers. 7.

Irenaeus.

Proph. 31.
vers. 13.Zach. 9.
vers. 17.

S. Mart.

tris Heuæ sīnu, in quo non remanet in eo halitus ille vitalis, quem in faciem eius inspirasti, Genes. 2. vers. 7. Quo factus est in animam viuentem: tolle illum, & transfer in veræ Matris MARIAE sinum, in quo coelestis ille panis in cœnaculo confectus primum pistus, & coctus est, ut ab huius Matris sīnu in Summi Patris sinum transeat: opportune pro ista cogitatione fideiubente S. Irinæo M. lib. 5. aduersus heres, cap. 2. hunc in modum de Eucharistiâ loquens. Nihil enim illi ante dedimus, neque desiderat aliquid à nobis quasi indigus: nos autem indigemus eius, quæ est ad eum communionis, & propterea benignè effudit semet ipsum in nos, ut nos colligeret in sīnu Patris. Hæc ille: obserua, & osculare egregium, atque opportunum dicendi modum: Effudit semet ipsum in nos, tanquam Helias expandens se super puerum: Ut nos colligeret in sīnu Patris, ut à sīnu Euæ in MARIAE vita Matris sīnum per Eucharistiâ, in sīnu ipsum Patris: vbi vera vita, beatitudo summa, & gloria æterna est trāieamus: Confer quælo, sīnum cū sīnu, ut videris, quid MARIA operata sit consilio manuum suarum. Prou. 31. vers. 13. cum Altissimus de carne eius creavit me dicinam, quæ eset mortis antidotum, & pharmacū immortalitatis, ne deinceps, qui fideles fuerint, exhalent animas in sīnu matrum suarum, dicentes. Vbi est triticum, & vinum? Cum ad manum habeant frumentum ele. torum, & vinum germinans Virgines, Zach. 9. vers. 17. Cui quidem cogitationi mire stipulatur S. Martialis Pontifex epistol. ad Burdigalenses primâ cap. 33. tom. 1. Bibliot. veter. PP. vbi cum de Eucharistiâ agens dixisset: Ipse enim corpus habens, & immaculatum, & sine peccato, quia conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIAE Virgine in Arâ crucis ipsum permisit immolari, subdit: Quod autem Iudei per invidiam immolauerunt, putantes se nomen eius à terrâ abolere: nos causâ salutis nostræ in arâ sanctificatâ propomimus. scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam, & mortem effugandam: Hoc enim ipse Dominus noster iussit nos agere in sui commemorationem: Sic Martialis: obserua illud: causa salutis ponimus, & istud: Hoc solo remedio vitam no-

bis præstandam: vt dixerit: unicum nobis remedium ad vitam recuperandâ Eucharistiam esse, quæ nos animam in sīnu Euæ exalantes in sīnum Patris colligat per Mariæ manus.

Congruit verò opportunè Mariædi vinum Eucharistiæ lac, quo in vitâ alimur, nobis suggestenti, quod aiebat Chrysologus num. 2. adductus. Benedicatu in mulieribus. Quia in quibus Hera maledicta puniebat viscera, tuc in illis gaudet, hortatur, suscipitur Maria benedicta, & facta est vere nunc Mater viuentium per gratiam, quæ Materante extitit morientium per naturam: quo in loco pre-

Chrysol.

me in primis illud, in quibus Hera maledicta puniebat viscera: infelici videlicet illo cibo ceu diro veneno viscera torquentे, & laniante, quod per belle expressit S. Zeno M. serm. de partientia, hunc in modum. Vbi Adam acræ arboris pomum male dulce delibavit, lachrymas reperit, dolores, & gemitus, ultimoque sudore turbatus posteris hæreditatem indigestæ mortis dereliquit: obserua viscera doloribus, & gemitibus punita: hominemque animam agentem, & ultimo vitæ, seu mortis, sudore turbatum, quod lethale venenū concoquere, hoc est morte sibi vni digerere non posset; tandem illa in posteros, ceu hæreditatem transmisisse. Audis, punita, viscera? Dolores, & torsiones tenebunt, quasi partu: riens dolebunt, Ipsi. 13. vers. 8. vide modo ut in illis gaudet, hortatur, suscipitur Maria benedicta, panem vitæ affrens mundo, ut sit Mater viuentium per Eucharistiâ, pro matre, quæ fuit morientium per naturam: Quippe noxio illo cibo Euæ torquenti viscera opportune opposuit Maria mellea Eucharistiæ suauitatem dicente sponso Câ. 5. vers. 1. Cantic. 5. Comed i fanū cū melle meo, vbi LXX. le- vers. 1. gū panē cū melle meo: & in ea verba Am- LXX. brosius lib. 5. de Sacrament. cap. 3. Vi- Amb. des, quod in hoc panen nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas sit? Vbi omnino obserua cum S. Gaudentio tractatu in illud: Pater maior me est, tom. 4. Biblio- thec. Veter. PP. In Eucharistiâ esse cor- pus de purissima materia per Virginem Apem à Spiritu Sancto compactum, ut Euæ amaritudini diuina Eucha- ristiæ suauitas opponeretur: subi- git Gaudentius: Ea ratione fidelium

S. Zeno.
M.Ipsi. 13.
vers. 8.Cantic. 5.
Comed i fanū cū melle meo, vbi LXX. le- vers. 1. gū panē cū melle meo: & in ea verba Am- LXX. brosius lib. 5. de Sacrament. cap. 3. Vi- Amb. des, quod in hoc panen nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas sit? Vbi omnino obserua cum S. Gaudentio tractatu in illud: Pater maior me est, tom. 4. Biblio- thec. Veter. PP. In Eucharistiâ esse cor- pus de purissima materia per Virginem Apem à Spiritu Sancto compactum, ut Euæ amaritudini diuina Eucha- ristiæ suauitas opponeretur: subi- git Gaudentius: Ea ratione fidelium

Gauden.

plebem

Andreas Cret.
plebem corpus, & sanguinem Christi pro salubritate vite communis offerre, & agnitem dulcedinem misteriorum confitore testari gustate, & videte, quam suauis est Dominus: Sic ille, & eodem sensu Andreas Cretensis oration. in Natiuitatem Marie, cum illam, sic apertissime ab Eucharistiâ, quam mundo attulit salutis est. Salve urna ex auro ducta Christum cœlestis illud manna portans, orbisque vniuersi immortalem escam subiicit. Salve per quam illud: in tristitijs paries filios: Non habens amplius locum in partus exultatione mutantum est. Ita ille, & quidem recte, cum iam Hœva maledicta non puniat viscera, sed MARIA, & Mater viventium, & mellitæ dulcedinis fidelibus per Eucharistiâ sit.

VI.
Mat. 13. vers. 33.
Sed & huc quidem signatè facit illustris illa pro MARIA dignitate parabola fermenti à Domino, sic proposita apud Matthæum cap. 13. verl. 33. Si-mile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum, quā ad MARIA M, vt Hœva reparatricem, dum pro fermento veteri malitia, & nequitia dedit nobis in Eucharistiâ azyma sinceritatis, & veritatis, tum Chrysologus, tum Bernardus, (vt alios omittam) omnino retulerunt: Etenim prior serm. 99. cum præmisset: Mulier accepit à Deo fermentum fidei, quæ acceperat à diabolo perfidie fermentum, &c. vt mulier, quæ confecerat panem gemitus, & doloris panem vitæ coqueret, & salutis, & esset omnium viuentium Mater vera per Christum, que erat in Adam mater omnium mortuorum: subdit explicatus: Ob hoc namque Christus nasci voluit, vt sicut per Hœvan venit ad omnes mors; ita & per MARIA rediret omnibus vita. Quæ MARIA implet huius fermenti typum, similitudinem præfert, consignat figuram, dum desuperne suscipit fermentum verbi, & humanam carnem in alvo Virginis, immo in alveo Virginis cœlestem totam convergit in massam. Sancè vt humanitas à Christo suscepta; signatè fuerit à MARIA in massam, & panem vitæ conspersa, vt hoc solo remedio vita nobis præstaretur: vndē pergit Bernardus sermon 2. de Natali, eandem parabolam

edificerens, hunc in modum. *Hæc sunt Euangelica illa triasata farinæ, quæ pariter fermentantur, vt sit panis Angelorum, quem manducet homo: panis cor hominis confirmans. Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus superveniente igne Spiritus Sancti colitus est panis iste: Felix inquam, mulier, quæ in hæc triasata immisit fidei sua fermentum. Hœc Bernardus, quibus illa addito, quæ Eucharistiam pomo vetito opponens Petrus Damianus serm. in cœna Domini, sic dicebat. *Huius Sacramenti virtute fermentum illud condemnat & verustatis expellimus, vt de seruicione ad libertatem spiritus, & ad novare generationis azyma transeamus: & vero dom**

B Petrus Damianus dixit, ad nova regenerationis azyma transeamus: omnino allusit ad Paulum 1. ad Corinth. 5. vers. 7. monentem: *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noui conspersio, sicut estis azygii,* atque id ad cœlestem cibum fermento Hœvæ oppositum sic statim referent: *Itaque epulemur non in fermento veteri neque in fermento maletiæ, & nequitiae (Syriaca lectio, & mœroris) sed in azygii sinceritatis, & veritatis, vbi Syria. Lect. Sy-* cus adnotanter: *in azygo sinceritatis, & sanctimonie. Quod si ab Eucharistiâ nova conspersio sumus: quomodo id Deiparae non debeamus? Ex quâ noua hæc conspersio incepit: Sancte Georgius Nicomediensis orat. in Deiparae Conceptiōnem, de eius parentibus sermonem faciens, sic ait. Hos quippe creator Deus ad mundi veterati elegit instaurationem ex ijs Matrem accipit, ex quâ nouam fictiōnem prouidere decreuit: En à nouâ fictiōne novam conspersiōnem: à nouâ conspersione nouam vitam: & id quid omne à MARIA.*

D Iam expéde, quam accurato studio, & quanta verborum iteratione Eucharistiam Dominus commendatur, & hominum animis inferrurus: eam devitæ nomine nuncupavit: Audi. Panis enim Dei est, quidem cœlo descendit, & dat vitam mundo. Ioan. 6. vers. 33. & statim vers. 35. *Ego sum panis vitæ, & rursum vers. 47. Qui credit in me habet vitam æternam: ego sum panis vitæ, & vers. 50. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, & vers. 52. Si quis manducauerit ex hoc pane,*

Petr. Damian.

I. Cor. 5. vers. 7.

Lect. Syriae.

Gregor. Nicom.

VII.
Ioann. 6. vers. 33: & 35. & 47. & 50. & 52. & 55.

Chrysost.

vinet in eternum, & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & vers. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam: Audis toties à Domino vita mentionē factam? Quam rogo ob causam? Dupl. cem quidem, & utramque opportunā affert ad hæc verba Chrysostomus homil. 46. in Ioannem; alterām, quæd ut nihil nobis vtilius, quam Eucharistia, ita carius nihil, quam vita, vt proinde hinc nobis illa maximè commendaretur: sic enim ille. Vita ubique meminit: nam eius trahimur cupiditate, & nihil suauius, quam non mori: etenim in veteri testamento longa vita, & multi dies promittebantur: nunc vero non simpliciter vita longitudo, sed vita sine fine promittitur: Alteram, quæ ère nostra est: nempe vt ostenderet sublatam iam fuisse pœnam Heuæ inflictam, & pro morte, vitam à M A R I A in Eucharistiæ inductam: Audi. Simul, & ostendere vult, quod supplicium ex peccato inductum, nunc reuocat, sententiam illum mortis soluendo, & vita sempiternæ inducendo contra superiorum temporum institutionem: ita Chrysostomus. Sed ubi inquisitio M A R I A mentio? Sane non fuit id à bono Filio prætermisum; qui cum semel Patris meminisset, hunc cœlestem panem homini bus dari curantis illis verbis: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Ioan.6.vers. 32. Matris quidem semel, & iterum mentionem fecit: dum se ipsum panem Eucharistiæ dantem, filium hominis appellavit, eodem cap.6. vers. 27. inquiens. Operamini cibum, non qui perit sed qui permanet in vitam eternam, quem Filius hominis dabit vobis, & vers. 54. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: notantissime Mariæ filium sese tunc nominans, vt sciremus ipsi nos Eucharistiam debere, quæ protulit nobis vita antidotū, quo mortis indigestæ venenum evomeremus; in cuius castis visceribus superveniente igne Spiritus Sancti coctus est panis iste.

VIII.
Eccles. 4.
vers. 12.

Fuerit quidem hic opportunus sensus verborum Ecclesiastici cap.4. vers. 12. Sapientia filijs suis vitam inspirat: il-

la nimirum Sapientia, quæ proposuit meas suam, & insipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Prou. 9. vers. 5. Et vero præter phrasim inspirandi, quam in seq. adnot. pendemus, vide, vt his verbis aptentur, quæ Rupertus lib. 2. de diuinis officijs, c. 10. de Dei Sapientia Eucharistiæ parate ad vitam honinibus inspirandam, sic inquit: Magna igitur charitatis arte pigmenta sua Dei Sapientia posuit, quibus lethargicam magni agroti mentem renouat à cottidie suæ salutis commemoratione percelleret, & infantilium edentulam plebem animarum, quæ Verbi antiqui, & aeterni principij solidum non poterat tenere, & ruminare cibam, dulcissimo hoc liquamine confecto Verbi eiusdem Diuinitatem in panis, & vini Sacramento sorbillare consuefaceret. Hæc Rupertus. Quæ Deiparae optimo merito accommodaueris, quæ vera viuentiuni Mater lacte Eucharistiæ filijs suis vitam inspirat, & tanquam carissima nutrix, dulcissimum Diuinitatis liquamen sorbilare consuefacit; quando ipsi Verbiani, & aeterni Principij solidum non poterant ruminare cibum: huc opportune eunte Augustino non semel a nobis adducto, cum in Psalm. 53. adductis verbis Ioannis 1. vers. 1. In principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hæc præmittens. Ecce cibus sempernus, sed manducant Angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cœlestes spiritus. & manducant, & saginantur, & integrum manet, quod eos satiat, & latificat. Quis aut homo posset ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illicito? Subiicit pro re nostrâ. Oportebat ergo, vt mensa illa lactesceret, & ad parvulos perueniret. Vnde autem sit cibus lac: vnde cibus in lac conuertitur, nisi per carnem traiicitur? Nam Mater hoc fecit. Hæc Augustinus. En ergo MARIAM veram Matrem pro morte ab Evâ inductam, vitâ filijs suis inspirantem, quæ ab ipsis manducata non minus eos in terrâ, quam Angelos in cœlo satiat, & latificat: Ita quidem Ambrosius num. 6. vers. 1. adductus, sponsi verba, Bibi vinum meum Ambr. cum lacte meo, sic diffundit. Vides huius modi esse lætitiam, quæ nullius peccati orbibus polluat. Quotiescumq; enim bibis remissionem accipis peccatorum, & inebria

Prou. 9.
vers. 5.

Rupert.

August.

Adgri.

Cant. 5.

Ephes. 5.
vers. 18.

Cabalifas

ris in spiritu. Vnde & Apostolus ait. Nolite ineoriari vino, sed implemuni spiritu Sancto, Ephes. 5. vers. 18. Vino enim qui inebriatur, vacillat & titubat. Spiritu, cui inebriatur radicatus in Christo est; & ideo præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur. Hæc Ambrol. opportunitate illud: radicatus in Christo, id est in vita, in re vero cibum illum sempernū à Maria in lac, tanquam infantibus cōuersum, ac proinde hominibus ad vitam opportunissimum omnino adré expedit Nicolaus Cabalis lib. 4. de vita in Christo, tom. 14. Bibliot. veter. PP. ubi cum dixisset: Deum ipsum animabus suscipiamus. & corpus, & sanguinem, & mētem, ac voluntatem Dei, quæ ut homini sis, subiicit: Oportebat siquidem, & aliud esse, & aliud fieri ægritudinis meæ medicinam. Sienim Deus esset tantum, non ita uniretur. Qui enim nobiscenaficeret. Si autem esset tantum, quod nos sumus, nobiscū non ficegisset. Nunc cum utrūque sit, hoc quidem hominibus, ut homo iungitur, & coalescit: illo naturam extollere, & excitatere, & in seipsum transferre potest. Hęc ille, quæ pulchris imaginibus statim confirmat: quas videsis.

EIVSDEM ARGUMENTI.

MARIAM VERAM VIVENTIUM Matrem esse: dum fidelibus in Eucharistia verā, & Diuina vita, à quā diuinæ naturæ consortes fiant, communiciantur.

ADNOTATIO. II:

Chrysostomus.
August.

D Elector illis verbis Chrysostomi ad calcem præcedens: adnot. apicis de Domino Eucharistiā, panem vitæ appellante: Vitæ vbiq̄em enī in: name- ius trahimur cupiditate, & nihil suauius, quam non mori: at qualis hæc vita? Quæ nobis in Eucharistia cōmunicatur, pergit Chrysostomus: Non simpliciter vitæ longitudo, sed vita sine fine promittitur. Pulchrèque Augustinus serm. 2. de verbis Apostoli, in hanc rem. De corpore, ac sanguine suo dedit nobis salubrem refectio-

I.

August.

OII

101

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

nisi ut ex eo viuamus? Quod si ex eo vivimus: vita deinceps diuinam vivere necessaria est.

II.

Ioan. 5. vers. 58. Nec patente via semitam querere opus fuerit: ipso Domino Iohann. 5. vers. 58. apertissimè dicente. *Sicut misit me viuens Pater: & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Quibus sanè verbis (ut explicat

Maldonatus) constat voluisse confirmare Christum, & adhibito Patris exemplo magis explicare, quo modo qui carnem suam manducaret, vitam eternam habiturus esset, quia nimirum sicut ipse cum Patre coniunctus vitam ab eo trahit, ita qui carnem suam manducat, coniunctus sibi vitam a se hauriat. Quæ quidem frequens PP. mes est: eam uic omnino exprimente Paschacio præfato, lib. cap. 9.

*Hinc igitur est, quod & nos in Christo naturaliter unum corpus efficiemur: et si quis Patrem in Christo naturaliter confiteretur, confiteatur se naturaliter, quia Verbum caro factum est, unum esse in illo, ut naturalis unitas per Sacramentum appareat veritatis: Hinc ergo dicit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in memenanet, & ego in eo: Vere igitur sicut per naturam Deitatis, Deus Pater in Filio est, ita Filius Deus homo per humanitatem carnis in nobis esse ture dicitur, ac per hoc Mediator Dei, & hominum prædicatur, quia pereum communionem unitatis habemus ad Deum dum ipse in Patre manens, & in nobis quoque manere dicitur. Hac Paschacio. Nec minus apposite S. Cyri. Alexan. in Catenâ Græca in hac verba inquiens: *Sicut propriâ mea naturâ templum hoc, id est corpus meum replevit, et de quoque modo, qui carnem meam manducat, viuet propter me, totus in me transformatus, qui vivificare possum, eò quod ex ipsâ origine sum vivificantis Dei.* Sic ille. Quo in loco illud in primis obserua: Dominum, ut affirmet eum qui carnem suam manducaverit, vitam a se deinceps diuinam habiturum, Patrem non solum in exemplum, sed etiam in fidei insuorem adhibuisse: quasi vita nobis danda in Eucharistia, eidem vita, quam ipse a Patre haurit, innitatur. Quod si tantisper premis illa verba, *sicut misit me viuens Pater, & ego vivo propter Patrem: nimirum inibi PP. disquirunt, de qua vita, diuinâ ne? an humana?* dixerit Christus se vivere propter Patrem: & quidē et si Basilius, Ambrosius, Augustinus, & Beda, apud Mandonatum illis subscriptentem de Chri-*

tate dixeris, sensum esse: ad hoc à Patre viante mislus sum, & homo factus vita ab ipso habeo, ut vitam ab eo acceptâ cum honinibus communicem. Sed enim ut Patrem pro vita nostra fideiubetem videas: rursum expende in Græco textu voci viuens, additum esse articulum ton quem Hispanè exprimitus articulo, et, ut significaret Dominus (inquit Maldonatus) *ipsum per se Patrem, non solum viuentem, sed vitam ipsam, atque omnis vita fontem esse, atque iacō ut ction.* omnino certum est, eum qui carnem Christi manducat, vivere propter ipsum totus in illum transformatus; eò quod Christus ex ipsâ origine sit vivificantis Dei, siue ex ipso fonte, a quo omnis vita scaturit: ita quodammodo dici posse; adeò vitam hanc quæ ab Eucharistiā dimanat, fonti illi primario vita initi, & cum ipso esse coniuncta, ut quæcā mente Eucharistiam, sine vita consideraret, eodem errore ductum, vita fontem aque celsie diceret.

Quò iverit Pauli locutio de Eucharistia à Chrysostomo benè perspeta. 1. Cor. 10. vers. 16. *Calix benedictio nis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est: ubi Græcè, & Syriace in secundo orationis huius membro, non habetur vox, participatio, sed sicut in primo cōmunicatio, ut videlicet significantiori modo, & ornatori vocabulo notetur*

vita, quæ à Domino in Eucharistia nobis communicatur: audi Chrysostomū hom. 24. in 1. ad Corinth. sic differenter. Chrysost.

*Cur, non dixit participatio? Quoniā voluit aliquid amplius significare, & magis indicare coniunctionem. Non solum enim communicamus, eò quod sumus participes, & sumimus, sed etiam quod unitate communicamus. Sic Chrysost. Quid hac sibi velint, dixerim tibi (dum non argutis, sed benignis autibus audias, quin ad vivū dicta refecare velis) plus plus explicatis prædictis Domini verbis: *Sicut misit me viuens Pater, & ego vivo propter Patrem: nimirum inibi PP. disquirunt, de qua vita, diuinâ ne? an humana?* dixerit Christus se vivere propter Patrem: & quidē et si Basilius, Ambrosius, Augustinus, & Beda, apud Mandonatum illis subscriptentem de Chri-*

II.

1. Cor. 10
vers. 16.Lect. Græ
ca, & Sy
riaca.

Chrysost.

Basilius.
Ambr.
August.
Beda.

sto quarecaus homo est interpretantur, tum vt longius ab Arrianis irēt, tū etiā quod Christus ibi dicit, vt homine ageret, cum loqueretur de carnis sua nādicatione, nec vt Deus, sed vt homo manducetur: at enim vero Gregorius Nazianzenus, Chrysostom. Theophylactus, Cyrilus, Ammonius, & Euthymius, de Christo quatenus Deus est; propter Patrem vivere intelligunt, omnino persuasi nō imme id Arrianis obiectibus nobis Deum esse non posse, qui per alium vitam haberet, fauere potie, quod Dei Filius, et si secundum divinam naturam per Patrem vivat, nō tamē participatione vitæ, sicut nos, qui in ipso vivimus mouemur, & sumus. Actuum 17. vers. 18. sed quod, vt perse vivat, ac vita ipsa sit, à Patre per aternā generationē acceperit, quod ipse enucleatissimè significauit cum dixit: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.* Ioann. 5. vers. 26. Quæ quidem sententia, vel ex eo nobis vñemēter placet, quod etiā Christus ageret de carnis sue manducatione, & non manducetur, vt Deus, sed vt homo: at vero vt his verbis indicaret vitam nobis diuinam in Eucharistia communicare: aqua intime cum ipso vñitemur (sive vt dicebat Chrysostomus *vñitate communica-remus*) de industria vitæ diuinæ, quālipse, quatenus Deus propter Patrem vivebat, voluit meminiſe: vt planū nobis faceret, quod aiebat Petrus, *diuinæ nos naturæ consortes* per Eucharistia fieri, atque ipsum vitani quodammodo adinstar Patris, propter quem ipse vivit, nobis communicare; vt sicut Pater habet vitam in semetipso, & dedit Filio habere vitam in semetipso: ita etiā Filius dare nobis videatur suomodo vitam diuinam, quæ in nobis sit per gratiam, vt in ipso est per naturam, aqua dīj quodammodo esse videamur, vt hæc fuerit Chrysostomi mens vim faciētis in voce *communicatio*, quavus est Paulus. De quo quidē sensu egregiū habemus S. Maciarij orat. de exaltatione Sanctæ Crucis, monumentum apud P. Jacob. Gretserum: Etenim cū ille de Augustissimā Eucharistia in manna coeli præsignificatā, cui hæc infinito interuallo excederet, verba faceret, sic in-

quit: *At huius vera sumptio, & commu-nio immortalitatem, & filiorum adoptio-nē donat, & ex terrestribus caelestes, deos-que ex hominib⁹ eos qui accipiunt reddit.* Hec Macharius per opportunè. Quibus subscriptis S. Cyril. Alex. lib. 3. in Ioan. c. A. 36. ad ea verba. *Ego sum panis vita, hūc in nōdum. His autem verbis sub ostendit sanctissim⁹ sui corporis vitam, & gratiā, quæ in nobis Vnigeniti proprietas, id est, vi-ta, & ingreditur, & permanet, pulchre il-lud, & permanet, vt non perfunctorie; sed perseverantem in nobis ab Eucha-ristia vitam eamque diuinam habe-a-mus.*

Cyril. A.
lex.

Cui sententie opportunè concinunt B verba Vatis Psalm. 81. vers. 7. *Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes: vt videli-cet ab Eucharistia vti dicebat Macha-rius, dij ex hominibus reddamur, sed quomodo statim addidit: Vos autem si-cut homines moriemini. Sanè vt dixerit, nonde vita corporea, quæ brutis ani-mantibus communis est, sed de vita diuina loqui, quæ, etiā corporali-ter moriatur, in ipso tamē ingressa per-manet, vt id inibi adnotauit Basilius, inquiens: *Neque hic iam vt homo mori-tur, cum in se habeat viuentem Deū.* Hæc ille: preme id in se habeat viuentē Deum, vt videatur allusio facta ad Domini verba: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem;* &c. quibus vita diuina manens, & perseverans ex Christi communione significatur, quem ad-modum Filius Dei vitæ diuinæ semper vivit, quin à Patre vñquam separetur, quod planè in humana generatione nō evenit: pulchre id explicante Nicolao Cabalisa lib. 4. de vita in Christo, tom. 4. Biblioth. Veter. PP. vbi cum dixisset de humanis parentibus. *Quid est enim, quod vero patres nos facit? Quod ex ipso car-ne carnem hanc habemus, & ex sanguine illorum vita nobis conflata est, atque id in Eucharistiā nobis contigile, affirma-set inquiens. Hoc vero, & in Salvatore acquirimus, caro enim ex eius carne, & os sa ex eius ossibus sumus, subiicit opportu-nè. Sed utriusque communionis haud me-diocre interiuallum est. Nam in naturali-bus, quin nunc est languis filiorum, parentū tam non est, sed illorum fuit, priusquam fi-liorum esset. Atque hæc est origo generis,* quia quis sanguis nunc est horum, ante illu-*

IV.
Psal. 81.
vers. 8.

Basilius.

Nicolao
Cabalisa.

Nazian.
Chrysost.
Theoph.
Cyril. A.
lex.
Ammon.
Euthym.

Ioann. 5.
vers. 26.

Machar.

rum erat. Ex Sacramento autem isto sanguis, quo vivimus, etiam nunc sanguis Christi est. Et caro, quæ nobis coagmætat, corpus Christi est. & communia insuper membra, communis vita. Hæc ille, quibus vitam diuinam à Christo in Eucharistia nobis communicatam adinstar vitæ, quæ ipse Dominus vivit propter Patrem viventem, omnino explicat, ut videlicet communis homini vita cum Christo sit, cù in se habeat viventem Deum. Quod subinde benè explicaueris, ut quemadmodum Christus verè quidem in triduo ratione humanitatis mortuus fuit: ratione vero Diuinitatis, cui corpus sanctissimum erat vnitum, vita viuebat diuinæ, ita & qui Eucharistiā accipit, morti iam obnoxius non sit, cum in se habeat viventem Deum, sic nobis hoc promittente Domino. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die,

Ioann. 6. verf. 55. In quæ verba Apollinaris in Catenâ Græca sapienter ait: Non potest quis frui Verbo Dei ad vitam, nisi per carnem ipsius. Nam donec carni eius miscebatur, omnis caro mortis subiecta erat. Nunc vero viuis data est caro, quæ virtute commixtionis suæ carnibuse eius participibus per similitudinem temperata, omne quod ei cognatum est, ad vitam alit sempernam. Hæc ille, quod Cyrilus Alex. indidem pulchrâ ignis imagine in paleis occulti, & ab eis excitati illustrat.

V.

Psal. 11. verf. 9. Firmat vero præfata m expositione Davidis verbis: Ego dixi dij estis, & filii excelsi omnes, à Machario adhibitam ad simile eiusdem Vatis monumentum Psalm. 11. verf. 9. in quo & divinâ hanc excelsitatē hominibus ab Eucharistiâ advenientem; & infimam secularium hominum terrenis bonis addictorum

vilitatem à cœlesti mensâ se subducere. E tuum multipliciti filios hominum: ubi in primis audi Chrysostomum, sic efferten eam locutionem secundum altitudinem tuam: hunc in modum. Quid est autem secundum altitudinem tuam. Pro eo est, similes tui effectisti, quatenus fieri potest, ut homo sit similis. Quod ipse enim est in cœlo, nos in terra, & quemadmodum supernè nullus est eo superior; ita nullus in

A terrâ est homini virtute similis: estote inquit similes Patri vestro, qui in cœlis est. Quin etiam nominis quoque sui nos fecit participes, ego dixi (inquit) dij estis, & filii excelsi omnes. Hactenus Chrysostomus. Quo autem in cardine haec cœlitude Diuinitati proxima perfetur sequens hemithyrium declarat: dum pro ijs verbis: multiplicasti filios hominum, in Hebreo ad verbum est, epulatio Leet. II filij hominum, quod nisi de Eucharistiâ acceperimus sententiam, sentimus; per demus; ergo inquit Vates diuinis Eucharistiæ epulis homines à Deo similes sui effectos quatenus fieri potest, ut homo Deo similis sit, dum diuinæ nature consors effectus glorificat, & portat Deum in corpore suo: Quantum vero fuerit mirandum, homines adeo stupidos, & sui ipsorum inimicos esse, ut in hoc fastigio collocari, totis nervis non contendant: sed in circuitu per inania, & noxia saeculi bona extra propriū ceterum, hoc est extra Deum, extra rationem, extra verum vitæ iter vagari, & errare velint: Nimurum, quia sit incircitu ambulare: optime explicat Gregorius Nyssen tract. 2. in Psalm. cap. 16. premens similia verba Psal. 58. verf. 15. Famem patientur, ut canes, & circuibunt ciuitatem, hunc in modum: Talem subiectam sententiam arbitror. Cu omne id quod abiiciendum, & inutile est ad viuentium usum ejiciatur extraciuitatem, siue cadaver fuerit, siue quid aliud corrupsum, siue graueolens cœnum, circaquæ præ famis magnitudine canes occupatos in venire licet, versantes in sordibus extra urbem evehunt solitissimoproteaeorum, qui cù virtute, & eorum, qui in sceleribus vniunt, discrimen indicare volens oratio, id ciuitatis enigmate significat, ciuitatem enim nominat illam viuendi rationem, quæ à virtute quasi incolitur, & ad omnem deceniam, rectumque ordinem conformatur. At quæ extraciuitatem sunt, significant virtuti oppositam malitiam, in quæ invenire est omnem graueolentiam peccati, quasi urbanioris vita detrimentum siue ex pudredine corporū, siue ex immundo cœno cōfletur. Hæc Nyssenus. Qui pergit multis ostendere eum, qui sub hoc sensu ciuitatis incola dicitur, verum hominem esse circumferentem diuinum ipsa vita sua expressum characterem: contra ve-

Psal. 58. verf. 15. Nyssen.

Chrysost.

D E ruptum, siue graueolens cœnum, circaquæ præ famis magnitudine canes occupatos in venire licet, versantes in sordibus extra urbem evehunt solitissimoproteaeorum, qui cù virtute, & eorum, qui in sceleribus vniunt, discrimen indicare volens oratio, id ciuitatis enigmate significat, ciuitatem enim nominat illam viuendi rationem, quæ à virtute quasi incolitur, & ad omnem deceniam, rectumque ordinem conformatur. At quæ extraciuitatem sunt, significant virtuti oppositam malitiam, in quæ invenire est omnem graueolentiam peccati, quasi urbanioris vita detrimentum siue ex pudredine corporū, siue ex immundo cœno cōfletur. Hæc Nyssenus. Qui pergit multis ostendere eum, qui sub hoc sensu ciuitatis incola dicitur, verum hominem esse circumferentem diuinum ipsa vita sua expressum characterem: contra ve-

Philip.
3. ver. 8.

Leet.
Grac.

VI.
Iren.

Ioann. I.
vers. 18

ro illū in, qui fēse in ijs, quæ extra ciuitatem sunt, occupat canem esle, quæ vide. Pre totā vero sententia opportune aduoces Paulum ad Philippens. 3. ver. 8. de te à Christo illuminato, ipsūque cognoscēte, & a nānte dicētem. Propter quem omnia derimētū feci. & arbitror ut stercora: vbi græca vox, quæ respondet vocābulō stercora propriè significat eas fōrdes, quæ ex pecorum in testinīs canib⁹ lingenda reiſcentur, vt ad id loci obſeruat Cornelius. Vt hominis, qui veri hominiſ, ſiue diuini characterem ab Eucharistiā percipit, & illius, qui canis fōrdibus delectatur, immētū diſcrimen videris. Quod sane Evangelicus Doctor, ſive Concionator, fideliſbus ſæpſæpius ob oculos ponere debet.

Quō rarsim advoco penſiculatiū obſeruanda verba Irenæi lib. 5. aduersus h̄eres, cap. 2. in præcedentibus adnotat. adducta; quibus nōs ab Eucharistiā in ſinu Patris colligi ſic affirmat. Nihil enim illi antededitū, neque deſiderat aliquid à nobis quāſi indigens. Nos autem indigemus eius, quæ eſt ad eum communio- nis; & propterea benignè effudit ſemet ip- ſum, vt nos colligeret in ſinu Patris, ita Irenæus iam preme ſive potius tru- tare hunc ſinu Patris, ex Ioanne cap. 1. ver. 18. de Dei Filio dicente: Deum ne- mo vidit unquam. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis. vbi dū à PP. & interpretibus diſquiritur, quid Patris ſinu ſignificet? Chryſtoſ. hom. 14. in Ioānnem, ſic illum excutit. Eu- gelista ſinus meminit, quo uno verbo mul- ta ſubstantia cognationem, propinquita- tem, parem Patri cognitionem, potestatem oſtendit. Non enim diuerſam ſubstantiam in ſinu haberet Pater, ſed nec ipſe iuderet, ifferuus eſet ſi ex multitudine unus eſſet, in ſinu Domini verlari: hoc namque Fili⁹ eſt, qui multum genitoris ſuofidit; neque ip- ſo villa parte eſt inferior. Hæc Chryſtoſ. quibus consentanea habet Cyrillus A- lexand. lib. 1. in Ioan. cap. 22. vt ex illis videris, quo in fastigio Irenæus accedē- tes ad Eucharistiā collocauerit: non quidem quod hæc omnia, quæ ſinus Pa- triſ claudit, illis conuenire poſſint, ſed quod ex tanto diuinarum cunulo, no- modo eximiam, & ſummam dignita- tem, ſed etiam vitam diuinam ipſorū

& quandam veluti propinquitatēm Pa- tri adſimilem coniectare liceat: ſicuti & illud, ſi ex multitudine unus eſet, vt qui vita Christi vivit, non ſit ex multitudine unus, ſed qui cum Deo ſubstan- tia & cognationem habeat, vt dicebat Paſ- chaliſ, quia per eum communionem uni- tatis habemus ad Deum, dum ipſe in Patre manens. & in nobis quoque manere dici- tur. Vt hinc iam cum Leone ferm. 1. de Natiuitate, exclamaueris. Agnoſce o- Christiane, dignitatem tuam, & diuinę confors natura factus, noli in veterem vili- tate degeneri conuerſatione vilesſere; in o- vero agnoſce Diuinitatem tuā. & in ſi- num Patris per Eucharistiā collectus atque multitudine ſegregatus, noli ē tanto fastigio in terrena præcipitari.

His mirè adſtipulatur ipſemēt Do- minus, qui cum in oratione Dominicā docuiffet nos Deum appellare Patrem noſtrum, vt in ipſius ſinu ſubinde nos colligeret, tanquam eos, qui multum genitori ſuo fidunt, Eucharistiā no- mine panis ſuperſubſtantialis ab eo pe- tere admonuit, illis verbis Matthæi 6. vers. 11. Panem noſtrum ſuperſubſtan- tialem da nobis hodie: vbi primum obſerua, Græcè pro voce ſuperſubſtantiale, eſſe tonē epiuſion, illam videlicet pro qua rā- quam pro anchorā fidei noſtræ, tā Græci, quam Latini PP. acriori bello, ad- uerſus Arrianos, quam Græci pro Hele- na, diurno tempore dimicarunt, vt Fi- lij cum Patre coſubſtantialitatem pro- pugnarent, vt S. Petrus Laodicenſis in expositiōne orationis Dominicæ ad hanc vocem, ſic adnotauit. Hæc autem velut onomatopeia, ſive nominis coſiſio- ne deriuatur, to omouſion, ſive id cuius eadem cum aliquo eſſentiā ratio eſt: ita S. Petrus, vt mireris, & laudes accuratū ſtudium, quo Dominus, vt nos ad Eu- charistiā (de qua omnes pene PP. hec verba capiunt) exoptandam, petendā que vrgeret, hanc vocem de industria vſurpauit, vt dignitatis, ſeu diuinitatis nos noſtræ admoneret, quaē terrestri- bus celeſtes, & ē hominibus dij eſſe poſ- ſimus: ſapienter hunc locum explicante P. Salmerone tom. 5. in Euang. tra- ctat. 50. hunc in modum: Verē eſt ſuper- ſubſtantialis, quia non mutatur in noſtrā ſubſtantiam, ſed potius nos in ſuam conuer- rit, diuinoſque efficit: ita ille, ad mentem

Leo Mag.

VII.

Matt. 6
vers. 11

Græca Le-
ctio.

Pet. Lao.

Salmer.

S. Pe-

Pet. Lao. S. Petri Laodicenensis præfato loco sub-sufficientis: Idcirco panis epiuision is dici potest, qui cum verâ versatur essentiâ, nimirum Deus verbum panis viuus.

VIII.
Ioann. 5.
vers. 35.
Cyril. Alex.

Vnde quidem sapientissime S. Cyril. Alex. præfato lib. 3. in Ioan. cap. 36. observauit Dominum, qui aliquâdo in parabolis, & anigmatibus, alijs de myste-rijs loqui solebat; hac de re apertissime fuisse locutum, sese panem vitæ, sic no-minans, ego sum panis vitæ, Ioan. 6. ver. 35. vt nulla subinde Iudæis excusatio, nulla nobis dubitatio de verità diuinâ ab eo in Eucharistia haurienda esse posset: ita enim ille cum ad ea verba Ioannis præmisisset. Quamquam solitus fuerit Christus & gemitice quodammodo, nec aperi è nimis mysteria exponere, neres diuinæ & scelestis etiam hominibus in derisione paterent; non nunquam tamen propter au-dientium imperitiam, quum nihil eos in-telligere videat, omni ambiguitate sermo-nis remotâ dilucide, ac breuiter totam my-sterij vim explicat, vt nulla excusatio nō credentibus relinquatur: post nonnulla ad rem sic ait: Multis igitur verbis ul-tro, citroque habitis postquam illos nihil intelligere videbat apertissime: Ego (in-quit) sum panis vitæ. O sola imperitia excellentes homines quum de cœlo daturū se Deus panem vobis dixerit, & tantam hanc rem pollicitus sit, non erubescitis de-sensibili manna hoc intelligere, vt ulterius progrederi nolitis? Non sentitis? quia breue illud, & paruum, tam vobis erat, qui acce-pistis, quam Deo, qui largitus est? Nolite igitur credere illum fuisse panem de cœlo. Ego enim sum panis vitæ, qui olim vobis figura solummodo datus, nunc ad sum-mum adimplens figuram. Sum autem panis vitæ, non corporalis, qui fami solum corpo-re a remedio præstat, sed qui totum ani-mal ad vitam aeternam reformem, & mor-tis superius efficiam. Hæc ille, ijs adiun-gens, qua superius dedimus. His autem verbis subostendit, sanctissimi sui corporis vitam, & gratiam, quæ in nobis Vnigeniti proprietas, id est vita, & ingreditur, & permanet. Haec tenus S. Cyrilus notâter: in nobis Vnigeniti proprietas, quasi nobis consubstantialis, quæ vitæ diuinæ in nobis causa sit, vt quod panis, & vinum ad vitam temporalem corpori præstant, id omnino panis vitæ ad vitam animo-diuinam dandam proficiat, vt B. Alge-

rus lib. 3. contr. Berengar. cap. 4. hunc in modum inquit. Quia panis, & vinum Algerus homini incorporatum vita est temporalis; ideo Christus hoc Sacramento nobis, tan-quam caput membris incorporatum fit vi-ta eterna fidelibus.

A Iam vt videris tum Dominum in Eu-charistia panem vitæ, & panem super-substantiale, atque consubstantialē nobis esse: tum etiam huc totam Do-minicæ Incarnationis oeconomia, & Sacramentum ire, audi Paulum diller-tissimè de Dei filio affirmatè ad Phi-lipp. 2. vers. 7. Qui cum in formâ Dei es-set, non rapinam arbitratus est, esse aequa-lem Deo. Sed semetipsum exinanivit for-mam servi accipiens. Quo in loco expen-de eum dicendi modum, exinanivit se-metipsum, tam cum Ambrosio, quam cum Dionysio Alexandrino: prior si-quidem exinanitionem Filij Dei, sic premit, vt ex ipsâ nostrum complemetum, siue impletio (vt sic dixerim) sub-sisteret: sic enim ille in Psalm. 38. Omni-no se ille exinanivit, vt nos repleret, atque in carne hominis plenitudo Diuinitatis ha-bitaret, ita Ambrosi opportune illud, vt nos repleret. Quâ seilicet supellecti-le? aut thelauro? Sane Diuinitate ipsa, qua in carne hominis plenitudo Dini-nitatis inhabitat: Pergit vero Diony-sius ad Eucharistiam id omnino revo-cans in epist. contra Paulum Samosatenū, hunc in modum. Exinaniri vocat Apo-stolus capi à nobis mysterium vitæ per ma-nus eius incontaminatas, & incorruptibi-les, & diuinas, vt possimus, quis sumus fi-deles eius capere eum, & fieri manus eius accepientes eum totum, & statim cum al-lusione ad Agnum, cuius caput nō po-terant Iudæi manducare, subiicit: Ve-rum tamen, quise exinanivit Christus Je-sus habens in se ipso caput Patrem, caput enim Christi est Deus fecit potentiam in brachio suo, & exsaltauit humiles, vt ip-si capiant Altissimum, & habitet in nobis propter suam in homines charitatem, & bonitatem, quæ dilexit nos. Hæc Diony-sius, & alia in hanc sententiam: Ecce ergo tibi panem vitæ, & panem con-substantiale, qui semetipsum in mo-dici panis speciebus exinanivit, vt nos Diuinitate sua repleret, satiaret, pasce-ret, nutritiret. Audi Tertullianum lib. de Re-jurificatione carnis, cap. 8. Caro corpore,

IX.

Philip. 2
vers. 7.

Ambr.

Dionys.
Alex.

1. Cor. 11
vers. 3.

Tertull.

B C D E

E

E sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo saginetur, & lib. de pudicitia, cap. 9. de prodigo à Patre vituli coniuio excepto: Exinde opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet. Audi Pascham lib. de corp. & Iang. Domini, c. 22. Suā benignitate Agnus, scū vitulus verbi Diuinitatis saginatus pro gaudio nostrae salutis mystice mactabitur. Audi Leonem Magnum serm. 14. de Passione, in fine. Pascha nostrum in azymis sinceritatis, & veritatis iugiter celebratur, dū fermento veteris malitiæ abieciō creatura de ipso Domino inebriatur, & pascitur. Audi Iulium Firmicum lib. de errore prophan. Religion. cap. 19. Christi panem, Christi poculum quære, ut terrena fragilitate contempta substantia hominis immortali pabulo saginetur. Vbi facile vides eō Christi Dei carnem, cibum, viētum, paſtum, & saginam ire, ut non aliā quam diuinā vita vivamus. Dixit quippe Philosophus lib. 1. Polyticorum, cap. 3. Cū sine alimentis vita animalium sustentari non possit: viētus, alimentique diuersitas diuersas quoque, ac dispares animalium vias efficit, ut proinde, qui diuino panis vita alimento vescitur, vita diuinā vivere necesse sit, ita dissertissime Augustinus de verbis Euangelij citante Beda in 1. epist. ad Cor. cap. 10. Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur, ut manducetur, sed mortuos vinificat. Similiter Ambrosius omnino quidem huic argumentationi insistens ser.

Arist. Paschas. Leo Mag. Aristor. Iul. Fir. Arist. August. Ambros. Fulbert. X. Heb. 10. vers. 20.

18. in Psal. 118. Hic est panis vita: qui ergo vitam manducat mori non potest. Quo modo morietur, cui cibus vita est? Quo modo deficiet, qui habuerit vitalem substantiam? Ita Ambrosius: quā quidem mente imbutus Fulbertus Carnotensis Episcopus, epist. 1. fideles ad Eucharistiam, sic vrgebat. Exere palatum Fidei, dilata fauces spei, viscera charitatis extende, & sume panem vita interioris hominis alimento, non arte pistoria fermentatum, sed incarnatæ Deitatis vitale pulmentum. Obenē! o pulchrum monitum! ad vita le pulmentum Deitatis invitans.

Illud vero fuerit maximè opportunitum pro præsenti instituto, quod exco gitavit Anselmus ad verba Pauli ad Hebræos 10. vers. 20. de Christo Domino: Initianuit nobis vitam nouam, & viuentē per velamen, id est carnem suam: vt ab Eu-

III.

cam

Anselm.

Chrysostomum hom. 24. in 1. ad Corinth. itidem novam vitæ viam, siue vi-

talem vitam ab Eucharistia, sic censem-

tem: Quoniam prior carnis natura è terræ

sicla, à peccato prius morte erat affecta, &

vita priuata, aliam, ut ita dicam, mas-

sim, & fermentum induxit suam carnem,

qua natura quidem erat eadem, à peccato

autem libera, & vita plena, & dedit eam

omnibus participandam; ut èa nutriti,

priori, quæ erat mortua deposita per hanc

mensam in vitam immortalem contem-

paremur. Hæc opportune Chrysostomus.

Chrysost.

Chrysostomus.

Chrysostomus.</i

cam Photij: quippe Nyfleus legit. *Pulchrum oculis, & maturum: quasi iam opportunum, ut deceperetur.* Leontius verò significantius ad dolum exprimē dum, *flore mortis maturum:* Sanè quasi morte intus irributum, ab illa florē fallacissimum ad inescandum gustum exteriū explicaret, ut nihil opportunius, ac maturius ad escam; immo vero ad dignitatem, & fastigium comparandum offerri posset: ita id pensante Chrysostomo hom. 16. in Genesim, ex persona Hevæ, sic ratiocinantis: *Si ad vescendum bonum est lignum, in quo tāta formositas, & quod tantopere oblectare potest oculos; etiam perhibet nobis eius sumptio summum honorem.* & habebimus eandem, quā Conditor dignitatem. Quare non sumemus ex eo? Ita Chrysostomus, & indidem paulo ante: *Eccenihil nisi escam: calicem enim perniciari veneno plenum mulier iedit, que latiferum hoc esse videre noluit.* Ecce tibi calicem exitialem, quem nō solum infelix mulier ebibit; sed suis indisenter posteris propinavit: En fructum, *flore mortis maturum*, quem nobis gustandum dedit. De quo audi Venerab. Theophridum Abbatem lib. 4. *Epi-taphij, cap. 1.* sic differentem. *Et quia præuaricationis lignum pulchrum, & delectabile visu, & gustu suave per guttur protoplasti demissum ad viscera totius posteritatis trāsfigit, ut acutissimus gladius & insanabile inflexit vulnus, in summis amaritudinibus noster (proh dolor!) oculus versatur ita ille, obserua. Per guttur demissum protoplasti ad viscera totius posteritatis transfigit: veneno scilicet praecordia hominis intus pascente: ipsoque summis amaritudinibus peccati, & mortis addicto: dum vulnus alit venis, & exco carpitur igne.*

Vidisti fructum flore mortis matrum à matre Heva posteritati toti traditum. Vide ianitiae antidotum, & vitaleni fructum à Mariæ productum, quæ nobis, ut vera Mater Viventium ministravit: nimirum Beata Elisabeth Mariam salutans accurato hoc dicendi modo vfa est: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Lucæ 1. vers. 42. notanter quidem Dominum non Virginis filium, qui facilior dicens modus erat, sed ventris fructum appellans, ut sicut fructum vitæ fructui

Luc. I.
vers. 42.

mortis, ita Mariam Hevæ opponeret; dum ab ipsâ vitæ antidotum, & medicinam salutis, Eucharistiam, inquam, habemus: Audi Rupertum ad id cap. 2.

Rupert.

Avinariam, licloquentem, de Eucharistia. *Malus fructus, immo malus mortus,* quo Adam per Herem vitam perdidit, & mortem invenit, *Bonus fructus, quo genus humanum per Mariam mortem perdidit, & vitam invenit:* & statim. *Vbi tenipus venit huiuscemodi fructus edendi accipiens panem, & vinum, & benedicens Accipite (inquit) & comedite.* Hoc est cor
pus meum. *Accipite & bibite.* His est san-

S. Thoms.

Plus meum. Accipite & obire. Hic est Jan
guis meus. Hæc Rupertus. Vides bonū
fructum Eucharistia, quo genus huma
num per Mariam vitam inuenit? Vides
fructum vitæ veræ pulchrum? vere ma
turum? datum scilicet, *vbi tempus ve
nit huius fructus edendi?* Audi iā S. Tho
mam adnotatiōne præced. adductum,
modo hæc sapienter diffundentem, &
causam institutionis Eucharistiam, huc
revocantem opusculo 58. de Euchari
stia, cap. 1. Causa institutionis est cibis ho

minis. Cibus, inquam, medicinalis contra mortiferi pomi corruptionem, quæ tā prævia infusa est per primos parentes humano generi, ut esset incurabilis, nisi subveniret medicina optima, quam posset facere prudens Dei, Eccles. 38. Altissimus de terra, id est de carne Virginis creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam: Ambrosius Corpus Christi medicina

Ex ec. 38

D eam. *Symbolum Corpus Christi medicina spiritualis est, quæ cum reverentiâ degustata deuotos purificat.* Haec tenus ex S. Thomâ: obserua, & magni facito illa verba. *Altissimus de terra, id est de carne Virginis creauit medicinam: ut in carne Mariæ non tantum purissimum cando rem, & innocentiam omnis nœvi expertem, sed divinam virtutē onine malum superantem consideres.* His Patribus in hunc sensu: adde Georgij Nicomedientem in Menæis die 24. Martij in profecto Annunciationis, floride, & piè dicentem. *Heva messis, ac vindemia nihil aliud fuit, quam mors; eaque pestilēs valde: at vero nunc ex medio tui germinavit, o Virgo, fructus ventris tui Christus, immortalitatis ille paracius nostræ, & mentium humanarum dulcedo.* Ita Georgius.

Sed ut propius ad rem accefferis, cō

pone

Cant. I.
vers. 2.

Andreas
Ierosol.

Sedulius.

pone quæso hunc dicendi modū, *Fru-*
ctus vetris tristis est Christus ex medio
Virginis germinans, vt immorralitatis
sit largitor, cum illo, quo sacra sponsa
ipsum appellavit oleum, Cant. I. vers.
2. inquietens: Oleum effusum nomen tuum,
vt collatione inter fructum, & oleum
facta noverimus, Altissimum de carne
Virginis creasse medicinam, Eucharistiæ
scilicet, quæ sit vitæ antidotum,
& fructus salutis adversus fructū mor-
tis, & peccati morsum: quippe, oleum
vt inibi adnotarunt PP. ad curationem
& rem medicam pertinet, & quidem
præcipuus eius usus fuerit, cum ad evo-
mendum venenum ebitum sumitur,
vt eò tendat is Mariæ fructus, vt malū
virus ab Heva in humanum genus in-
stillatum, quod ad viscera totius poste-
ritatis transivit: oleo tanquā antidoto
adhibito evomere faciat: pulchrè hæc
cogitationem exprimente Andreas Ie-
rotolymitano, oration. in Salutationem
Angelicam, hunc in modum pendens
præfatam locutionem. Benedictus fru-
ctus ventris cui. Fructus, de quo comedens
Adam protoplastus evomuit veterem il-
lam deorationē, qui deceptionis causam
sumperat. Benedictus fructus ille, qui ex
incorrupto Virginis sūrculo veluti profe-
ctus mirabiliter maturescens botrus ena-
tus est fructus ex quo vitalis ille panis,
corpus, inquam, Dominicum producitur;
& immortalis calix salutaris potio exhi-
betur. Hæc Andreas opportunissimè;
observa hæc, evomuit veterem illam de-
orationem à fructu virginis, hoc est ab
oleo, tanquam antidoto, & salutari po-
tione sumpto: deinde illa, mirabiliter
maturescens botrus. Vere scilicet maturus,
& fructus vitalis, vt nimis Augustissimæ Eucharistiæ fructus meri-
to opponatur pomo illi noxiali, non
suo tempore maturo, ac proinde ut ab
hoc mors: ita ab illo talus, & vita nobis
adueniat, pulchris hilice carminibus
id canente Sedulio lib. I. operis Pascha-
lis. Qui pereuntem hominem retiti dul-
cedine pomi, instauras meliore cibo, potu-
ques sacrati sanguinis, infusum depellis ab
angue venenum. Et melior quidem
hic cibus à MARIA nobis obtigerit in
cuius ventre maturitas, opportunitas,
& dulcedo huic fructui quodammodo
advenit bene inquiete Bernar-

do sermon. in sigillum magnum: *Fide-*
lis MARIÆ, quæ salutis antidotum, &
viris, & mulieribus propinavit. Planè
vt quod Heva deceptionis causam su-
mens falso effutivit; nos verè, & op-
timō merito dicamus: Etiam perhi-
bebit nobis eius sumptio summum hono-
rem, & habebimus eandem, quam condi-
tor, quodammodo, dignitatem, qui
hinc dedit nobis potestatem filios Dei
fieri. Quare non sumemus ex eo?

His omnino additulatur S. Pe-
trus Damianus, sermon. in cœnâ Do-
mini, vbi causam institutionis Augu-
stissimi Sacramenti Eucharistiæ co-
signatè retulit, vt vitæ antidoto acce-
pto pestilens peccati, mortisque ve-
nenum à fidelibus evomeretur: ete-
nim cum ipse concionem sic fuisse exorsus:
Hodie Saluator terrent panis,
ac viñi speciem in sui Corporis, & san-
guinis Sacramenti veritatem, Jusque Disci-
pulis vitalis alimonie pabulum ministrat-
uit. Cibus enim ille veritus, quem pri-
mus homo intumescente superbia, & gu-
la pruriante perceptit, per viñi uera eius vis-
cera vitiorum omnium, ac mortalis cor-
*ruptionis uenena diffudit, ad præfensi-
stitutum hæc subiicit. Contra hoc igitur*
læthale virus antidotum à Christiano
populo sumitur, per quod spiritualis
morbi pestilentia salubriter evomatur:
Et statim paululum variata imagine addit.
Huius Sacramenti virtute
fermentum illud condemnatae vetusta-
tis expellimus, vt deservitute ad liber-
tatem spiritus, & ad nouæ regeneratio-
nis arçma transeamus. Hæc Petrus
Damianus: eò aptiora, quod illis
& veneni mala, & antidoti cœlestis
bonum, explicavit; ideo obserua illa
de veneno ebito: Per viñi uera eius
viscera vitiorum omnium, & mortalis
corruptionis uenena diffudit, quæ in ho-
minibus peccato, & facculo addictis

E quis non videat, doletque? cum
Ioanne epistol. I. cap. 2. vers. 16. at-
testante. *Omnis, quod est in mundo, con-*
cupientia carnis est, & concupiscentia
oculorum, & superbia vita, vt dixerit,
quidquid in mundo peccati vene-
no infecto continetur, aut voluptu-
rum, ac deliciarum blanditijs animum
corrumpit, aut divitiarū cœpitate irri-
cat, atque inflamat, aut in fano falso

IV.
Petr. Da-
mian.

August. extollit. Vnde Augustinus lib. 3. de symbolo, cap. 1. *Pompa diaboli sunt, que cum que illicita desideria, que torquent, non exornant animum, ut sunt desideria carnis desideria oculorum, & ambitionis faculi.* Hæc plane Hevæ messis, atque vindemia, de quâ dicebat Georgius Nicon. *Hevae messis, atque vindemia nihil aliud fuit, quam mors, eaque pestilens valde, unde inibi Augustinus. Qui ergo vult mundum vincere, tria ista vincat, quæ sunt in mundo, & per hæc illum vincit etiam, qui iudendo per superbium decepit mundum:* Ergo ut vincamus pergit Petrus Damiani. *Contra hoc lethale virus antidotum à Christiano populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentias alubriter, evomatur: quippe Eucharistia, & niala omnia avertit, & bona cuncta accersit: ab ipsa enim, & mundi contemptus, & secularium bonorum renunciatio, & blâditiarum carnis extinctio, ut fermentum condemnatae vetustatis expellentes ad novæ regenerationis azyma trâseamus in eam curam incumbentes, ut animi puritatem, mortuam sanctitudinem & omnimodam vitæ prohibitatem setemur.*

V: Nyssen. Quo in loco illud sapienter obseruatum est à Gregorio Nysseno de Augustino Eucharistiæ Sacramento, propriū illi ac peculiare esse, non tam externis signis, quā ingestu introsum cibo hominē reficere, ut eo modo exitiale virus, quod intus erat expellere valeat, ut nō animæ solum, sed etiā corpori male à peccati morbo habenti medeatur, & tam animæ, quam corpori immortale vitam impertiatur. Nimurum cum Dominica Incarnationis Sacramentum, & Christi aduentus edicerit, ut totum hominem, corpore, & anima constantē

Ioann. 7. (sicut ipse dixit, & fecit Ioann. 7. vers. 23.) sanum faceret, & opus Dei peccato

Ioann. 4. primorum parentum dissipatum perficeret, ipsomet dicente Ioan. 4. vers. 34.

vers. 34. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius, ita demque ut vitam ab ipso abundantius,

quam in prima formatione habemus: Ego veni (inquit Ioann. 10. vers. 10.) ut vitam habeant, & abundantius

habent: non satis quodammodo videbatur, si Deus, qua vita est, cum anima sola coniungeretur, quod per fidem vi-

vani, & veram dilectionem fieri poterat, nisi etiam sicut animani, ita etiam corpus ab exitiali veneno viscera depascente sanum, & vitæ participem redideret; quod nequaquam præstari potuit aliter, quam salutari, & vivifico cibo intra ipsum corpus ingestu, sed hæc iam à Nysseno oratione illa magna Cathechetica audi: Etenim cum præmisisset, cap. 37. *Quomodo enim, qui venenum sumperunt dolo, & ex insidijs, alio medicamento extinguunt vim, quæ afferit interitum. Oportet autem sicut exitiale, ita etiam salutare medicamentum admitti intra viscera hominis, ut per illa distribuantur in uniuersum corpus virtus eius, quod fert opem. Ita cum gustaverimus, id quod nostram dissolvit naturam, rursum neceſſe est, ut opus habeamus eo, quod cogit, ac conciliat id, quod erat dissolutum, ut cum intra nos fuerit hoc salutare medicamentum, veneni damnum, quod corpori fuerat inditum per contrariam repellat affectionem. Subiicit. Quid hoc ergo est? Nil aliud, quam illud corpus, quod & morte ostensum fuit esse potentius, & nostra vita fuit initium. Quomodo enim parum fermenti (ut dicit Apostolus) sibi assimilat totani conspercionem: ita corpus à Deo morte affectum, cum fuerit intra nostrum, totum ad se transmutat, & transfert. Quomodo enim, cum quod est exitiale misum fuerit cum sano, quidquid est contemporatum simul redditur inutile, ita etiam corpus immortale cum fuerit intra eum, qui sumpsit, uniuersum quoque transmutat in suam naturam. Vnde sic opportune concludit. Sed fieri non potest, ut sit aliquid aliter intra corpus, nisi per eum, & portionem miscetur visceribus. Necesse est ergo, eo modo, quo natura potest, Spiritus vivificam suscipere virtutem. Hactenus Nyssenus dilucide, & opportune.*

Ad quem quidem modum Iulius Firmicus lib. de errore profanae religion. cap. 19. cum plura eaque præclarâ in laudem Auguſtissimæ Eucharistie dixisset, quæ suo loco appingimus: subinde in eum sensum verba Psalmi 33. *Gustate, & videte quantam suauis est Dominus, adducens, sic inquit. Sequuntur etiam hoc idem tricesimi, & tertij Psalmi veneranda responſa. Ait*

Nysseno.

VI. Julius Firmic.

enim

enim per David Spiritus Sanctus gustate, & videte quoniam dulcis est Dominus. Dulce est cœleste pabulum: dulcis Dei cibus; nec habet in se misera famis tristis tormentum, & de medullis hominum precedentis veneni virus excludit. Hac ita es sequentia Oraculi responsa declarant. Ait enim. Timete Dominum omnes sancti eius, quia non est inopia ijs, qui metunt eum. Diuites eguerunt, & esurient, qui autem inquirunt Dominum non indigebut omnibonum, &c. Ut autem manifestius diceretur, qui nam ille esset panis, per quem miseris mortis vincuntur exitia ipse Dominus sancto, ac venerando ore signauit, ne per diuersos tractatus spes hominum prauis interpretationibus falleretur: dicit enim in Evangelio Ioannis: Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me non esuriet, & qui in me crediderit, non sicut et unquam, & post nonnulla: Salutaris cibi gratiam querite, & immortale poculum bibite, Christus vos epulissuis reuocat ad lucem, & graui veneno putres artus, & torpescencia membra viuiscat. Cœlesti cibore renovate hominem perditum, ut quid in vobis mortuum est, diuinis beneficiis renascatur. Hac Firmicus omnino ad rem expende primum, hæc de medullis hominum precedentis veneni virus excludit, quæ mirè respödent illis Theophridi num. 1. adductis per gustum demisum protoplasti ad visceratius posteritatis transivit, vt noveris, tum, quam exitialis, & efficax venenum fuerit, quod viscera, & intimas medullas pervasit, atque externos, & internos hominis sensus penetrauit: tum etiam quam opportunò antidoto huic malo Diuina Sapientia prouiderit, quæ de ipsis medullis virus excluderit: & putres artus, & torpescencia à veneno membra peccatis, ac voluptatibus addicta ad veram gratiæ vitam reuocavit: Vnde hoc sensu S. Gaudentius ser. 2. de maducazione Agni Paschalis monebat: Contra venena diaconi dulce medicinam sempiterni tutamini consequamur.

S. Gaudentius ser. 2. de maducazione Agni Paschalis monebat: Contra venena diaconi dulce medicinam sempiterni tutamini consequamur.

VII. *Rupert. lib. 3. de operibus Spiritus Sancti, cap. 18. vbi versans ea verba Ioann. epist. 1. cap. 5. vers. 8. Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis, & ad Baptismi Sacramentum referens: statim de Eucharistiâ Sacramento ad-*

struit, nō esse vt cumque à tribus ijs testibus in terrâ datum testimonium, sed in illâ ipsum: net vitæ, & salutis nostræ testamentum subsistere, quod hoc testimonio, quod adversus nos habebat diabolus, quadam oppositio-

A ne propria oppositum sit, quia videlicet contra cibi veriti culpam cibus, & potus gratiæ est: contra serpentis venenum Sancti Spiritus antidotum est, habens à Domininostri Iesu Christi passione vicinæ suæ principium: vnde sic infert: Puler, & rationabilis ordo salutis, ut prius supradictorum testium, scilicet Spiritus, sanguinis, & aquæ Sacramento baptizati, maculam veteris cibi lavaremus, & tunc demum eidem edulio mortis contrarium hunc cibum, & hunc potum salutis perpetuæ perciperemus. Hac ex Ruperto.

VIII. *Illiud vero ex eodem Ruperto fuerit opportunius, quod prefatam fructus vestris Mariæ imaginem fructui nostro oppositi; itidemque divinum lactis eius nutrimentum, quo in vitam alimus, simul coniungit, dum lib. 1. in Cantica prefata verba Elisabeth ad ubera Mariæ refert de quibus Cant. 1. verl. 3. habetur: Exultabimus, & letabimur in te memores uberum tuorum, & sub eius persona, sic fatur: Iamen incipimus ego,*

C *Cant. 1. vers. 3.*
Cant. 1.
vers. 3.
& infans in utero meo exsultare in gaudio à voce salutationis tue: & ex hoc & nos, & qui venturi sunt post nos exultabimus & letabimur in te, dicentes, quia Heva nos fecit plorare, Maria nos fecit exsultare: nam quod illa tristis absulit: tu reddis almo germe. Hac ille, latitiam, & exsultationem humani generis ab uberibus Mariæ, quæ eadem sunt cum Christi uberibus, equibus (ut in superioribus adnotat. adductus Theodoreus dicebat) effluunt ineffabiles illi Altaris fontes, ex quibus nos pietatis alumni nutrimur. Pulchre quidem inferens: ab hoc diuino lacte vitam, quam nobis absulit Heva, non vt cumque, sed abundanter, & aucto centu restitui. Vbi illud signatè pro lactis imagine obseruandum, quod Plinius lib. 28. histor. naturalis, cap. 9. habet: dum primum de lacte sua, inquit: Utilessimum cuique maternum, ovilium dulcius, & magis alet. Etenim siue vt a Christo Domino, rationabile, sine dolo lac, Eucha-

E *Plinius.*
ritus,

ristiæ, siue à Mariæ vberibus tibi advenire mediteris, vt ut sit, maternū quidē lac est; & ideo tibi vtilissimū, & magis alit. Deinde vero, quod è nostro instituto est, subiicit: *Infunditurque lac contra serpentium ictus*, vt nihil vtilius, opportunius nihil, aduersus pec cati venenum, & mortiferos serpentis ictus fuerit, quā vt hunc cibum salutis, & hunc potum edulio mortis contrarium percipiamus.

Canr. 2.

Plinius .
Del Rio.

Rupert.

Cyril. A.
lex.

IX.

S.Thom.

ristiæ, siue à Mariæ vberibus tibi advenire mediteris, vt ut sit, maternū quidē lac est; & ideò tibi utilissimū, & magis alit. Deinde vero, quod è nostro instituto est, subiicit: *Infunditurque lac contra serpentium ictus*, vt nihil utilius, opportunius nihil, aduersus peccati venenum, & mortiferos serpentis ictus fuerit, quā vt hunc cibum salutis, & hunc potum edulio mortis cōrrarium percipiāmus. Cui cogitationi illa fuerit omnino a finis, quæ in est ijs verbis Cant. 2. vers. 9. *Similis est dilectus meus capreæ, hinnu- loque cervorum*: Si ex eodem Plinio lib. 8. cap. 22. probato P. Martino del Rio, ibi obseruas. *Hinnuli cervini in ventre matris occisi coagulum ex precipuis anti- dotis esse aduersus morsus venenatos*, vt ex his verbis sponse dixeris cum Ruperto. *Malus fructus immo malus morsus*, quo Adam per Hevam vitam peydidit, & mortem invenit: *Bonus fructus, quo ge- nus humanum per Mariam mortem per- didit, & vitam invenit: nimirum Eucha- ristia lac ab vberibus Mariæ profluens præsens, & præcipuum antidotum est aduersus venenatos peccati, & noxia- rum concupiscentiarum morsus*. Sed at enim cum in nobis manet Christus (inquit S. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 17. fine) se videntem membrorum nostrorum le- gem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit; nec in quibus simus pec- catis considerat, sed agrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus, qui ani- mam suam pro ovibus posuit, ab omni nos erigit caju. Hæc omnia Cyrillus.

Iam belle super hæc quidem cadit
Petri monitum de Eucharistia: *Rationa-
bile, sine dolo lac concupiscite*, 1. Petr. 2.
ver. 2. vt Eucharistiæ ex lactis imagine
signatissimè sit cibus medicinalis ad-
versus serpentis iictus, & acutissimi
gladij vulnus, quo oculus noster in sum-
mis amaritudinibus versatur: opportu-
ne id pensitante præfato loco S. Tho-
mà, hunc in modum. *Serpens malignus*
infudit homini per venenum cibi veriti tri-
plicem corruptionem: in anima scilicet te-
nbras ignorantiae: in corpore morbū pra-
& concupiscentia, & mortem utrobiusque
contra hoc institutum est corporis Christi
medicamentum, tenebras ignorantiae, illu-
strans, morbū concupiscentiae sanans, &
mortem nostram mortificans. Nimirum

cibus hic medicinalis, è carne, & lacte
Mariæ confectus non tantum sanitatem
impertitur, sed vitam divinam, coelestemque
conuersationem, & mores re-
ctitudinem, puritatem, mansuetudinem,
humilitatem, & omnimodam innocen-
tiam infundit, cum à matris lacte, (eu-
nutricis eius mores ebibantur, ut tetta-
tiſſima Medicorum, & Philosophorū
doctrina fert: quemadmodum apud Galenū
lib. 1. Fen. 3. Plutharc. lib. de liberis edu-
caudis, & Phaborinum, apud Agetium
lib. 12. cap. 1. videre est: Altissimus er-
go de carne Virginis creauit medicinam,
& eam quidem optimam, quam posset face
re prudentia Dei. Vnde in hanc reni Am-
brosius in titulum Psalm. 37. ait. Bonus
Medicus, qui docuit, quemadmodum in
hac terra corporis nostri remedia querere-
mus, cum flos nobis herbæ salutaris orire-
tur: qui de peccato damnavit pecca-
tum in carne. Antidotum ergo facta est
caro, qua erat venenum ante peccati, qui
erat illecebra peccatorum. Hæc ille, &
plura: Nec fuerit in præfatis Petri ver-
bis, sine obseruatione præterea ñda ea lo-
cutio rationabile, sine dololac, vt om-
nino illud subsit antidoto, quod falso
promittebat venenuni, me ñdaciter si-
bi blandiente Hevæ: perhibebit enim no-
bis eius sumptiosum honorem, & ha-
bebimus eandem, quam Conditor dignita-
rem: veraciterque nobis summum huc
honorem, & dignitatem Eucharistia
conferente, cum ab ipsa diuine nature
comfortes simus, 2. Petr. 1. ver. 4.

Galen.
Avicen.
Plutarc.
Agellius

Amb.

2. Pet. ii.
verſ. 4.

A MARIÆ LACTE CHRISTVM
Dominum in Eucharistiâ vitam medi-
cinamque nostram suâ ipsiusmet mor-
te condire voluisse, vt sibi quod
molestum; nobis quod iucun-
dum esset, & utile assu-
meret.

ADNOTATIO. IV.

Hæro in ea pharmaci, & medicamenti imagine, usurpata ab Ignatio M. illis verbis de Eucharistia: Frangentes panem, quod pharmacum est immortalitatis,

I.
S. Ignat.
M.

mortis antidotum vitamque in Deo concilians per Iesum Christum medicamentum purgans vitia, & omnia expellens mala. Ad quæ ambigere libet, quid pharmaceutum cum lacte cōmune habeat? quid melli, & aloë? siue dulcedini, & amaritudini? nā ad lac, & vbera infans hiāter currit, ad pharmacum, & medicamentum ægrotus, & si ab eo sanitatem sperret, nauseabundus accedit: vt hinc merito verearis, Eucharistia homini tanquam pharmacum proposita ad ipsam illum vix cunctabundum accessurum: pulchre simili in redidente Tertull. in Scorpiano, cap. 5. Nauseabit ad antidotū, qui huius ad venenum, quod ea sit mortalis infirmitas, vt grauetur pati nūc homo ex remedio, quod non est tūc gravatus pati ex vitio: peioris ne conditio nis (inquires) in veritate nunc, quā Hebrei in figurā erimus: nos in luce; illi in umbra: vt Christus ipsis datus sit in manna, quod melle dulcius erat habens omnē saporem suavitatis; nobis vero in pharaco, ac medicamento purganti, cui non potest non plurimū amari saporis inelie propinetur: sed si verē sapis, vtraq; quidē & lactis, & pharaci purgantis subsiliit imago, ita quidē inter Chrltū Dominū, & hominem qui corpus ipsis in Eucharistiā accipit, distributa, & tēperata, vt Christus, quod in pharaco amarū est, & molestum sibi omnino sumat, quod verō ex ipso utile, & salutare est homini tribuat: quippe id omnino nutricis imago, imovetō munus portendit; dum infantulo ægrotante periti Medici ad eius curatio nē, & salutem, nutrici ad pharacum sumendum adigunt, vt lac patius, & suavius infantī instillet: contemplare ergo in Eucharistiā vitā, & mortem, suavitatem, & amaritudinem; pharmacū, & lac: ab ipsis enim, & vita, & suavitas, & lac tibi contingit, dum panis vitæ, & vita ipsa à te accipitur, & spiritualis dulcedeo in suo fonte degustatur: Christo Domino hac de causa mortem, & puerū amaritudinem sibi sumēte: attestante Isai. c. 53. vers. 4. Verē langores nostros ip seculit, & dolores nostros ipse portavit, vbinotanter peccata nostra langores, & ægritudinem dolores appellavit, vt ostederet sua ipsius amaritudine, & morte salutem, & vitā nobis peperisse: v-

de veri seq. eodem dicendi modo retēto subdit, & liuore eius sanati sumis, si ue vt est in Hebræo: sanitas nobis fuit: a pharmaco scilicet à nutrice sumpto; quod nobis non pharmaceutum amarum, sed lac suave, & vitale pulmentū fuit, vt dicebat Fulbertus in superioribus ad ductus: *Sume panem vitæ, interioris hominis alimentum, non arte pistoriū fermatum, sed incarnata Deitatis vitale pulmentum:* & vt tibi vndequaque iapiat dulcissimè, contemplare id inmortali tatis pharmacum in suo fonte, id est ab vberibus Mariæ promanans: ita quidē Ecclesiæ Græcæ in Mensis die 16. Martij ode 6. de S. Sabino M. Deiparant al loquente. *Primi parentes nostris gustato inobedientia fructu ex voluptatis, quasi patriæ extorres sunt facti. Nos vero ventris tu fructu percepto (Eucharistiā scilicet) in immortalis vita voluptatibus delitiamur, o Virgo, quæs nos tri maxima quidlibet à Deo postulandi fiducia, & simul expectationis meæ tam certæ coronis ut falli non pessim: sic ibi. Audi fructu Virginis immortalis vitæ delicijs nos perfrui?*

C Sed nomine id ipsam et tuum panis, tu vini imago significat: dum panis, vt ci bus, & nutrientum sit, mille tormentorum generibus afficitur: falce in agro metitur, in area atrociter tritatur, in molâ durè teritur; in clibano ardente coquitur, vt ipso tu nulla defatigatio ne nutriaris: botrus verō indignè pedibus proteritur, & calcatur, ac prælo ex primitur, direque torquetur, ita quidē omnino agente, patientique Domino, vt Eucharistiam conficeret, & pharmaceutum immortalitatis, medicamentum purgans vitia, & omnia expellens mala nobis exhiberet. Audi primū Rupert. sic opportuniē hæc de re differētē, lib. 3. in Exod. c. 7. *Alihac (inquit) non ante Passione fratrem Dominus noster, sed in ipso suæ Passionis articulo hoc fecit, ita enim renditus erat, iam tradebat, ita tristis erat anima eius, usque ad mortem, iam pauebat, & emptus erat: iam facinus in agonia, & trans sanguineas guttas desudabat, iam se propter certitudinem mortis instantis in mundo non esse dicebat: ita Rupertus.*

E *Vides Dominum calicem Passionis, & pharmacum amaritudine, & absynthio plenum sumentem: vt ab eo tibi suauis*

Fulbert

Ecc. Græca

II.

Rupert.

Terrall.

VI

Isai. 53.
vers. 4.

August.

timuni, & viuissimum lac instillaret? lam imaginem patris, & vini, quā pro posuimus, hanc ab Augustino, illam à Franconio Abbe, audi. Sic namque Augustinus serm. 100. Quia spiritualis vendemia est, id est Paschalis solemnitas imminet, in quā festiuitate botrus ille, de quo superius diximus, per iniuriam, & pondera crucis expressus est, de tanta ac tali ura accepturi calicem salutaris, & vinum leticiabituri exceptoria cordis, vel pectoris nostri cum grandi nitore mundamus. Sic August. de vino. Similiter de pane Franconius lib. de gratia Dei, tomo sive libro 10. apud Biblioth. veter. PP. tom. 12. sic ratiocinatur: *Frumentum ergo Euangelicum, Iudeorum manibus molitur, igne Passionis coquitur, & verbo vita & painis viuus efficitur, vitale alimentum, prius manibus Iudeorum, sive dentibus ferarum molitum fuisse, ut bona nutrix amaru sumpserit pharmacum, quo infans ab ipsius vberibus suavevit, ac salutis lac sageret.*

III.

His illud omnino congruit, quod Eucharistia vna ex parte pharmacum immortalitatis sit: ex alia vero cuin à fidelibus sumitur, mortis Dominime moriam illis signata instaurat: dicente Paulo 1. Corinth. 11. vers. 26. *Quotiescumque manducaveritis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis donec veniat: ut omnino noverimus, cœlestis istud pharmacum, quod nobis vitam, & immortalitatem largitur: non nisi morte, eaque atrocissima Saluatoris nostri fuisse confessum, ut quantum ipsi doloris, & passionis sibi met sumpsit, tantum suavitatis, & vitalis succi in nos refunderet sapienter id pensante Paschacio lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 18. hunc in modū. Vnde qualis ille resurrexit, talia sunt, & haec semina immortalitatis, quæ immortales faciant digne percipientes: & ideo quoties ista comedimus, mortem Domini annunciamus. quia de morte ista immortalia meruius, donec venias vivus, & immortalis, ut cum eo etiam, & nos talis ergo diuq; reflecti immortalitatis cibo per eum immortales regnemus: ita ille, obserua illa, quia de morte ista immortalia meruius, bono*

1. Cor. 11
vers. 26

Paschaf.

Medico suam morte nobis immortalitatem comparante: necnon & illa: *talia sunt & haec semina immortalitatis, quæ immortales faciant, vt videris viuus, atque efficacitatem huius salutaris, atque esse leonis Pharmaci, quod, secus quidem, ac in humanis, non semel tantum sanat aut vnam tantum ægritudinem depellit, sed omnem morbum, totumq; mortis ius absorbet: & ipsammet immortalitatem, ceù in immortalitatem mortali natura mutata, animo inserit velut immortalitatis in illa iniecta semine:* *Quod eleganti ignis imagine explicauit Cyril. Alex. ad ea Domini verba Ioan. 6. vers. 55. Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem habet vitā eternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, ad hunc modum. Quemadmodū autem si quis acceptam scintillam paleis, quam plurimis infunderet, vt semen illud ignis excitaret; ita etiam Dominus noster Jesus Christus per carnem suam in nobis vitam occultat, & instar cuiusdam seminis immittit immortalitatem totam, quæ in nobis est aboles corruptionem. Hæc Cyril. Ex quibus pulchre Paschaf. lib. de corp. & sang. Domini, cap. 21. premēs verba Zachar. 9. vers. 11. Quid bonum eius, & quid pulchrum eius? nisi frumentum electorum, &c. sic inquit. Bonū quippe ut ad vitam eternam proficiamus. Punctum vero, dum immortalitatis gloria vestimur, ut & interius fruanur vita dulcedine, & exterius fulgeamus nitidius de tanti beneficij gratia.*

D

*Ioann. 6.
vers. 55.
Cyrill. A-
lex.*

*Zach. 9.
vers. 11.*

Quo non importunè adyoces illa Isaia verba cap. 3. vers. 6. quibus populu illum, ut mille erumnis, & calamitatibus afflictum ita querentem sibi ducē, ac principem, qui ipsum protegeret, & felsis rebus subueniret, sic inducit: Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui. Vestimentum tibi est: princeps esto nostri: ruina autem haec sub manu tua. Statim vero, istum in Principem assumptum, regium munus sibi delatum ita repudiante facit: Respondebit in die illa. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constituere principem populi, & quidem opportune ille, qui regiam potestatē detrectavit, ea ratione vclus fuit, quod Medicus non esset, aut chirurgus, (id enim valet vox Hebræa) quippe

*IV.
Isai. 3.
ver. 6. &
7.*

Prin-

Principis munus est morbis, ac vulneribus Republicæ mcederi; ei prælertim, de qua cap. i. vers. 6. dictum fuerat. *A* planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. *Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec fota oleo,* ita quidem Græca vox Rex vocatur, *anax, derivata ab aco, quæ omnino sonat, Pharmacum, medelam, & sanitatem,* vt notarunt Plutharcus, & Eustatius, apud Henricum Stephanum: Vnde ad id loci P. Sanctius. Dicit ergo is, ad quem ab alijs defertur imperium, non tam illam esse Rempublicā, quam nosodochiū, atque adeò indigere magis chirurgo, aut Medicu, quam Principe, siue eo Principe qui Medicæ artis omnino peritus eslet: Benè hæc omnia dicuntur, sed cur addidit? *Indomo mea nō est panis.* Dixerim primum hæc istius verba respicere illa populi: *ruina hæc sub manu tua: nam apud LXX. omnino leguntur, & cibus meus sub test, quasi ille inde se imparatum muneri ad quod assumebatur diceret, quod negata sibi foret facultas sustentandi populum, quæ is maxime indigebat: vel potius, idèo illum Medicinam cum pane coniuxisse, vt occurseret menti, & voto populi nolentiscutari, iuxta medicæ artis regulā asperioribus medicamentis, sed lenioribus, & suauioribus, vt pro pharmaco insuavi, & amaro, panis, & cibus prædulcis ei exhiberetur: vt hinc iam videris, quam bonum Medicum, & quam optimum Principem Christiana Rēpublica habeta sit, quæ dum tot ægritudinibus, & infirmitatibus laborat, à Christo Domino pharmaco immortalitatis curatur, atque reficitur: dum langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, vt nobis pane suavissimocoris superfectam sanitatem redderet: & propharmaco amaro, quod sibi sumpsit: *vitale Deitatis incarnatæ pulmentū nobis propinaret.**

V.
I. Cor. 10
vers. 3.

Prætulit quidem huius umbram petra illa plena mysterij largissimum, atque suauissimum aquarum imbrem Iraeliticæ plebi subministrans: dicente Paulo 1. ad Corinth. 10. vers. 3. *Omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibeant autem de spirituali consequente eos petræ: petra autem erat Christus, vbi*

manifestè Apostolus de Christo Domini loquitur (vt ibi explicat Cornelius) è quo effluxerunt aquæ sanguinis sui in Eucharistiæ quibus nos in hoc vita de ferto reficit, explet, & concupiscentia rum sitim extinguit, vt sic roborati ad

A civitatem nostram in cœlistendamus, eleganter id affirmante S. Paulino epistol. 30. ad hunc modum? *Illapetra, quæ nos inter huius seculi desertastientes iustitiam sequaci fonte prosequitur, & dulci potu refrigerat, ne carnalium cupiditatū æstibus peruramur.* Quod itidem à Moyse fuerat prænunciata Deut. 32. vers. 13.

B *Vt sugeret mel de petra, oleumque de de saxo durissimo.* At quo nam pacto petra hæc, & aquarum dulcedinem, & mellis suavitatem populo de se exhibuit? Audi Numer. 20. vers. 11. Cumque elevasset Moyses manum percutiens virgabis silicem egressæ sunt aquæ largissime, vbi vides petram his à Moyle percussam, quia duo ligna transuersa sunt crux, vt ibi August. quæst. 35. & Rupertus expli-

C cant: ipsomet Domino subscriptente Isaiæ 50. vers. 7. dum præmittens. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & confuentibus me:*

D *hac petræ imagine lese ipsuni depingit: Posui faciem meam, vt petram durissimam: Nimisrum acerbissimam passionis sumptuæ potionē bona nutrix cælestè*

E *Eucharistiæ lac nobis sugendum dedit: vt ab illius amaritudine pharmaci hu- ius salutaris efficacitas proveniret: vnde iterum Rupertus indidem, nō aliud quam Passionis tempus institutioni Eu-*

F *charistiæ, fuisse opportunum, sic expedit: Vnde & hoc notandum, quia cum alijs locis, panis huius, id est suum etiam necessarium commendauit dicens, Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & bibetis eius sanguinem, non habebitis vi-*

G *tam in vobis, Ioan. 6. vers. 54. Nusquam tamen nobis ostendit, quomodo posset, vel*

H *deberet hoc fieri, nisi in illa hora, quæ tra-*

I *debatur, quæ vt ita dictum est, in angustiâ*

J *Passionis huius, opus, res, & virtus est Sa-*

K *cramenti: ita Rupertus: obserua extre-*

L *ma hæc verba: in angustiâ Passionis vir-*

M *tus est Sacramenti: duin & pharmacum,*

N *quod sanitatem assert, non nisi amaro*

O *succo conficitur, & Dominus sibi ama-*

P *ritudinem nobis amaritudinis vim, at-*

Cornel.
Paulin.

Deut. 32
vers. 13.

Num. 20
vers. 11.

August
Isai. 50.
vers. 7.

Rupert.

Ioann. 6.
vers. 54.

que

que virtutem nobis tribuit.

VI. Ad hæc denuo pende in præfatis
1. Cor. 11. Pauli verbis: Quotiescumque manducae
vers. 26. ritis panem hunc, & calicem bibetis, mor-
tem Domini annuntiabitis donec veniat:
notanter verbo, annuntiādi, vsum fuisse
Estius. Apostolum: sic ipsum ex Græco son-
te premente Guillielmo Estio. Annun-
ciare est, mortis, ac totius passionis eius pro-
nobis suscepit & gratam memoriam recolle-
re: vt videlicet cum ingenti gratitudi-
ne, & immortali gratiarum actione ve-
niat nobis in memoriam, tantam tam-
que salutarem suavitatem, & vitale pul-
mentum non nisi ingenti amaritudine
Passionis, & mortis Domini nobis ad-
venisse. Quid namque ad immortales
gratias Christo agendas, & memoriam
beneficij benevolentia sempiterna re-
tinendam (quantunvis duri, & agres-
tes simus) adeò nos vrgere, & stimula-
re potest? quam omnino pernosce. Do-
minum tanquam bonam Nutricem, &
Medicum nostræ salutis amantissimū
calicem Passionis libenter perpotasse,
vt non aliter nobis salutem, & immor-
talem vitam conferret: quam calicem
salutaris, mira nos dulcedine inebriant-
em propinans: egregiè istud argumen-
tum ad nostram institutionem pertra-
ctante Franconio Abbe lib. de gratia
Dei, tom. 10. ad finem, hunc in modū:
His de Sacramento salutis nostra non pro-
suā maiestate, sed pro nostra tenuitate dis-
cussis qualiter hoc in memoriam Christi a-
gere debeamus, prout ipse donaverit, pau-
cis memoremus. Oportet ergo fideliter ac-
cedentem, & pie sumentem de ventre me-
mem cibum vite, tanquam mundum ani-
mal sursum reuocare, & opus pietatis pie
retractionis gutture ruminare. Memo-
ret pius cor viua Christi, qui ad mensam il-
lam magnam consedit, quibus charitatis
vinculis de fini Patris in uterum Virginis
Dei Filius sit abductus, quanto salutis no-
stre zelo Deus impensisibilis, & eternus
sit effectus, qui homo factus, passibilis, &
mortalis pronobis est effectus. Memoret,
quomodo supplicijs nostris innocens sit ad-
dictus, quantis opprobrijs, quantis iniurijs,
quantis sit paenit afflictus: & statim non
tine allusione ad Domini verba. Posui
faciem meam, vt petram durissimam, sic
pergit. Memoret faciem illam, in quam
desiderant Angeli prospicere sputis il-

litam, alapis casam, crucis ignominiam,
fellis amaritudinem, & mortem felle ama-
riorem. Recolat etiam pio compassionis af-
fectu acerrimam membrorum omnium in-
nocentis Agni in patibulo distensionē, at-

A que amarissimam illam clauorum cōfixio-
nem. Ad hæc omnia, & super hæc omnia
miretur spontaneam passionem, & immu-
tabilem patientis mansuetudinem. Hæc
omnia Franconius, quæ valent pro cō-
mentario verborum, tum Pauli, tum
etiam Domini dicentis: *Hoc facite in Luc. 22.*
meam commemorationem, Luc. 22. vers. 19.

B 19. siue vt hæc effert Ecclesia in Cano-
ne: *Hæc quotiescumque feceritis in mei*

*memoriam facietis: nempe in mei memo-
riam perinde est, ac in memoriam mei
atrocissimis supplicijs addicti; innume-
ris opprobrijs, iniurijs, & poenis afficti,
sputis in facie illiti, alapis casi, fellis
amaritudine potati, membris omnibus
in cruce distenti, clavis confixi, & ani-
mam in cruce agentis. Ne vero in Fran-
conij ratiocinatione desideres medici-
nalis pharmaci mentionem, audi quæ
subiicit. Nec prætereat vulnus illud salu-
berimum ex quo vulnerum nostrorū pro-
fluxit medicamentum. Aperto enim late-
re Domini, iam mortui exi vit sanguis, &
aqua, sanguis Redemptoris aqua baptis-
matis. De latere itaque mortui vita pro-
dijt, quia ad hoc in Crucis lectulo sopora-
tus est noster Adam, vt Euam illam, quæ
vere cunctorum viventium Mater est de
latere suo produceret Ecclesiam. Hactenus*

D modo ex Franconio; iterum subinde,
atque iterum adducendo.

E Iam vero quid in nobis nunc hoc
pharmacum immortalitatis operetur,
quid à nobis exigat, & quæ ratione su-
mendum sit, cognoscere erit opera
pretium: ipsomet Christi Martyre Ig-
natio, subiiciente: Medicamentū purgā-
vitia, & omnia expellens mala, ita quidē
Chrysostomus hom. 4. in Matthæum sa-
pienter consideravit, non aliter oppor-
tunus ab animis nostris vitia, & passio-
nes noxias sumpto pharmaco corpo-
ris, & sanguinis Domino purgari, ac ex-
pelli, quā à Medicis noxijs vermes, qui
intra humana viscera ex corruptis hu-
moribus innascuntur salutaribus potio-
nibus interimuntur, atque exterminā-
tur: cum enim ille vt sermonem insli-
tueret de irā alijsque vitijs per Eucha-

V.

VII.

Chrysost. ristiam expellendis dixisset: *Si enim hic, qui vermes in interioribus corporis nutrit, ne respirare quidem sinuntur, vexatis profecto adesque visceribus, quomodo nos hanc venenatam, hanc in nobis alienates viperam: iram dico, quæ omnia interiora hominis depascitur; quid, inquam sanū, aut forte poterimus cogitare, aut parare subiicit ad rem. Quoniam igitur modo ab hac tam noxiā peste fugiemus? Si illam virtutique potionem bibamus, quæ nos omnes intranos vermes, serpentesque mortificat. Et quodnam, inquires, istud est poculum, quod eam vim habeat? Preciosus scilicet Christi sanguis, si cum fiduciā virtutis sumatur: omnis enim remedio hoc morbas extinguitur.* Hæc Chrysostomus; cui adhaerens S. Thom.

S. Thomas opusculo 57. de *Sacramento Altaris*, dicebat. Nullum etiā *Sacramentum* est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augmentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur. Bene illud, purgantur peccata à *Sacramento* scilicet, quod est omnium salubrius *pharmacum*: sed & in hunc net sensum Franconius citato libro de gratiâ Dei tomo vndecimo cum ineffabilem hanc Dei gratiam in nos collatam expendens; & ex nostrorum meritorum tenuitate augens censu præmisisset. Ad hanc igitur gloriæ participationem diuinâ miseratione pulvis assumpitus, ex ipsâ assumptionis sua colligat gloriæ, quanta assumptionis sit gratia, quia ex nulla alia, ut arbitror, confidatione sic elucet splendor, & magnitudo gratiæ, quam ex humani meriti, & diuini beneficij collatione: ex his sic infert: Quod ergo passionis Christi, & Redemptionis nostræ mysteria celebramus, non solum gestorum seriem piæ memoria recolamus, sed & nos ipsos vitijs, & concupiscentijs crucifigamus, ut in novum hominem sepulto vtere cum Christo resurgamus. Christus enim resurgens ex mortuis (ait *Apostolus*) iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo: *Et quasi sciscitantibus, cur ista intulerit: ita & vos (inquit) existimate, vos mortuos quidem esse peccato viuentes autem Deo in Christo lesu.* Hæc ille: vbi ab Eucharistiæ pharma co vides criminum, & concupiscentiarum vermes extinctos.

Francon. *Ad hanc igitur gloriæ participationem diuinâ miseratione pulvis assumpitus, ex ipsâ assumptionis sua colligat gloriæ, quanta assumptionis sit gratia, quia ex nulla alia, ut arbitror, confidatione sic elucet splendor, & magnitudo gratiæ, quam ex humani meriti, & diuini beneficij collatione: ex his sic infert: Quod ergo passionis Christi, & Redemptionis nostræ mysteria celebramus, non solum gestorum seriem piæ memoria recolamus, sed & nos ipsos vitijs, & concupiscentijs crucifigamus, ut in novum hominem sepulto vtere cum Christo resurgamus. Christus enim resurgens ex mortuis (ait *Apostolus*) iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo: *Et quasi sciscitantibus, cur ista intulerit: ita & vos (inquit) existimate, vos mortuos quidem esse peccato viientes autem Deo in Christo lesu.* Hæc ille: vbi ab Eucharistiæ pharma co vides criminum, & concupiscentiarum vermes extinctos.*

Rom. 6. vers. 9. *enim resurgens ex mortuis (ait *Apostolus*) iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo: *Et quasi sciscitantibus, cur ista intulerit: ita & vos (inquit) existimate, vos mortuos quidem esse peccato viientes autem Deo in Christo lesu.* Hæc ille: vbi ab Eucharistiæ pharma co vides criminum, & concupiscentiarum vermes extinctos.*

tunc

*Quoniam vero non fuit contentus dicere S. Thomas de hoc diuino pharmaco: *vita purgantur*, sed etiam addidit virtutes augmentur, itidemque S. Ignatius: *vita que in Deo concilians per Iesum Christum: expende pro hac cogitatione Vatem Psalm. 115. vers. 12.**

Psal. 115. vers. 12.

VIII.

A

B

C

D

E

Lect. Hebr. & Caldaea.

Psal. 115. vers. 12.

Lorin. Francisc.

Rupert.

August. Franc.

tunc

tunè relationem, siue retributionem, hāc ad Echoflāte vento, siue ad persimilem vitam agendam in Christi obsequium; qualem ipse egit calicem Passionis pro nobis bibendo, vt nos salutari Eucharistiæ calice potaret. Audillum sic hæc eleganter diffundentem.

Hæc omnia, quam pīssimo potest cordis affectu memorans, ac tota spiritus contritione adorans, ad se ipsum redeat, & de mensa illa magnâ tam dulcia charitatis ferula degustans, quid oro his Domino retribuat, ita secum conferat. Quid retribuam Dominō pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et se ipsum ad similia exhortans, atque pīs charitatis stimulis incitans, calicem votorum suorum Deo offerat, & de eius ad iutorio spe indubitat à præsumens, dicat. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Tunc namque mystrium Passionis Christi in memoriam eius salubriter homō celebrat, quando ipso opitulante similia præparat, cum falsorū fratribus amariissimo felle potatus sustinet, cū iniurijs affectus nō dolet, tristis ridet, supplicijs attritus gaudet, & ea, quæ defunt passionum Christi in corpore suo, supplet.

Hic de mensa Domini verè vitam comedit: hic de calice Domini verè vitam bibit, & secundum promissum eius, & ipse in Christo, & Christus viuit in ipso. Hæc Franconius, qui cum aptè rem explicet, aptissimè quidem in extremis hisce verbis affirmat, sic nos ab Eucharistiâ vitam accipere, vt vitam Christo reddamus, quo & nos in ipso, & ipse in nobis flante spiritus vento viuat.

IX.

Ne verò, qui de hoc pharmaco longius differuimus vim vocis prætermittamus: obserua tam ex Latinis auctori bus, quam ex Iure Consultis, vocabulū hoc esse mediū, quod tam pro toxicō, sive veneno, quod nocet, quā pro salutifero medicamentō accipi potest, quē admodū, & veneni appellatio apud Latinos, sic enim Iure Consultus Caius in l. qui venenum, D. de verbis significatione loquitur. Qui venenum dicit, adiçere debet, an malum, an bonum sit. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod naturam eius, cui adhibitum sit mutat. Quum id apud nos venenum appellamus, Graci pharmacon dicunt, quod apud illos quoque tam medicamenta, quam, quæ nocent, veneni nomi-

Caius I.
C.

ne continetur. Vnde adiectione alterius non minis admonet nos summus poetarum Homerus, &c. Ut inde moneamur, Eucharistiâ pharmacum esse: medium scilicet vocabulum, quod tam pro salutifero medicamento, quam pro toxicō, sive veneno interimente sumatur: Unde ut adiectione alterius nominis, nēpe immortalitatis, dixit Ignatius pharmacum bonis Eucharistiâ esse, ita Augustinus monuit venenum fuisse lude, & subinde omni indigne eam sumenti futurum fore: Bucella Dominica (inquit Iaepi saepius ille) venenum fuit Iuda, quā cum accepit, in eum inimicus intravit, nō quia malum erat, quod accepit, sed quia bonus malus accepit. Ad quem modum Paschafius lib. de corpore & sanguine Domini, cap. 8. inquit. Nam Iudas donec bucellam acciperet, quamvis mente fauciis interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebroque nunc cum alijs, nunc solus monetur, sed postquam indignus mystica præsumpsit, in vasit eum diabolus, & qui prius nutabat, cum accepit, continuò foras exiuit. Hæc Paschaf. sed de hoc multis in seqq. lib. agendum.

August

Paschaf.

VT QVIS AD EVCHARISTIAM frequentius accedit, vitæ proximior est, ita qui ab eâ se se elongant morti viciniores fiunt.

ADNOTATIO V.

CVM Eucharistia vita nostra sit, facile elicitur, ad eā accedere, viuere, ab illa recedere mori esse, sive morti proximum fieri. Pulchrè quidem, & sapiēter Ambrosius in Psal. 118. ad ea verba. Adolescentulus sum ego, serm. 18. hæc de refloquitur. De hoc pane dictum est. Omnes, qui elongant se à te peribunt (Psal. 72. vers. 16.) Si elongaueris ab eo; peribis, si appropinquaueris ad eum, viues. Hic est panis vitæ. Qui ergo vitam manducat, mori non potest. Quomodo enim morietur cui cibus vita est. Quomodo deficiet, qui habuerit vitalem substancialē? Pergit monedo. Accedite ad eum, & satiamini, quia panis es. Accedite ad eum, & potate, quia

I.

Ambros.

Psal. 72.
vers. 16.

fons

fons est. Accedite ad eum, & illuminamini, quia lux est. Accedite ad eum, & liberamini, quia ubi spiritus Domini, ibi est libertas. Accedite ad eum, & absoluimini, quia remissio peccatorum est. Qui sit iste? qui critis. Audite ipsum dicente: Ego sum panis vita. Qui venit ad me, non esuriet, & qui credat in me, non sicuter inquam.

Ioann. 6. vers. 35. Aduistis eum, & vidistis eum, & non credidistis ei: ideo mortuus es. Vel nunc credite, ut possitis vivere. Hæc omnia Ambrosius de vita, quæ vera vita est: sine qua fructu viuitur, siue omnino non viuitur (vt Bernardus siue Guillelmus S. Theodorici) ad fratres de monte Dei, inquit.)

Dum uon viuit quis èa vita, quam, ut in èa viueret accepit animam suam: Ad quem modū August. 33 de verb. Domin. tractas parabolam de iis qui vocati ad coenam sese escularunt: ait. Acènà excusat? obserue ne famè interiori moriatur.

*Hinc omnino potissima ratio subsistit cut de Eucharistia Dei Filius agens, vitæ perpetuò meminerit. Nempe ut hinc moueret, ab ipsa homines vivere, sine ipsa mortuos esse: ita quidem se ipsum appellabat cibum, qui permanet in vita eternam. *Ioan. 16. vers. 27. Panē Dei, qui dat vitam mundo, vers. 33. Panē viræ, ad quem, qui venit, non esuriet, neque fitur unquam, vers. 35. Panem vitæ, vers. 48 Panem viuum, quid de cælo descendit, vers. 51. & quod signatissimum est, de Eucharistiâ cōtestatur inibi vers. 54. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & vers. 59. Qui manducat hunc panem, viuet in eternum. Audis vitam tunc inculcatam, atque promisam: ut accedere ad Eucharistiam, accedere ad vitam, siue vivere: fuerit ad illam verò non accedere: mors sit. Quod sane aperiissimè significauit Dominus illis verbis: non habebitis vitam in vobis, ut euidenter dixerit. Agnoscite, quæ verae vitæ essentia, & ratio sit, quanique ipsa à Dei spiritu, & vita pendeat: Agnoscite in Eucharistia omnino veram hanc vitam esse, ut qui ad eam accedit, vitam ipsam manducet, qui ab eam recedit, ad mortem accedit: ut inde inferatis: vos, qui vobis ipsis viventes, & fecularibus bonis florentes videmini, re vera mortuos, & vina cadavera esse,**

Ioann. 6. vers. 27. C 33. C 35. C 48 C 51. C 54.

E

dum vobis nec vera vita, nec verè vivendi ratio subest, sapienter hæc verba in hunc sensum inflectente P. Maldonato ibi hunc in modum: illud denique postremum. Non habebitis vitam in vobis, putandum non est, emphasi carere. Significat igitur eos nunc esse mortuos, ac similes cadaveribus, tñ quibus nulla anima, nullus motus, nulla actio, nullum signum vitæ sit: in eoque statu mansuros esse, nisi carnem Filij hominis manducauerint, & sanguinem biberint. Hec ille. Quod scitè firmat ex Lectione Græcâ, quæ ad tempus præsens refertur. Non habetis, ita enim subiicit. Eò pertinet, quod Græcetē epis. su exete, præsens est, non habetis, ergo phrasis illa Hebræa, non habebitis vitam in vobis, idem significat, ac si diceret. Nihil habebitis vitæ. Sic Maldonat. ut huic locutioni. Non habetis vitam in vobis: idem propterea sensus subsit, ac illi eiusdem Domini. Apocalyp. 3. vers. 1. Nomen habes, quod viudas, & mortuus es, magna, & mira sententia pro Eucharistiæ dignitate, vnu, & necessitate, ut illa homini vita, & anima sit, sine qua nullus motus, nulla actio, nullum signum vitæ subsistat, ut qui à coenâ excusat, observet, nefame interiori moriatur, imo verò noverit, se iam mortuū esse, quavis ipse sibi de vitâ, valetudine, & bonis temporalibus plandat.

Sed antequam hinc discedam: premo in hanc sententiam præfata verba Ambrosij. Accedite ad eum, & satiamini, quia panis est. Accedite ad eum, & potate, quia fons est, & quidem prius monitioni manifeste sub est, ei Dominicae Orationis petitioni. Panem nostrum super-substantialem da nobis hodie, Matth. 6. vers. 11. si Græcum verbum cum Mario Victorinovetissimo ex PP. extatias, etenim, & si vocem epusionem, cum Marius S. Petro Laodiceno, & alijs PP. ad alios sensus, huic non absimiles referamus: nostro quidem instituto per opportunitatem illam interpretatur Marius, ut panem supersubstantiali petere; perinde, ac vitam ipsam petere fuerit: ita enim ille lib. 1. contra Arrianos, ex his Dominicæ petitionis verbis, cōsubstantialitatē Filij Dei cum Patre, afferens: Vnde dedictum, epusionem, quam à substantiâ Da panem nostrum epusionem hodiernum. Quonia IESVS vita est, & corpus ipsius vita est,

Maldon.

Græc. Lé

Etio. 3

vers. 1.

Apoc. 3:

vers. 1.

III.
Ambr.

Matt. 6.

vers. 11.

Marius

Victor.

corpus autem; panis sicut dictum est, da nobis panem de cœlo. Significat epiu-
sion ex ipsa, aut in ipsa substantia, hoc est
vita panem: sic ruribus, & Paulus in episto-
la ad Titum populum periustō circa sub-
stantiam, hoc est circa vitam consistentem
populum, sicut & in oblatione dicitur.
Munda tibi populum circumvitalem,
& emulatorem bonorum operum circa
tuam substantiam venientem. Hec om-
nia M. Victorinus, apud quem Eucha-
ristiæ panis vita, & vita, qua vivimus
est, ait enim: Quoniam Iesus vita est, &
corpus ipsius vita est, ut ad ipsum acce-
dere, vivere sit, qui vero à pane vita ab
stinuerit, videat ne famem interiori mori-
tatur. Nec contentus Marius de singu-
lis fidelibus affirmasse, in Eucharistiæ
vitam accipere; pergit ad totam Eccle-
siæ referre sermonem, atque eam po-
palum circumvitalem, & circa vitam con-
sistentem appellare, quod filii eius in cir-
citu mensa Dominicæ pane vita sa-
tientur, iuxta Ambrosij monitum. Ac-
cedite ad eum, & satiamini, quia panis est,
& circa fontem aquæ viuae consistant,
vt i & ipse dicebat. Accedite ad eum, &
potamini, quia fons est: ita quidem de ip-
so affirmante Salomone. Fons hortoru-
rum aquarum viuentium, quæ impetu
fluunt de Libano, Cant. 4. vers. 15. vt vi-
delicet, qui biberit ex aquâ istâ fiat in eo
fons aquæ salientis in vitam æternâ, Ioan.
Ioann. 4. vers. 14. scilicet ea verba in huc sensum
vers. 14. ita capiente Richardo à S. Victore, ibi:
Merito à Christo fluere dicuntur aquæ vi-
ua, quia ab ipso cœpit tempus gratiae de Li-
bano: cum impetu fluxerit aquæ ista, cum
à Christo in cœnâ benedicere panem Sacra-
mentum Eucharistiæ celebrari cœpit, ut
vnâ passibili eius presentia sublatâ mul-
tis in locis usque ad consummationem se-
cult nobiscum sit, & post nonnulla, cum
dixisset: Dilatare ergo anima mea ad hunc
fontem tam largeuentem: circui omnia ei-
ius loca, ut multam haurias aquam gratiae
de hoc fonte, subiicit opportune: nunquam
otiosè ad hunc fontem accedis, nunquam
ab hoc sine fructu recedis. Tantum de hoc
fonte hauries quantum fuerit desiderium
tuum, & fides. Hæc Richardus? Quæ fa-
nè omnia mirè firmat inclitus Christi
Martyr S. Ignatius in epistola ad Ro-
mânos ardenter exclamans. Non ga-
deo corruptibili nutrimento, nec volupta-

tibus huius vite. Panem Dei volo, panem
cœlestem, qui est caro Christi Filii Dei, &c.
& potum volo, sanguinem illius, qui est
charitas incorruptibilis, & vita æterna;
sic ardens ille amator Christi.

IV.

A Vbi pendas velim; adeò ab hoc pa-

ne, & ab hoc fonte animæ vitam subsi-

stere, ut quemadmodum nunquam otio-

se ad hunc fontem accedis: nunquam ab hoc

sine fructu recedis, quin vitam haurias,

& abundantius haurias: ita etiam nisi

ad illum accesseris; arescere, & exsic-

caricortuum, necesse fuerit, vtrique

firmante Vate: dum de vita ab Encha-

ristiæ velut à forte haurienda Plal. 21.

Psal. 21.

vers. 27.

B vers. 27. inquit. Edent panperes, & satu-

rabuntur, & laudabunt Dominum, qui re-

quirunt eum: viuent corda eorum in fæcu-

lum facili, ita hæc verba efferente Eu-

sebio in Catenâ Græca. Comedentes ci-

bum eis à Domino datum, & quærentes

eum, magnum fructum consequentur, cum

scilicet, quem propheta deinceps declarat

dicens: viuent corda eorum in fæculum

fæculi. Panis enim vita ab eodatus effector

est immortalitatis, & vita sempiternæ, si-

cut & ipse docuit, cum ait. Hic est panis,

qui de cœlo descendit, & dat vitam

mundo, & rursus: si quis manducauerit

ex hoc pane vivet in æternum. Hæc

Eusebius: Contra verò de eo qui fontis

vita obliuiscitur. Psal. 101. vers. 5. ait:

Psal. 101.

vers. 5.

C Aruit cor meum, quia oblitus sum come-

dere panem meum, opportune aruit cor

meum, tanquam fonte vitae non irriga-

tum; & ea propter calore temporaliū

bonorum, & carnalium voluptatum,

exsiccatum: inquam rem Hugo Card.

D in præfata Domini verba. Nisi mandu-

caveritis carnem Filii hominis, & bibe-

ritis eius sanguinem non habebitis vitam

in vobis: dum varias affert causas pro-

pter quas grauiter peccant, qui præscrip-

to ad Ecclesiæ tempore ad Eucharistiæ

non accedunt: Quinta causa (inquit) est,

qui a tales à fonte plenitudinis gratiarum

se diuidunt, & ideo non est mirum, si are-

cunt, Job 8. vers. 6. Nunquid potest vire

res cirpus absque humore. Hæc Hugo. Ita

quidē paſſim videris homines infelici-

ter aridos, à fonte plenitudinis gratia

rum diuisos, vix vilium bonorum ope-

rum fructum ferentes, vix futuræ vita

memorés; vix Christiano nomine

(Heu) dignos. Unde quidem illis, quā à

Hugo

Card.

Job 8.

vers. 6.

Cant. 4.

vers. 15.

Ioann. 4.

vers. 14.

Richard.

à S. Vict.

Ignat. M

Martyr S. Ignatius in epistola ad Ro-

mânos ardenter exclamans. Non ga-

deo corruptibili nutrimento, nec volupta-

foste

In Euch.vita,in recessu ab illà,mors est. { 8 i

fonte Eucharistiae diuisis, & aridis, vehementer timendum fuerit; ne minaci illà Christi sententiae sint obnoxij. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescit, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Ioann. 15. Ioan. 15. vers. 6. in quam rem maximè facit lev. 6. Etio Augustini, & plurimi Latinorum August. Codicuni pro illis verbis, aruit cor meū magna cum emphasi reponentium, aruit cor meū vulnera super omnia letali, & quidem recte, quia ut præfato loco inquit S. Ignatius M. Iesus est vita delium, & vita sine Christo, mors est.

V. Fuerit itidem è te hæc, explicatio à Tertull. Tertulliano adhibita præfatæ petitio-ni Dominicæ orationis: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie, quam sic expressit lib. de oratione, cap. 6. Petendo panem cottidianum, perpetuitatem posu-lamus in Christo, & individualitatem à cor-pore eius, ita ille, & eius vestigia pre-mens Cyprian. Cyprianus lib. de Oratione Do-minicæ, candem sententiam aucto-cen-su, ita diffudit. Petimus ergo, ut qui in Christo manemus, à sanctificatione eius, & corpore non recedamus, & statim: Ne dum abstenti, & non communicantes, à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpo-re separemur. Quid vero fuerit à cor-pore Christi separari, præfata palmitis arescentis imago demonstrat, dicente Domino, Ioann. 15. vers. 6. Si quis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescit: ubi ut vides phra-sim, manendi, in Christo ad Eucha-ristiam spectare, ut ipsemet ostendit il-lis verbis: Qui manducat meam car-nem, & bibit meum sanguinem in me má-net, & ego in illo. Ioann. 6. vers. 57. ita separari à Christi corpore perinde es-se, ac mitti foras, ut palmitem ares-centem: Sapienter hæc diffundente S. Germano Patriarcha Constantino-politan. ad ea Dominicæ orationis verba, hunc in modum. Omni tempore accepere, habere, & manducare poscimus, quippe qui essentia nostra conueniat, ne egentes, & fame confecti à te procul abi-ijciamur. Sic Germanus. Tanti scilicet fuerit, ad Eucharistiam accedere, sive ab illa recedere, ut totum vitæ, aut mortis momentum in hoc cardine vesctetur: manente nimirum pal-mite in vite, & succum vitæ ater-

Ioan. 15. vers. 6. in quam rem maximè facit lev. 6. Etio Augustini, & plurimi Latinorum August. Codicuni pro illis verbis, aruit cor meū magna cum emphasi reponentium, aruit cor meū vulnera super omnia letali, & quidem recte, quia ut præfato loco inquit S. Ignatius M. Iesus est vita delium, & vita sine Christo, mors est.

næ ab ea hauriente, aut ab illa sepa-rato, & procul abiecto: ac proinde male-dictioni, & igni obnoxio: Quod tra-xit per allegoriam Nicolaus de Lyra, arcana illam comminationem, quæ apud Iob cap. 24. vers. 28. de homine morti addicto habetur, ubi cum præmisum fuisse. Maledicta sit pars eius in terra: signatè subiicitur: Neque am-buler per viam vinearum: quæ verba sic effert Lyra: Raro aut nunquam ad Eu-charistiam veniat: id est procul abijecta-tur à vite: & mittatur foras, sicut pal-mes aridus. Quæ ob oculos habens Augustinus lib. 50. homiliarum homil. 42. fideles hæc ratione ad bene vivendu-m, & ad opera virtutis exercenda vrgebat; ne secus viventes communione corporis Christi redderentur in-digni, & ab Altari hoc est à verâ vita separarentur: ita enim ille: Prose-rogant, ut bona faciant, ut in bonitate, & fide, & bonâ vita perseverent. Hoc op-tant, hoc orant, ut qui non perseverant in bonitate separantur ab illo pane. Ergo pa-nem nostrum cottidianum da no-bis hodie, quid est? Sic vivamus, ut ab Altari non separemur. Hæc Augusti-nus.

In summa, quod anima corpori, hoc Eucharistia animæ est, da corpori animam: viuet; tolle animam morie-tur, id quod ipsam victus, & cibi ima-go manifestè portendit, sapienter id pensante B. Algero lib. 2. de Sacra-ment.corpor. & sanguini Domini, cap. 5. hunc in modum. Vita æterna, cum in corporum speciebus nullæ perfecta similitudine exprimi potuerit, nullæ tamen aptiori, quam illa; quæ aliquo modo vi-ta est, quia humana vita alenda, & reti-nenda congruit. Quia enim temporalis ci-bus, & potus noster, vita æterna esse non poterant, nec debebant, nomine eoram, & specie Christi se significari voluit vi-tam æternam, ut non solum consue-ta cibi similitudine congrueret in sumen-do, sed & eadem cibi similitudine no-bis proficeret in sperando: dum scilicet, si-cut cibus, & potus sunt nostra vita tem-poralis, quamdiu Deo placuerit, sic & multo amplius ipse panis cœlestis sit vita æterna, quibus ipse voluerit. Pergit Al-gerus ab imagine ligni vite sic oppor-tunè hæc firmans: Et quid mirum? Si Job 24. vers. 28. Lyra.

VI. Algerus:

E

creator creature conferre posse vitam aeternam, cum etiam creature creature retinere potuerit aeternaliter eam. Sicut enim lignum vita in paradyso positum est, quo aeternaliter homo incorpore vivere, sic Christus in Ecclesiast. lignum vitam ipsum posuit, ut in se credentibus vita aeterna esset. Hæc omnia Algerus: Quibus illud afferre possumus valde contentaneum ex Ruperto lib. 3. in Exodus subtiliter contemplante infelicem illum Luciferum, eò quod præ superbissima elatione Christi, ut Dei Filio sibi ad adorandum proposito subiecti noluerit; nec vita communionem cum ipso habere, è Angelo, diabolum factum; aeternæ fami, ac proinde semper terrena morti sese addixisse: nimis cum adduxisset Rupertus verba Domini: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum, subiicit de suo: Hic enim viclus est, & vita Angelicæ substantia: nam in eum desiderant Angelii prospicere, 1. Petri. 1. veri. 12. Quod quia contensis Angelus, cecidit, & factus est diabolus, qui huius panis semper aeternam patiens inedia semper est pallidus, & mors eum sequitur. Hæc Ruperus, apud quem habes, ab Eucharistia vitam eamque Angelicæ ad similem subsistere, ab eius verò recessu semper aeternam medianam cum morte, & diaboli infelicitate coniunctam advenire. Hæc qui audis, digne ad panem vitæ accedere stude, ut vias, & Angelus fias; cave vero ne accedere contempleris, ne semper aeternam patiaris inedia: Pulchre quidem hæc de re Gregor. Nyssenus tractat. 1. in Psalms cap. 16. premens illud Psalm. 58. vers. 7. Et famem patientur ut canes, inquietus. Quibus enim salutis viaticum non suppetit, hos necessario consequetur ex fame penuria bonorum. Sic esuriuit in inferno diuersi diuino destitutus ore: quia ab his bonis imparatus erat; ideo flammis illis exurebatur. Hæc Nyssenus.

Rupert.

Iorv. 6.
vers. 51.1. Petr. 1.
vers. 12.

IV

Nyssenus

VII.
August.

Placet verò pro hæc sententia de novo expendere egregium illud Augustini monitum. Sic vivamus, ut ab Altari non separemur. Quo ipse planum facit, hanc, quam fideles patientur Eucharistia inedia, eorum culpam esse cum poena coniunctam; ut propter virtutis in curiam, & vita improbitatem iusto

quicquid iudicio Dei ab Altari separetur: sapienter in hunc sensum inflectente eodem Nysseno tract. 1. in Psal. cap.

8. Davidem Psalm. 106. vers. 18. dicen Psal. 106
tem. Propter iniustias suas humiliati sunt, & ut eam humiliationem, & supplicium explicaret subiectem. Omnes escam abominata est anima eorum.

27. Adol.
d. Ioseph
August.
Nyssenus

& appropinquaverunt usque ad portas mortis. Audi Nyssenum, sic disserenter:

Ait enim propter iniustias enim suas humiliati sunt, & hæc de causa omnipotentem illam escam aversari cœperunt, de qua ad primos parentes divinus sermo: Ab omnibus lignis, quod est in Paradyso escam comedes: ut enim ibi omne lignum nominat plenitudinem omnis boni, ita hic rerum illum & omnipotentem cibum, appellat omnem escam cuius fuga eam, que ad mortem dicit, imbecillitatem conciliat: sic vero ait, omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquaverunt usque ad portas mortis. Hæc Nyssenus: Pende illud, cuius fuga eam, que ad mortem dicit imbecillitatem conciliat, ut noveris, quam malum, & amorum sit, ab Eucharistia fugere; nec solus culpam, sed etiam penam, atque supplicium esse: Domino itidem in hanc sententiam concilante apud Ezechiel 4. vers. vltimo. Ecce ego contem baculum panis in Jerusalem, ut deficiensibus pane, & aqua corruat unusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis, que de Eucharistia, sic inibi accipit Glosa: Contabescimus in iniquitatibus nostris, quia non habemus panem Dei. Vbi baculi imago ad hunc sensum exprimiendum elegantissima est: etenim si ab homine imbecilli, aut senectute gravi baculum, cui innititur, abstuleris, ruere, ac ad portas mortis appropinquare necesse est: Nutrit enim robur spirituale panis vivens (inquit Cyril. A. 3. Haec. Ceterum lexan.

B

C

D

E

F

Vt iam non sit mirandum, quanta sit in sæculo criminum lues, quam magna Dei oblivio, quæ ingens spirituallium bonorum contemptus, cum omnino contabescamus in iniquitatibus nostris,

quia

In Euch.vita,in recessu ab illà,mors est. i 83

*Luc.8.
vers. 33.*
quia non habemus, nec quærimus pa-
nem Dei. Appulit Dominus cum disci-
pulis suis ad terrâ Gerasenorum, apud
Lucam cap.8.vers.33.vbi miserum ho-
minem à legione dæmonum obfessum
liberaturus; legione illam ipsis dæmo-
nibus exorantibus in gregem porcorū
ingredi permisit. Quid autem eo facto
significatur? aperit Titus Boſtrenus ad

Titus Boſtren.
cap.15. Lucæ in Catenâ Græcâ in illa
verba de filio Prodigio. *Misit illum in
villam, ut pasceret porcos: nimirum ho-
mines illius regionis eam iacturam pas-
cos, pœnasque dedisse;* quod Domini
præsentiam non tulissent, sed illum è fi-
nibus suis egredi exoptauerint, ut inibi
dicitur ver.37. *Et rogauerunt eum om-
nis multitudo regionis Gerasenorum, ut
discederet ab eis.* Sed audi Titum: *Legio*
(inquit) quæ in Euāngelio à Domino ei-
cubatur, petebat sibi, ut in porcos ingredi
liceret, quod ei Dominus concessit, tum ut
incolæ iijius regionis pœnas darent, quod
Domini præsentiam, non æquis animis tu-
lissent: tum etiam ut ostenderet porcos, vel
potius porcinâ indole homines, & ad ter-
ram conuerbos, atque in peccatorum pas-
sionibus volutantes, dæmonum amicos es-
se. Sic ibi Titus Boſtrensis: Ad quem
modum Chrysostomus homil. 29. in
Matthæum hâc etiâ de fe inquit.
*Quod vero ciuitatis illius incolæ fuerint
injensiati eventus docuit. Oportuisset enim
eos rogare illum, ac virtutem eius admi-
rari, ipsi vero dimisérunt eum.* Hâc Chry-
sostomus ijs omnino aptanda, qui Do-
mini prætentiani non æquis animis fe-
runt: nec tâta iphus benignitate, quam
in Eucharistiâ exhibet frui nolunt:
quos omnino dixeris esse insensatos,
qui verò tentu, & mente careant, & in
terrâ cōuersi porcinâ indole sint, qui
in peccatorû passionibus volutantur:
vnde rurum Chrysostomus hom. 3. in
epis. ad Epheſ. iftos, qui raro ad Eucha-
ristiam accedunt, sic castigat. Dic mi-
hi tu, si Rex quispiam mandarit dicens.
*Si quis hoc fecerit, abstineat mense mea
aditu.* Nunquid non omnia iphi faceretis in
gratiâ huius solius mandati? Ad Reg-
num cœlorum nos invitauit, ad mensam
viri que magnifici Regini illius, atque admi-
rabilis, & excusamus. & cunctamur? Cur
non pro virili admittimur, aut incursionem
etiâ admolimur, implendo tam salutari-

negotio? Pergit Chrysostomus sapien-
ter. Et quæ dæmum relinquitur spes sa-
luti obtinendæ? Neque enim licet in ius
trahere infirmitatem, non ipsam accusare
naturam. Sola est nostra, quæ toti marce-
mus ignavia, quæ nos sic efficit tantâ gra-
tiâ indignos. Hâc ille.

*Iam vero pro ijs, quæ hucusque di-
ximus omnino fideiubet Ambros. lib. Genes. 2.
de Paradiso, cap. 9. in ligno vita, quod ver. 9.
erat in medio paradisi, Genes. 2. vers. 9.*

Eucharistiam contemplatus, a quo vi-
ta ratio homini pendebat, ut eatenus
viveret, eatenus in poenam morti esset
obnoxius, quatenus eo, aut vesceretur
aut eius esu privaretur. Audi Ambro-
sium: *Hic est enim cibus, in quo vita defi-
nitur æternâ, quo quisquis fuerit defrau-
datus morte morietur: quando quidem pa-
nis viuus, atque cœlestis ipse Dominus est,*

*qui vitam dat huic mundo: unde & ipse
ait. Nisi manducaueritis carnem meâ,
& biberitis sanguinem meum, non ha-
bebitis vitam æternam. Hâc & alia in
hanc rem Ambrosius, quæ omitto, vt
singillatim pendam egregiam hanc*

*C sententiam: *Hic est cibus, in quo vita de-
finitur æternâ; quare duplici sensu alte-
ro alteri coniuncto donanius: primùm
quidem ut de diffinitione logicâ lo-
quens Ambrosius dixerit: Quid est vita
æternâ? Respondeatque; Eucharistia,
sive diffinitione conuersâ cum diffini-
to, quid est Eucharistia? Vita æternâ, vt
qui habeat Eucharistiam, vitam habeat**

*D æternam: Qui vitam æternam assequi
velit, media Eucharistia sit ipsam con-
secuturus: Deinde vero, ut vitæ æterne
diffinitio, perinde sit, ac eius circumscrip-
tio, ut ab Eucharistia certi vitæ æterne
termini, & iura describantur, quibus ip-
sa sit definita, & circumscripta sit, ut ex-
tra ipios nulla ad vitâ via supersit. Pro
quâ explicandi ratione adeſt; non se-
mel Vates: nam primum præfato Psal.*

*Psal. 106.
vers. 4. de ijs quorum anima om-
nem escans, id est Eucharistiam abomi-
nata est, notanter dixit: Errauerunt in*

*solitudine in inquo viam ciuitatis ha-
bitaculi non inuenierunt, Psal. 106. vers.
4. Ut ab Eucharistiâ alieni, neceſſariâ ra-
tione, & elurientes, & fitientes, & errâ-
tes, procul à via, procul à vitâ pallantes
obambulent: ideo subdit Vates: Esuri-
tes, & fitientes anima eorum in ipsis defe-*

*IX:
Amb.*

*Psal. 106.
vers. 4.*

Chrysost.

Nyssen.

cit. Quæ incidenti Nyssenus ad Eucharistiam pulchritè reuocat: Nam cum dixisset. Via enim Dominus est: in solitudine extra Dei curam, & inspectionem, quæ solitudo tota arida est, humoris expers, & se parata à spirituali rore. Vnde enim nutrimentum in ardente, & sterilisolo adepti es sent? Vnde fitim depulissent in loco in aquo: & subiicit opportune. Perspicuum autem est Prophetam, neque cibi nomine panem, neque potus nomine aquam indicare, sed cibum quidem appellat veram illam escam, & potum, spirituale illud poculum. Quæ duo indigentibus gratia vice ipse Dominus efficitur, se ipsum præbens cibus esurientibus, & fons sitiensibus factus. Hæc Nyssenus eodem omnino tensu, ac verbis, ac Ambrosius initio adnotacionis monens. Accedite ad eum, & satiamini, quia panis est. Accedite ad eum, & potate, quia fons est. Secus quidem errabitis in solitudine, & in aquoso extra definitionem, siue definitos vitæ æternæ terminos, & anima vestra in vobis deficiet, iuxta Augustini regulam: A cœna excusatur obseruet, ne fame interiori moriatur.

Est quidem huic sententiæ persimilis illa eiusdem David Psal. 11. vers. 9. In circuitu impij ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum: bene siquidem Gregorius Mag-

X.
Psal. 11.
vers. 9.
Gregor.
Magn.

nus lib. 7. Moral. cap. 13. hunc impiorum circuitum, de rerum temporalium circulo, intra quem sese continent seculares homines interpretatur: hinc inferens eos cum non recte tendunt ad vitam æternam; civitatem habituali coelestis non invenire. Cui cogitationi scientia ad stipulatur Caetanus inquietus, hos semper in peripheria circuiti obambulare, quin ad centrum, qui Deus est pertingat. Quæ sanè facile, & apposite Eucharistia aptaveris, in quæ diffinitur vita æterna, & quæ animarum centrum necessaria ratione est, vt qui ab hoc pane elongant, & per circuitum temporium rerum dilatantur, pereant, necesse est, vt dicebat Augustinus, & fame interiori moriantur: de quæ eodem ductu ipsem et Psaltes, Psalm. 58. vers. 15. dicebat, famem patientur, vt canes, & circuibunt civitatem, vt appositè in prefatum sensum explicabat hæc verba Nyssenus tractat. 2. in Psal. num. 6. ad ductus inquietus. Sic esurivit in inferno diues diuino destitutus rore, quia ab his bonis imparatus erat; ideo flammis illis exuberatur. Quia vero ipse subdit, vt explicet sequentia verba, circuibunt civitate sensum communem habent cum ijs, quæ de centro, & peripheria diximus, & quæ adnot. 2. num. 5. dedimus.

Caiet.

August.

Psal. 58.
vers. 15

Nyssen.





DISSERTATIO. II.

DE DIVINA IMAGINE, ET primeva dignitate per MARIAM homini in Eucharistia restituta.

DIVINAM IMAGINEM HOMINI PER
MARIAM latē Eucharistia florentem
restitut.

ADNOTATIO I.



CITE omnino Sanctissimam MARIAM contēplatus Vverricus Abb.sermon 2.de Natiuitate, ex-clamavit. O Mater incorrupta! O Virgo fœcunda!

Filius qui datus est tibi, filios tibi dedit, ut sicut omnes conformes imaginis eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vnde pergit. Dilata itaque locum tentorij tui ab ortu ad occasum, quia ad dexteram & latram penetrabis, & sement tuum gentes hæreditabit. Sic Vverricus: obserua illud: Filius qui datus est tibi, filios tibi dedit, ut sint conformes imaginis eius, ut dixerit: En munus, & officium tibi datū satis ad simile dignitati Filii Dei, & tui, quidicebat: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius, Ioann. 4. vers. 34. id est ut imaginem Dei in homine deformatam pristinā dignitati, & pulchritudini restituam, sapienter affirmante Athanasio lib. de Incarnat. Verbi. Non decebat homines diuinæ semel imaginis consortes in

exitium abire. Quid igitur Deo conveniebat, ut faceret aut quid par erat, ut fieret, nisi ut exemplar imaginis renovaret, ut per id deum ipsum homines cognoscere possent: id autem quonodo consci potuit, nisi ipsa imago Dei, Salvator noster Christus superveniret. Nam irum ut Dei Filiū, quā ipsa imago Dei est, eius opus, id est hominem perficere, & renovare decebat, ita quidem ēre, & munete Maria fuit, ut qua Mater, & fornia Dei est, filios sibi dátos reformaret, ut sicut omnes conformes imaginis filij sui, vti dicebat idem

Vverricus 1. in Assumptione: Mater siquidem est vita, quā vivunt universi, quam dum ex se genuit, nimirum omnes, qui ex ea victuri sunt, quodammodo regeneravit. Vnus generabatur, sed omnes regenerabamur: ita ille. Sed quā ratione, & modo? Explicavit quidem id Angelus Filii Dei incarnationem ipsi Mariæ annuncians illis verbis, Luce 1. vers. 35. Spiritus Sæctus super ventet in te, hoc est ut interpretatur Ioannes Geometra in Catena Græca: Spiritus sigillum in

Ioann. 4.
vers. 34.

Athanasi.

te exprimetur, ut videlicet filij à te regenerati characterem, & formam filiorū Dei accipiant.

II. Quod si ambigas, qua ratione, & Dei Filius, & Maria perficiant simul opus Dei, sive etiam quomodo, Dei Filio, tanquam Dei sigillo, & viva Imagine, pristinam homini dignitatem, & similitudinem restituente, itidem etiam Maria Dei imaginem, sive sigillum in homine imprimere possit? Expeditissima ad manum ab Eucharistiæ sigillo, quoad deperditam Dei imaginem recipiendam signamur, responsio est: sic pāque Dei Filius de se ipso, tanquam Patris signaculo fideles in Eucharistiæ diuinā imagine cōsignante apud Ioan. 6. vers. 27. dicebat. Operamini cibū non qui perit, sed qui permanet in vita aeterna, quē Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus, sic sub hoc sensu capiente Hilario lib. 8. de Trinitate, hæc verba. Signatum se à Deo sit, quia vita aeterna escam esset daturus, ut per hoc potestas in eo dandæ ad aeternitatem esse intelligi posset, quia omnem in se paternæ formæ plenitudinem signantis Dei contineret: ut dixerit, tota paterna forma plenitudinē in Christo expressam fuisse, ut ipsis potestas esset signati fideles in Eucharistiæ: ad stipulantibus huic sensu Algerio lib. 1. de corpore, & sanguine Domini, cap. 3. vbi inter alia, sic inquit: Igitur Christi corpus sumus, & Christus sumus, ita etiam ut in Altari eodem Sacramento signemur, & S. Maximo lib. de Ecclesiastice Mystagoria, vbi ex sensu S. Dionysij Areopagitæ, de diuina Spiritus Sæti gratia sele in Eucharistiæ effundente sic inquit: Maximè autem propriâ ratione tempore synaxis unumquemque eorum, qui inveniuntur, transmutat, & transformat: ut videlicet in formam, & imaginem Christi evadant: ut quodammodo unusquisque eorum Christus ob singilli expressionem esse videatur: ecce tibi fideles à Christi vberibus in Eucharistiæ refectos, & eius lacte enutritos diuinâ denuo imagine cōsignatos. At enim vero, cum vbera Christi (ut vidi mus præced. adnot.) vbera Mariæ sunt, & crateras sanguinis Christi interpreteris mammæ Deiparæ, ut dicebat S. Germanus: merito, ipsammet Mariæ huic consignationi cooperatam fuisse dixeris:

in qua ligillum spiritus expressum est, ut forma Dei facta, filij sibi dediti sunt conformes imaginis filij sui, & cuius lacte (ut dicebat Bonavent. in Psalterio) omnes, qui inquam fuerunt, eruntque iusti, & sancti aluntur.

Bonauen.

A III. Quod si dixeris: cur maximū esse videatur, & ut Marie propriū celebretur, quod ipsa filiis sibi concreditis divinā imaginē restituat: ut conformes sint filio suo, cum eodem ductu Paulus id etiam munus sibi adscripserit ad Galatas 4. vers. 15. inquiens. Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, vbi vides Apostolum fideles paternis, imo & maternis visceribus cōplete, illos & filios vocare, atque ipsis deperditam Christi formā imprimere, præoptare: ita ibi obseruante Chrysostomo.

Galat. 4. vers. 15.

Matrem refert de liberis trepidantem, donec formetur, Christus in vobis. Corrupisti (inquit) imaginem, perdidisti generositatem, formam immutasti: opus est ut renascamini, utque resingamini. Verū ad manum est responsio, ingensque dis crimen inter Mariæ, & Pauli dignitatem, & munus, cum videlicet aliud sit Mariæ, aliud Pauli ad nutriendos, & formandos filios lac, ipsomet Apostolo discrimen reddente, dum 1. ad Corinth. 3. vers. 7. inquit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui irrigat, sed qui incrementum dat Deus: quippe Paulus exterius tantum plantans, & irrigans doctrina, & exemplo filios iterum parturire, & lacte verbi dentro resingere, ac reformare satagebat: Vnde dicebat ini bi potum vobis lac dedi non escam, nō dum enim poteratis. At Maria non plantando, solum aut irrigando, sed incrementum etiam præbendo filios suos reformat, non equidem, quod ipsa per se incrementum dare valeat, quod Dei proprium est, sed quod illud media Eucharistiæ, in qua omnis fons gratiarum est, tribuere dicatur: dum crateræ sanguinis Christi, Deiparæ mammæ interpretantur. Vnde præfato serm. 1. de Assumptione, Vvericus ad rem inquit. Paulus quidem genuit eos, verbum veritatis, quo generari sunt, prædicando Maria verò longè diuinius, atque sanctius Verbum ipsum generando. Vnde infert. Laudo quidem in Paulo predicationis mysterii, sed plus miror, ac veneror in Mariæ generationis my sterio.

1. Cor. 3. vers. 7.

C D E Verric.

E

D

Verric.

At Maria non plantando, solum aut irrigando, sed incrementum etiam præbendo filios suos reformat, non equidem, quod ipsa per se incrementum dare valeat, quod Dei proprium est, sed quod illud media Eucharistiæ, in qua omnis fons gratiarum est, tribuere dicatur: dum crateræ sanguinis Christi, Deiparæ mammæ interpretantur. Vnde præfato serm. 1. de Assumptione, Vvericus ad rem inquit. Paulus quidem genuit eos, verbum veritatis, quo generari sunt, prædicando Maria verò longè diuinius, atque sanctius Verbum ipsum generando. Vnde infert. Laudo quidem in Paulo predicationis mysterii, sed plus miror, ac veneror in Mariæ generationis my sterio.

S. Max.

S. Germanus

serium. Quare? quia videlicet, ut ipse inibi inquietat, unus generabatur, & omnes regenerabantur: dum eius lacte in Eucharistiā deposito Christus in nobis formatur, & diuino sigillo in nobis impressio Dei imago nobis redditur: vnde potiori iure Mariam nobis alloquente audierimus. Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

IV.

En ergo Augustissimæ Eucharistię finem: en scopum in quem Dei filius, & Deipara dirigant dilectionis suæ sagittas; vt nimirum ab ipsa diuinam recipiamus imaginem; & Deo similes evadamus: de quo audi illico Dionysij Areopagitæ, & S. Irenæi verba post modum expendenda: sic namque Dionysius libr. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 3. Verus ad sacramenta percipienda accessus id accendentibus tribuit, ut ex communione divinæ ad Dei similitudinem, & consortium transeamus. Irenæus vero eodem sensu, alijs verbis lib. 4. cap. 39. vbi de Sacramētis Pœnitētiæ, & Eucharistia agens, cū præmisisset: In nouissimis autē temporibus, cū venit plenitudo temporis libertatis ipsum verbū perse ipsum sordes abluit filiarum Sion manibus suis lavans pedes discipulorum. Subdit. Hic est finis humani generis reædificatiſ (alij Codices habent heredificantis alio sensu, quæ alibi persequimur) Deū, ut quemadmodū in initio per primos, omnes in servitutē redacti sumus debito mortis, sic in ultimo per nouissima omnes, qui ab initio discipuli emundati, & abluti quæ sunt mortis, in virtute veniant Dei. Qui enim pedes lavit discipulū, totuſ sanctificavit corpus, & in emundationē adduxit. Quapropter, & reeubentibus eis ministrabat escam significans eos, qui in terra recubebant, quibus venit ministrare vitam. Hæc Irenæus: In quo pē de illa: Hic est finis humani generis reædificantis Deum, quæ vel accurata, vel difficilis locutio esse videtur. Quid enim fuerit? reædificare Deum, fuit ne celsissimum, & solidissimum divinitatis ædificiū casui, aut ruinæ aliquādo obnoxiiū, cū dixerit Sapiēs. Tūrris fortissima nomē Domini, ad ipsum currens iustus, & exaltabitur. Non equidē, quomodo cūque ædificium istud consideres: nā Deo iniurias sacrilegas non facit, quæ extraictū diuinitas posuit, vt iāpius nobis probatus dicebat Seneca lib. 7. de benefice. Verum

enim vero: si à Divinitate in se ipsa sp̄ etatā ad translatā, sive translatitiā, quæ in homine est, hoc est ad divini imagnē oculos conuertas; subsistet, quidem quodāmodo ab ædificio destruto, & reædificato sumpta ab Irenæo imago, cū à peccato deformata, atq; corrupta in homine Dei imago, & similitudo fuit: hæc de causâ notarilissimè dicente Moysi de Deo ob peccatum subirato: Penituit eū, quod hominē fecisset interrā, & tacitus dolore cordis intrinsecus. Gen. 6 vers. 6. obserua dolorē cordis intrinsecus: Quā ob rem? quia nimirum ipsius imago, quæ in hominē erat ad cuius exemplar formatus fuerat, & à qua subsistebat, per peccatū corrupta, & destruta fuit: vnde non modo extrinctus is dolor Deo, qui (si humano more loquamur) à detrimēto accepto nobis aduenit, quemadmodū inquit Gregor. Nazian. orat. 12. Prolapsionibus nostris Deū, qui nos, & prodigiis habet, & divites nos fuit afficimus detrimēto. Sed ille etiā à Chaldæo inibi indicatus. Penituit eū in verbo suo, & ab August. assertus, qui à deformata, vel male picta Regis imagine in ipsum quodāmodo recedit Regē: dum ille qui naturā formosus est, ab ijs à quibus defacie nō cognoscitur propter male depictam eius effigiem pro deformi habetur: de quo vide Augustinum lib. 1. de decem chordis, cap. 10. & Ambrosium lib. 6. in Hexameron, cap. 8. cum alijs quæ adduximus lib. de MARIA. A immaculatē conceptā, in præludijs adnotatio, 2. num. 4. è quibus illud sumo ex Chrysostomo homil. 14. cum præsbyter eslet designatus: Mala bestia est peccatum, non equidem in conserua corpora, sed in ipsam Domini gloriam effundens malitiam.

Hinc iam accipe sub quo sensu dixerit Irenæus de Eucharistiā. Hic est finis humani generis reædificantis Deum, & de ipsamet, Sapientiā Divinā Salomon Prouer. 9. vers. 1. Sapientia ædificavit sibi domum, sive ut habent Hebreæ, & Græca, domum suam, ut videlicet primum illud diuinæ imaginis, quæ erat in homine pulcherrimum, ædificium per diuinissimam Eucharistiam denuò reædificetur, & pristinæ pulchritudini restituatur. Dum verus ad Sacra menta percipienda accessus id accedētibus

Genes. 6:
vers. 6.

Nazian.

Chald.

August.
Ambr.

Chrysost.

V.

Prouer. 9
vers. 1.
Leff. He
breæ, &
Græca.

Fran. 18.
vers. 10.

Seneca.

tribuit,

Chrysost.

Cant. 1.
vers. 13.Cant. 1.
vers. 12.
Phillip.
Abb.

Nyssen.

Laurent.
Iustini-

tribuit, ut ex communione diuinâ ad Dei similitudinem, & consortium transeamus. Vnde Chrysostomus in hanc sententia per opportunè homil. 45. in Ioannem, inquit: *Hic sanguis facit, ut in nobis imagine regia refloreat, pulchre refloreat, ut illa tunc licet, quæ languens, & marcens, immo vero corrupta erat, & degener, pristinam venustatem, & elegantiam de-nuo percipiatur: Mira planè, & diuina Eu- charistie vis, atque efficacitas, quæ Deum reædificet, & collapsum diuinæ formæ ædificium restauret, languentemque pulchritudinem, viuidam, & floridam reddat: o felix, qui verum ad Eucharistiæ accessum habes: qui ut olim pro-lapsionibus tuis Deum affectisti detri-nento; modo ipsum divitem, & florem facis, in pristinum imaginis divine honorem restitutus, ut dixerit tibi idem met coelestis sponsus: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum,* Cant. 1. vers. 13. Sed vnde pulchra? Audi quid ipsa immediate di-xerit: *Botrus Cypri dilectus meus mihi, quæ verba de Eucharistiæ, sic explicat Philippus Abbas lib. 1. in Cant. cap. 12. Botrus fructus est, qui processu temporis maturitate adeptus congruus ad edendum, post modum pressus prelo liquorem vine ad bibendum eliquat: quo nomine non immere-to appellatur Sponsus Virginis, cuius cognitio maturatur profectu congruo in corde credentium, eaque maturata ipso affectu aido diligentium manducatur, ciboque spirituali vita manducantium vegetatur spiritualiter. Quod afferens in Evangelio. Qui manducat, inquit, me, vivet propter me. Hæc Philippus. Acceptam ve-rò ad hoc divino cibo pulchritudinem opportunè exprimunt Gregorius Ny-senus, & S. Laurentius Iustinianus: sic enim prior in ea verba inquiens: Ecce tu pulchra es, in priorem pulchritudinem redditæ, quam amiseras à principio, quia rebus adhærebas turpibus, atque fœdis, nunc autem postquam à societate mali deficiisti, atque ad pulchritudinem prioris tui exemplaris accessisti, pulchra facta es im-pressæ tibi divina forma, quæ fuisses speculum. Hæc Gregorius. Pergit vero Lau-rentius Iustinianus sermon. de Eucha-ristia, & facta allusione ad verba Sanctæ Agnetis, iamiam morituræ, cum accep-to divino Eucharistiæ botro, dicebat.*

Iam corpus eius corpori meo associari est, & sanguis eius ornabat genas meas, sic ele-gantissime loquitur cum Sponsa. Et quidem ex quo tanto adhæsisti Sponso, cor-pusque tuum corpori eius associatum est, effecta es speciosa, & suavis in delicijs, de-cora, & ornata in vestibus, vennsta, & gra-ta de morib' ignita, & sancta indeſide-rijs: prudens, & sensifcata in cogitationi-bus facunda, & locuples in filijs, sic dilecta, ut Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet. Tota pulchra es amica mea, &c. Vides, ut Eucharistiæ deper-ditam formam restituat, animamque ad pristinum pulchritudinis reducat sta-tum; in quo imago regia refloreat?

Nec mirandum quidem id fuerit, cum à corpore Christi corpori tuo asso-ciatam necessaria ratione pulchra facta sis impressa tibi divina formæ, à qua ve-lut in speculo in te divina pulchritudo irradiet, & in ipsis genis efflorescat, vt dicebat Agnes. De quo apposite loqui-tur Nicol. Cabal. lib. 4. de vita in Chri-to tom. 14. Bibliot. Veterū PP. vbi dum Eucharistiæ assignat nostram cū Chri-sto coiunctionem, à quæ membra eius facti, ipsius carni communicamus, & sanguini inde, & perfectam filiorū Dei adoptionem, & imaginem Filij Dei in nobis efflorentem elicet. Nam cum di-xister. Et hæc est illa predicanda filiorum adoption non in voce, & appellatione consi-stens, vt in rebus humanis, nec usque eo ho-norabilis. Nam inter nos adoptati cū ad op-tantibus nomine solo comunicant, & con-que illis communis est pater, nulla interce dit generatio, nulli parentes hic autem, & generatio est re vera, & communio cum unigenito, non tantum nominis, sed rerum quoque ipsarum, sanguinis, corporis, vita, subiect. Quidenim prestantius quam cū ipse Pater, Unigeniti sui membra in nobis agnoscit? Cum ipsam Filij formam in vul-tibus nostris intuetur? quos prædestina-vit (inquit) conformes fieri imaginis Fi-lij sui. Hæc Nicolaus. Iam (si attendis) non aliunde in Canticis pulchra prædi-catur sponsa, quam sub hoc sensu, cum ab Eucharistiæ regia Dei imago olim deperdita in anima restoret, dum acce-dit ad pulchritudinem prioris exempla-ris eius speculum facta, vt dicebat Ny-senus: sic enim Cant. 7. vers. 5. de eadi-citur. *Come capit is tui, sicut purpura Re-*

VI.

VI.

Nicolaus
Cabal.Cant. 7.
ver. 5. &
6.

gis,

gis vincita canalibus, & flatim. Quam pulchra es, & quam decora, charissima indelecijs, vbi cū LXX. interpretes pro prioribus verbis reponat. Rex ligatus intrascursibus, sive canalibus, quā defluūt aquæ.

Guilliel. A. Guilliel. vero hēc verbā pro carne Christi accipiat inquiens. *Purpura Regis est,*

propriis rubens sanguine, caro Redēptoris, caro illa sacram Verbi indumentum erat ex quo, Verbum caro factum est, & habitabit in nobis, *Ioan. 1. vers. 14.* merito hunc locum acceperis de Eucharistiā in quā Christus Rex velut in canalibus quā gratia in nos defluīt, ligatus est, vt carnis suæ purpura animam ornet, vt in ea regia imago refloret: vnde Ambrosius

Serm. 7. in Psal. 118. Vnde ipsa tanquam benemerita Regina Christi sanguine coronatur, sicut scriptum est, & ornatus capitatis tui sicut purpura. Sanguis Christi purpura est, quæ inficit Sanctorum animas, non solum colore resplendens, sed etiam potestate, quia Reges facit, & meliores Reges, qui bus Regnum donet aeternum, ita ille. Vnde quidem cum regia imagine florens conspicitur sponsa, non sine admiracione de ipsa inclamat. Quam pulchra es, & quam decora. Vnde in delicijs, hoc est à suauissimo nutrimento corporis Christi, in hunc sensum inflectete S. Thom.

S. Thom. B. hæc verba opusculo de Sacramento Altaris, hinc in modum. Quam pulchra, & decora es in delicijs. As̄ si dicat. Delicato cibo, & potu corporis Christi, & janguinis es nutrita. Factæ multum decora, & idcirco grata Deo, & chara. Sic S. Thom. Cui adstipulatus Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 2. elucidas verba Zach 9. vers. 17. Quid enim bonū eius? & quid pulchrū eius, nisi frumentū electōrū, & virū germinans virginēs? opportune inquit. Pulchrū est eius corpus, ex quo tā per lanacrum speciosa (animia) amplius pulcrescit, vt candore lili, & rubore sanguinis in hoc mysterio decoretur, ita Paschal. Omnia vero opportunior Dionysius Areopag. præfato c. 3. de Ecclesiast. hierarch. agens de Hymno, sive laudis cantico post acceptā Eucharistiā occinendo, cūdixisset. Hunc autē hymnū alij laudis canticū, alij Religionis symbolū appellant, alij denique mēa quidē sententia diuinius Hierarchicā Eucharistiā, siue sacro principalē gratiarum actionem, vt quæ diuinitus ad nos dimanantia sacrādonā cō-

Paschas. D. plectatur: ubi sit præclarā huius rationem his verbis. Videtur enim, laudat arū omnium diuinarum operationum ratio nobis extitisse, cum substantiā vitamque nostrā benefice sustentando, ac primitivis pulchritudinibus Deiformē nostri portionem efformādo, atque ad diuiniores habitus, & anagoges, quā sursum elevemur partē admittēdo, tum prouidē curando, vt ex ingenitā nobis per nostrā ignoriam munerum orbitate diuinorū in pristinū statum revo cemur, perfectaque rerū nostrarum assumptionē suarū nos participes efficiat, ea quæ ratione Dei nobis, diuinarumque rerum communionē largiatur. Hactenus Dionysius pulchre diuinam Eucharistiā vīn, atque efficacitatem ad Dei imaginē, & primævam pulchritudinem nobis redendam ob oculos ponens: signatè vero obserua illa: Primitivis pulchritudinibus Deiformem nostri portionem efformādo, quæ omnino ē re nostrā sunt.

Dionys. E. Concludam si addidero ex eodem Nicolao Cabalis opportunum de Eucharistiā Sacramento frequentādo rōnitum, quo imago divina firmius, fortiusque subsistat, nec facile à fragili vi tia que naturā deleatur, siue corrūpat: ad eū modum, quō egregius ille pīctor Hermionides Plinio mirificè laudatus lib. 35. natur. hist. c. 10. Hyalism depingens quater colorē induxit subſidio iniuriae, & vetustatis, vt decadēte superiore, inferior succederet: sic nāque Cabalis lib. 4. de vita in Christo, tom. 14. Bibliot. V. PP. Quia vero natura nostræ virtutis sigillum (divinæ imaginis) immotu manere non sinit (Habemus enim theſarū itū in valis fictilibus, 2. Cor. 4. ver. 7.) obid nō semel, sed assiduè medicinā capessimus, figulūque luto semper assidere oportet, & confusam effigie iterū, atq; iterū reparare. & frequenter sentire nos manū medici, qui materia fatiscentē redintegret, & labantē voluntate erigat, ne mors imprudentibus obrepat. Nā cum essemus mortui peccatis, conviviscavit nos in Christo, ad Ephes. 2. vers. 5. & sanguis Christi emundat conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti, i. Ioan. 1. vers. 7. Veram namque vitam sacræ mensæ virtus à sacro illo corde in nos deriuat, & vt Deo pariter serviamus, inde nobis conceditur. Pergit rationem reddēs. Si enim hæc fin-

Areop.

- A* *tionis, it idemque Eucharistiæ munus est: hominem, nimirum instituere, docere, & ab insipiētiā ad veram sapientiam, à tenebris ad lucem: à bestiā ap- petitus sensu ad ea quæ Dei, & spiritus, & legis divinæ sunt revocare: hæc nā- que omnia in uno lacte rationabili cē- sentur. Quod plānè mysterium obser- vavit in hanc rem S. Irenæus M. lib. 4. contr. hæreses, cap. 80. in cœlesti illo ci- bō manna, quem populo, ab Aegypto egredio, Deus est elargitus: Ut rurjus (inquit) fieret homo discipulus, atque secta- tor Dei, & manna cibavit eos, vt rationa- lem recipere esca: Bene rurjus, restitu- to videlicet hominc ad prittinum illū honorem Rationis, & divinæ similitu- dinis, à quo deturbatus, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: Bene etiam discipulus, atque secta- tor Dei; recepta rationali esca; quaspre- tis faculi, & carnis rebus ad Rationis normati, & ad virtutis leges lese homo componit. Quo in loco, tum, quid sit Rationem sectari, siue Ratione duci, tum etiam, quoniodo id lacerationalib[ile] Eucharistiæ præstet; scire est opere pre- tium: & primum quidem vt Sanctos PP. omittant, opportune videtur do- cuiisse Tullius lib. 1. officiorum his ver- bis. Duplex est enim vis animorum, atque naturæ; una pars in appetitu posita est, quæ hominē hūc, & illuc rapit: altera in ratio- ne, quæ docet, & explanat, quid faciendum fugiēdūque: ita fit, vt Ratio præstet: appeti- tus vero obtēperet. Hæc Tull. à quibus haud difficile cognoscet discipulum, & sectatorem Dei, cum ipse Cainū dis- ferte docuerit: Subte erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Genet. 4. vers. 7. Secundum vero, non secus ac u[er]o p[ro]fata M. Tullij verba ob oculos habuillet, ostendit S. Cyrl. Alexandr. lib. 5. in Ioa- nem cap. 34. vbi cum Aegyptiacæ sefir- tūtis, itidemque cibi manna mentione facta ad sp̄itualem sensu hæc revo- caset, inquiens: Quando Dei præceptorū nōbis in mentem recordatio venerit, & hu- ius seruitutis amaritudinē intellectuimus tunc exitus cupiditate capti ad Christum libertatis initium, atque ianuā venimus. Statim in verum Christi corporis cibū stylum vertens; ipsum tanquam escam rationalem appetitus tyrannidem co- hibere, & tanquam indomitum equū*
- Irenæus M.*
- M. Tull.*
- Genes. 4. vers. 7.*
- Cyrill. A- lexan.*

frāno subiçere, pulcherrimè adstruit hunc in modum: Panem de cœlo dedit eis panem Angelorum māducauit homo. Sed perspicuum esse arbitror, non aliū panem, neque aliud alimentum præter filium Deitrationibus intellectualibusque substantijs propositum esse. Ipse enim est manna verum, ipse in qua me est panis de cœlo, qui omni rationali creature à Deo Pater præbetur: ita gratia, & misericordia Dei, vel à cupiditate caducarum rerū varijs, multisque medis humanam solet reu care naturam. Pergit pulchrā hæc imagine illustrans. Nam quūm, ut magni ponderis lapis ad hæc instabilia carnis premat appetitus; & tyrranicè ad imperium suum redigat, quasi frāno ad desiderium rerum meliorum Christus nos circunducit, & sanitatem mentis donatos inhabitu virtutis confirmat. Hactenus Cyrillus omnino ad rem. Nec omiserim committere ea verba Tullij de appetitu, que hominem huc, illucque rapit, cum his Cyrilli de Christo in Eucharistiā: quasi frāno ad desiderium rerum meliorum Christus nos circumducit, vt videlicet, Ratio præst, & appetitus obtemperet.

VIII.
Ioan. 6.
vers. 55.

Mald.

Cyrill. A.
lex.

potum esse, cum nullus alias cibus, & potus vitam animæ, ac ne corpori quidem, nisi ad breue ad modum tempus dare possit: caro vero & sanguis ipsius & animæ, & corpori vitam præstat æternam: quemadmodum hæc verba intellexit Augustinus ibi, inquiens. Cum cibo, & potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiunt: hoc veraciter non præstat, nisi iste cibus, & potus, qui eos à quibus sumuntur immortales, & incorruptibiles facit. Quæ quidem Augustini, & Maldonati mens tantisper extensa siue explicata omnino ère nostra fuerit.

August.

IX.

Ergo ut comparatio plenè, nec sine acumine subsistat; sic videtur instituēda: Caro mea verus est cibus hominū. Quare? quia est panis: Etenim quicumque alius cibus bonorum sœularium, honorum, divitiarum, & delitiarum, ordeū est siue dijor deacei sunt, ac proinde bestiarum potius, quam verus hominum cibus est, sola quippe Caro Christi, mēsa rationalis; esca rationalis, lac rationabile est; à quo homines mente, intellectum, & sensus spirituales accipiunt, atque inde rationis compotes fiunt: ita quidem dixit S. Cyprianus ser

Cyprian.

monde coena Domini. Inter Dominicas mensas convivas animalis homo non admittitur, quidquid caro, & sanguis dictat ab hoc catu excluditur, & indicem. Quā præclarus est calyx iste! Quam religio hauius potus ebrietas, per quam excedimus Deo, & que retro sunt obliti ad anteriora extendimur non habentes sensum huiusmodi, sed divitis purpurati delicias contemnentes cruci hæremus, sanguinē fugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnerafigimus linguam, quo interius, exteriusque rubricati à sapientibus huius sæculi indicamus amentes. Sic Cyprianus: nec minus apposite, & luculenter S. Laurētius Iustinianus in sermonē de Eucharistiā, inquiens. Vnde, oro, si panis, & vini substācia est, & non corpus Christi, ex hæcibi modicitate, & potus tantum in anima, & carpore prouenit fortitudo, interioris hominis innovatio, charitatis divina feruor spiritualis suauitatis iucunda libatio, intime pacis affluentia, æternorum amor, desiderium proficiendi, virtutum concupiscentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio: ita ille. Audis mensam spiritualē, & rationalem? quæ bestiale huius

Laurent.
Iustian.

E mundi

mundi sensum excludit, quæ interiorē hominem innouat, fortē, & virtutē amatorem facit, a qua intima pacis, & veræ suavitatis affluētia profluit? quippe quæ hominem ad Rationis normā, & leges componit.

K. Itane multiplicati ordei felicitas te facere poterit gloriosum? facere rationalem? Eit ne rationi cōsentaneum divitis purpurati delicias, & divitias cōcupiscere, aut possidere? harere luto? computrescere iūmēta instercore suo? Sapienter quidem præfata epist. 76 pro Rationis dignitate concludebat Seneca. Cum sola ratio perficiat hominem, sola Ratio perfecta beatum faciet: Vnde idem est epist. 9. adducto pulchro versiculo.

Seneca. Non est statim beatus, esse qui putatis argute infert. Quid enim si Beatus se dixerit ille turpiter dives? Ille malorum dominus, sed plurium seruas. Beatus sua sententia fiet: Qui enim beatus es si possit? qui à propria natura dignitate, & à Dei similitudine delicitur, quārumvis cunctis delitijs, & divitijs abūdet? Notanter hæc de causa à Iacobo Apóstolo delitosi homines, tanquam muta animantia increpantur illis verbis cap. 5. vers. 5. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutrisitis corda vestra in die occisionis, quæ ex lectione Græca, & Syriaca commode efferas. Indelicis, & voluptatibus terrenis vitam traduxistis, & lascivistis, & enutrisitis corda vestra, tanquam ad diem mortificationis: quo in locos, qui ad corporis voluptates, & ad luxum, & pompam omnia referunt; à pœnibus quæ ad occisionem, & lanienam sanguinatur, nec hilum differre docet Iacobus: Vnde utrasque delicias; veras ab Eucharistiæ cibo, & falsas à voluptatibus sæculi interse conferens Clemens Alex.

**Iacob. 5.
vers. 5.**

**Lection
Greec. &
Syriaca.** Clemens Alex. Lectio Greec. & Syriaca. Ad delitosi homines, tanquam muta animantia increpantur illis verbis cap. 5. vers. 5. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutrisitis corda vestra in die occisionis, quæ ex lectione Græca, & Syriaca commode efferas. Indelicis, & voluptatibus terrenis vitam traduxistis, & lascivistis, & enutrisitis corda vestra, tanquam ad diem mortificationis: quo in locos, qui ad corporis voluptates, & ad luxum, & pompam omnia referunt; à pœnibus quæ ad occisionem, & lanienam sanguinatur, nec hilum differre docet Iacobus: Vnde utrasque delicias; veras ab Eucharistiæ cibo, & falsas à voluptatibus sæculi interse conferens Clemens Alex. lib. 2. Pædagogi cap. 1. omnino ad mentem Iacobi dicebat. Res est ergo præclara. & maximè experientia, id, quod verum est, suspicentes, supernum alimentum persequi, & etius, qui reverè est, inexplicabili expectaculo impleri, firmè, stabili, & pura voluptate fruentes. Hanc autem charitatē oportere nos suscipere ostendit cibus Christi: est autem valde à ratione alienum, & inutile, & nequam humanum pecudum more pinguefatum, morte nutritum. Hæc Clemens. Ad

cuius gustum Venerab. Drogo Hostiæ. Drogo. sis serm. de Dominicæ Passionis Sacramento: cum versans imaginē Manna ad explicandam Eucharistiæ suavitatem dixisset: Unus, idemque cibus, & apimel, & cervofons aquæ, & panis, qui cor hominis confirmat, hic est panis oleatus, sanat, regotum, reborat, sanatum, faciem exhilarat, omne delectamentum, & omnem saporem suavitatis habet, pergit inquirens: Vbi sunt coturnices? vbi carnes exsiccatæ certè putruerunt in dentibus edentium: Si in dentibus putruerunt, quanto magis in vertebris? Imò etiam computruerunt iumenta in stercore suo: panis autem Angelorum, quem manducavit homo putrescerene nescit. Hæc Drogo, qui pergit multis.

MARIAM IN EUCHARISTIA
singulos singillatim filios lactare, dum
Dei Filius se vnicuique singillatim edendum comunitat.

ADNOTATIO. IV.

ECCE tibi Mariam veram fidelium Matrem, veramque nutricem filiorum; vnumquæque cœlesti latte, & alimento vita singillatim aleuum, atque lactantem: nam quæ singulos se ipsa lacte suo alere non poterat, translatis, vt iam vidimus, in Filium uberibus, quæ ipsum lactaverunt, uterque quidem, & Filius, & Mater, ad miram in homines charitatem ostendebant, singulos singulariter in Eucharistia alere, & lactare voluerunt: In quam remiopportunissime observavit Chrysostomus homil. 24. in epist. 1. ad Corinth. peculiarem in Eucharistiæ commendationem emphasim habere Pauli verba 1. ad Corinth. 10. vers. 16. Panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est? Quasi aliquid singulare in singulorum utilitatem in hoc Sacramento Dominus præstiterit, dum qui in Cruce, vel in minimo osie communici, aut frangi noluit: stante absolute præcepto. Os non communietis ex eo. Exod. 12. vers. 46. in Eucharistiæ tamen frangi, & communici libenter voluit, vt non solum tota fo-

I.

**1. Cor. 10.
vers. 16.**

**Exod. 12.
vers. 46.**

veret,

iveret, & nutritur Ecclesiam, sed singulatim singulos, & unumquemque fidem satia: et: & cum unaquaque Christiana anima diuina sponsalia in quibus duo essent in carne una, propriè, & singulariter initet: Audi Chrysostomum sic disserente. Sed quare addit? quena frangimus. Hoc in Eucharistia videtur licet: in cruce autem minimè, sed omnino è contra: Os enim eius (inquit) non conteretur, sed quod in cruce passus non est, in oblatione patitur, & propter te frangi sustinet, ut omnes satiet. Hæc Chrysost. Benè propter te: in singulari, ut te omnino satiet, ut propter te singulariter sele in Sacramento reliquerit, ut tibi vni proficere, & consulere videatur, & ut sic dixerint, ut singularitati tuae, & avaritiæ tuae inservias? Scitè quippe dicebat Seneca epil. 74. Stulta mortalium avaritia possessionem, proprietatemque discerit, nec quidquam suum credit esse, quod publicum est. Ego publicam, & generalem Dei Filij Redemptionem hominum, & pro totius humani generis salute oblationem in cruce ab ipso factam, ad singularum, sive potius ad singulorum hominum salutem revocatam in Eucharistia considera: nam propter te, in singulari frangi sustinet: Qua de re Venerabilem Petrum Cellensem lib. de panibus, c. 1. ad fin. disserente audi, nam cū præmisisset: Est iterum mensa Domini, in qua non iam visibiliter apud fidèles usque ad consummationem seculi epulatur. Est autem mensa altaris, ubi veritate corporis, & sanguinis Domini existente, sed sub specie visibilis panis, & vini latente, memoria Dominicæ Passionis cum effectu nostræ Redemtionis, si ad sit integritas fidei quotidie tam utiliter, quam fideliter recolitur subiicit ad rem: Totum enim fidès dignè sumentibus ibi operatur, quod exhibitione certissimè credentibus exhibuit in cruce mors Christi; nisi quod illud ad omnium, hoc ad singulorum, quandam pertinet restorationem, & nisi quod istud est subsecutiù è cooperatiōne eius rei, cuius illud non solum precessuum sed effectivum etiam nunc est. Hæc Petrus Cellensis, sapienter adstruens, tum omnimodam salutis nostræ causam esse Christi passionem, cuius infinita vis meritoria & satisfactoria pro nobis fuit: tum etiā id quod per eam generalem merendi

causam ad omnes fidèles comparatum à Christo est: nunc singillatim vnicuique nostrum in Eucharistia applicari, in qua corpus Christi ad singulorum quādam restorationem frangitur. Cui cogitationi bellissime subscrībit S. Damas-

Damasc.

cenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 14. latè, & sapienter prosecutus, Christū qui secundam nativitatem nobis dedit, ita & cibum huic congruentē corpus cœlēt, & sanguinem suum dedisse. Nativitas quidem nobis (inquit) per aquam, & spiritum, hoc est sanctum Baptismum data est, cibus autem panis ipse vita, hoc est Dominus noster Iesus Christus, qui de cælo descendit: Pergit multis, quibus eā præmittit rationem, quam in manibus habemus. Oportebat porrò (inquit) non primitias tantum nostræ naturæ, sed & quemlibet hominem in participationem summi illius boni venire, ac deniō nasci, novoque alimento, ac nativitatē consentaneo vesti; siveque ad plenam, ac perfectam mensuram pervenire. Sic Damascenus;

C humanitatem Christi primitias nostræ naturæ appellans subdensque, dignum beatitudine Dei fusile, ut etiam quilibet, singularis homo in participationem summi illius boni veniret.

II.

Prætulit quidem egregiam huius mysterij imaginem, arcana illa vestium Christi Domini, iamiam morituri, & partitio, & impartibiliis super illas scorsa facta: Audi Ioannem cap. 19. vers. 23. Milites ergo cum crucifixissent eum, accēperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes (vnicuique militum partem) & tunicam, erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem. Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit: ubi primū obserua ex PP. tunicam hanc corpus, & carnem Christi significare; ut præter

Ioan. 19.
vers. 23.

E Cyrrillum Alexand. statim afferendum sic monet Severus in Catena Græca in Ioanem: hæc verba: Inconsutilis desuper contexta per totum, sic elucidans. Hoc etiam aliquod insinuat mysterium, scilicet unigenitum Verbum in terris secundum carnem natum desuperesse ex Deo Patre. Cum autem cuiuslibet humanæ animæ corporis, quasi indumentum quoddam sit illi cognatum iuxta illud. Pelle, & carnisbus vettisti me (Job 10.) ossibus, & nervis compiegisti me: Ita quoque Salvatoris

Severus.

corpus

corpus instar tunice cuiusdam illi agnatae intelligitur, quod immutabiliter natura liquam vnone verbo coniunctum sit, &c. Deinde vide, ut Christi indumenta, & in plures partiantur, & cùm cuique eius caro indivisibiliter, & in partibili ter felici sorte contingat: elegantiisime id explicante, & diffunderente S. Cyriollo Alex. in Catenâ Græcâ, vbi cū dixisset: In quatuor partes Saluatoris vestimenta diuidentes tunicā solum relinquunt indiuisam ineffabili vniigeniti sapientia sic disponente, ut id mysticæ, quasi quoddam signum esset dispensationis, quā quatuor orbis partes ad salutem essent adducendæ. Nam quatuor orbis partes sacrosanctū Verbi indumentum, id est carnem eius imparabiliter inter se partitæ sunt, hæc sic explicat. In singulos enim partitus transiens vniogenitus, & animam, atque corpus eorum per carnem suam sanctificans, in dividim, atque integrè in omnibus est, cùm unus ubique sit, nullo modo divisus, ut Paulus testatur, 1. Corint. 1. Hæc Cyrillus. Penda illa. In singulos enim partitus, & anima, atque corpus eorum per carnem suam sanctificans in dividim, atque integrè in omnibus est: ut videlicet, qui in cruce imparabiliter se pro omnibus obtulit, quin frangi, aut communio passus fuerit; in Eucharistiâ carnem suam imparabiliter in singulos partiatur, ut singulorum corpus, & animam singillatim sanctificet: & omnes singulariter satiet.

III.
Psal. 15.
vers. 5.

Plinins.

III.
Psal. 15.
vers. 5.

Plinins.

Quem profecto sensum præseferre videntur Vatis verba Psalm. 15. vers. 5. inquietis. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei. Notetur is dicendi modus Dominus pars. Quomodo pars? Sice in deo nostro, plenè, perfectè, infinitèque omnipotente semus, ut in partes ad cuiusque captum, & gustum dividamus? quemadmodum fragilis, & cæca Æthnicorum mortalitas de Divinitate censuit, apud Plinium lib. 2. cap. 7. irridenter eos, qui Divinitatem in plures partes, sive in plures deos dividebant, ut singillatim unusquisque id coleret, quo maximè indigeret, quasi unus omnino Deus tantæ, ac tam variæ negotiorum, & curarum moli impar esset: etenim cùm præmisset: Innumeros (deos) quidem credere, atque etiam ex virtutibus, virtutis que hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Ho-

A
norem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino: Pœnam & Beneficium maiorem ad concordiam accedit: subiicit eleganter. Fragilis, & laboriosa mortalitas in partes ista digesta infirmitatis sue memor, ut portionib⁹ quisque coleret, quo maxime indigeret. Sic ille argute castigans angusta gentilium corda, quibus alta de Divinitate mēs nō infererat. At enim vero sublimior nobis de Dei erga nos charitate, ac prouidetia cogitatio subest, cum illum partem nostram appellamus, quippe qui imparabiliter invnumquemque nostrum partimur, ut sic singulos homines cureret, estimet, diligat, ut velut divisione sui quādam facta totus Deus cuique pro parte, & portione propriæ obtingeret: eo plane sensu quo Augustinus lib. 5. confessionum cap. 11. dixit. O tu bone omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum velut solum cures. & sic omnes, tanquam singulos curares, & diligeres. Quæ quidem verbis Davidis Deum partem hereditatis sue vocantis, sic appetamus, ut significet, ita illum Deum totum possidere, ac si partitione illius inter alios facta, tanquam pars, & portio sibi debita ei Deus obtingiset, quod sic ipse curet unumquemque nostrum, velut solum cureret: Cui cogitationi peculiarem vīm, atque energiam addit vox Hebreæa, quæ habetur ibi respondens voce Domini: quippe est nomen Thetragrammaton, & ineffabile, quo significatur imensa, & ineffabilis Dei esencia, quæ & vere est, & omnium bonorum origo, & radix esse prohibetur, ut emphaticè significet Vates, Deum: Dominum, eum scilicet, cui verum esse essentialiter subest, & à quo bona cuncta procedunt, ita ipsius diligendo beneficiando lauando, & munieribus ornando attendere, ac si pars, portioque eius ab alijs divisa, si dividuilla ei obtingisset: sed ut tam sensu, quam vōce ex verbis Plinius castigis infirmitatem sensuum Æthnicorum Divinitatem portionibus colentem, quo maxime indigeret, ipsummet Davidem codemnet sensu audi Psalm. 141. vers. 6. dicentem. Tu es spes mea: portio mea in terra viventium: vbi Deum totum, portionem sibi debenti reputas, ipsum colit, ipsique fudit, quo maximè indiget. Nec nostrum in-

B
August.
Lect. Hebraea.

C
D
E
Psal. 141.
vers. 6.

Exod. 3.
vers. 6.

uentum, sed iplius met Dei mens quidē esse videtur: etenim Exod. 3. vers. 6. appellaturus se ipsum Deum Abraham, Isaac, & Jacob non fuit contentus, id vīcumque exprimere, nisi signatissi mē eorum vnicuique suum præfigeret nomen, inquiens: *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*: Quod si inquiras: Nonne fatis erat horum triū Deum se semel appellasse? Respondebimus, minimē sanè, quippe spectabat ad singularem Dei in suos benevolentiam profiteri, adeo peculiarem erga illorum vnumquemque curam, ac providētiam habere, ac si illius tantūmodo Deus esset, & omnini benignitatis, & misericordię supellecilem in eo ditando collocaret. Iam vero, ut hæc omnia nostro instituto aptaveris: pergit post præfata verba: *Dominus pars hereditatis meæ, Vates, subdens, & calicis mei, illius nimirum de quo dixerat: Et calix meus inebrians, quam præclarus est*, Psalm. 22. vers. 5. vt dixerit, totum calicem, sive

Psal. 22.
vers. 5.

Christum Dominum in ipso conten-
tum; partem, & portionem suam esse; quā ipse omnino frueretur, adeo que il-
lum omnino ipsius vnius esse, ac si nul-
lus aliis homo in rerum naturā foret.
Vel cogita (si vis) quid minushabeat is
qui Dei Filium in Eucharistia accipit,
ac si ipse soli Eucharistia suislet insti-
tuta? Est hic quidem Augustini sensu
apud Bedam in 1. ad Corinth. cap. 10.
hac omnino de causā affirmatē Eucha-
ristiam partes appellari. Audi illum ita
dicentem. *Et quidem in Sacramento sic
fit, & norunt fideles quemadmodum
manducent carnem Christi. Unusquisque
acepit partem suam. Vnde & ipsa gra-
tia, partes vocantur. Per partes mandu-
catur, & manet integer totus. Per partes mā-
ducatur in Sacramento, & manet integer
totus in celo, & manet integer totus in
corde tuo. Totus enim erat apud Patrem,
quando venit in Virginem, implevit illā, non
recessit ab illo. Veniebat in carnem, ut
eum homines manducarent, & manebat
integer apud Patrem, vt Angelos pas-
ceret. Hæc August. pulchre explicās, quo
modo Christus in Eucharistia, & totus
sit, & pars sit.*

VI.

Quæsanè omnia mire cōfirmat Pau-
lus Deum non semel accurata locutio-

ne suum signatē appellans, sicut enim ad
Roman. 1. vers. 8. *Gratias ago Deo meo* Rom. 1.
per Iesum Christum, & similiter ad Co-
rinth. epist. 1. cap. 1. vers. 4. & ad Philip. Rom. 1.
1. vers. 3. signatē vero ad Galat. 2. vers.
20. Qui dilexit me, & tradidit semetipsū Rom. 1.
pro me, opportunē expedente hanc lo-
cutionem Chrysostomo hom. 2. in epi-
stol. ad Romanos, hunc in modū: Def. Rom. 1.
picito quanto cum affectu gratias agat: nō Chrysost.
enim dixit, Deo, sed Deo meo. Quod &
Prophetæ factirant, quod commune est, si-
bi privatim vendicantes, & luculentius
hom. 34. in Genesim: Ita & Prophetis,
mus est facere, & dicere Deus, Deus meus
quamvis totius orbis sit Deus, sed peculia-
re hoc est amori, ut ē communibus propria
faciat. Verū enim vero cum, & ipsem et
Paulus alibi dixerit. Qui proprio filio suo
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradi-
dit illum. Roman. 8. vers. 32. & ipsem et
Dominus apud Ioann. 3. vers. 16. Sic
Deus dilexit mundum, ut Filium suum
Vnigenitum daret, ex his testimonijs, sic
Paulo occurrit Chrysostomus in praefata
verba ad Galatas. Quid facts, o Paulē,
dum & communia propriè tibi vendicas,
quæque pro toto terrarum orbe factasunt,
tibi facis peculiaria. Non enim dixisti, qui
dilexit nos, sed qui dilexit me. Atqui
Euangelista dixit, sic Deus dilexit mun-
dum: quin & tu ipse dicas: Qui proprio
Filio suo non pepercit, sed tradidit eū
pro nobis. Non igitur pro te, sed pro omni
bus, ac rursum, ut acquireret sibi popu-
lum peculiare, ad Titum 2. vers. 14. Ad Tit. 2.
Quid est igitur, quod hic dicas. Sed statim
huic dubitationi, sic primum satisfacit
Chrysostomus. Inflammatus illius deside-
rio hunc in modum loquitur. Præterea ve-
ro declarat, hoc quoque pareſſe, ut quisque
nostrum non minus agat gratias Christo,
quam si ob ipsum solum aduenisset, ita ibi
& eodem modo hom. 34. in Genesim,
& lib. 2. de compunctione cordis, vbi inter
alia in hanc sententiam, inquit. Hic
est affectus servi fidelis, qui beneficia Domi-
nisi, quæ communiter data sunt omnibus
quasi soli sibi præstata reputet: Et quidem
merito, nam ut postea indidem subdit
Chrysostomus. Quid interest! si alijs præ-
stitit, cum quæ tibi præstata sunt, ita inte-
gra fint, & ita perfecta, quasi nulli ab ex-
his fuerit præstitum? Quæ præfato Pauli
seniui statim accommodans, pergit di-
cere

cere. Hoc fuit, & Paulus, qui mortem Domini, & Salvatoris nostri, quæ pro universo expensa est mundo, sibi post præstitam dicit, quasi enim de se solo loquens, ita scribit. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: Hoc autem dicebat: non coangustare volens amplissima. & per orbem diffusa Christi munera, sed quasi, qui ut diximus, pro omnibus se solum iudicaret obnoxium. Hæc Chrysostomus: sed enim, cum hæc generaliter inibi dixerit: deinde signatè homil. 83. in Matthæum omnino ad rem nostram ex Eucharistiæ institutione, in quæ Dei Filius singulis fidelibus sese totum cōiungit: ita respondet: Nā si ad naturā nostrā descendit: patet quoniā ad omnes, quod si ad omnes, ad vñquemque profectio; singulis enim fidelibus per hoc mysterium se coniungit, & quos peperit, non alij nutriti endos tradit. Hæc Chrysostomus ibi, satis appositè ad Eucharistiam revo- cans, totum Deum sic singulorum fi- delium partem, atque portionem esse, vt merito vniusquisque, qui ipsum in Sacramento accipit dicere posset: Gra- tias ago Deo meo, itidemque Dominus pars mea. & Tu es spes mea, portio mea in terra viventium: Etenim dum Dei Fi- lius sese singulis fidelibus coniungit, & sub vniuersitate teatrum cum totâ Di- vinitate, & donorum omnium suppel- lectile intrat, quid ni eius esse dicatur, qui tanta felicitate in Eucharistiâ frui- tur?

V.
Cant. 2. vers. 16.

Fuerint vero huic instituto ac- commodatissima Sponsæ verba de Christo Domino in Eucharistiâ con- viuante, & coniuiva: pascente nos, iti- demque, & se ipsum (vt fusi suò lo- co tractamus) dicentis: Dilectus meus mihi: Et ego illi, qui pascitur inter lilia. Quæ Pagninus ex Hebræo, sic effert: Dilectus meus, est meus: tantum non di- cens cum Paulo, Deo meo, & qui dilexit me, Canticor. 2. vers. 16. quæ videli- cet totum sibi vendicat dilectum, quin proprietatem, possessionemque dis- cernat, sed vni sibi deputet: Et vero vt significanter dicatur, est meus, at e- nimi significantius, opinor, dictum videtur. Dilectus meus mihi. Nimi- rum phrasim hæc, in qua Nominativus, cum Dativo, nullo verbo interiecto componitur, tam Latinè, quam iux-

A ta Græcam, & Hebraicam phrasim, si- gnificatur: ita vnam rem alteri addi- citam, & eius vibus destinatam esse, vt ad ipsam, & propter ipsam omnino sit: ita 1. ad Corinthior. 6. vers. 23. dixit Paulus: Esca ventri, & venteres- cis, vbi subauditur in vtroque mem- bro, debetur destinatur, vt sit sensus ci- bosyni ventri destinatos esse, vt vi- delicet in ventre concocti in nutri- mentum corporis cedant, & vicissim ventrem cibis recipiendis, & con- coquendis inferuire: Psalmo vero 118. vers. 56. dixit David de lege diu- na: Hec facta est mihi: id est, sic meæ saluti, tranquillitati, ac bono meo in- servit: ac si vni mihi consulendo fa- ta fuisset. Vnde Sponsæ verba sicef- fert Bernardus sermon 68. in Canti- ca: Ita ne huic intenta est illa maiestas, cui gubernatio pariter, & administra- tio vniuersitatis incumbit, & cura sa- culorum, ad sola quasi transfertur ne- gotia, immo otia amoris, & ad deside- rium huius? Ita plane, ita Sanct. Ber- nardus: Ergo Sponso, qui pascitur, & pascit, quique cibus, & conviva eti- iure, inquit. Sponsa Dilectus meus mihi, siue Dilectus meus est meus, tan- quam mihi addictus, mihi destinatus; immo & mihi factus: Vnde notan- ter subiicit. Quipascitur inter lilia, vt indicet huic intentam esse illam Ma- iestatem, ne quid illi ad felicitatē dees- se possit: quod liliij imago mirè por- tendit dicente ipsomet Domino: Con- siderate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vo- bis, quoniam nec Salomon in omni glo- riâ suâ cooperatus est, sicut vnum ex i- stis. Matthæi 6. vers. 28. Quid enim ad splendorem, & gloriam ei desit? qui Dominum gloriæ, in quo habitat omnis plenitudo Divititatis corporaliter, Colos. 2. vers. 9. sibi addictū, & destinatū habet? Quæ verba vt alibi obteruasse me menimi S. Nilus in Alcerico instis eleganter aptabat inquiēs. Hoc namque illum (iustū) inter curas tranquille degen- tem indicat. Lilium enim, & in Evangelio quietum animum significat, ita ille.

B Psal. 118 vers. 56.

C Bernard.

D Matt. 6. vers. 28.

E Celos. 2. vers. 9.

Concinit eadem met locutione, & sensu Patriarcha Jacob, præsentia tan- gens, & futurare spiciens (vt mos loquē- di est Augustino) cum sic tecum ratio-

Gene. 18
vers. 20.

cinatus dicitur, Gen. 18. vers. 20. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersus que fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum: ubi in nostro instituto propior Paraphrasis Caldæa ad Dei Filium, sic hæc signatè transfert. Si fuerit Verbum Domini in adiutorium meum, & custodierit me in via hæc, quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, & reuersus fuero in pace in domum patris mei, erit mihi Verbum Domini in Deum: iam vero obscuritatem dictionis obserua: Si fuerit Deus mecum (sive Verbum Domini) erit mihi in Deum: Nam primum, si iam agnoscis Deum, quomodo subinde erit tibi in Deum? itidemque adeò ne inurbanus, & agrestis es; imò ethnico sensu inibutus, vt Deum, non nisi à cibo, & vestimento tibi dando cognoscas? Persensit difficultatem S. Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 21. & ad Eucharistiam sic retulit. Hunc itaque cibum Patriarcha Jacob esuriebat dicens: Si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum: Quotquot enim in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt. Hæc ille: iam vero locutionem, in qua versamur pende: Erit mihi Verbum Domini in Deum, quæ nec hilum differt ab illa. Dilectus meus mihi, vt dixerit Patriarcha: Qui feliciter fuerit expertus, quod ego modo propheticè odoratus sum: Dei verbum in eum, & vestimentum datum: merito dixerit ipsum Deum sibi, & suum esse; qui vni ipsi intentus, vni ipsi destinatus, vni ipsi addictus, & factus sit. Pro quo facit, quod ad ea verba Philo Hebreus lib. de iusomnijs, inquit: Ceterum beneficæ potentie Deus nomen est, regiæ vero Dominus, luculentius vero lib. de plantatione Noe, ubi cum dixisset: Iam haec voces Deus æternus: Idem valet, ac si dicat. Non qui aliquando largitur, aliquando non, sed semper, & continuè, qui sine intermissione benefacit, quid non donis cumulando continuat, cuius gratia inter se coniunctæ, ac unitæ semper in orbem redeunt: subiicit: Hoc ille meditator Jacob postularit in fine precum sacratissimorum

dicens, & erit Dominus mihi in Deum, ac si dicat: iam non herili potestate liberà erga me vteretur, sed beneficæ, propitiæ, & undequaque salutari potentia sublatu dominationis metu, & anima derivata beneficijs mutuam gratiam conciliantibus.

A Hæc ille, quæ pro commentario verborum Sponsæ. Dilectus meus mihi, possum in seruire: id enim est anima derivata beneficijs mutuam gratiam conciliantibus, eum ipsa dum in Eucharistia Dominum in Deum suum, & sibi habet: non laborat, neque net: in cibum, & in vestimentum, cum nec Salomon in omni gloria sua cooperatus fuerit, sicut is qui Christum induit, & panem Angelorum comedit.

B Quo itidem possis advocare, quod de Regno Christi, eiusque splendore sermonem faciens David Psalm. 47: sub imagine civitatis Regiæ: ut magnificentiam Regis in magnis, & varijs beneficijs distribuendis ostenderet, cum dixisset: Magnus Dominus,

C & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, ciuitas Regis magni, subiicit nota ter. Deus in domibus eius cognoscetur: id est Regia magnificencia, benignitas, prouidentia, & charitas erga suos non tantum elucebit cum vniuersalis erga omnes prouidentia communia

D commoda virbis curaverit, sed signate cum singulis civibus eius beneficerit, & singularum domum curans, gescerit: Ita inibi obseruante Chrysostomo hunc in modum. Per illad.

E Chrysost. In domibus eius cognoscetur magnam ostendit prouidentiam, & quod eam totam magnam ex parte seruat: non illius duntaxat curam gerens, sed etiam in unamquamque domum suam ostendens prouidentiam. Hæc Chrysostomus. Quod quidem ex S. Cyrillo Alexandrino libr. 11. in Ioannem accommodatissime ad Eucharistiam refers: dum ipse huic mysterio intentus de Agno typico, qui veri Agni figura erat obseruat, quod partibiliiter quantum ad singula unius familie capita, & impartibiliiter, quoniam in una domo, atque familiæ unus in omnibus agnus in veniebat, vt impartibiliis sic singulis familiæ capitibus satisfac-

VII.
Psal. 47.
vers. 3.

S. Cyril.
Alex.

Pet. Bles.

ret, & vnumquenque adeo singulariter, & ex a quo satiaret, ac si per partes singulis distribueretur. Quod videtur expressissime Petrus Blesensis tractatu de Eucharistia, exclamans.

O panis sacer, & fidei laudabile munus. Omnis omnis ad est, & sufficit omnibus vnuſ!

Hieron.

obserua omnibus omnis adest: id est totus singulis, ac si vnicuique factus: & qui totus ei ad beneficiendū est, portio, & pars ipsi foret: Dixit quidem Hieronymus in epist. ad Amandum: Dominus, ac Saluator noster, nunc est pars in singulis: in Salomone sapientia, in David bonitas, in Iob patientia, in Petro fides, in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in ceteris cetera cum autem rerum omnium finis adveniret, tunc omnia in omnibus erit, ut sit Christus totus in cunctis, vt cū in regno celorum futurus sit Deus omnia in omnibus: ita in Eucharistia etiā modo omnibus omnis adest, & totus singulis, quasi pars, & portio singulorum plena hereditas sit:

Cyprian.

Pulchre Cyprianus serm. de cœna Domini, hoc pertequens institutum, inquit: Vniuersa Ecclesia ad has epulas invitatur, & qua omnibus portio datur, integer regatur: distributus nonde membratur, incorporatur, non iniuriatur, recipitur, non includitur, cum infirmis habitans, non infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur, fides pura, mens sincera hunc habitatorem delectat, neque immensi, & omnipotentis Dei magnitudinem paupercula domus nostrae angustia offendit, vel artat. Hęc Cyprianus, & quidem recte, quia Deus in domibus eius singillatim habitandis, ornandis, ditandis cognoscetur: Benē Seneca lib.

Virgilius

4. de beneficiis cap. 6. cum citasset Virgilij versus. Namque erit ille mihi semper Deus. Illius aram.

Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boves.

Seneca.

dicebat. Ille Deus est, non qui pācas boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum præstat, qui pascua hibernis esti substituit. Sed verius, & opportunius tu dicio: Ille mihi semper Deus, qui gregibus suis per totum orbem vagantibus, suimet corporis pabulum ita præ-

stat, vt omnibus, & singulis vnuſ adsit, & quasi in partes disiectus totus singulorum pars sit.

CHRISTVM DOMINVM IN
Eucharistiā cum singulis fidelibus felicia connubia inire.

ADNOTATIO V.

NIHL opinor tam dilucide ostendit eximium, Christi Domini amorem, praeced. adnot. explicitum, quo ipse in Eucharistiā frangitur, vt se singillatim singulis fidelibus communi-
cat, quin proprietatem, possessionemque discernat, sed ab unoquoque singulariter possideatur, quam ipsiusmet Domini cum suā Ecclesiā generaliter, itidemque singulariter, cum unaquaque anima in particulari facta dei-
positio, & contractum matrimonium, Pauloid disterti simē attestante ad Ephesios 5. ver. 32. Nam cum dixisset:

CViridilige uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, &c. Ita & viri debent diligere uxores suas, vt corpora sua. Qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & forvet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una, subiicit: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, & eodem sensu 2. ad Corinth. 11. ver. 2. Emulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vos unuero, virginem castam exhibere Christo.

EQuæ Lectio Syria, sic extulit. Nam Zelotypus sum erga vos zelo Dei. Despondi enim vos viro unico virginem castam, quam offeram Meschicho. In his enim locis tam ex sensu Apostoli, quam ex natura, atque conditione matrimonij, recte inferas, Christum in Eucharistiā Sacramēto, in quodiqua hęc, oīlia celebrantur, singulis fidelibus nō ex parte, sed integrę, & indiuise viri, vt si-
cuit spōsus spōle integrę omnino, & nō

Ephes. 5.
ver. 32.

2. Cor. 11
vers. 2.

Lect. Sy-
riaca.

ex parte respondet, ut duo sint in carne vna, sic & Christus singulis fidelibus ita indivisim. & ex æquo respondeat, ut non duo, sed vnu omnino sint; quæadmodum ex imagine Agnus typici de Deo mino in Eucharistiâ dicebat S. Cyrilus Alex. præced. adnot. Partibiliter quantum ad singula vnius familiæ capita, & imparibiliter, quoniam in vna domo, atque familiâ vnu in omnibus Agnus inueniebatur. Quare obterua verbū. Despondi, quo vñus est Paulus in verbis ad Corinthios: quod vt sapientius de ipso monuisse, me memini, propriè significat concinne, & integrè rē alteri aptari, vt & totū toti, & pars parti ad annū sim conueniat, & agglutinetur: Quod sapienter ex conditione Sponsæ expli-

Bernard. cavit Bernardus serm. 68. in Cantica inquiens. In quo multi audent, audet & vnu; quod habet in naturâ simplicissimâ Sponsi diuinitas, quasi vnu respicere multos, & quasi multos vnu, vt ipsi Sponso, qui totus est charitas (1. Ioann. 4. verl. 16.) mire quadret, quod de charitate dixit S. Zeno M. serm. 4. ad Neophytorum,

S. Zeno. hunc in modum: O bon & matris charitas pura, ne quid adulterum pariat, aut ne quæ plus amare videatur, aut minus, vnu natiuitatem, vnu lac, vnu stipendium, vnam Spiritus Sancti praefat omnibus dignitatē.

II. Ergodum homo adhæredit uxorius. & erunt duo in carne vna, absolutissimè pronūciat Paulus. Sacramētu hoc magnū est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesiâ. omniō adstruēs, ab intimâ cōiunctione Christi cū Ecclesiâ, & singulis fidelibus in Eucharistiâ verā eū illa desponsationē iniri, vt iure animarū Sponsus in carne vna vnu cum ipsis sit: sic hæc verba Pauli explicante S. Irenæo M. lib. 5. adversus hæreses, hunc in modum. Quæadmodum & B. Apostolus ait in ea, quæ est ad Ephesios epistolâ, quoniam mēbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius, non de spirituali aliquo, & in visibili homine dices hæc (Spiritus enim neque osfa, neq; carnes habet) sed de eadis positione, quæ est secundum verum hominem, quæ ex carnis, & nervis, & ossibus consistit quæ de calice, quæ est sanguis eius nutritur, & de pane, qui est corpus eius augetur. Hæc Ireneus. lā preme veræ deponitio-

M. vers. 32. nis modū ex verbi, despondi, Græce accepti significatione, iuxta quā Chri-

stus Ecclesiæ non vagè, & quasi Ideæ Platonis sumptæ, sed singulæ eius fidelibus aptè, & concinne, vt totum toti, & pars parti, vnde quaque aptatur: vt vi delicit tam integrè, tamque perfecte, cum vnaquaque animâ Christus in Eucharistiâ Sponsalia ineat, ac si vna illa, tantum in rerum naturâ esset: quemadmodum de humana Redemptione dixit Chrysostomus ad verba ad Galat. 2. vers. 20. præced. adnot. adducta. Quidilexit me, & tradidit semet ipsum pro me: hunc ad modum. Neque enim recusatrus Christus erat, vel ob vnum tantam exhibere dispensationem, adeò singulum quæque hominem pari charitatis modo diligat, quo diligit orbem uniuersum. Sancte, vt ipse ostenderet adeò singulum quæque hominem pari charitatis modi diligere, quod diligit orbem uniuersum Augustissimum Eucharistiæ mysterium sapientissimè instituit, vt planum faceret, tam cuncta tota Ecclesia, quam cum singulis eius filiis dulcissima ipsum Sponsalia contrahere: pulchre hæc cogitationem exprimente S. Petro Damiano in opusculo, cui titulus, Dominus vobiscum, cap. 5. his verbis: Ecclesia siquidem Christiana tanta charitatis in vicem inter se compage cōnectitur, vt in pluribus vna, & in singulis sit per mysterium tota: adeò vt omnis uniuersalis Ecclesia, non immerito perhit beatur vna Christi singulariter Sponsa: & vnaquaelecta anima per Sacramentum mysterium plena esse creditur Ecclesia. Hæc ille. Pulchre id: vnaquaque electa anima, &c. vt æquè merito dixerit singulis fidelibus Paulus: Dpondi vos vni viro, ac dixerat: Sacramentum hoc magnū est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesiâ: dum per Eucharistiam singuli membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius: ac proinde, tanquam Sponsus, & Sponsa, duo in carne vna.

D III. Hinc ardens Christi desiderium in-
stituendi Eucharistiam signatissimis illis verbis expressum. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequā patiar. Luc. 22. ver. 15. vbi obserua, quā abunde, ac liberaliter humani generis desiderio Dominus satisfacere voluerit, quippe apud Agg. 2. vers. 8. ipse desideratus cunctis gētibus inducitur: Et veniet (inquit) desideratus cunctis genti- bus

Chrysost.

Petr. Damian.

Luce 2.
vers. 8.

Agg. 2.
vers. 8.

Psal. 2.
vers. 3.

Psal. 10.
vers. 16.

Paschas.

Ioann. 6.
vers. 55.

bus, & implebo domum istam gloriam, sive ut est in Hebræo: Veniet desiderium cunctarum gentium: ut videlicet ad opem illic ferendam humanam naturam asumeret, & vero in incarnatione suæ dicatum humano generi noveris: Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine, & voluntate laborum eius non fraudasti eum. Psalm. 20. vers. 3. itidemque: Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Psalm. 10. vers. 16. Sed enim his non contentus bonus Dominus duplicato nunc desiderio suo, hominum desiderium rependit: Desiderio (inquit) desideravit: Eucharistiam instituere. Sed quam ob rem? Sanè ut ostenderet desiderare se, & toti Ecclesiæ, & singulis fidelibus per mysterium Eucharistiae denuo artiusque viri, ut in pluribus unus, & in singulis esset per mysterium totus, & ipse totius Ecclesiæ, & singulorum fidei illius sponsus, ardensque amator fieret. Hæc omnia sapienter obseruante Paschatio in cap. 26. Matthæi, ubi præfata Lucæ verba sic premit. Assumperat enim hominem in Deum, quando Verbum caro factum est, ut per eum essemus in illo. Sed nec dum ipse admiscerat se per carnem suam nobis, ut singuli membra in illo unum essemus corpus. Quia etsi caro nihil prodest per se, Spiritus Sanctus est, qui vivificat corpus, ut in nobis omnibus unus sit Christus. In uno, eodemque vivificamur spiritu, & manemus in illo per hominem, quem assumpit, sicut & ipse per hoc mysterium corporis, & sanguinis sui in nobis. Pergit Paschalias id diffundere: Et ideo nostra salutis summa, quia in isto consistit Sacramento, desiderio diu desiderans adimplevit, ut cum suis antequam pateretur, hoc verum manducaret Pascha, quatenus per hoc, antequam se daret in pretium nos in illo, & ipse in nobis unum essemus corpus. Hactenus Paschalias: ubi vides, eò ire Eucharistiae instituēnem, ut toti Ecclesiæ corpori, & singulis eius membris sese Dominus vni ret: sponsaliaque cum illis contraheret, ut admissense per carnem suam nobis singuli membra in illo unum essemus corpus, & vni viro omnes singillatim desponderemur: Et verò hic esse videatur sensus verborum ipsius Domini dicentis: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, &

ego in illo. Ioann. 6. vers. 55. sic hæc verba premente Hugone Cardinali. In Hugo Car me manet, tanquam membrum in corpore. re, & ego in illo, sicut Sponsus in thalamo Sponsæ. Quam quidem ratiocinationem egregie diffundit Nicolans Cabalillas lib. 4. de vita in Christo, tom. 14. Bibliothecar. Veter. PP. efferens Pauli verba ad Ephes. 5. vers. 32. Sacramentum hoc magnum est, hunc in modum. Copulam istam efferens B. Paulus ait. Hæc sunt enim nuptiæ laudatissimæ, quibus castissimus ille Sponsus Ecclesiam, ut virginem uxorem ducit. Hic enim Christus chorus, sibi affixum alit. Hoc solo mysterio caro sumus de carne eius, & osa de ossibus eius. Hæc sunt quibus Apostolus nuptias diffiniens, Christum esse Sponsum docet, et eum Sponsam habere Ioannes huius connubij auspex, & conciliatrit. Hæc Nicolaus Cabalillas, qui immediate de ijs, qui ad Eucharistiam omni labore carentes accedunt (id quod omnino obseruandum est) dixerat: Sic enim affectis, & paratis nobis nihil perfectam Christi coniunctionem nobiscum retardabit.

Vidisti ardens Christi desiderium sese ipsum singulis hominibus in Eucharistiæ communicandi? Audi modo ingentem animi sui lætitiam, & exultationem; cum huius mysterij celebratio peracta est, à Salomone hunc in modum descriptam Canticorum 3. vers. 11. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius; & à Theodoreto inibi, sic elucidatam. Quam ob rem desponsationis diem illum vocauit, & item lætitie cordis eius. Tunc enim nuptiarum communio facta est. Nam post cenam inquit. Accipite, & comedite, ex eo omnes. Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissione peccatorum. Hoc facite in mei commemorationem: Edentes igitur Sponsi membra, & bibentes eius sanguinem nuptialem ipsius communionem asequimur. Hæc Theodoreetus: ex quibus habes nuptiarum communionem ingenti gaudio in Eucharistiæ à Christo cum singulis fidelibus fieri, & ab ipsa celestem sponsum cum qualibet anima esse duo in carne una, dum & edimus ip-

Ephes. 5.
vers. 32.

IV.

Cantic. 3.
vers. 11.

Theodor.

sius membra (ut inquit Theodoretus) & inter eius membra numeramur; cuius corpori communicamus, & sanguini. Quare hic obserues velim Euangelistæ Lucæ, qui vehemens illud Christi desiderium māducandi Pascha cū discipulis suis nobis manifestauit egrē giū acumē, cui nimirum post institutam Eucharistiam, & perceptum à discipulis corpus Christi curę fuit, intinam hanc Christi cum communicantibus coniunctionem, & vnitatem duorum in carne vñā accuratō locutione nobis explicare: Nimirū ut diceret, Dominum, eā nocte in horo Gethsemani ad fundendas ad Patrem preces à discipulis discessisse: his verbis vsus est: *Ecce ipse a vulso est ab eis tanquam iactus est lapidis.* Lucæ 22. vers. 41. tantum nondicens: adeò erat cum illis coniunctissimus, vt ab ipsis, vel tantillum discedere, perinde fuerit, ac si illi membradivellerentur: sic premente verbum *a vulso*, Tertullianolib. de carne Christi, cap. 20. Quid a vellitur? Nisi quod in hæret. Quod infixum, innexūque est ei à quo, vt auferatur, a vellitur, cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur, & conviseretur cum eo, cui agglutinatur, vt cum a vellitur, rapiat secum ex corpore aliquid, à quo a vellitur, quasi sequelam quandam abruptæ vnitatis, & traducis mutui contus. Hæc Tertullianus omnia adrē: Sed pro hoc Lucæ sensu, omnino obserua; tunc ipsum hoc verbum *a vulso*, vñspasse, cū tam brevem ipse discessum, quantum iactus est lapidis expressit, cū tamen Marcus cap. 6. vers. 45. longiorē Christi à discipulis receffunt, maris scilicet spatio interiecto, simplicissimā abeundi locutione explicauerit, inquiens: *Et statim coagit discipulos suos ascendere navim, vt præcederent cū transfretum ad Bethsaidam, dum ipsedimitteret populum, & cum dimisisset eos, abiit in montem orare.* Conipone, quælo, phrasim abeundi, cum phrasim a vellendi, vt videris, quam ingens inter vtramque occasionem, & tempus fuerit discrimen: nempe, cum de discessu Christi, quem Marcus abeundi, verbo significauit, agitur, nuptialis ipsius communio peracta non fuerat; ideo satis fuit dicere, abiit, facta autem cœnā, & nuptiali connubio celebrato, vt Christi à membris

Luce 22.
vers. 41.

Tertull.

Marc. 6.
vers. 45.

suis discessus opportunè explicaretur: opus quidem fuit eo verbo exprimere, quo significatur, cum quid ita concarnatur, & conviseratur cum eo, cui agglutinatur, vt cum a vellitur rapiat secum ex corpore aliquid, à quo a vellitur, quasi sequelam quandam abruptæ vnitatis, vt planum hinc fiat inter eius nos membra numerari, cuius corpori communicamus, & sanguini, singulosque in Eucharistia edentes Sponsi membra, & bibentes eius sanguinem (vt dicebat Theodoretus) nuptiale eius communionem assequi.

A B C D E V.

Habuisse certè dixeris hæc omnia ob oculos Salomon, cum sub Ecclesiæ & singulorum fidelium personæ vaticinando dicebat in lib. Sapientiæ cap. 8. vers. 2. (nam librum illum Ecclesiæ Christianæ vaticinijs refertum esse latius ibi ostendo:) *Hanc amavi* (de Sapientia creata, hoc est de Christo Filio Dei loquitur) & exquisiui à inventute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assume re, & vers. 9. *Proposui* hanc adducere mihi ad conviendum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tadij mei, quoniam immortalitas est in cognatione Sapientiæ, & in amicitiâ illius delectatio bona, &c. Cir cuibam quærens, vt mihi illam assumerem, &c. Quibus in verbis mirificè à Salomone describitur sacrī huius connubij in Eucharistiâ à Christo celebrati magnificē, & artissimum, cum singulis fidelibus vinculum à quo fiunt, duo in carne vñā. Quare obserua primum verba illa: *Proposui adducere mihi ad conviendum, quæ ex Græco, tum significat* *etio.*

Græc. Lē
individuum vitæ consuetudinem, quæ inter virum, & vxorem intervenit: cā quippe voce Græcæ simbiosis, vt titus Plutarchus in Pericle, ad significandum cōiugale contubernium: tum etiam convictum, sive convivium: vnde Biblia Regia legit, *proposui adducere mihi ad conviendum*, vt omnino significet his verbis Salomon, in hoc Eucharistiæ cōvivio, divinum Christi, cum vnaquæque anima coniugium celebrari, à quo intima illa coniunctio, & vnitas inter Sponsum, & Sponsam coalescat, quæ inter corporis membra intercedit. Vnde deinde obserua, quæ sita voce ad id explicandum vsum fuisse Salomonem

Sapien. 2.
ver. 2. &
9. & 12.

Bibl. Reg.

subdens,

Christus in Euch. singulorū fidelū Spōlus. 211

Plinius.

M. Tull.

Roman. 8
vers. 35.

Cesar. A.
relat.

Paschas.

VI.
Ephos. 3.
vers. 5.

Lectio Sy
riaca.

Hieron.

subdens, in cognatione Sapientiae, cū cognatio sit sanguinis coniunctio: & cognati, dicantur, sanguine coiuncti, quasi vna, communiter nati, vel ab eodem orti progenitore, vt Latinæ linguae peritidocent: vnde per opportunitatem Plinius per translationem hanc vocem posuit pro simili, & eiusdem generis, inquiens. *Eadē causa est, ut plerique alitum oculos hominum potissimum appetant, quod effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata sua desideria tendant, id est suae naturae quodammodo similia, opportunius vero M. Tullius orat: pro Sylla, vt generosam indolem Cincij explicaret, dixit: Neque enim sibi cognationem cum suis prædijs existimavit, quales alij, qui tanto amore suas possessiones complexi tenebant, vt abijs membra divelli, citius, aut distrahi posse diceret. Quæ possunt aptare cognitioni, quæ inter Christum, & sponsam suam in Eucharistia intercedit, dum & ipse tanto amore fidelem quemque, qui eius corporis particeps est complexus tenet, vt & ab eo membra divelli citius, aut distrahi posse dixeris: & fidelis quisque cum Paulo dicere teneatur. Quis nos separabit à charitate Christi? &c. ad Roman. 8. vers. 35.*

hæc verba sub hoc sensu capiente Cæsario Arelatensi hom. 7. de Pascha dum reddit rationem quare in mysteriis celebrazione aqua vino admisceatur, hunc in modum: Dum in Sacramento aqua vi num miscetur, Christo anima incorporatur, & quædam ei copulæ perfectæ charitatis iungitur, vt possit dicere cum Apostolo. Quis nos separabit à charitate Christi?

Quod itidem adspexit Paulus signatissimis verbis ad Ephesios 3. vers. 5. inquiens. Quod alijs generationibus non est agnitus filijs hominum, sicut nunc revealatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu. Gentes esse coheredes, & corporales, & participes promissionis eius in Christo Iesu, vbi notanter Lectio Syriaca reposuit, participes corporis ipsius: Ad quem locum dum non immerrito ambigitur: quomodo dicat Apostolus, non innotuisse alijs generationibus mysterium aduentus filii Dei, & vocationis gentium? cum Isaias, & alij Prophetæ apertissime id enunciaverint: opportunè respondent, Hierony-

mus, Chrysostomus, Anselmi. S. Thomas, & alij, bene quidem verum esse, priscis Vatibus innotuisse humanigenoris salutem, & vocationem gentium per Christum: sed id tamen obscurius, & implicitè ac in confuso: Apostolis autem clare, & distincte hanc gratiam fuisse revelatam: quem sensu videtur

Chrysost.
Ansel.
S. Thom.

A *Apostolus innotuisse illo adverbio, sicut: vt dixerit, non ita plane veteribus Prophetis, ac nobis revelatum est, qui & tempus, & modum, & ordinem, & totam mysterij huius oeconomiam velut defacie novimus, sic dixit Epiphanius hæresi 66. Spiritus Sanctus omnia clare Apostolis exposuit. Addit Chrysostomus veteres Prophetas singillatim innotuisse, gentes esse coheredes, & corporales Christi. Quod plane eo referto, vt quamvis adventum, & incarnationem Filii Dei noverint, & Ecclesiæ de gentibus fore congregandam: non tamen penitus cognoverint, ineffabilem diuinæ charitatis dispensationem, quæ contenta non fuit, si Deitatis comiernum in primitijs nature nostre testifiseret (vti Damascenus humanitatem Christi appellauit) nisi etiam diffusori benignitate omnibus humanæ nature individuis commune fieret, vt quod per incarnationem in unica individualitate humanitate factum est, vt ad coniunctionem cū Deo evenheretur, id per Eucharistia Sacramentum omnibus, & singulis obtigeret, quod innuit lectio*

Epiph.

Syriaca: Gentes esse participes corporis ipsius. Quem quidem sensum ad hæc Pauli verba dissertè, atque diffuse tradidit S. Cyril. Alex. lib. 11. in Ioann. vbi hæc inter alia habet. Sic quæ inter se plurimi secundum naturam distant, in uno se ipso coniuxit, & nature diuinae participes nos effectit. Communicatio enim Spiritus, & (vt ita dicam) mansio primum in Christo fuit, & ab eo in nos penetravit, cum homo factus ipse templum suum proprio spiritu peruenxit, atque sauctificauit. Origo igitur, & via, quæ Spiritu Sancto participemus, & Dei uniti sumus, Christi mysterium est. Omnes enim in illo sanctificamur. Ut igitur inter nos, & Deum singulos uniret, quamvis corpore simul, & anima distemus, modum tamen adiuuenit consilio Patris, & sapientiae suæ congruentem: suo enim corpore credentes per communicatio-

S. Cyril.
Alex.

E *ne*

nem mysticam benedicens, & secum, & inter nos unum nos corpus efficit, & post nonnulla in eandem sententiam. Quod autem corporalis haec unio ad Christum participatione carnis adquiratur, ipse ursus Paulus de mysterio pietatis differens testatur. Quod alijs (inquit) generationibus non est agnitus filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu esse gentes cohæredes, & concorporeas, & participes promissionis in Christo. Haec etenim ex Cyrillo.

VII.
Paschas.

Illud vero antequam hinc discesserim, minime omissendum: fore fortasse, qui ambigat, quare Dominus ad feli cissima cum homine connubia ineunda sub ijs speciebus sese abdiderit, sub quibus diu durare non posset, cum Spōli verè amantes diutissimē simūl esse cupiant; & à se mutuo (vt vidimus) divelli non possint? Sed o pulchrum divinę dilectionis inventum suavitate, delicijsque refertum: Cupiebat nimurum ardens hic animatum Amator crebrius hanc iterare coniunctionem, vt singulis cum dilecta anima renovandis amplexibus novam reciperet ipse, tribueretque delectationem, vt singulis vici buscum spirituali refectione delectationis fructus iteraretur: Sanè sicut in corporeo cibo, tūdām sensus oblectationis exsistit, cum is per palatum, & linguam in stomachum traiicitur, non autem cum in stomacho residet, ita in sumptione, & traiectu celestis huius cibi gustus spiritualis percipitur, & gratia divina incrementum datur: Enigatur causam: cur sub ijs speciebus sese Dominus abdiderit, vt tanquam Sponsus crebrius veniat, & cottidie instauret nuptiale convivium suum: ita quidē S. Patchasius in prologo ad lib. de corpore, & sang. Domini, inquiens: Quoties libet recumbis, inter Angelorum frequen-

tiam admiseris, ubi Sponsus, & Sponsor dulcibus deliciarum fruuntur muneribus, vt videlicet Anima castissima cū Domino connubia ineunti tam felix obtinetat fors, quā mala, & in felix obtinebat Mōcenati illi, qui plurimum apud Augustū valebat, de quo ob cottidiana cū vxore iurgia, & mutuas vtriusque coniugis repulsas dixit scite Seneca epist. 116. Qui vxorem millies duxit, cum unam habuerit. Nimirum vice versa reciproce dilectionis millies divinus Sponsus animam vxorem dicit, cum una illi, sive pro una sit.

VIII.
Seneca.
B
C
D
Stephan.

His adiungamus iam acrem illam, & pungentem Pauli parenthesini in eos, qui post acceptam Eucharistiam, & unum corpus, & membra cum Christo effecti ad pristinascarnis sordes redeūt: Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. 1. Cor. 6. vers. 15. ubi notanter vsus est Paulus verbo, tollens, indicans vim illatā Christo. Vnde ibi Chrysoft. Nihil (inquit) est hāc dictione terribilius. Quare? Respondet Hieronymus in commentarijs. Quia se abscondit à corpore Christi. Unde emphaticē subdit Paulus: Absit, tantum non dicens, vt ibi pendit P. lustinus. Istud verò nec mente quidem cōcipiatur, sed lōge absit à cogitationibus nostris, quidvis potius tolerandum videtur, quā ut tam immane facinus, vel sola mente cōcipiatur, ita ille. Nec minus opportune Venerab. Stephanus Cantuariensis in allegorijs Gotfridi Tilmani, in hūc sensu inflexit Verba Domini ad Cain post fratrem interfectum: Vbi est Abel, frater tuus? Genes. 4. vers. 9. in hunc modum: Hoc non incongruē dicitur ei, qui accepto corpore Christi redit ad pristinas sordes, & vanitates facili? Hāc ille: Quā tecum fieriō pendas velim.

Chrysoft.

Hieron.

Iustian.

Stephan.

Gens. 4. vers. 9.





DISSERTATIO III.

DE AVGVSTISSIMA EVCHA ristiæ essentiam, substantiam, firmitatem, & incorruptionem homini impertiente.

*VERAM HOMINIS ESSENTIAM, SUBSTAN
tiam, nomenque ab Eucharistiæ subsistere: eumque qui fre
quenter ab Eucharistiæ accedit, vere hominem, essen
tiale, & substantiale esse: qui ab eâ recedit, in
substantiale, & nihil esse.*

ADNOTATIO I.

I.



VIR TV TE, &
Dei obsequio verū
hominis esse (sic lo
quiliceat) sive es
sentiam, & substani
tiam subsistere ne
mo nescit: & eā de
re nonnulla dedimus disseriat. 2. adno
tat. 2. & plenā manu in epist. ad Philip.
cap. 3. vers. 3. adnot. 1. per totam: firmā
te hanc thesim Salomonie Eccles. 12.

Eccles. 12. vers. 13. signatisimis illis verbis, qua

vers. 13. in ore omnium natant. Deum time,

& mandata eius obserua: hoc est enim om

Bernard. nis homo: ex illis inferente Bernardo: Er

go absque hoc nihil est homo: itidemque

Exod. 3. Ruperto, & Petro Damiano ex illis ver

vers. 14. bis Domini, Exod. 3. vers. 14. Ego sum,

Rupert. qui sum, quorum prior inibi ait: Quibus

Petr. Da doceſ, quod eſſe in eo quod eſt, vere ſit eſſe,

quod ſi quis ab eſſe excidit: iſ nō eſt in eſſe,

Damianus vero in epift. ad Desideriu

*Qui enim ab illo, qui vere eſt, iuxta id E
xod. 3. Ego sum, qui sum, recedit, necesse
eſt, ut non ſit, quia ad nihil tendit: Sanè vt
quemadmodum à primo Dei in faciem
hominis flatu, ipſe animatus, & viuens
subsiftit, pulchrè dicente Tertulliano
lib. de anima cap. 9. Recogitā enim, cum
Deus flasset in faciem hominis flatum vi
tae, & factus eſſet homo in animam viuen
tem, totum utique per faciem flatum illū
in interiora transmiſum, & per viuēſi
corporis ſpatia diſfūſum, ita omnino à
Dei timore, & obsequio à flatu gratiæ
divinæ dimanabitib⁹ veram hominis
vitam, & eſſentiam subsiftere: in hunc
ſenſum inflectente Gregorio Nyſleno
orat. 6. de beatitudinibus, verba Domini
Lucæ 17. vers. 21. Regnum Dei intra vos
eſt: diuina ſcilicet gratia, & ſimilitudo;
quaꝝ vobis eſſentiam, ſubſtantiamque
impertitur, ita enim ille: Quippe, cum
iſ, qui te formavit, tale bonum ſtati in natu*

Tertull.

Nyſlenus

vætus, quasi in essentia verit. siue consubstantiauerit, & incorporauerit: tñ enim fabricationi, & constitutioni Deus suæ natuæ bonum, simulachra, similitudinesque, & quasi imitamenta impressit, & informavit, veluti cerâ quandam sculptili figurâ præformans, & fingens. Hæc ille. Sapienter & probè eleganter usus in elegantibus verbis; quæ omnino rem explicent, ostendantque hominem vnde- quaque à virtute, subsistere: ergo premie illa in essentiaverit, consubstantiaverit, in corporaverit, vt hominis essentiam, substantiam, veramque naturam non alia, quam virtutis mensurâ, rationeque estimaveris, status quo cumque alia, quæ in bonis externis censemur, siue divitias, siue honores, siue pulchritudine, siue ingenium, siue cætera quibus insana hominum ambitiopretium fecit ad veram hominis essentiâ nō pertinere. Quæ quid è sensa, nec Seneca latuere, qui epist. 92. inquit. *Talis animus sapiëtis viri esse debet, qualis Deû decet. Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt. Nam si possunt aliquid nō honesta conferre ad optimum statum in ijs erit vita beata, sine quibus non est. Et quid stultius? Turpis ve, quam bonum rationalis animi ex irrationalibus necltere?* Et post nonnulla in eandem sententiam. *Quid ergo (inquit) dubitabis dicere, bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter viros numeras, sed inter homines cuius summum bonum saporibus, ac coloribus, ac sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac dij secundo: mutis aggregetur animal pabulo natum.* Hæc ille.

Ergo vt Philosophus inter substantiam, & accidentia sic omnino distinguit, vt hæc extra essentiâ ponat, quin valeant intrare substatiæ ratione, sed de illis pronunciet, posse adesse, & abesse. *E* subiecto præter subiecti corruptione, ita sapië simile ferat iudicium de virtute, quasi de hominis essentiâ, ac substatiâ: de externis vero fortuna bonis, tâ- quam de accidentibus, quæ homini adesse, & abesse possunt, quin eius substantiam intrent, aut mutant: pulchre hæc obseruante Ambrosio lib. 2. de A- braham, cap. 7. sub hoc sensu capiens,

Genes. 14. quod de ipso Genef. 14. ver. 16. dicitur: Reduxit que omnem substantiam, hunc in-

modum. Substantiam quoque recipit. Nō patrimonium utique significat, sed vitale animæ substantiam, in quâ sit pretiosus sen- sus, non stipula, non fœnum, in quo fidelis sit alloquij splendor, in quâ nostra sensus

A subsistat spes, & statim. Hæc est enim vera nostra substantia, quæ est sapientia di res copijs, hic immortalis substantia; corporis autem, vel accidentium diurnus magis, quam diutinus vñs. Hæc ille: observa illa: Vitalem animæ substantiam; non stipula non fœnum, & hæc: Accidentium diurnus vñs, quippe fœnum hodie est, & eras in clibanum mittitur: adeò quippe longe sunt à vera substantia animæ extera hæc bona, vt cum illa immortalis, hæc diaria sint, à virtute anima subsistat; hæc vero æque abesse, ac adesse illi queant, quin ab illis ullam sui mutationem accipiat. Id quod opportunitati

mè exprelsit Salomon Prov. 12. vers. 21. inquiens. *Non contristabit iustū, quid quid acciderit ei: impij autem replebuntur malo: vbi cuim in Hebræo pro contrista*

bit: sit Abach. quod propriè vertas, tan-

get, optimè significavit Sapiens, quara-

tione quidquid tristè, aut infausu fuerit, iustum non contristet, quia videlicet, non tangit eum: cum omniate-

la fortunæ infra ipsum cadant, cuius es-

sentia, atque substantia in sola virtute;

& Dei obsequio sit, vt hæc maximè lo-

cum habeat, quod dixit Seneca epist.

82. Philosophia circundanda est in expug-

nabilis murus, quem fortuna nullis machi-

nis lacejsitum non transit. In insuperabili

locostat animus, qui externa deseruit, &

arce se suâ vindicat: infra illum omne te-

lum cadit, sic ille. Firmat vero senten-

tiam suam Salomon sequenti hemi-

*chio, subdens. *I*mpij autem replebuntur*

malo, quod à virtute destituti omne for-

tunæ telum corde, & animo excipiât.

De quo vide dicta in epist. ad Philipp. c.

2. vers. 24. adnot. 1.

Iam vero vt hæc nostra faciamus, &

ab Eucharistiâ hominis essentiâ, atque

substatiæ subsistere: videris hunc di-

xeris germanum sensum esse eius vo-

cis, siue vocabuli, quo Christus Domi-

nus in oratione dominica Eucharistiâ

nominavit. Lucæ enim 11. vers. 3. in-

quit: Panè nostrū cottidianum da nobis ho-

die, Matthœi vero 6. vers. 11. signatè ha-

betur. Panè nostrū supersubstantiale da

nobis

Prov. 12.

vers. 21.

*Leb. He-
bræa.*

Seneca.

III.

Lucæ 11.

vers. 3.

Matth. 6

vers. 11.

Lectione Syriac. nobis hodie: ut rōbique autem lectio Syriaca reposita, panem indigentie nostra; id est pane, quo indigenus, ut subsistamus; veramque subtilitatem habeamus: sive quo essentia, & substantia nostra indiget, ut Græcam vocē, *vīsa*, & epiuſion, quam omnino vertas *substantialem* extulit, S. Petrus Laodicensis (ut tēpius vidiimus) nonēs, hic omnino significa re id, cuius eadem cum aliquo essentiæ ratio est, ad rem nostram sic subiiciens: *Quando quidem vīsa, hoc est essentia propria, firma, & stabilis est, quippe quæ sit animi nostri natura, quæ imaginem invisi bilis Dei præferat, idcirco panis epiuſion is dici potest, qui cū verā versatur essen tia, nimirum Deus Verbum panis vivus.*

S. Petr. Laod. Hac S. Petrus in exposito orat. Domin. tom. i. Biblioth. Veter. PP. A quo non cunct Ambrosius, & Germanus: ille si quidem lib. 5. de Sacramentis, cap. vltimo, sic ait. *Panem quidem dixit, sed epiuſion, hoc est supersubstantialem. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ eternæ, qui animæ nostræ substantia fulcit, & eodem ductu.* S. Germanus in

S. Germ. exposito orat. Domin. inquiens. *Cibus sub stantialis, vel cottidianus est Christus, qui est, & prius erat, & in eternum per manet, qui vltro se manducandum præbet, at que semper superest inconsuptus, vitam que mundo dat, quippe qui essentiæ nostra conueniat, prout nobis sic satis est.* Hec Germanus. Observa ergo, quam propriè dicitur Eucharistia panis indigenitæ no stræ; quo nimirum indigenus, ut omnino simus, ut propriam substantiam, & essentiam; quæ constare debemus, ut homines simus habeamus: essentiam dico propriam, firmam, stabilem, secus quidem, eti summis honoribus, ingen tibus diuitijs, maximeisque delicijs ab demus: omnino censebimus insubstan tiales, inessentiales, futilles, & nihil, tanquam ià quibus propria essentia, & naturalis substantia abest, cum quæcumque in bonis externis computatur, me ta accidentia sint, quæ abesse, & adesse possunt subiecto, quin eius essentiam intrent. Concinit his Paschasius lib. de corp. & sanguin. Domin. cap. 19. ratione subinde assignat, cur ab Eucharistia no stra substantia censeatur, quia videlicet propter ipsum Christi substantia nobis insit. Etenim cum dixisset: *Totus homo,*

Paschas.

qui ex duabus constat substantijs redimi tur, & ideo carne Christi, & sanguine sagi natur. Denique non sicut quidam volunt, anima sola hoc mysterio pascitur, qui non solare dimitur morte Christi, & saluatur: verum etiam, & caro nostra per hoc ad immortalitatem & incorruptionem reparatur: subiectum ad rem. Carni quidem caro spiritualiter coniucserata formatur, ut & Christi substantia in nostra carne inventa tur, sicut & ipsum nostram in suam constat assumisse Deitatem. Hæc Paschasius; audis Christi substantiam in nostra car ne inveniri? Quomodo ergo verā sub stantiam à Christi substantia nō habeat homo? aut quomodo, sine illo possit habere substantiam?

A Quo omnino facit, quod alibi ex Hilario adnotavimus, Dominum eum Petrum, & Ioannem Pascha paratueros, in quo sacratissimum Corporis, & san guinis sui Sacramentū instituturus erat his illis verbis instruxit: *Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit.*

B Tempus meum prope est, apud refacto Paschae cum discipulis meis. Matth. 26. vers. 18. vbi illud obseruatu dignum est, ite ad quendam, quin huius nomen exprimitur: *Quis enim fuerit is quidam? aut cur hic de nomine cognoscendus non detur? habet ne hic locum, quod est apud Senecam epist. 3. Quomodo obvios,*

C *si nomen nō succurrat, dominos salutamus:* hanc dubitationem sic adornante Hilario canone 30. in Matthæum. Opor tuerat, eos scire quæ pergerent, & de homi nis nomine edoceri: alioqui incertit ad quæ mitterentur, quomodo missi, quæ præcep ta fuerant, exsequerentur. Sic Hilarius: & quidē scit, nam quo cōfilio pro re cer ta, ad hominem incertum nō mileris?

D Occurit tamen opportune Hilarius ad Eucharistiæ de cōfitate, & ad preci sām eius necessitatem, quam homo ha bet, ut homo sit id referens; quasi Dominius de industria hominis illius no men reticuerit, quod nondum Eucha ristia suis est instituta, aqua ipse essentia & cum essentia nomen erat acceptu rus, sic enim ille. *Hominem enim, cū quo Pascha celebraturus esset, non nominat. nō dum enim Christiani nominis honos credētibus erat præstitus, qui vere sunt, Deum mentis, ac fidei oculis contuentes, ut cum eo Pascha Domini Apostolos preparare*

IV.

*Matt. 26
vers. 18.*

Seneca.

Hilarius

sciremus

Julius Firmicus.

Prou. 9.
vers. 2.

V.
Ioann. 6.
vers. 55.

Euthym.

sciremus, cui in tempore Domini novum nomen esset addendum. Hac Hilarius: obserua illud de ijs qui Pascha, cum Domino in Eucharistia celebrant: qui verè sunt: veram scilicet essentiam, & substancialiam habentes, ac proinde honore nominis digni. Cui cogitationi eleganter subscrabit Julius Firmicus in lib. de errore profanarum religionum, cap. 19. vbi cū Eucharistiae panem egregijs hisce laudibus suis set prosecutus: Alius est cibus, qui salutem largitur, & vitam: alius est cibus, qui hominem summè Deo commendat, reddit: alius est cibus, qui languentes relevat, errantes revocat, lapsos erigit, qui morientibus eterna & immortalitatis largitur insignia, hinc sit monet. Christi panem, Christi poculum quare, ut terrena fragilitate contempta substantia hominis immortali pabulo saginetur. Quis est autē hic panis? vel quod poculum? de quo in libris Salomonis sapientia magna voce proclamat. Ait enim, venite, & manducate de meis panibus, & bibite vinum, quod miscui vobis, Prou. 9. vers. 2. Hec & alia ibi Julius Firmicus. Obserua, & oscula re verba illa. Terrena fragilitate contempta substantia hominis immortali pabulo saginetur, quibus nihil sapientius, nihil dici potuit accommodatus, cū ab Eucharistia substantiam hominis substare affirmet, atque ad immortalitatem saginari: itdenique hominem, sicut rem magni pretij Deo commendari, & reddi, & tanquam Divinitate digna suppellexi: sed & duplicata emphasi dixit, terrena fragilitate contempta: ut dixerit: quidquid ad carnem, & terram spectat fragile, & vile, nulliusque pretij esse, imo noxiū, atque ideo omnino contemnendum.

Est hic profecto germanus sensus Verborum Domini: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, Ioan. 6. vers. 55. voluit quippe hac locutione docere Dominus Carnem suam verum cibum, verumque nutrimentum hominis esse, ea parte, quā vere homo est, quod ab Eucharistia anima nutritur, & vegetetur, & ad immortalitatem saginata Deo commendetur, reddaturque, sic hæc verba explicante Euthymio in Matthæum cap. 64. dum ait. Vere ebus id est aptissimus, ut potè animam, quæ propria est hominis pars nutriens, vt

nostræ dignitatis his verbis nos monens Dominus dixerit, omnes alios cibos, qui ad corpus, & terrenam fragilitatem spectant, hoc est cuncta facili bona, honores, voluptates, diuitias, & regna non esse cibos verè, quod fragillem, & inferiorem, seū potius brutam hominis partem, non vero potiorem, atque divinam, quæ est anima, nutrita: In quam sententiam egregie loquuntur Ambrosius, & Paulinus eundem sensum non eodem modo, sed diversa locutionis serie explicantes. Nimirum Ambros. in Psalm. 21. versans illa cæcumentium Iudæorum verba, quæ habentur apud Ieremiam cap. 11. vers. 9. Mit tamus lignum in panem eius. Christi carnem ligno crucis affixam, & in cibum fidelibus datam, sic scitè composuit cū vetiti ligni cibo, ut quemadmodū ab hoc fames animæ advenerit nostræ; ita à carne Christi in Eucharistia verus nobis victus, & alimentum obtingeret. Audi Ambrosium: Errauit Adam, manda ta contempnit, interdicta gustavit, per lignum cepimus esurire, quia suum caro accepit alimentum. Ideo Dominus in Christo carnem iunxit, & lignum, ut fames antiqua cessaret. Vnde concludit. Beata caro Christi, quæ victum omnibus ministravit. Hac ille, opportunè id, per lignum cepimus esurire, quia suum caro accepit alimentum: Quid? ab alimento famæ? ita quidem, quia non animæ elurientis Deū, sed carnis concupiscentis aduersum spiritum alimentum fuit; ideo errauit Adam, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Audi etiā Paulinum epist. 5. vbi cum præmississet. Simul oportet, gloriemur, & exultemus in eum qui iustificat impium perfidem, & dat escā omni carni: escā, nō ista, quæ perit, sed quæ permanet in æternū (Ioan. 6. vers. 27.) victu qualem, vel anima in Dei rebus operosa, vel Catholica Ecclesia eoquit: corpus est enim veri panis, qui de cœlo descendit, & dat escam viuificantem esurientibus iustitiam, subiicit omnino ad rem. Non enim carnem facit, sed cor hominis confirmat. Hæc Paulinus: sensum habens communem cum Ambrosio, dum hic à cibo, quo caro suum accepit alimentum, malam hominis famem obtigisse aiebat, & quidem recte, quia à ratione alienam cibi plenitudinem (verba tunc

Ierem. 11
vers. 9.

Ambros.

Paulinus

Cle-

Clemens Alexandrinus in Padag. lib. 1. cap. 11. *ff* eni repletionem potius dixeris, quæ alimenti. Paulinus vero, ab etca, quæ cor hominis confirmat, & carnem non facit: veram vitam, & victum esurientibus iustitiam advenire affirmat, vbi ex utroque Patre in unum contíparantibus habes, cœlestè Eucharistiæ alimento, & cor hominis, & veram èius essentiam confirmare: contra vero eicani mundi, quæ carnem facit, & carnis alimento est, hominis substanciali perdere. Quibus pulchre adstipulatur idem Clemens Alexandrinus lib. 2. Padagogi, cap. 1. vbi cum dixisset. Res est ergo præclara, & maximè experenda, id quod verum est iuspiantes supernum alimento persequi, & eius, quod verè est, inexplibili exspectaculo impleri firma, stabili, & pura voluptate uenientes: Sic inde statim serio adiunget. Hanc autem caritatem oportere nos suscipere ostendit cibus Christi: Est autem valde à ratione alienum, & inutile, & nequaquam humanum, pecudum more pingue factum morti nutriti. Sic Clemens.

Clem. Alex.

VI. Firmat hunc sensum ipse met dominus apud Lucam 10. vers. 5. fese nostrum appellans amicum, & amici erga nos munus exhibens, cum ait. *Quis vestrum habebit amicum*, & ibit ad illum medium nocte; & dicet illi. Amico commoda mihi tres panes? Hæc verba sic explicante Ambrosio lib. 7. in Lucam. *Quis sunt isti tres panes?* nisi mysterij cœlestis alimento? *Quis autem amicus* minor nobis, quam qui pro nobis corpus suum tradidit? Verum hic obserua, quæ sint veri, & fidei amici partes? Ex Ecclesiastico cap. 6. vers. 14. & 16. dicens. Amicus fidelis protectio fortis: Amicus fidelis medicamentum vite, & immortalitatis: quippe ille verus amicus est, qui amico medicamentum vita affert: hoc est qui ea, quæ animæ, & spiritus sunt adiuuat, atque confirmat: non vero quæ carnem faciunt: Quæ quidem doctrina opportunam lucem accipit ex pulchro tenu Plutarchi in lib. de discrimine adulatoris, & amici, dum ibi inde amicum ab adulatore discriminat, quod amicus rationali hominis parti, quæ in anima, & virtute censetur, auxiliarem nianum semper

Eccl. 6.
vers. 14.
& 16.

Plutarc.

præbeat adulator vero inferiori, & carnali parti, ad cupiditates, & affectiones noxias propendenti faueat, atque illi ope, consilio, & manu presto sit, unde statim amicum cum medico sanitatem procurante; adulatorem vero cu coquo appetitum irritante apposite cōponit. Audi illum: Ceterum una carendiratio uidetur esse; si cognoverimus, semperque meminerimus, quod cum animus nos erduas habeat partes: alteram veram, honestis gaudentem, rationi obtemperantem; alteram rationis expertem, mendacijs gaudentem, affectibus obseruentem: amicus quidem semper in potiorem partem cōponit, & huic patrocinatur medicorum exemplo, quod sanguis est id augens, ac tuens. Adulator autem bruta, & affectibus obnoxia parti assidet: hanc lebit, & titillat, huic persuadet, & abducit à ratione pernicioſam quandam mollitiem illi molens inducere. Pergit horum imaginem vivaci depingens penicillo, huic in modum: Ergo quemadmodum cibi nonnulli sunt, qui neque sanguini sunt alimento, neque spiritibus, neque nervis aut medullis vigoris aliquid addunt, sed alium tumefacunt. & carnem gignunt lapputre, & flacidam, sic absentatoris oratio, nihil addit sobrietati nihil prudentiae, sed eum aut amoris quadam delectatione delinire, aut flultam incitare tracundiam, aut invidiā irritare, aut animi fastum inducere molestum, & inanem, &c. Non ignorabit, quisquis animaduertens. Semper enim imminet alicui animi morbo, hunc pingue facit & adeſt (addit novam similitudinem) glandularum tumoris in morem semper puribus & inflammatis animi partibus succedens: si iraferis, ualefcere, inquit, si concupisces, si uere si times, fugiamus inquit, si spicari, crede inquit. Hæc, & plura Plutarchus, ex quibus opportune noveris, quanu fidus, quanu verus, quam salutaris amicus Christus Dominus in Eucharistia sit, & quam longo distat intervallo a mundo adulatore, & a blandâ adulatrice concupiscentia, aqua caro tuum recipit alimento cum ipse verus Medicus, & medicamentum sit vite, quod sanuinet, id augens, ac tuens, qui que spiritibus, medullis, ac nervis animæ: virtutibus, inquam, patrocinetur, & semper in potiorem partem consulat: & secus quidem, ac failius amicus,

Cyprian.

Psal. 102.
ver. 2. &
5.VII.
Psal. 41.
vers. 1.
Psal. 83.
vers. 3.

August.

Drogo.

irato, & concupiscenti illa salutis monita suggerat: *Sustine, & abstine*: Verum hæc omnia à Cypriano dicere fuerit operæ premium in lerm. de cæna Domini, sic opportune de Eucharistia differente. *Nobis itaque, pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, & quos reconciliavit Deo omnes excedens victimas, hoc sacrificium singulare ipse Christus pincerat, porrexit hoc poculum, & docuit*, vt non tantum exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius aspersione omnipotenti anima muniremur, & penetrans omnian tanti medicamenti virtus, quidquid esset intus ibi durum effugaret, & renovaret, sanaretque quidquid morbi carne, vel spiritu veteris vitæ adlinierat corruptiæ. Hæc Cyprianus Plutarcho conteniens, sed altiori quidem, & diuiniori sensu, dum Christum in Eucharistia, tāquam bonum amicum potiorem in partem consilentem melioraque suadentem: itidemque tanquam peritū medicū omnipotenti aspersione animo imperientem sanitatem, & vitam, inducit, quippe qui cœleti hoc cibo pravas animi affectiones, carnisque delectationes extirpat, ac veteris vitæ morbis medetur, dicente Vate. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur, ut aquila iumentus tua*, Psalm. 102. vers. 2. & 5.

Subest quidem hic sensus ardenti illi Vatis voto Psalm. 41. vers. 1. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus: si tuit anima mea ad Deum fortè vivum: & similibus hisce verbis eiusdem Psaltis Psalm. 83. vers. 3. *Cor meū, & caro mea exsultaverunt in Deum vivū*. Quo in loco opportuna nostro instituto tuerit observatio Augustini facientis vim in epiteto *vivum*, vt quidquid homini præter Deum aduenierit, mortuum, & foecundum censeri debeat: sic enim Augustinus. *Quare nondixit in Deum tantum? Sed addit in Deum vivum?* Ut ostenderet, scilicet, quod totum, quod non pertinet ad Dei cultum debemus habere, quasi mortuum: Deinde vero Drogo Hostiensis serm. de Dominicæ Incarnationis Sacramento, huic cervi imaginis hærens sapienter adstruit, ab Eucharistiæ, tanquam à medicamento vitæ animæ sanitatem,

& substantiam subsistere, inquiens. *Venus, idemque cibus, & apimel, & cervofons aqua, & pan's, qui cor hominis confirmat: hic est panis oleatus, sanat agrotum, roborat sanatum, faciem exhibilat omne delectamentum, & omnem saporem suavitatis habet*. Ita Drogo optimè affirmans Eucharistiam cordi robur, animæ sanitatem, & firmitatem in bono tribuere. Sed hæc de re multis est Paschias lib. de corpore, & sanguini, Domini Paschas. ni, cap. 20. vbi sic primum ait: *Longè inferius vita ista temporalis corporeo isto communi alitur cibo, & potu: longè verò excelsius, ac præminentius vita illa, quæ ab eo saest eum Christo in Deo, quæ conformat illi configuratis sumus, illo saginatur cibo, & potu, quem de Altari accipimus, & transvehit nos ad spiritualia, ut ibi exinde viuamus, vbi vita nostra seruatur æterna*. Deinde verò cum allusione ad verba Ioannis 1. vers. 12. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, sic inquit de Eucharistiæ mysterijs. Hoc sane in nobis nutriunt, quod ex Deo natum est, & nō quod ex carne, & sanguine. Dedit namque Christus nobis potestatem filios Dei fieri: verumtamen non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nascimur, illa ergo nativitas nostra, quæ ex Deo est, utique spiritualis est, quia Deus spiritus est*. Hæc Paschias: & quidem opportunè illud. *Hoc sane in nobis nutriunt, quod ex Deo est: aquo nimirum veram substantiam, & esentiam habemus, & tanquam homines subsistimus*. Quibus similia habet Apollinaris in Catena Greca ad cap. 6. Ioann. vers. 55. inquiens: *Nunc viuificata est caro, quæ virtute commixtionis suæ carnibus eius participibus persimilitudinem contemporata omne, quod ei cognatum est ad vitam alit semperernam*. Hæc ille, sed de hoc copiosus in seqq. agendum.



¶¶¶¶¶? ¶¶¶¶¶? ¶¶¶¶¶? ¶¶¶¶¶?

AB EVCHARISTIA PER MARIAE manum hominem, tot alias periculis obnoxium, constare, & in virtutis gradu subsistere.

ADNOTATIO II.

I.
Seneca.

QUOD Seneca epistol. 41 supra Philosophiae vires elevatus, & superiore, quodam ingenij impetu datus, immo à Paulo, ut reor ex parte edoctus, verè, & animosè hunc in modum ratiocinabatur. Bonus vir, si ne Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus ex surgere? Ille dat consilia magnifica, & erecta, &c. Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum, ex superiore loco homines vindentem, ex aequo deos, non subibit te veneratio eius? Non dices? ista res maior est, altiorque, quam ut credi similis huic, in quo est corpusculo possit? Vis isthuc divina descendit: animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transseuntem, quidquid timemus, optamusque redentem cœlestis potentia agitat. Ex quibus sic tandem absolute concludit. Non potest res tanta, sine administriculo Numinis stare: Totum id ipsum, proprium quidem Eucharistie munus, innatamque Corporis, & Sanguinis Domini naturam esse, fateri debemus; & de ipsa aucto censu prædicare: cum ab hoc coelesti cibo animum excellentem, & moderatum, & omnia tanquam minora transseuntem, cupiditatibus intactum; periculis interritum homo habeat; atque in hoc tam felici statu, quibusvis sit animæ periculis, & aduersariorum iictibus obnoxius, unde quaque tamen totus teres, atque rotundus constet, atque substat. Quæ quidem germana mens Domini esse videtur, cum in oratione Do-

minica Eucharistiam appellauit, panem nostrum cottidianum, Lucæ 11. vers. 3. imagine sumpta ab annonâ, siue demenso, singulis diebus servis dari solito; alendæ, & sustentandæ vita omnino necessaria, quæ si illis negaretur, necessariò perirent, quod Syria translatio expressit reponens, ut vidi mus, panem indigentis nostre: ut inde moneamur, ab Eucharistia, tanquam a cottidianâ annonâ, & victu, quo maxime indigemus, vitam nostram spiritualem subsistere; nec posse reni tantam, sine hoc Numinis adminiculo stare; Pulchre hunc sensum firmando Venerabil. Francone Abbatे lib. de gratia Dei, tomō seu libro 10. apud Bibliothecam Veter. PP. tom. 12. part. 1. hunc in modum. *Quia igitur infirmitatem nostram novit, qui nos condidit, fortique, & armato, nisi fortiore nos protegente fragiles, & incermes non posse resistere, contra implacabile hostis antiqui odium panis cottidiani inexpugnabile nobis contulit praesidium, & rursum. Novit etiam pius inspecto cordum iter corruptionis nostra tenebrosum esse, & lubricum, nec illum pertransire posse, quempiam hominum. Quia igitur cottidie periclitamur, cottidie labimur, cottidie ergrotamus, cottidianum sui in mysterio corporis, & sanguinis sui dignatus est nobis exhibere presentiam, quæ liberemur, quæ erigamur, quæ convalescamus. Hæc Franco. Quæ statim ex ipsiusmet panis imagine, siue natura, qui & vitam nutrit, & cor hominis confirmat, sic ostendit. Et quia panis cor hominis confirmat: vinum quoque letificat; recte in panis, ac viuis specie celebrandum instituit mysterium Passianis Iu. c. ipse est enim verus panis, qui corda fidelium confirmat, ne in solitudine hæc vaca deficiant, qui famem montis prauiam fugat, qui desiderium nostrum in bonis jatiat, non satietate peccat, quæ cruciat, & fastidium generat, sed satiate, quæ vires empernecreat; & fastidium nunquam creat. Hæc ille, & multo plura.*

Quod denuo faciunt verba illa Iulij Firmici lib. de errore profanorum religion. cap. 19. præcedent. adnotatio adducta. Christi panem, Christi poculum quære, ut terrena fragilitate contempta substantia hominis immortalis

Lucæ 11.
vers. 3.

Lect. Syriac.

Franco.

B *Quia igitur infirmitatem nostram novit, qui nos condidit, fortique, & armato, nisi fortiore nos protegente fragiles, & incermes non posse resistere, contra implacabile hostis antiqui odium panis cottidiani inexpugnabile nobis contulit praesidium, & rursum. Novit etiam pius inspecto cordum iter corruptionis nostra tenebrosum esse, & lubricum, nec illum pertransire posse, quempiam hominum. Quia igitur cottidie periclitamur, cottidie labimur, cottidie ergrotamus, cottidianum sui in mysterio corporis, & sanguinis sui dignatus est nobis exhibere presentiam, quæ liberemur, quæ erigamur, quæ convalescamus. Hæc Franco. Quæ statim ex ipsiusmet panis imagine, siue natura, qui & vitam nutrit, & cor hominis confirmat, sic ostendit. Et quia panis cor hominis confirmat: vinum quoque letificat; recte in panis, ac viuis specie celebrandum instituit mysterium Passianis Iu. c. ipse est enim verus panis, qui corda fidelium confirmat, ne in solitudine hæc vaca deficiant, qui famem montis prauiam fugat, qui desiderium nostrum in bonis jatiat, non satietate peccat, quæ cruciat, & fastidium generat, sed satiate, quæ vires empernecreat; & fastidium nunquam creat. Hæc ille, & multo plura.*

C *Quia igitur cottidie periclitamur, cottidie labimur, cottidie ergrotamus, cottidianum sui in mysterio corporis, & sanguinis sui dignatus est nobis exhibere presentiam, quæ liberemur, quæ erigamur, quæ convalescamus. Hæc Franco. Quæ statim ex ipsiusmet panis imagine, siue natura, qui & vitam nutrit, & cor hominis confirmat, sic ostendit. Et quia panis cor hominis confirmat: vinum quoque letificat; recte in panis, ac viuis specie celebrandum instituit mysterium Passianis Iu. c. ipse est enim verus panis, qui corda fidelium confirmat, ne in solitudine hæc vaca deficiant, qui famem montis prauiam fugat, qui desiderium nostrum in bonis jatiat, non satietate peccat, quæ cruciat, & fastidium generat, sed satiate, quæ vires empernecreat; & fastidium nunquam creat. Hæc ille, & multo plura.*

D *Quia igitur cottidie periclitamur, cottidie labimur, cottidie ergrotamus, cottidianum sui in mysterio corporis, & sanguinis sui dignatus est nobis exhibere presentiam, quæ liberemur, quæ erigamur, quæ convalescamus. Hæc Franco. Quæ statim ex ipsiusmet panis imagine, siue natura, qui & vitam nutrit, & cor hominis confirmat, sic ostendit. Et quia panis cor hominis confirmat: vinum quoque letificat; recte in panis, ac viuis specie celebrandum instituit mysterium Passianis Iu. c. ipse est enim verus panis, qui corda fidelium confirmat, ne in solitudine hæc vaca deficiant, qui famem montis prauiam fugat, qui desiderium nostrum in bonis jatiat, non satietate peccat, quæ cruciat, & fastidium generat, sed satiate, quæ vires empernecreat; & fastidium nunquam creat. Hæc ille, & multo plura.*

E *Quod denuo faciunt verba illa Iulij Firmici lib. de errore profanorum religion. cap. 19. præcedent. adnotatio adducta. Christi panem, Christi poculum quære, ut terrena fragilitate contempta substantia hominis immortalis*

II.
Julius Fir-
mic.

pabulo saginetur. Præter ea enim, quæ ibi expendimus, preme iterum hæc terrenæ fragilitate contempnâ, quibus affirmat; hominem naturam à fragilem ab Eucharistia; eas vires, & robur accipere, quibus se, & supra fragilitatem suam communiatur. Magna quidem ponderatio: præsertim si humanam fragilitatem ex Chrysostomo pendis

homil. 3. de Rege Oχια, tomo 1. vbi cum ad lapsum Regis illius cum admiratione dubitasset, quid fuerit in causâ, cur is, qui alioqui, rectus, & timens Deum fuerat, quique à virtutis tramine, nunquam declinasset; atrox superbiæ facinus repente perpetraverit? Sic se dubitatione facile expedit. Quin potius, nihil hic debet esse hesitatione dignum, quandoquidem homo erat: res ad peccandum lubrica, & ad malitiam propensa, ut dixerit: ut non fuerit mirandum, parietem ruinosum, atque caducum nullo impellente cadere; itidem, nec hominem, naturam lubricum, & ad malitiam primum inpeccatum labi. Ergo ab Eucharistia fragilitas humana contemnitur, quod is qui in malum erat proclivis immortali pabulo saginatus sustentatur, & constat: A quo non abit Fulbertus Episcop. Carnotensis epistol. 1. iam laudata cum moneret. Exere palatum fidei, dilata fauces spei viscera charitatis extende, & fume panem vitæ interioris hominis alimentum; non arte pistoriæ fermentatum, sed incarnatæ Deitatis vitale pulmentum. Sume nihilominus vinum non sordido cultore calcatum, sed de torculari crucis expressum. Gusta, inquam, caelestis ferculi suavitatem, sed ne nausces terreni germinis saporem, sic ille. Bene id interioris hominis alimentum, & illud Deitatis vitale pulmentum, quo vide licet interior hominis substantia alatur, & sustentetur: itidemque ad vitam diuinam, & æternam proficiat: cum ab Eucharistia avtæ cottidiani panis alimento vita spiritualis instauretur, reficiatur, novas vires recipiat, crescat, atque inviolata perduret: in hunc etiam sensum capiente Tertullianus lib. de oratione, cap. 6. panem hunc cottidianum, his verbis. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis: itaque petendo panem cottidianum, perpe-

tuitatem postulamus in Christo. & indumentum à corpore eius, vbi opportune dictum vides à Tertulliano. Vita Christus, & vita panis. A quo vita nostra subsistit: dum necessarium omnino vitæ

A alimentum, atque præsidium est, si ipsi fideliter, & indumentuè hæreamus, & cum ipso perpetuo coniuncti perseveremus. Quæ itidem mens, eaque opportuna fuit Augustini lib. 50. homil. homilia 42. panis cottidiani petitione in, hunc in modum exponentis. *Proferant, ut bona faciant, ut in bonitate, & fide, & bona vitæ perseverent nutriti quidem, & sustentati pane cœlesti, quo homines, & bona faciunt, & in bono perseverant.*

August.

III.

C Sed placet denuo redire ad verba illa Franconis de cœlesti hoc cibo dicentis: *Vires semper recreat, & fastidium nūquā creat, & ad ea obseruare in elle quidem hunc sensum diuine illi promissioni Apocalys. 2. vers. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiſo Dei mei; quæ ei qui tñnuè aduersus cupiditates pugnat divinus Eucharistia fructus vires recreantis, & stabilitatem in bono impertientis promittitur: sub hoc sensu hæc verba accidente Ruperto ibi, & latius illum diffundente P. Ludouico del Alcazar: sic enim Rupertus: Christus namque lignum vitæ est, cuius & in cœlesti paradiſo, visione, & in præsenti Ecclesiæ, corpore, sanctæ reficiuntur animæ. Pergit vero Alcazar: & cum primum obseruasset, hanc præmissionem signatè factam fuisse Episcopo Ephesino, qui in pristino charitatis fervore intepuerat, cum de eo paulo ante dictum fuerit: Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque, unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac: inde scite contendit, in hac præmissione habeti respectum ad virium recuperationem, ne in animo vétustas, ac lassitudine obrepat, atque ideo omnino congruere præmissionem cū monito, quo Episcopus ille ad fervorem, quo prima caritatis opera perficeret, a Domino ut gebatur, sic namque ait: At qui ad hoc nihil potuit afferri congruentius, quam lignum vitæ. Quis enim ne sciat? lignum vitæ appellari illud, de quo Genes. 2. vers. 9.*

*Apoc. 2.
vers. 7.
Rupert.*

Alcazar

D E Itaque, unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac: inde scite contendit, in hac præmissione habeti respectum ad virium recuperationem, ne in animo vétustas, ac lassitudine obrepat, atque ideo omnino congruere præmissionem cū monito, quo Episcopus ille ad fervorem, quo prima caritatis opera perficeret, a Domino ut gebatur, sic namque ait: At qui ad hoc nihil potuit afferri congruentius, quam lignum vitæ. Quis enim ne sciat? lignum vitæ appellari illud, de quo Genes. 2. vers. 9.

Chrysost.

Fulbert.

Tertull.

Genes. 2.
ver. 9. &
c. 3. vers.
22.

*C*ap. 3. vers. 22. quod ab insita virtute,
& vires reno rare poterat, *&* senium pro-
hibere. Vbi rem maximè notam ob-
serua, nempe, etsi de fide sit, primum
hominem à peccato morti obnoxium
aliás non moriturum; non tamen ideò
credeūm esse, immortalitatem natu-
rali formatione ipsi in natam, cum hæc
& elementis, & qualitatibus contra-
rijs inter se ad invicem pugnantibus à
quarum lucta, & tandem parta victoria
mors oritur; necessariò constaret; sed
eam vitæ incorruptibilitatem, & præ-
servationem ab interitu ab eū ligni vi-
ta fore obventuram, quippe fructus ar-
boris vitæ vires integras homini repa-
rabat, tum humorem naturalem primi
genium, aut eo meliorem suggesten-
do, tum etiam calorem naturalem à
continuā actione, & pugnā cum alijs ci-
bis refractum acuendo, roborando, &
in pristinū, veletiam in meliorem sta-
tum restituendo, atque ipsum continē-
do, & conseruando, ut non tantum ci-
bus, sed etiam tale nutrimentum, &
pharmacum vitæ fuisset, quod vi suā na-
turali vires nutritivas hominis multo
magis refecisset, ac instaurasset, quam
eas actio caloris naturalis, eiusque in a-
lium cibum refractio debilitasset: de
quo vide Pereyram in Genesim ad præ-
fata de ligno vitæ verba, & quotquot
de opere iex dierum scripere, præfer-
tim PP. Lúdouicum de Molina, & Frā-
ciscum Suarez. Quæ quidem omnia tā
ligno vitæ Eucharistiæ, quam ei promi-
sioni Episcopo Ephesi factæ mirè ap-
tantur. Vnde inibi Rupertus. Porro pri-
mis hominibus, quia corripienti Deo non
acquieverunt, imo peccatum suum super-
bā defensione tuentes auxerunt, lignum vi-
ta, quod plantaverat Deus in medio para-
disi interclusum est, ait enim Dominus
Deus. Ecce Adam quasi unus ex nobis
factus est, sciens bonum, & malū. Nuc-
ergo, ne fortè mittat manum suam, &
sumat etiam de ligno vitæ, & come-
dat, & viuat in æternum, emisit eū Do-
minus Deus de paradiſo, i voluptatis.
Quod ergo primo homini interclusum est
pœnitentiam non agenti, pulchre huic re-
mittitur, qui pœnitentiam egerit, quate-
nus edat de ligno vitæ, quod est in paradiſo
Dei mei, & viuat in æternū. cū ex illo co-
mederit. Hac ille. Quæ præfato loco P.

Pereyra.

Molin.
Suarez.

Rupert.

Alcazar luculenter diffundit, hunc in
modum: Etenim di virus hic vita cibus
illum propriè effectum sortitur, vt animi
vires vegetet. *&* roboret, ita vt nec retro-
cedant, nec deficiant. Quare Christus Af-
fertornoster (Ioann. 6. vers. 48.) dixit: E-
go sum Panis vita. Patres veltri man-
ducaverunt manna, & mortui sunt. Si
quis manducaverit ex hoc pane viuet
in æternum. Quasi dicat. Manna non
eam virtutem, quam lignum vita habe-
bat, atque ita qui manna edebant, mortui
sunt: hic vero celestis cibus panis est vita,
& instar ligni vita eā virtute est predi-
cus, vt animi vires roboret, atque confir-
met, nec pristinum vigorem hebetere pa-
tiatur, atque ideo, quirite, vt pars est, hunc
cibum ederit, spiritualiter fiet immorta-
lis. Nam ab hoc cibo virium instauratio-
nem accipit, *&* vividam virtutem, nec ve-
tustati unquam obnoxiam. Hæc omnia
Alcazar: multa, sed quibus nihil deme-
re possit: quæque S. Laurentius Iusti-
nianus lib. de disciplina monastica con-
uersationis, cap. 19. variata imagine, ita
confirmat: Si quis inedia tabescit, vel fa-
tigatus in prelio reparare vires concupis-
cit, sacrosancta corporis Christi sumat my-
steria, *&* statim convalescat in melius pri-
stinā restaurata virtute. Est namque Sa-
cramentum hoc tanquam cellarium quod-
dam omnium aromatum in se continens
pretiositatem, ac virtutem, in ipsum, qui
ingrediuntur, refocillantur ab omni fati-
gatione, nec deficiunt, donec presentis vi-
ta terminus finiatur. Hæc Sanct. Lau-
rentius.

Alcazar.

Ioann. 6.
vers. 48.

S. Laur.
Inst.

B C D E

A

*C*onfirmat: Si quis inedia tabescit, vel fa-
tigatus in prelio reparare vires concupis-
cit, sacrosancta corporis Christi sumat my-
steria, *&* statim convalescat in melius pri-
stinā restaurata virtute. Est namque Sa-
cramentum hoc tanquam cellarium quod-
dam omnium aromatum in se continens
pretiositatem, ac virtutem, in ipsum, qui
ingrediuntur, refocillantur ab omni fati-
gatione, nec deficiunt, donec presentis vi-
ta terminus finiatur. Hæc Sanct. Lau-
rentius.

*S*ubest quidem hic sensus, Basilio
Magno auctore, ijs Domini verbis
Ioann. 6. vers. 54. Caro mea vere est ci-
bus, *&* sanguis meus vere est potus, vt
quemadmodum a cibo, & potu cor-
poris vita reficitur, & deperditæ vires
instaurantur: ita Eucharistia vegetas
vires animæ, & robusti tribuat, vt in via
virtutis subsistat. Componit quippe
Basilius hæc Domini verba cum illis
Iſaiæ 3. vers. 1. quæ ipse in manibus ha-
bebat: Ecce enim Dominator. Dominus
auferet à Hierusalem, *&* à Iudea vali-
dum, *&* robustum, omnē robur panis, *&*
aqua, vt vtraque senium communē ha-
beant, hunc in modum. Quemadmodum
enim corpora nostra convalescunt, ac firmā-
tur sub altera sumptione congruenti ali-

IV.
Ioann. 6.
vers. 54.

Iſaiæ 3.
vers. 1.
Basilius.

mētorū, ita quiddā est, quod cōsentāncē pas-
cit animā, atque suggesterit vegetas vires ad
bonitatē conjectandam. Quid illud tandem
est? Nimirum, quod dixit Dominus, quia
caro mea vere est cibus, & sāguis meus
verè est potus. Quibus enim non suppe-
tunt hæc, ijs utique deficit robur panis, &
aque. Hæc ille obserua hæc: Consentā-
nē pascit animam, atque suggesterit vegetas
vires: Planè quasi consentaneum, ac cō-
gruum nutrimentum, quo anima pasca-
tur, & vt tot sit periculis obnoxia, con-
stet, vegetas ab Eucharistiā vires, & vi-
vidam virtutem, ac robust, quod mini-
mè fuerit vetustati obnoxiū accipiat,
quín eas actio caloris naturalis (quod
de ligno vitæ dicebamus) eiusque in
alios cibos refractio debiliter: imò ve-
rò aduersus nocturnum hunc concupisen-
tiarum calorem firmius, valentiusque
subsistat: Ideò appositè subiicit Basilus
Quibus antem non suppetunt hæc ijs uti-
que deficit robur panis, & aquæ, quo qui-
dem deficiente in mortem ruere ne-
cessit.

V.
S. Cyrill. In quam sententiam S. Cyrilus Ale-
xand. lib. de adoratione in spiritu, non lo-
gē à principio, cum præmississet: In opia
divinorum honorum nihil aliud est, quam
boni desperatio: infirma utique erit homi-
nis natura, per quā facile, namque in quod
vis absurdum prolabitur, nisi contineat il-
lam Salvatoris gratiacælestibus bonis lo-
cupletans, subiicit nostro instituto per
opportunitus: Nutrit enim robur spiritua-
le panis viuens, hoc est Verbum Dei, scrip-
tum est enim. Panis cor hominis con-
firmat (Psalm. 103. vers. 15.) liberatque
a servitute, & affectionibus, & gloria li-
bertatis supra modum ornans. Sic Cyril-
lus: Apud quem preme illud. Per quam
facile in quod vis absurdum prolabitur, ni-
si contineat illam Salvatoris gratia: Ete-
nī, vt cuncti nostri corporis sensus,
ad eo alimentis, ciboque firmantur, vt
ab illis subsistant, & munus suum exse-
quantur, sine illis deficiant: bene id pen-
titante An. broho lib. 6. Hexameron, c.
9. hūc in modum. Nā neque rigorem o-
culi videndi haberent, nisi virtutem sub-
stantia corporalis accepissent, quæ cibo de-
fertur, & potu, neque aures audiendi, aut
nares odorandi, aut manus tangendi, nisi
corpus omne confortetur, alimentis, defe-
cimus enim viribus, nisi eas cibi cōpetentis

A
assiduitate reparemus, ita prorsus inte-
riores animi sensus, & vires, nisi cœle-
stis huius cibi assiduitate reparentur,
languescunt, atque deficiunt, quin ea
quæ recta sunt videre, audire, & exse-
qui valeamus.

Cui sensu non immerito dixeris
subscrispsisse Dominum, cum sectato-
res suos in deserto nutriturus, diuinā Eu-
charistiæ mysteria, eorumque efficaci-
tatē in figurā expositurus: summa pie-
tate dixit apud Marcum 8. vers. 2. Mi-
seror super turbam, quia ecce iam triduo
sustinent me, nec habent, quod manducent,
etsi dimisero eos ieunios in domum suam,
deficient in via, quidam enim ex illis de lō
gè venerunt. Vbi omnino vides vivacis
penicili imagine depictam Eucharistiæ
indigētiam; ne ab illā ieuniū in via de-
ficiamus longum, & difficile cœlestis
patriæ iter agresſi: bene id monente
Bernardo serm. 1. de miraculo in nup-
tijs Canā, hunc in modum: Timent enim
qui noverunt spiritualem cibum, ne quan-
do forte fraudentur eo, cibo siquidem forti-
ezent, qui manum miserunt ad fortia. Vi-
vant de paleis Ægypti, qui deseruunt in
operibus lutti, & lateris: nobis fortior ci-
bus est necessarius, quoniam nobis grandis
restat via, vt ambulemus in fortitudine ci-
bi illius. Ipse est panis Angelorum, panis
vivus, panis cottidianus. Sic Bertrandus.

VI.

Marc. 8.
vers. 2.

C
Cui viatoris imagini bene congruit; verbis: Aufe-
ret Dominus à Iuda, & Ierusalem omnere
bus panis, & aquæ, subest: Nimirum in
Hebræo pro robur est baculum panis, si-
ve fulcimentum, vt manifestè significe-
tur, cuncti in patriam signatae cœlestes in-
hunc cibum tanquam firmissimum ba-
culum dari, vt ei innixus non deficiat,
sed vegetus, ac robustus iter facile con-
ficiat donec in patriam perveniat: sic
capiente hunc baculum panis, Hiero-
nymus in cap. 4. Ezechielis, vbi cū pre-
mississet. Scriptum est in Ieremia, quod
parvuli, id est vulgus Ecclesiæ petierunt
panem, & non fuerit, qui eis frangeret.
Paulus vero, qui vir Ecclesiæ erat, & scie-
bat Christum panes fregisse legales, ac de-
disse discipulis erogandos, loquitur confide-
ter: panis, quem frangimus, nonne com-
municatio corporis Christi est? 1. Corin-
thi. 10. vers. 16. Baculumque, vel for-
titudinem panis comedere non possunt, qui

Lect. He-
breæ.

Hieron.

1. Cor. 10.
vers. 16.

Ambr.

lacte

Procop.

lacte infantis indigent, nec valent accipere solidum cibum, tubi cit. Nihil itaque vescientis animum roborat quomodo panis vita, de quo scriptum est: & panis cor hoc inischōfirmat. Hac Hieronymus, qui buscōsentantia habet Procopius ad id Exodi 12. vers. 11. Et baculos in manibus vestris, inquiens: Hoc loco inbetur baculus ille capi quo in profectio[n]e sustentamur ne scilicet audientes sanguinis, & Passionis Dominicæ memoriam claudicemus. Edamus autem corpus, & edamus sanguinem, nihil etiam dubitantes, quod sint vita, & vi vivident. Sic Procopius, qui quā vis primario de constantiā fidei loquatur; itidem etiā ad efficacitatem corporis, & sanguinis Christi, quo vivimus & sustentamur, ne deficiamus in via a picere videtur.

VII.
Chrysost.

Sed & hūc retenta viatoris imaginie dentiō advocauit Chrysostomus homil. de oratione Dominicæ; panis cottidiani petitionem, hunc in modum. De ipso comedimus: inde viuimus, inde pascimur, inde nutrimur, inde pervenimus, & tandem cotidie illum quarimus, ne deficit fides nostra, ne vires animæ nostræ in ista arcta, & angusta via fatigata non perveniant ad patriam. Vnde cōcludit, Dominum brans. Ergo Domine pāse nos cotidie pane isto cœlesti. Sic Chrysostomus, ac si dicat. Da nobis hunc bâculum panis in manibus semper tene, ne ipso destituti titubent gressus nostri, & deficiamus in via. A Chrysostomi vero patera bibens Hugo Cardin. in commentario orationis Dominicæ; cum septē eius petitiones, sic partiatur, ut tres priorēs ad cœlesti vitam pertineant, posteriores tres ad temporalem; hanc panis cottidiani petitionem, medium, sive confinium, & utrisque communē esse, sic inquit: Confortans, & dirigens transeuntem devitā temporali ad vitam cœlestem. Vnde hæc verba eum immediatè præcedentibus. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Lucæ 11. vers. 2. ita connectit. Sed quia voluntatis tua per omnia obedire non possumus, nisi viati cum habeamus. Panem nostrum super-substantialem da nobis hodie. Hac Hugo. Ambrosius vero in Psalm. 118. lucu lenter confirmat à corpore Christi gressibus nostris firmatatem advenire ne titubare, aut vacillare possint. Audi. Ma-

Hugo.

Iucce 11.
vers. 2.

Ambros.

ducat Apostolicum cibum (de Christi doctrina loquitur) ut postea veniens ad cibum Christi, ad cibum corporis Dominicæ, ad epulas Sacramenti, ad illud poculum, quo fidelium inebriatur affectus, ut letitiam inducat de remissione peccati, curas seculi huius, metum mortis, solicitudines, que deponat: Hac ergo ebrietate corpus noctubat, sed resurgit animus, non confunditur, sed consecratur. Sic Ambrosius, & quidem opportune corpus non titubat, illud scilicet, quod ad malum pronum & lubricum est: sed resurgit animus, viribus videlicet recreatis, atque refectis.

Ad similiq[ue] qnidē currus imago huic cogitationi consentanea fuerit ab illis Eliæ ad Eliam verbis desumpta 4. Regum 2. vers. 12. Pater mi, pater mi, cur rus Israel, & auriga eius, quæ de Eucharistiā generali oratione accepit Venetab. Drogo serm. de Dominicæ Passionis Sacramento, hunc in modum. O vox afflita, & curruis Israel, & aurigæ eius. Portas, & regis, justines, & gubernas? Quem? Israel, credente[m] in te, sperante[m] in te suspirante[m] ad te. Ecce sublatus es, amplius tetuus non videt Eliseus, remansit iam tamen ei pallium tuum in memoriam tui, ut presentia absente te tu addolorem eius semper, & augendo lentat. & leniēndu augēat. Hoc sumite (ait) in meam commemorationem. Hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimūs in tui commemorationem. Sic Drogo. Ad præsens verò institutum signatè retulit Vvericus serm. 1. de Resurrectione, ut Eucharistiā, & viaticum sit, & vehiculum, quo sustententur ad vitā, & ferarunt ad patriā, sic enim ille ait: Cœro Christi est Viaticum, spiritus ve hiculum, ipse est cibus, ipse currus Israel, & auriga eius. Preme viatici, & vehiculi imagines, ut videris Eucharistiā fulcimentum esse, ne corpus titubet, sed constet: vehiculum vero, ut iter facile conficiat, quin deficiat in via, nec offendat ad lapidem, pes tuus. Vnde quicem Anselmus in alloquij cœlestibus, nū. 50. cum pie, & sapienter Dominum allocutus dixisset. Panis candidissime habens amne delectamentum, & omnem saporem, qui nos semper reficit, & nunquam in te deficiat: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Subdit opportune. Manducat te Angelus ore pleno: manuces te peregrinus ho-

VIII.

4. Reg. 2.
vers. 12.

Drogo.

Vveric.

E

D

Anselm.

amne delectamentum, & omnem saporem, qui nos semper reficit, & nunquam in te deficiat: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Subdit opportune. Manducat te Angelus ore pleno: manuces te peregrinus ho-

*mo pro modulo suo; ne desiccare possit in via
tali recreatur Viatico. Sic Anselmus: be-
nè peregrino viaticum præbens, & ba-
culum, quo iter securè, & indefessè co-
ficiat.*

IX.

Nec finem huius discursus fecero,
nisi hunc baculum panis peregrino da-
tum è Virginis manibus acceperimus
ductore B. Amedeo hom. 1. de laudibus
Virginis, qui cum allusione ad lignum
vitæ, de quo num. 3. egimus, miram
hanc Eucharistia efficacitatem à Dei-
paræ carne emanantem, tanquam ab
arbore pulcherrimæ cœlestem fructum
sive divinum manna producente, sic
primū adstruit: *Ipsa Virgo Virginū ver-
nans in floribus, & in fructuum suavitate
delitians, apparet medta, & velut arbor
plantata in medio paradisi attollit verticē
in altitudinem cœli, & de superno rore co-
cipiens fructum refert salutarem fructum
gloriae, fructum vitæ, de quo, qui ederit,
vivat in æternum.* Deinde vero inter lig-
num vitæ, quod erat in paradiſo, & Eu-
charistiam sic instituit comparationē:
*Inter hos, & horum media consurgit ar-
bor, quam diximus salutifera generans ci-
bum vitæ, & manna cœlestis. Manna ha-
bens omne delectamentum, & omnem sua-
uitatem, ad quod si primus Adam attinge-
ret, mortem non gustaret in æternum. Huc
panem se esse perhibet Filius hominis, in E-
vangelio dices. Ego sum panis vivus, qui
de cœlo descendit. Si quis manducaue-
rit ex hoc pane vivet in æternum, Ioan.*

Iohann. 6.
vers. 51.

*vers. 51. Haec tenus Amedeus. Apud
quem preme illud: Ad quod si primus
Adam attingeret, mortem non gustaret in
æternum, tanquam bellissime dictum:
nimis quod lignum vitæ fuisset cor-
pori, id ipsum Augustissima Eucharistia
foret menti: etenim ut ab esu ligni vi-
tæ vires eius sic reficerentur, vt à mor-
bo, senio, & morte immunis esset; ita
à cœlesti cibo immortalis spirituali-
ter evaderet dum ab illo vividam vir-
tutem, & spirituales animi vires acci-
peret, quibus confirmatus, mortem non
gustaret in æternum: Sed enim, hic pla-
cket subdubitare: cui signatè ab Eucha-
ristia immunis à morte primus homo
fuisset futurus; cui tunc etiam Sapien-
tia Dei, quæ est lignum vitæ, & panis vi-*

Proverb. 3.
vers. 18.

*vus ad erat auxiliare ei manum præ-
bens? Sic enim Sapiens Proverb. 3. vers.*

18. *Lignum vitæ est his, qui apprehende-
rint eā, & qui tenuerit eam beatus, quod
de Vnigenito Dei Filio accipiunt Hiero-
n. in c. 65. Iſaiæ, Clemens Alex. libr. 5.
Stromat. Gregor. Magn. lib. 12. Moral.
cap. 4. singillatim vero de gratia auxi-
llatrice Dei August. lib. 2. de peccat. me-
rit. Vnde quidem de eadē Sapientia
Divinā idem Salomon affirmavit, lap-
to iam Adamō ad surgendum manum
porrexisse, inquiens: *Hac illum, qui pri-
mus formatus est à Deo pater orbis terra-
rum, cum solus esset creatus custodivit, &
eduxit illum à delicto suo.* Sapientiæ 10.
vers. 1.*

Hieron.
Clemens
Alex.
Gregor.
Magn.
August.
Sap. 10.
vers. 1.

A

B

C

D

E

Psalm. 1.
vers. 3.
Ambros.

Iect. He-
breæ.

En ergo nodum: Non netunc
lignum vitæ, Dei Verbum, quod vim
haberet vitam prorogandi, & ab inten-
titu vindicandi aderat? Nonne tunc,
& panem viuū ad nutrimentū, & Dei
gratiam, quæ openi ei ferret, homo ha-
bebat? cur igitur ab eam non tetitur? qui ab
Eucharistiā tetislet, quin mortem non
gustaret. Sed, si attendis, nodum hunc
ex ipsis met Amedeis verbis solues.
Nam præterquam, quod panis huic vi-
vo peculiaris quodammodo vis, post-
quam de cœlo descendit ad sustentandum
hominem, & auxilium ei ferendū sub-
est, de quod alibi, notanter ille Eucha-
ristiam asserit fructum esse salutiferæ ar-
boris Mariæ cibum vitæ, & manna cœ-
lestis generantis. Habet quippe Panis
hic à Maria fermentatus, & coctus: si
ve hoc lignum vitæ in Mariae ventre
plantatum egregiam energiam, atque
efficacitatem, vt hominem sustentet,
manuteneat, & ad vitam nutritat, quin
mortem gustet in æternum. Pro qua co-
gitatione opportune fideiubet Ambro-
sius in Psalmum primum, huc referens
ea verba vers. 3. *Eterit tanquam lignum
quod plantatum est, secus decursus aqua-
rum, hunc in modum. Imitator erit Do-
mini Iesu, qui est lignum vitæ, lignum sa-
pientie, plantatum in utero virginis vo-
luntate Patris; ubi obserua (quod alibi
persequimur) verba Vatis, lignum quod
plantatum est: omnino ex originibus le-
genda, quod transplantatum est, vt huic
transplantationi in uterum virginis sig-
natè illa salutifera virtus, & viuida effi-
cacia ligni vitæ quodammodo adven-
erit; hac forte de causa signate dicen-
te Domino: *Operamini non cibum, qui pe-
rit, sed qui permanet in vitam æternam,**

quem

quem Filius hominis dabit vobis, Ioan. 6.
vers. 27. vbi notāter se filium hominis,
id est Virginis dixit, vt lignum vitæ in
eius uterum transplantatū se ipsum sig-
nificaret.

A LACTE MARIÆ IN EVCHA-
ristiâ, humanam carnem melius tem-
peramentum accipere, vt qui fre-
quenter ad Eucharistiam acce-
dunt, corpus, melioris quam
antea conditionis haberē
videantur.

ADNOTATIO. III.

Peculiaris opinor, hæc & in lau-
dem, & gloriam Diuini Marie
lactis facta obseruatio: cui viā
commodè sternemus ex Pau-
lo malam corporis humani habitudi-
nem s̄apēpius incusante: huius enim
argumenti sunt illæ voces, siue gemi-
tus. *Condelectorem in legi Dei secundū in-*
teriorē hominem. Video autem aliam le-
gem in membris meis repugnantem legimē
tis meæ, & captiuū intem me in lege pecca-
ti, quæ est in membris meis. Infelix ego ho-
mo! quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Ad Roman. 7. vers. 23. itidemque
& illæ. *Carni concupiscit aduersus spiritum*
& spiritus aduersus carnem: hec enim sibi
in vicem aduersantur, vt non quæcumque
Galat. 5. *vultis illa faciat*, ad Galatas 5. vers.
vers. 17. rursum vero in eodem loco ad Ro-
manos vers. 17. dixerat Paulus. *Scio e-*
nim, quia non habitat in me, hoc est in car-
ne meæ, bonum, quæ omnia omnino eūt
vt exprimat Apostolus, quod de vul-
nere naturæ humanæ à peccato origi-
nali inflicto dixerat Moyses, Genet. 6.
vers. 5. *Cuncta cogitatio cordis intenta est*
ad malū omniū ēpore: nec non Genet. 8. v.
vers. 5. *21. Senus & cogitatio humani cordis in*
Genes. 8. *malum pronaſunt, pandente, & exeren-*
vers. 21. *te ſeſe illo, in hac corruptione ab Ada-*
mo derivata in carne, & appetitus ſenſi-
tiq[ue], in membra corporis virus diffun-
dente, & appetendi facultates nefario
libidinis ardore inflammante. Quæ Cas-
Cassian. *sianus collatione 23. cap. 13. ad ea ver-*
ba: Quia non habitat in me, hoc est, in car-

ne meæ bonum, hic expressit. Quia ergo
carnales nos fecit, & spinis, atribus con-
demnauit illa prima Dei maledictio, nos-
que ita in quo pater noster venundavit co-
mertiq[ue], vt bonum, quod volumus agere
nequeamus: dum diuulsi à memoria sum-
mi Dei ea, quæ fragilitatis humanae sunt,
cogitare compellimur, dum puritatis amo-
refragantes, incentivis naturalibus, que
penitus ignorare vellemus, etiam in viti
plerumque compungimur, scimus, quia
non habitat in carne nostra bonum. Hæc
& multo plura Cassianus. Quæ sane
omnia, vt dura in hominem ad peccan-
dum pronum esse videantur; mitiora
quidem esse dixeris, si conferantur cū
Vatis verbis Psalm. 48. vers. 13. *Homo*
B *cum in honore eſſet, non intellexit, compa-*
ratus eſt iumentis infipientibus, & ſimiſis
factus eſt illis: Sed & ad hunc locum ob-
teruauit S. Isidorus Pelusiota lib. 2. c.
pistol. 135. non adeò acriter, ac vehe-
menter his verbis aduersus homines
declamare Vatem, & humanum ge-
nus ratione prædictum insectari, fed ad
modum parçè, atque indulgenter, cum
potuerit illos cū truculentis feris, quas
etiam ſuperat turpis infamium libidi-
nūm amator, comparare.

D His placet adiungere rationem ali-
bi à nobis redditam; ob quam dixit Paulus 1. Corinth. 6. vers. 18. *Omne pecca-*
tum, quodcumque fecerit homo, extra cor-
pus eſt, qui autem fornicatur, in corpus
*juum peccat: quippe dum ab interpreti-
bus de huius locutionis ſensu ambigi-
tur, cum alia ſint peccata, quæ cum cor-*
poris contumeliam etiam coiungantur;
itide inque cum ille actus, qui extra
coniugium corpus fœdere dicitur, ſi
actio coniugalis fiat, à corporis honeſ-
tate, & decentiâ non abeat: dicente co-
dem Apostolo ad Hebræos 13. vers. 4.
Honorabile conubiū in omnibus, & thorus
immaculatus, ſive vthæc verba effert le-
ctio Syriaca. Honorabile eſt coiugiū in om-
E *nibus, & thorus eorū purus eſt: perinde*
eam Pauli ſententiā accipiendam ere-
debamus, vt homo impurus, & libidino-
fus turpitudine, & intēperatiacarnē ſuā,
ita virtiare, atq[ue] corrūpere videatur, vt
aliā, ac proinde degenerē ab illâ, quam
in primâ ſui formatione à Deo accepit
quodāmodo reddat. Sane eodē Apoſt.
I. Cor. 15. *quodāmodo reddat. Sane eodē Apoſt.*
vers. 39. *No omnis caro*
eadem

Pſal. 48.
vers. 13.

Isidor.
Pelusiot.

II.
I. Cor. 6.
vers. 18

Hebr. 13
vers. 4.
Lect. Sy-
riaca.

I. Cor. 15
vers. 39.

Ezecl. 23 vers. 20.

*ea*dem caro, sed alia quidem hominum, alia
verò pecorum, vt dixerti: Alia huma-
næ carnis, alia belluinae natura, & con-
ditio est, illa quippe, quæ informata spi-
ritu, & animo rationali ad Dei imagi-
nem facta, ratione, & lege ducitur; se-
se in officio continet; & ab illicitis vo-
luptatibus abstinet; hec autem ratione
destituta appetitionibus obsecundat,
& in libidines præcepis fertur: sub quo
sensu ab Ezechiele 23. vers. 20. vt insa-
na Ægyptiorum libido taxatur, nota-
ter dicitur: non humanam illos carnē,
sed asinorum, & equorum habere: *Insa-
niavit* (inquit) *super concubitum eorum,*

P. Sanct.

quorum carnes sunt, vt carnes asinorum,
quæ sic paraphrasticè effert P. Sanctius.
Rabie amatoriæ illorum appetebat consue-
tudinem, qui in omnem sese libidinem effu-
sè, atque immoderatè profundunt, quos in
eo genere in asinorum, atque equorum nu-
mero non immerito députes. Quem quidè
sensum verbis Pauli videtur adhibuisse
Severianus Auctor Græcus apud Pho-
tium, inquiens: Scortatorem in propriam
peccare substantiam humani corporis, &
in ipsam eiusdem corporis formationem in-
iuriam exercens in corporis nostri officinā:
ita ille, & quidem illud rectè in ipsam e-
iusdem corporis formationem, quod ho-
minis corpus, aliter omnino, ac bruto-
rum corpora formatum fuerit: dum sig-
natum est super nos lumen vultus tui. *Do-*
mine, Psalm. 4. vers. 7. à quo rationis lu-
mine velut sigillo divinæ imaginis sig-
nati, atque cohibiti sumus, ne à rationis

Rupert.

præscripto discedamus: sic id obseruan-
te Ruperto lib. 2. in Genesim cap. 21.
vbi præmittens. *Quid ergo est Ratio? quæ*
situs homo insignitus? Quoddam munus,
quoddam talentum à Creatore cōmissum.
Subdit: *Hoc ergo differt spiritus hominis*
à spiritu iumentorum, quod hic rationali-
tatem accepit munere Dei, ille autem bru-
tus permanit. *Hoc inquam differt, quod*
hic tanquam cera signilli testatoris imagine
signata, sic imagine Dei signatus est, ille au-
tem signatus nō est. *Quam signationem in-*
nuit Scriptura dicendo: Et creauit Deus
hominem ad imaginem suam. *Hec Ru-*
pertus: Expende primum illa: hic ratio-
nalitatem accepit munere Dei, imagine
scilicet Dei signatus, vt corpus suum ra-
tionis fræno coercitum habeat; ne im-
puris voluptatibus inserviat, nec in de-

A sideria carnis præcepis feratur: in hunc
itidem sensum inflectente Ambrosio
lib. 1. de Virginibus, verba Cāt. 4. vers. 12
fons signatus, hunc in modum. *Fons sig-*
natus, ideo quod expressam imaginem Dei
sinceri fontis vnde retineat, ne volatbris
spiritualium bestiarum sparsa cæno fluen-
tatur *bentur.* Dende hæc: ille autem bru-
tus permanit, vt ea aptaveris homini
non intelligenti dignitatem suam (vt
inquit Vates) qui comparatus est iumē
tis insipientibus; ab impetu carnis in il-
licita pronæ, vndequaque abreptus, &
rationis habenas omnino dimittēs bru-
tus permanit.

B *Ecce tibi hæreditarium à primis pa-*
rentibus vulnus: Ecce poni vetiti ve-
nenum non in animam solum, sed in
ipsummet corpus infusum, quod illud,
lubricum, ad carnis desideria prouum,
& rationi malè obediens reddidit. Be-
nè ergo dicebat Georgius Nicomediæ
sis in Menæis Græcis in profelto Annū-
ciationis: *Evæ messis, atque vindemia ni-*
hil aliud fuit, quam mors, eaque pestilens
valde. Bene etiam Rupertus in id Can-
tic. 2. vers. 4. *Introduxit me Rex in cellā*
vinariam: Malus fructus, immo malus mor-
sus, quo Adam per Evā vitam perdidit, &
mortem invenit. Bene itidem, & oppor-
tune S. Thomas opusculo 58. de Eucha-
ristia, cap. 1. *Serpens malignus infudit ho-*
mini per venenum cibi veriti triplicē cor-
ruptionem: in anima scilicet tenebras igno-
rantia, in corpore, morbum prava concu-
piscientia, & mortem utrobique, &c. Ut
iam hinc noveris, quam altà Dei sapi-
tiæ, quam profundà prouidentia, quam
opportuna medicina pessimo huic vul-
neri curando Augustissimum Eucha-
ristæ Sacramentum, corpore Christi è
carne Mariæ sumpto fuerit institutum,
vt ijdēmet PP. his ipsius locis adnotarūt:
Nā Georgius post citata verba ad Virgi-
nem cōuersus exclamat: *At vero nunc* *Georg.*
ex medio tui germinavit, o Virgo, fructus

E *ventris tui Christus immortalitatis para-*
cius nostræ, & mentium humanarum dul-
cedo. Similiter Rupertus immediate
subinde affirmans. *Bonus fructus, quo ge-*
nus humanum per Mariam mortem perdi-
dit, & vitam invenit, &c. Vbi tempus ve-
nit huiuscmodi fructus edendi accipiens
panem, & vinum, & benedicens. Accipi-
te (inquit) & comedite: *Hoc est corpus*

Cant. 4.
vers. 12.
Ambros.

III.

Georg.
Nicom.

Rupert.

S. Thom.

Georg.

Rupert.

meum,

Nicolaus
Cabalif.

meum: accipite, & bibite. Hic est lan-
guis meus: Sic ille: opportunè verò, &
luculenter Nicolaus Cabalif. lib. 4. de-
rit à in Christo, tom. 14. Biblioth. Ve-
ter. PP. in hanc rem pendit à Divina Sa-
pientia ad gloriosam de carne veneno
peccati infecta victoriani referendam
ex cogitatione carnem, ut mcdellā fer-
ret inde, hostis vnde læserat: sed eius ra-
tiocinationem audire fuerit operēpre-
tium: ergo inquit. Quoniam enim carni
cum virtù spirituali nihil rei est, quam etiā
hostiliter odit, concupiscit enim caro
(inquit) aduersus spiritum: Ob id excogi-
tata, & inventa est caro contra carnem, cō-
tra terrenam spiritualis: & lex carnis ab-
rogatur, & caro cedit spiritui, & aduersus
legem peccati fert subsidium, subdit sta-
tim. Quia namque caro ista beata nondum
compacta, & coagmentata erat, vitam spi-
ritualem vivere vix alicui concedebatur,
quando nec ipsa lex seruabatur, nec efficie-
bat quidquam in hominibus cum naturali
nostradeteriora sequeretur. Infirmabatur
enim lex per carnem, & alia carne opus ha-
bebat, que robure eius tueretur. Nā quod
impossibile erat legi (inquit) in quo in-
firmabatur per carnem Deus mittens
filium suum, insimilitudinem carnis
peccati, & de peccato damnavit pec-
catum in carne. Hæc ille:

Ad Rom. 8. vers. 3. IV.
Nyssen.

His omnino adstipulatur Gregorius
Nyssenus orat. Catechetica, cap. 37.
vbi disertissimè adstruit necessitatem
communicandæ carnis Christi non so-
lum animis, sed etiam corporibus no-
stris, vt illis aduersus malam habitudi-
nem à peccato acceptā medela fieret à
qua sanitatem acciperent: etenim cum
scopus Christo propositus fuerit totum
hominem salvum facere (vt ipsem dix-
it apud Ioann. cap. 7. vers. 23.) homo-
que tum corpore, tumanimo constet;
satis quidem non fuisset, si Deus qui vi-
ta, & salus est, cū anima tantum coniū-
geretur, quod perfidem vivam, & ardē-
tem dilectionē fieri potuit, nisi etiā vt
totus homo benè haberet corpus fieret
particeps vita, & salutis, quod quidem
vix poterat cōmodius adipisci, quam
cibo salutifero intra ipsius viscera inge-
sto. Sed Gregorium Nyssenum hæc om-
nia eleganter diffudentem audire iugant.
Hæc ergo ille primū præmittit.
Quomodo enim, qui venenum sumpserunt

Ioann. 7. vers. 23. E

Nyssen.

dolo, & ex insidijs alto medicamento extin-
gut vim, quæ affert interitū. Oportet autē
sicut exitiale, ita etiam salutare medicamen-
tum admitti intra viscera hominis, vt per
illa distribuatur in uniuersum corpus vir-
tus eius, quod fert opem, ita cum gustare
rimus id, quod nostram dissoluit naturam,
rursus necesse est, vt opus habeamus eo,
quod cogit, ac conciliat id, quod erat disso-
lutum, vt cum intra nos fuerit hoc saluta-
re medicamentum, veneni damnum, quod
corpori fuerat inditum per contrariam re-
pellat affectionem: hinc ad rem sic acce-
dit. Quid hoc ergo est? Nihil aliud, quam
illud corpus, quod & morte ostensum est
esse potentius, & nostræ virtutis initium.
Quomodo enim parum fermenti (vt dicit
Apostolus) sibi assimilat totam conspersio-
nem, ita corpus a Deo morte affectum, cum
fuerit intra nostrum, totum ad se transmu-
tat, & træfert. Quomodo enim, cum quod
est exitiale mixtum fuerit cum lano, quid
quid est contemperatū simul redditur ina-
tile, ita etiam corpus immortale, cum fue-
rit intra eum, quisumpfit, uniuersum quo-
que transmutat in suam naturam. Sed fieri
non potest, vt sit aliquid aliter intra cor-
pus, nisi per resum, & potionem misceatur
visceribus. Necesse est ergo, eo modo, quo
natura potest, spiritus vivificam percipere
virtutem. Hæc omnia Gregorius Ny-
ssen. Apud quem obserua illa, vt cum in-
tra nos fuerit hoc salutare medicamentū,
veneni damnum, quod corpori fuerat indi-
tum per contrariam repellat affectionē, ac
si dixerit, vt sensus, & cogitatio cordis,
que prona, & intenta erant ad malū om-
ni tempore, acceptā iam intra viscera car-
ne Christi Domini præcipitem illū exi-
tialem cursum cohibeant, quin ea quæ
fragilitatis humana sunt cogitare, cō-
pellamur, nec incētiis naturalibus cō-
pūcti nostri corporis formationi iniuriā
inferamus, cōtraria scilicet effectione
veneni repulsa. Cui Nysseni sensu op-
portune subscribit Pasch. lib. de corp. &
sang. Dom. c. 19. castigās eos qui Eucha-
ristiæ bonū ad solū animæ nutritiū
referebant; hunc in modū. Totus homo,
qui ex duabus cōstat substatijs redimitur,
& idèo carne simul Christi, & sanguine sagi-
natur. Deniq; nō sicut quidā volūt, anima
sola hoc mysterio pascitur, quia nō solaredi-
mitur morte Christi, & saluatūr, verū etiā
& caro nostraper hoc ad immortalitatē &

Pasch.

incorruptionē reparatur. Carni quidem caro spiritualiter convisceratā formatur, ut & Christi substātia in nostrā carne inueniatur: sicut & ipsum, nostrām insuam constat assumptissimā Deitatem. Ita Pachasius.

V.

Ita plane veteri homini, sub cuius persona aiebat Paulus. Scio enim, quia non habitat in me hoc est in carne mēa bonum: itidemque: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi meutis mēa, & captiuantem me in lege peccati, quae est in mēbris meis: iam animosè, & fidenter contrarijs vobis obviam imus dicentes: Scio quia habitat in me, hoc est in carne mea bonum, monebat quippe Iaia cap. 55. ver. 2. fideles ad Eucharistiam invitans, & vrgens (ut inibi interpretatur Hieronymus:) Venite emite absque argēto, & absque illa commutatione vinum, & lac (siue ut reponūt LXX. vīnū, & adipē, explicante Hier. Qui adipes non aliud, quā mysticam carnem forant, ad quā Dominus discipulos hortatur dicens. Nisi comederitis carnē meam, & bibetis sanguinē meū non habebitis vitam in nobis) Quod plus explicans Vates subdit. Audite audiētes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra: obserua: Comedite bonum, ne videlicet, qui corpus, & sanguinem Christi accipis deinceps dixeris. Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mēa bonum, cum iā carne Christi intra viscera tua ingestā, comederas bonum, ac proinde maneat in te, id est habitet in carne tuā bonum: Vnde nec lex illa ferox, quā scuire in membris nostris, & repugnare legi mētis nostrā dicitur, in te locum habet, sapienter occurrente S. Cyrillo Alexan. lib. 4. in Ioann. cap. 17. vbi cū dixisset. Quare pias, quāso, cogitationes suspicias, studiosè suscipias, sancteque vias, & benedictione participes, quā mihi crede, non mentem solum, verum etiam morbos omnes depellit: subiicit. Sedat enim, cum in nobis manet Christus & viventem membrum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis considerat, sed argotus curat, colligos redintegrat, & sicut pastor bonus, qui animam suam pro omnibus suis posuit, ab omni nos erigit casu. Hæc S. Cyrillus: Vides sedatamā Christi cor-

Isai. 55.
vers. 2.

LXX.

Cyril.
Alex.

pore & viventem membrorum nostrorum legem? & perturbationes illas carnis indesinenter animo bellum mouentes extintas? Nec mentem solum sanatam, sed etiam morbos omnes de-pulso?

A

Hac quidem mente Innocentius Pont. III. lib. 4. de Mysterio Missæ cap. 44. non dubitavit plus aliquid Eucharistiæ, quam cruci tribuere, quasi hæc nos à peccatis liberet; illa vero, inquit, eripit nos à voluntate peccandi. Sed potest ne, inquit, peccatum sine voluntate esse? ut dicamus, crucem nos à peccatis, Eucharistiam à voluntate peccandi liberare? Respondemus, alio quidem sensu ab Innocentio voluntatem peccandi accipi; nimirū de cruce inquiēs: Redemptionem Christi tatis superquæ esse ad exhaustiā multorum peccata, ad Hebr. 9. vers. 28. illud Eucharistiæ signatè attribuit, quod nos à peccatis liberatos, in superā voluntate peccādi, hoc est à voluntate ad peccandum proclivi, & in carnis delectationes pronā eripiāt, curetque ac fanet pravæ concupiscentiæ vlcus, à quo non habitat in carne mēa bonum. Quem sensum opportunè explicant, atque diffundunt Bernardus & Petrus Bletensis, ille siquidem serm. in cœna Domini, de Baptismo, & Sacramento Altaris, præfatum argumentum diligentissimè pertractans hæc primū præmittit. Sed forte quererat aliquis, & dicat. Si deletum est in baptismo, quid co-traximus à parentibus, cur adhuc manet cupiditatis fomes, & velut incitivum quoddam peccati? Neque enim dubium, quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidem in peccatrice voluptate generamur, propter ea licet in viti illicitos quosdam motus concupiscentiarum, & tanquam bestiales sentimus: Deinde vero post nonnulla lic instituto opportunus inquit: Sed quis poterit, tam efferos motus frangere? quis pruri-tum ulceris huius ferre queat: Confidite, quia & in hoc gratia subvenit, & ut securis sit, Sacramenti Dominicæ corporis, & sanguinis pretiosi in vestitūram habetis. Dico enim illud Sacramentum operatur in vobis, ut videlicet, & sensum minuat in minimis, & in granioribus peccatis tollat omnino consensum. Sic Bernardus, tatis ad mentem Augustini lib. de continen-

VI.

Bernard.

D

traximus à parentibus, cur adhuc manet cupiditatis fomes, & velut incitivum quoddam peccati? Neque enim dubium, quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidem in peccatrice voluptate generamur, propter ea licet in viti illicitos quosdam motus concupiscentiarum, & tanquam bestiales sentimus: Deinde vero post nonnulla lic instituto opportunus inquit: Sed quis poterit, tam efferos motus frangere? quis pruri-tum ulceris huius ferre queat: Confidite, quia & in hoc gratia subvenit, & ut securis sit, Sacramenti Dominicæ corporis, & sanguinis pretiosi in vestitūram habetis. Dico enim illud Sacramentum operatur in vobis, ut videlicet, & sensum minuat in minimis, & in granioribus peccatis tollat omnino consensum. Sic Bernardus, tatis ad mentem Augustini lib. de continen-

August.

tit.

tiā, cap. 7. tom. 4. qui inter multa, quæ de lucta concupiscentiæ, siue carnis, & spiritus disputat, hæc inquit. *I*anguore autem istum culpa meruit, natura non habuit, quam sanè culpam per lauacrum regenerationis Dei gratia fidelibus iam remisit, sed sub eiusdem medici manibus adhuc natura cum suo lāguore configit, in tali autē pugnā sanitas erit tota victoria, cum iustus dicet. Benedic anima mea Domino, qui sanat omnes lāguores tuos. Hæc Aug. Quæ licet ipse ad futurę vitę sanitatem referre videatur: benè etiā acceperis de cœlesti Medico sub cuius manibus adhuc natura cū suo lāguore configit, illā in Eucharistiā curante, imò & sanātate: Vnde pergit citato loco Bernardus sensu suum experimento firmans hunc in modum. *S*i quis restrum sape modo, non tam acerbos sentit iracundiam motus, in vidice luxurie, aut exteriorum huiusmodi gratias agat corpori. & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quod pessimum ulcus accedit ad sanitatem. Hactenus ex Bernardo: Cui consentiens Petrus Bleensis serm. 18. inquit. Securus Pascha facies, quod necesse est, quantumvis perfecto. Licet enim sanatum sit ulcus criminis in Baptismo, & pœnitentia, tamen manet pruriens ulceris, quem mutat Eucharistia. Sic ille.

VII.
Osee 1.
vers. 5. se
quenti
LXX:

Zach. 9.
vers. 17.

Concinit his egregium Osee Prophetæ de Ecclesiâ Christianâ, & Eucharistiâ (Hieronymo interprete) Vaticinium cap. 14. vbi cum dixisset vers. 5. Sanabo contritiones eorum, siue ut LXX. legunt: Sanabo habitaciones eorum: eadem locutione cum illa Pauli, non habitat in carne mea bonum, quâratione, & modo contritiones, siue habitations sanaturus sit, explicans inquit ver. 6. Ero quasi ros Israel germinabit, sicut lily. Quod omnino declarans subiicit. Vivent tritico, & germinabunt, quasi vinea, vbi LXX. manifestè: Vivent, & inebriabuntur frumento, vbi primuni obserua consonantiam huius loci cum illo Zacharia 9. vers. 17. qui de Eucharistiâ manifestissimus est: Quid enim bonum eius est? & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines: nō peperinde et germinare virgines, & germinare lilia: sapienter vero in ger-

minatione liliorum obseruauit P. Franciscus Turrianus lib. 2. de Sacram. Eucharist. cap. 33. qui de Eucharistiâ hunc locum interpretatur: denotari virtutes cum vacatione à solicitudine huius saeculi, sicut lily, quod nullo labore arationis, nullaque solicitudine, neque studio agriculturae mira pulchritudine, & suavitate induitur. Deinde aduerte hanc liliorum germinationem omnino illis aduenire à frumento, quo inebriantur, & à rore ardorem, & astutam concupiscentiarum temperante, imò extingueat, itidēque sanante contritiones, siue habitationē in qua prius no habitabat bonū: vt qui à prima illâ Dei maledictione spinis, & tribulis, siue incentiis naturalibus condēnatā erant, iā ab spinis perturbationū, & à tribulis concupiscentiarum liberi, virtutibus, & probitati vitæ absque labore, & anxietate incubant: non secus ac lilia germinantes de quibus notanter Dei sapientia dixit apud Matth. 6. verl. 28. Considerate lilia agri, quomodo crescent. Non laborant, neque tentant. Hæc omnia elegantissime confirmat Cypriano ser. de cœna Domini, hunc in modum. Ros matutinus est de cœlestibus stillans, & quasi unctio spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & interdiē, & noctem retro, & ante se affectio intuens inter data, & cōdonata se diuidens gratias agit, tā uberis beneficij largitor, & sanatā, & sanctificatam agnoscens flentibus se abluit, & lachrymis se baptizat. Hæc ille omnia pulchrit. Notetur in illis is dicendi modus: Ros matutinus de cœlestibus stillans ad extinguenda incertitia concupiscentiæ, & faciendum medium fornacis, quasi ventum roris flante: Deinde illa sententia se sanatam, & sanctificatam agnoscens, ab infirmitatibus, & lāguoribus cum quibus sub manibus medici configebat: Tandem illud flentibus se abluit, & cōlachrymis vberim preletitiā manantibus, & animum ac carnem ingenti cum dulcedine irrigantibus, vt dixerit cum Psalista. Cor meū, & caro mea exultauerunt in Deum vivū, Psal. 83. verl. 3.

Hū scitè per allegoriā retulit S. Thomas opusculo 58. de Eucharistiâ cap. 10. maslam illan sicorum ad curationem Regis Ezechiæ ab Iсаia Propheta adhibita. Reg. 20. verl. 7. sic enim

Turrian.

Matth. 6

verl. 28

Cyprian.

S. Thom.

Ambros.

ibid: Dixitque I^saias. Afferte massam fiscorum, quam cum artulissent, & posuisset super ulcus eius, curatus est, quæ in nostrum institutum, sic inflectit Angelicus Doctor. Quarto Regum 20. I^saias ius sit afferri massam fiscorum, quam posuit super ulcus Regis, & curatum est ulcus. Ulcus Regis est concupiscentia carnis, massa fisci corpus Christi continens dulcedinem multorum bonorum ad medicinam malorum desideriorum. Hæc ille. En malum desideriorum carnalium ulcus à massa carnis Christi curatum, atque sanatum, ut iā caro, quæ fuerat antea peccati, se sanitatem, & sanctificatam agnosces, fletibus se abluat. Cui cogitationi intentus Ambrosius in Psalm. 37. sanitatem hanc persequitur, & celebrat: etenim cum dixilicet. Facta enim erat fraude, & veneno in fusa serpenti caro nostra, caro peccati. Postquam est obnoxia facta peccato facta erat caro mortis, quia erat morti debita. Huius carnis iam res, iam præiudicata similitudinem Christus in suā carne suscepit, quia et si naturalem substantiam carnis huius suscepit, non tamen contagia illa suscepit, qui de Spiritu Sancto natus ex Virgine est, &c. Carnis humanae à Christo nutritæ sanitatem, sic adorat. Deinde damnavit peccatum Christus in carne de carne ipsa peccati, quæ iudiciali quodam vigore, & auctoritate censoria odit vitia, quæ amare consueverat, & horret impudicitiam, quam voluptatem putabat: segregat se à lascivijs, abdicat à cupiditatibus, renunciat criminibus, atque flagitijs, propulsat avaritiam, quæ virilitatem quandam carnis effeminat. Hæc Ambros. Apud quem pende sanatum concupiscentiæ ulcus: & primum obserua: sapienter considerari ab Ambroso carnis virilitatem in sui formatione, quippe quæ velut cum spiritu copulata, & matrimonio iuncta, virilem quandam vigorē præferebat, donec lethale peccati vulnere accepto concupiscentiæ obnoxia, effeminata est: nunc vero sanato à Christi carne ulcere ad priorem virilitatem redit; quæ reæ iudex facta, odit vitia, quæ amare consueverat; & horret impudicitiam, quam voluptatem putabat. Hæc pluribus firmare est opera pretium: & ne longissimi simus in seq.adnotat. transmittere.

EIVSDEM ARGVMENTI.

CARNEM NOSTRAM QVAE
antea caro erat peccati à carne Christi,
in Eucharistiā adeò concors
cum spiritu, redditā, ut sp̄itu
rituale temperamentum
fortita videatur.

ADNOTATIO IV.

QUOD de Eucharistiæ virtute S. Mater Ecclesia sacerdotes affirmat, non tantum animæ, sed etiam corpori maxime prodest in Missarum orationibus, sic deprecari solita, ut Deo plena, atque perfecta corporis, & animæ devotione placeamus, & ut sacra oblatio nos corpore pariter, & mente purificeret: nec non, ut nos sibi faciat, & corpore, & mente ei esse devotos, & ut corpore placeamus, & mente, & ut sacra hostia corpora, mentesque sanctificeret, & ut corpore, & mente famuletur, itidēque ut cœlestè mysteriū sit nobis reparatio mentis, & corporis, eò quidem potissimum referendum arbitramur, ut ea carni Christi in Eucharistiā miravis, & efficacitas subsit, quæ non solum mediata (ut aiunt) sed etiam directe, & immediate circa corpus operetur, ut sapienter, & eruditus ex PP. affirmauit eximus Doctor P. Franciscus Suarez to. 3. in 3. part. disp. 64. lect. 1. Quod signate ostendunt ea verba: Sit nobis reparatio mentis, & corporis cœlestè mysteriū, quasi corpus quod à primæva cōstitutione, secundum Deum creatum in iustitia, & sanctitate, in misericordiam corruptionem decidit, in pristinū incorruptionis statū reparetur: quo cōsors cū anima caro ad pietatē trahit aratrum, ut inquit Chrysostom. hom. 3. de lob. to. 1. illa videlicet caro, quæ concupiscit aduersus spiritū, ad Galat. 5. vers. 17. illa videlicet caro de quā idem Apostolus, aiebat ad Roman. 7. vers. 17. scio: Quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonus, illa videlicet membra aliam legem habentia, quæ repugnat legi mentis, & captiuat in lege peccati ad Chrysostom.

Rom.

Rom. 7. vers. 23. illud videlicet corpus: quod inibi propterea corpus mortis appellatur, ut iam homo ab Eucharistia condelectetur legi Dei, non tantum secundum interiorem, sed etiam secundum exteriorem hominem corpore quidem, & mente de votus, qui corpore, & mente famuletur, & corpore, & mente placet Deo.

A II. In quam rem, carnis à peccato corruptæ conditionem operæ premium fuit contemplari ex Salomonis sensu Sapientiæ 9. vers. 15. affirmantis. Corpus quod corruptitur, agrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem: componentibus hæc verba Salomonis Augustino lib. 13. de Civitate Dei, cap. 16. & Bernardo sermon 2. de Septuagesima, & serm. 8. 1. in Cantica cum verbis Pauli ad Romanos de quibus indidem egimus. *Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Pro quorum collatione ad eum Sapientiæ locum obseruaui, aptiorem esse hanc nostri interpretis versionem corpus, quod corruptitur, quam Græca lectio, corpus corruptibile, cuim sit sermo de corpore: *In quo non habitat bonum, benè serm. 2. de Septuagesima, dicente Bernardo.* Sane non simpliciter corpus, sed corpus, quod corruptitur agrauat animam, ut immunem ab hoc gramine primi parentis animam noueris exitisse, donec corpus adhuc gereret incorruptum. Nec enim corpus corruptibilitate sua immediate, sed corruptione id est operationibus ipsum corruptentibus agrauat animam. Quid vero iam fuerit corpus quod non corruptitur agrauare animam, sensumque in superiora volantem deprimere? Sane licet corpus (ut inquit Bernardus serm. 8. 1. in Cant.) agrauet animam amore non mole: atenim, amor metus pôdus meū, vnde infelix anima velut ingenti pondere depreta quodammodo terræ adhærente, & oculos in terram declinare cogitur, ne libere possit attolli, atque in res cœlestes, & divinas surgere, & superas volitare per arces. Sic enim (Bernardus ait serm. 2. de Septuagesima) & ab insimis visco quodam captiuatenetur, & a summis indigna repellitur, ut neque ab his sine dolore possit avelli, nec ad illa, si ne magno genitu, vel raro queat admitti,

ita ibi, & præfato serm. 8. 1. in Canticis, opportunè distinet: *Et quidem peccato factum est, ut corpus quod corruptitur agrauet animam, sed amore non mole.* Nam quod surgere anima per se iam non potest, quæ per se cadere potuit: voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitiato, ac vitijs amore languens, & iacens amorem pariter iustitiae non admittit, & paulo post. *Est enim necessitas hæc quodammodo voluntaria.* Est fauorabilis vis quodam premendo blandiens, & blandiendo premens. Vnde querula illa vox gementis sub onere necessitatis huius. Domine vim potior, respôde pro me. Hæc & alia Bernardus ibi, & rursum priori loco. *Hinc nempe vim faciunt, qui querunt animam meam, ut clamare necesse sit, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.*

Isai. 58.

Sapien. I.
vers. 15.

Bernard.

B Corpus, quod corruptitur, agrauat animam, ut immunem ab hoc gramine primi parentis animam noueris exitisse, donec corpus adhuc gereret incorruptum. Nec enim corpus corruptibilitate sua immediate, sed corruptione id est operationibus ipsum corruptentibus agrauat animam. Quid vero iam fuerit corpus quod non corruptitur agrauare animam, sensumque in superiora volantem deprimere? Sane licet corpus (ut inquit Bernardus serm. 8. 1. in Cant.) agrauet animam amore non mole: atenim, amor metus pôdus meū, vnde infelix anima velut ingenti pondere depreta quodammodo terræ adhærente, & oculos in terram declinare cogitur, ne libere possit attolli, atque in res cœlestes, & divinas surgere, & superas volitare per arces. Sic enim (Bernardus ait serm. 2. de Septuagesima) & ab insimis visco quodam captiuatenetur, & a summis indigna repellitur, ut neque ab his sine dolore possit avelli, nec ad illa, si ne magno genitu, vel raro queat admitti,

C Verum enim vero nullus adeò opportunè cogitationem hanc de corpore animam, agrauante, & terra affigente, & velut visco quodam illiciente expresissime videtur, ac Gregorius Nazianzenus in carmine *ad Virgines*; carnem cum Aechneide, seu remorâ sic cōponens.

Ne vitæ ipsa tuæ immittas Aechneida carnem.

Quæ velut iniecta properantem compede puppim

Detinet, ac tantam cogit subsistere mollem.

Nec pigebit ut videris imaginis elegantiam, qua usus est Theologus, mirram remoræ vim, & efficacitatem oculos ponere ex Basilio, & Plinio, quorum prior lib. 7. in Hexameron de cœlo, sic inquit. *Si carinis adhaeserit, adeò facile subsistere, ut immobiles, non paruo tempore detineat, moretaque, quasi in ipso mare radices altius fixiusque egissent.* Hæc Basilius, quæ Plinius diffusius explicat, hunc in modum. *Quid violentius mari ventis ve, & turbinibus, & procellulis: quo maiore hominum ingenio in illa sui parte adiuta est (natura) quam velis, remisque? Addatur & his, & reciprocus estus incenarrabilis vis, versusque totum mare influmen.* Tame omnia hæc, pariterque eodem impellentia unus, ac parvus admodum piscesculus echeneis appellatus in se tenet. *Ruant venti licet, & sequant procellæ, imperat furori, viresque*

Basil.

Plin.

D Nec pigebit ut videris imaginis elegantiam, qua usus est Theologus, mirram remoræ vim, & efficacitatem oculos ponere ex Basilio, & Plinio, quorum prior lib. 7. in Hexameron de cœlo, sic inquit. *Si carinis adhaeserit, adeò facile subsistere, ut immobiles, non paruo tempore detineat, moretaque, quasi in ipso mare radices altius fixiusque egissent.* Hæc Basilius, quæ Plinius diffusius explicat, hunc in modum. *Quid violentius mari ventis ve, & turbinibus, & procellulis: quo maiore hominum ingenio in illa sui parte adiuta est (natura) quam velis, remisque? Addatur & his, & reciprocus estus incenarrabilis vis, versusque totum mare influmen.* Tame omnia hæc, pariterque eodem impellentia unus, ac parvus admodum piscesculus echeneis appellatus in se tenet. *Ruant venti licet, & sequant procellæ, imperat furori, viresque*

E Nec pigebit ut videris imaginis elegantiam, qua usus est Theologus, mirram remoræ vim, & efficacitatem oculos ponere ex Basilio, & Plinio, quorum prior lib. 7. in Hexameron de cœlo, sic inquit. *Si carinis adhaeserit, adeò facile subsistere, ut immobiles, non paruo tempore detineat, moretaque, quasi in ipso mare radices altius fixiusque egissent.* Hæc Basilius, quæ Plinius diffusius explicat, hunc in modum. *Quid violentius mari ventis ve, & turbinibus, & procellulis: quo maiore hominum ingenio in illa sui parte adiuta est (natura) quam velis, remisque? Addatur & his, & reciprocus estus incenarrabilis vis, versusque totum mare influmen.* Tame omnia hæc, pariterque eodem impellentia unus, ac parvus admodum piscesculus echeneis appellatus in se tenet. *Ruant venti licet, & sequant procellæ, imperat furori, viresque*

tantas compescit, & cogit stare navigia,
quod non vincula villa, non anchora pondere
irrevocabili tacto. Infronet impel-
clus, & domat mundi rabiem nullo suolu-
bore, &c. Hęu vanitas humana! cum ro-
strilla ore, ferroque ad iecis armata se-
mipedalis inhibere possit, ac tenere de vin-
cta pesciculus. Hęc Plinius. Ex quibus
vides, quam apte cum remorā com-
posuerit Nazianzenus corpus, quod
corrumptitur aggrauans animam, &
terrenā habitationem, quae deprimit
sensum multa (seu ut Græce habe-
tur magna) cogitantem. Quid enim cel-
fius, sublimius, divinus anima rationa-
li? Sursum illam vocante, tum cœlesti
origine & diuinā formatione: tum e-
tiā ineffabilibus felicitatis eternæ pro-
missionibus, diuinæque gratiæ auxilijs
opem, & manum ad ascensum porri-
gentibus, cū tamen omnia hęc pariter
que eodem impellentia corpus, quod
corrumptitur infeteneat infronet impe-
tus; ac tantam cogat subsistere molem,
imō deorsum trahat, & terræ affigat.

Psalm. 4. vers. 3. Chrysost.

Quade re sapienter differit Chrysostomus, in Psalm. 4. vbi ea Vatis verba, *Filij hominum usque quo graui corde? sic expendit. Quid est autem esse: graui corde? Graues corde sunt, qui sunt crasso corde, carnales, ofixi terræ, vitium perseque-
tes, improbitatem exercentes, libidine, ac voluptate corrupti, ac marciati, & statim opportunitissime. Quod tale est, non er-
raverit, qui cor luteum appellauerit, & ideo id graue vocavit, & id dixit, esse cau-
sam malorum, quod cum auriga locum te-
neat, non solum equum non cohibeat, sed etiam cum eo trahente deorsum præcipi-
tet: Et cum oporteat carnem alatam, & se in altum erigentem efficere, & in cælum susollere, id vero cum ægritudinem gra-
uissimo onere pessum datur. Hęc Chrysostomus, quibus nihil explicatus di-
cipotest, oblerua hęc: Cum oporteat carnem alatam efficere, vt videlicet ip-
sa alis animæ sursum cum ipsa levare-
tur: adeò non accipit alas, vt potius animæ pennas detrahatur, & cū eā deor-
sum trahente se præcipitet.*

Hęc omnia ob oculos habuisse di-
xeris Augustinum lib. *Meditationum*,
cap. 37. cum obnoxius à Deo postulabat
pennas aquilæ sibi dari, vt corpore & mo-
lis onere prelius, posset evolare usque

ad decorum domus Dei, & locum habi-
tationis gloriae eius: Occurrunt auten
desiderio, & postulationi huic Chryso-
stomus hom. 24. in epist. 1. ad Corinth.
qui Christum nobis in Eucharistiā pro-

Chrysost.

A ponens inquit. *Ad ipsum accedamus, &* ardenti charitate inde effecti aquilæ ad ip-
sum cælum eovlemus. Similiter & Cle-
mens Alex. lib. 1. Stomatū, vbi ait. Qui *Clemen.*
in verbis veritatis germanè, & sincere sunt Alex.

*educati accepto vite & eternæ viatico subli-
mes in cælum efferuntur, & quidem hu-
ius ratio in promptu est: nimur ut* corpus quod corrumptitur aggrauat ani-
mam; ita corpus Christi quod diuinum,
& omnium spiritualium donorum fons
est, tam animam, quam corpus sursum
eleuat. *Nam ubique que fuerit corpus,*
ibi congregabuntur, & aquila, Matthæi
24. vers. 28. *Sic in nostrum institutum*
*inflectente, hęc Christi verba Ambro-
sio lib. 1. de Sacrament. cap. 1. hunc in*
*modum. Considera, vbi capias Sacra-
menta cœlestia, si hic corpus est Christi; hic &*

*Matt. 24
vers. 28.
Ambros.*

*Angeli constitutisunt, vbi corpus, ibi
aquilæ legisti in Euangelio, ubi corpus
Christi, ibi aquilæ volare consueverunt,
vt terrena fugiant, cœlestia petat. Sic Am-
brosius. Ecce tibi, quod initio adno-
tationis proposuimus ex Ecclesiæ sen-
su, eam esse Eucharistiæ efficacitatem,
vt ab eā non tantum animo, sed etiam
corpus proficiat; dum Christi caro in-
firmam hominis conditionem, sic ro-
borat, vt à terrena conuersatione in*

*cœlestem transferat, & è belluis ho-
mines, è carnalibus spirituales, è ho-
minibus Angelos efficiat. Cui cogita-
tioni pulchre ad stipulatur B. Aigerus*
lib. 1. *decorpore, & sanguine Domini, cap.*
vltim. *Vbi cum præmisisset vivas no-
tas corporis aggrauantis animam, huc*
*in modum. Libido enim appetitu suo al-
licit, & incendii: actu suo fœdat, & ener-
uat, usu lubricat, & illaqueat, adeò ut pla-
cendo displicens, displicendo placens dif-
ficilem, aut nullam sui penitudinem ad-
mittat, & nisi validā manu mifericordiae*

Algerus.

*Dei subventum fuerit, miserabili fine suo
amatores suos, fine fine perdat: post mo-
dum illud signatissimum perfugium of-
tēdit, vt ad Christi corpus accedamus:
quo non solum è bellius in homines.
Sed etiam è hominibus in Angelicam*
quodammodo puritatem, & incorru-

ptibili-

ptibilitatem transformemur. Audi. Sed quid? (inquit) ē contra faciendum est, ne pereamus? Quia ad vitam non peruenitur, nisi per angustam viam, & difficilem, sed cooperante Deo non impossibilem; ingrediamur sensitam, ut quia humanae non proficiimus, Angelicam in terris vitam ducamus, quatenus castitatis munditiae corde, & corpore Christi munditiæ conformes, ne cœlesti alimoniâ indignè reficiamur, simus spe, & conuersatione cœlestes; quia panis Angelorum, non nisi Angelice vita stipendium est. Hæc Algerus, omnino adstruens Eucharistiam carnem nostram Christi carne conformē reddere: Ne cœlesti alimoniâ indignè reficiamur, quæ verba, vt & præcedentibus hæreant, & tota sententia opportune subsistat, perinde accipiēda sunt, ac si dicatur, nec cœlestis alimonia effectu, & efficacitate suā frustretur, quæ corpori corruptibili, quod agrauat animam, Aquilæ velocitatem ad superiora conanti, & Angelicam quādā tribuit incorruptibiliatē.

V.

Zachar . verbis Zachariæ cap. 9. vers. 16. Lapidès 9. v. 16. sancti elevabunt tūr̄ super terram eius, quæ senium communem habent cum illis

1. Petr. i. vers. 5. Petri epistol. 1. cap. 2. vers. 5. de Christianæ Ecclesie cultoribus: Et vos tanquam lapides viuijuper adificamini spirituālē adificij, utробique enim innuitur fideles super se ipsos, id est super terram molem elevandos, vt corporis sat einā depositā in spirituale, & cœlestē adificium aslurgant, sic Zachariæ verba efferente Glofsa: Ideſt sancti quamvis graues onere carnis, ita alleviabuntur, vt in alto possint ponī in adificio Christi.

Glossa. subiicit statim Vates huius tam novi, tamque mirabilis effectus causam, & rationem esse, quod Ecclesia suæ Deus foret datus, id quod optimum, & pulcherrimum in donis suis est, Augustif. sumum videlicet Eucharistiæ Sacramentum ad firmando fideliū corda, eaque spiritualia, & diuina reddenda ita enim immediate inquit. Quid enim bonum eius? Et quid pulchrū eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines: plusplus causalem exprimente lectione LXX. Quia si quid optimum illius, et si quid bonum eius, frumentum iuvenibus: & vinum boni odoris ad Virgi-

nes, vt dicatur. Minime videri debere mirum, homines terrenos, & corporis sarcinam ferentes in altum fore elevandos, cum iam pane cœlesti roborati nihil carnale, & terrenū sapere, sed conuerlationem in cœlis habere debeant: Quem sensum pie, & luculēter exprefsit B. Laurentius Iustinianus lib. de Obedientia, c. 19. vbi pēdens, non fuīle contentum Dominum semel immolari, nisi etiam cottidie corpore, & sanguine suo nos satiarer, vt qui à carnis pondere in imo deprimitur, à cœlesti cibo in summa, & excella sublevemur, sic inquit. Nec semel tantum mellisflua bonitas! sed cottidie te immolari, reque sumi complacuit tibi, quatenus sicut ex culpe debito, & cottidianis facinoribus sine cœfatione ad imadilabitur: ita Sacramento tuo refectus, tuā roboratus virtute, gratiaque tua dulcedine recreatus, corde & affectione elevetur ad summā: Ita ibi, S. Laurentius.

S. Laur.
Iust.

VI.

Sed vt his adiungam præfata verba Salomonis: Corpus quod corruptitur agrauat animam. Vide quid anima Deo devota Eucharistiæ efficacitatem experta dixerit, Canticor. 1. vers. 13. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi: ex myrrha proprietate incorruptionem, quam corpori ad corruptionem tendenti tribuit Christi caro opportunitè exprimens: nimirum præter alia nemini hon obvia, quæ de myrrha scribunt Auctores: sic de ipsa inquit Philippus Abbas lib. 5. in Cantica. Myrrha molles, & fluxas carnes dicitur confirmare, & ne lege naturali putredini subiaceant conservare: Ita Philippus, & quidem rem velut acū tangens, vt dixerit, Eucharistiæ pugnare cū lege illa peccati, quæ ex corruptione naturæ habitat in membris nostris, eamque feliciter vincere, vt carnem alias niollem, & fluxā contineat, & in bono confirmet. Hunc omnino sensum Canticorū verbis redidente S. Thoma opusc. 58. de Sacram. Altaris, cap. 6. hunc in modū. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi sicut enim myrrha incorrupta seruat corpora, sic corpus Domini pie sumptum corda. Hæc S. Thomas. Quæ diffusa videris in Ambros. in Psal. 118. ser. 3. vbi tā de Domini Incarnatione, quā de Eucharistiæ verba faciens, sic inquit: Corpus enim sus-

Cant. 1.
vers. 13.

Philipp.
Abb.

D

E

S. Thom.

Ambros.

lectio
LXX.

V 3

cipiens

cepient Dominus IESVS, charitatis se vinculis alligavit, & tanquam fasciculum se nobis dedit, quem inter ubera nostra contineamus, cuius latet enur aspectu, fruamur amplexu, roboremur contactu. Sic Ambrosius. Vbi simul obserua; in eundem sensum recidere explicationem, quam his verbis alij PP. adhibent de Passione, quam nostri causa Dominus subiicit: cum eius vis in Eucharistia signata eluceat, atque operetur: ut hic maxime locum habeat, quod ad haec verba inquit Origenes in cap. 6. ad Romanos: *Est tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retinetur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia, sed continuè ad eius presentiam totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.* Nam si ad crucis præsentiam, carnis fugatur exercitus, quid de eodem Domino cruci suffixo, & inter ubera, hoc est in medio corde commorante, atq; interiora animæ penetrante dixeris? Dixit enim Cyprianus serm. de Passione Domini, ea esse hominum pravitatem, ut vix excō sideratione Passionum Christi à peccatis avellantur: *Passiones Christi* (inquit) *qua vix sceleratos animos à voluptatum face avellunt: quippe nuda, & exterior consideratio aliter quidem animum afficit; ac interior commoratio, qua non secus ac medicina desumpta interiora pervadit, & in illis virtutem, & efficacitatem suam exercet.*

VII. Hinc illud ad regiam Diuinæ Eu-
charistie laudem, imò & victoriā, ac triumphū obseruabis: A Christo Do-
mino; dæmonem, ac mundum ipso-
rummet armis devictos, atque prostra-
tos fuisse, non fecusac dicitur de strenuo quo piam victore; militem in ca-
stris suis iugulasse. Nimirum nihil eque
virtuti, ac cœlorum regno æque obsi-
stit, ac caro & sanguis, que in schola vir-
tutis perpetuomale audit: vt p̄ter alia
loca, que obvia sunt ostendunt illa ver-
ba Ioan. 1. vers. 13. *Qui non ex sanguini-
bus, neque ex voluntate carnis,* ad quæ
Maldonatus bene monet. Solet enim Jan-
guis, præfertim adiuncto nomine carnis,
corruptionem, resque carnales, & carna-
les homines significare ut: Caro & san-
guis non reuelavit tibi, Matth. 16. vers.
17. & Caro & sanguis regnum Dei pos-

sidere non possumunt, 1. Corinth. 15. vers.
30. & continuo non acquievi carai, &
sanguini, ad Galatas 1. vers. 16 & noi-
est nobis colluctatio adversus carnem,
& sanguinem, ad Ephes. 6. vers. 12. Hec

1. Cor. 15
vers. 30.
Galat. 1.
vers. 16.
Ephes. 6.
vers. 12.
Chrysost.
Theoph.
Ambros.
Hieron.
Cassian.
Tertull.

A Maldonatus. Et quidem ea verba ad Corinthios: *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt,* vt frigidissime in aliud institutum inflectuntur à nonnullis; ita verisimile sub præfato sententiā accipiuntur à Chrysost. Theophyl. Ambro-
sio, Hieronym. Cassiano, & Tertull. apud Iustinianum. Et Tertullianus qui-

B dem lib. 5. contr. Marcian. cap. 10. haec verba cum præcedentibus: *Sicut porta-
vimus imaginem terreni, portemus, &
imaginem cœlestis,* sic connectit. Volens nos sicut ipse incessit, ita incedere, & à terreni, id est veteris hominis imagine abscerere, quæ est carnalis operatio. Denique quid subiungitur? Hoc enim dico, fra-
tres, quia caro, & sanguis Regnum Dei non possidebunt. *Opera scilicet carnis,
& sanguinis.* Haec Tertullianus. Vnde

C quidem cum fortissimum telum sit, quod ab hoste extorquetur, non antea carni, & sanguini acre, & opportunum bellum intulit Dominus carne, & san-
guine suo: *Caro mea (inquiens) vere est
cibus, & sanguis meus vere est potus.* Ioan.
6. vers. 56. itidemq; vers. 54. *Nisi mādu-
caveritis carnem filii hominis, & biberi-
tis eius sanguinem, non habebitis vitam in
vobis,* vt & eadem iisdem, & contraria
contrarijs curaret. Quām cogitationē

Ioann. 6.
vers. 54.
& 56.

D bellissime expressit Cyprianus citato toties serm. de cœna Domini, vbi cum præmisisset: *Ipse enim & panis, & caro,
& sanguis, idem cibus, & substantia, & vi-
ta factus est Ecclesia sua,* subdit ad rem. *Et nos quidem cum caro essemus, & san-
guis, corrupta, & infirma corporis anime
que natura, reformari non poteramus, ne-*

Cyprian.

E que ad similitudinem Dei reverti, nisi morbo in veterato imponeretur malagma con-
venies, & in curatione desperata infirmita-
tis contraria removeretur contrarijs, & si-
milia similibus convenirent. Hec Cyprian. Apud quæ vides carnem, & sanguinem ho-
minis, ad simili simul, & contraria car-
ne, & sanguine Domini curatam, & non
animæ solum, sed etiā corporis naturam
sanam, & pristinę incolumentati restitu-
tam. Quò aduoco etiā Paulinum, &
Ambrosium à nobis alibi adductos: dñi

Paulinus
Ambros.

Orig.

Cyprian.

VII.

Ioann. 1.
vers. 13.

Maldon.

Matt. 16.
vers. 17.

ille

ille epist. 5. cum de Eucharistia dixisset; *Corpus est enim veri pānis, qui de cœlo descendit, & dat escam viuiscentem esurientibus iustitiam, subiicit.* Non enim carnem facit, sed cor hominis confirmat, ut dixerit, non nutrit carnem, sine honore exteriorem, & carnalem, sed interiorē & spiritualem; qui carni aduersatur. Ambrotius vero in Psalm. 21. Adamū gula arguens, & damnū ab eo in carnem nostrā illatum explicans, inquit: *Per lignum cepimus esurire, quia suum caro accepit alimentum: caro scilicet vestimentū op̄posita, & quæ illi aduersatur.* Quorum PP. sensu addideris elegantissima verba Gregorij Nysseni hom. 3. in Ecclesiastem, vbi cum dixisset. Propterea senobis edendum proponit is, qui semper est ut cum illū acceperimus, efficiamur, quod ipse est, ait enim: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus,* subiicit: *Quare qui hāc carnē (Domini) amat, nō est carnis (sue) amicus, & qui hunc sanguinē à sanguine sublēnsū cadēte purus est.* Siquidē caro Verbi, & sanguis, qui in hac carne inest, non unā aliquam gratiā habet, quin potius dulcis efficiturgstantibus appetēdus capientibus, & diligētibus amabilis. Sancte quod ab eius gusto nō sit homo sue carnis amicus, sed illi potius aduersetur.

VIII:
Iustiani:

Vt vero præfata cogitatio unde quaque sublēstā, & sanguinem sanguini: carnem carni aduersariem

Signa pares Aquilas, & pilaminantia pilis.

è regione pugnantes videris: obserua cum Iustiniano in verbis Pauli: *Caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt,* in hāc carnis, & sanguinis locutione quā totus homo significatur: carnem quidem ad corpus, sanguinem vero ad animam significandam referri. Scriptura quippe lēpedicere consuevit animā esse in sanguine, quod in sanguine plurimum insit spiritus vitalis: vnde Augustinus quæst. 17. in Leviticum obseruat, sanguinem pro animāponi, vt hinc moneamus, quod maxime obseruandum est contra Vicleffum, & Ioannē Hus, & eorum sectatores hæreticos. Non si mente Christi Domini, ijs in ver-

ciem cibi, & potus esse populo necessaria, sed potius significare voluisse miram, & divinam Eucharistiae efficaciam, & sanguinem Christi totus homo corpore, & anima sanctificatur: eaque signatè de causâ sanguinis sui mentionem fecisse, vt eū opponeret sanguini carnali, in quo velut peccati anima ferueret, regnante corporis sc̄ientia carnis: sub quo sensu Chrysologus serm. 41. premens præfata Pauli verba ad Roman. 7. ver. 18. *Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, eleganter inquit.* *Si non bonum, utique malum, quod malum?* Fragilitas certe, quæ dum serpit in carne in venis etiā intrat ossa, conditur in medullis, feruit in sanguine in virtiorum phrenesia, sic erumpit. Hæc ille, & alia: obserua illa, in venis etiā, feruet in sanguine, vt videas quod eat sanguis Christi, & quid sit in Eucharistiā carnem, & sanguinem Domini bibere: opportunè id cōmonente Clemente Alexandrino lib. 2. Pædagogi, cap. 2. his verbis. *Et hoc est bibere IESVS sanguinem, esse particeps incorruptionis Domini: vbi autem virtus est spiritus, quemadmodum sanguis carnis: commoderata, itaque proportione, & convenientia vinum quidem aquæ, homini virtus spiritus admiscetur.* Hæc Clemens. Componit ille, bibere IESVS sanguinem esse particeps incorruptionis Domini, cum verbis Sapientiae. Corpus quod corrumpitur, vt appareat contraria contrarijs, & similia similebus in medicinam coinquiat carnis a Christo adhibita, & vt vinū aquæ in Sacramento, ita homini, in quo anteā non habitabat bonum, spiritum admixtum, & imbibitum fuisset: Vnde in diadem Clemens, in hoc cardine, & Eucharistiā sensum, & non ienitertificat affirmat. Amborum autem temperatura potus scilicet. Verbi dicitur Eucharistia, quæ & laudatur, & bona est gratia. cuius qui per fidem sunt particeps, sanctificetur, & corpore, & anima cum divinum tēperamentum, hominem scilicet: divina voluntas spiritu, & Verbo divino contemplauerit. Hæc ille, quæ vt digna obseruat, ita penitulatius expendere non vacat: vt opportuna hæc Cypriani verba appingamus. *Quam præclarus est calix iste! quam religiosa est huius potus ebrietas! per quam excedimus Deo, & quæ re-*

Roman. 7.
vers. 18.

Chrysol.

Clem. A
lex:

D

E

Augustini:

Ioann. 6. vers. 54. *Nisi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in nobis, Ioann. 6. vers. 54. priat scribere, vtrāque Sacramenti spe*

Cyprian :

tro sunt oblii ad anteriora extendimur, & paulo post. Hac ebrietas non accedit, sed extinguit peccatum, in hoc vino non est luxuria, nec moveatur ad ludum posthunc potum lascivia, cum sapientis obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt quae sentit, magna quae videt, inaudita, quae loquitur. Hec ille.

IX.
Exod. 12. seù sapor Agni illius mystici, cuius sanguine postes domus illiniri, præscriptū. A

Hebræis à Domino fuit, Exod. 12. vers. 7. dicente Oraculo. Et sument desanguine eius, ac ponent super utramque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum, ut videlicet veri Agni sanguine illiniti, tam interius, quam exterius, qui ad sacram Euchariam accedunt, mundarentur, anima & corpore sanctificati. Nec enim ab Eucharistia exterior illinitio nobis aduenit, sed ea vinctio, quæ animum, mentem, & omnes interiores recessus intimè penetrare valeat. Audi Theodoretum quæst.

Theodor. 24. in Exodum præfata verba, sic eluci-

dātē. Hac autem vniuersa mysteriorū nosrorum sunt enigmata: nam eo nos vngimus Agni nostri sanguine non solum limē, sed utrumque postem, purgantes, & sanctificantes exterius linguam, & labra: interius autem, & secundum intellectum prolimine rationalem partem, & pro utroque postea facultatem irascendi, & concupiscenti. Hæc ille. Nec minus opportune Cyprianus præfat loco inquiens. Nobis itaque, pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, & quos reconciliavit Deo, omnes excedens victimas hoc sacrificium singulare ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tantum exterius hoc sanguinem in tremur, sed & interius aspersione omnipotenti anima muniremur,

& penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quidquid est intus ibi durū effugaret, & renovaret, sanaretque quidquid morbi carni, vel spiritui veteris vita adlinierat corruptela, sic ille: obserua illa, aspersione omnipotenti anima muniremur. Nimirū tantæ molis est carnē sanitati restituere, & veteris vita corruptelam sanare: Et quidem dum subdit Cyprianus, penetrans omnia tanti medicanti virtus: omnino innuit ingens discrimen inter figuram, & veritatem, siue inter sanguinem Agni, & sanguinem Christi; ille quippe

exterius illiniebat; hīc dum bibitur interiora omnia pervadit, quin nihil illi pervium non sit; ac proinde tum quid quid intus ibidurō, hoc est spiritui, & rationi aduersum effugat, & Deo obsecundā reddit, tum etiam carnem, que ante spinas, & tribulos germinabat;

virtutum germina parturire faciat: Pergit vero indidem Cyprianus. Vident hæc Sacraenta pauperes spiritu, & hoc vno contenti ferculo omnes mundi hutus delicias aspernantur, & possidentes Christum, aliquam huiusmodi possidere suppellecilem dēdignantur. Esurientes, & sitiens iustitiam, cum saturati fuerint, vide quid agant intellige, quæloquantur, quam sancti odoris sit quidquid illa eructa vnde plenitudo, verbum bonum, mores compositos, effectus pudicos, sensus pacificos illa interior sinceritas ubiq; diffundit, ita ut post odoramenta ista, gratia huius cōparticipes discurrant, &c. Vnde quidē ab hac rā ingēti mutatione, que siue in animo, sive in corpore ab Eucharistiæ perceptione apparere; præter Fidei argumentū, quod ineluctabile est, veritatem corporis, & sanguinis Christi in Sacramento aposteriori adstruebat S. Laurentius Iustinianus Sterni de Eucharistiā, hunc in modum. Porro dum Eucharistiam accipis, accidentia vides, panis, ac vini saporem sentis, unde, oro, si panis, & vini substantia est;

& non corpus Christi, ex hac cibi modicitate, & potus tantam anima, & corpore provenit fortitudo, interioris hominis innovatio, charitatis diuinæ feruor, spirituālis suavitatis iucunda libatio, intimæ pacis affluentia, eternorum amor, desiderii proficiendi, virtutum concupiscentia, & gratarum actionis ignita exhibito. Hæc S. Laurentius Iustinianus pulchre ab effetu causam demonstrans.

Fuerint vero hoc in loco duo maximè obseruanda: Alteram ex Augustino serm. 47. de tempore, serio monente, non legniter, & oscitantur, sed multo eum labore, & sudore ad hunc cœlestē panem nobis fore accedendum, si co roborari, & carnis aculeos volumus obtundere: Etenim dum ipse elucidat ea Dei verba Adamum in peccatum pro lapsum: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genet. 3. vers. 19. quibus bonus dominus seueritatem præcedentis sentit. Maledicta terra in opere tuo, spinas,

S. Laur.
Iustinian.

III
autem

X.

Genes. 3.
vers. 19.
August.

Tribulos germinabit tibi mitigare, & lenire voluit, hæc habet. Hæc est lex mēbris omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ, eamque ad diutino arcet intuitu. Quæ maledicta terra in operibus nostris post agnitionem boni, ac mali cogitationum spinas caepit, ac tribulos germinare, quarum aculeis carnis obtusa semi na p̄focantur, ne illum panem nostrum, qui confortat cor hominis edere absque ruitus nostri sudore possimus: ita August. vt velit; panem hunc, vt nobis in uniten to aduersus carnis aculeos fuerit, absque sudore accipi, atque māducari non posse, si vero cum labore, & sudore sumatur aduersus peccatum, indesinenter repugnantes: tūc quidem carnis aculeos tandem fore obtundendos, dum in ea terram innocentem, & innoxiam, de qua primitus sumpti sumus reuertimur, vt lib. 1. disertat. 5. adnot. itidem 5. de imagine diuina homini per Eucharistiam restituta egimus. Alterum, non semel, aut iterum, sed sapientius ad diuinam nos mensam accedere debere: *Vt cum frequentatione mysterij (vt docet Mater Ecclesia) crescat nostra salutis efflus: in quam sententiam sic opportune loquitur Nicol. Cabalis lib. 4. de via in Christo, apud Biblioth. Veter. PP. to. 14. Quā ob causam carnehāc (Christi) semper egemus, & crebro his dapibus nos reficiamus, ut lex spiritus in nobis operetur & vita carnis locus nullus relinquatur, neque occasionem inueniat in terram degredi, sicut graui corpora adminiculis, & sustentaculis destituta. Est enim Sacramentum perfectum secundum omnia, neque requirunt aliquid, quieo impertitur, quod non eximiè suppeditet.* Hæc ille.

Nicolaus
Cabal.

EIVSDEM ARGVMENTI.

EVCHARISTIA DIGNE ACCEPta noxios passionum, & affectio-num humores exsiccat.

ADNOTATIO. V.

PVLCHRĒ quidem Chrysostomitus hom. 12. in epist. ad Ephesios Gentiles irridebat, quod Vulcanum, hoc est ignem, tanquam Deum colerent, quem

tamen sibi ipsi nimirum appropinquare nolent; cum nos ē contra nihil tam in votis habeamus, quam Deum nostrum intra intimā cordis nostri penetralia recondere, & hoc nobis maximo honori sit, quod non sit alia natio, tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes, sibi sicut adest nobis Deus noster, Deuter. 4 v. 7. sic enim Chrys. Si Deus est ignis pascatur ex corde tuo, non ex suffecto illo oleo, lebetisque liquore. Introduc eū in promptuaria thesaurovum suorum sericalia vestimenta sua. Tu vero illum nō solum non introducis, sed si forte cuiusvis temeritate subingressus fuerit, vndeque expellis, omnia claudis, & nō secus, ac si bestia quæpiam demoliendi gratia ingressa eset, luges, ac gemis, atque illam calamitatem vocas excellentem, nempe quod illo Deus tuus ille accessit. Ego vero Deum habeo talem, ut nihil omittam, quin pectore meo illum includam. Hactenus Chrysostomus aduersus Gentiles: Qui quidem si innostris scripturis fuissent exercitati, ei forsitan obiecissent, quo deterior vestro Deus noster est? cum de Deo vetro vos ipsi dicatis: Deus noster ignis consumens est. Deut. 4. vers. 24. ad Hebreos 12. vers. 29. Pulchra sane obiectio, vt ex ipsa Deus verus à dijs falsis; & Augustissimæ Eucharistiæ bonum à noxijs mundibonis, & ignis sapiens, & salutaris Divinitatis ab igne exitiali sæculi discriminetur: nempe quemadmodum opportune in eo fabuloso Numine Vulcano falso deorum inanitatē, & exitiali naturam Chrysostomus adumbavit, quod vt ille, & si Iovis, & Iunonis filius, adeo tanien deformis natus est, vt ob deformitatem cœloteiectus, & ex ea ruina clauditus factus, faber deorum constitutus sit, qui Iovi fulmina fabricaret, ita Deus huius sæculi, eiusque bona, turpia deformia, nec solum clauda quæ opem suis non ferant, sed ardenta, quæ animos inflammat, & fulmina, & tonitrua pariant: ita Deus noster ignis benignus, & salutaris sit, qui fovet, & fateat, calorēque & vitalē vim suis impertiat, quique noxia cuncta submoueat, & omnia profutura cōcedat, signate vero ignis consumēs sit in Eucharistiæ, pravos vitiorū, & carnalium passionum humorum extinguens; atque exsiccans, vt opportunè dicebat

Deuter 4
vers. 7.
Chrysost.

Deuter. 4
vers. 24.
Hebr. 12
vers. 29.

alibi

Bernard. alibi à nobis adductus Bernardus serm. 1. de Spiritu Sancto, dicebat, vbi cū premississet. Quid à te querit, qui tantā sollicitudine te quærit? Nisi sollicitum ambulare cum Deo tuō subiicit. Hanc sollicitudinem non facit, nisi Spiritus Sanctus, qui nec minimam paleam intra cordis, quod possidet habitaculum, patitur residere, sed statim igne subtilissimae circumflexionis exurit, spiritus dulcis & suavis. Hæc Bernardus. En Deum nostrum, qui ignis consumens est, vt non solum ardentes animi passiones, motusque extinguat, sed etiam, vel minimam paleam intra cordis habitaculum, quod possidet patientur residere.

II. Id quod ut generaliter verissimum sit; peculiarem quidem locum habet in Eucharistia, ut merito dixerit de cā Chrysostomus. Ego vero Deum habeo ramum, vt nihil omittam quin pectori meo illum includam: quippe qui pectori inclusus illuc mundabit, & prauis exsiccabit humoribus; & è fluido, solidum igne Sancti Spiritus reddet: scite id confirmando S. Eligio homil. 14. huc referente typicum Agnum, qui non nisi assatus igne manducari debebat, hunc in modū:

Istius Agni carnes asperas comedimus, si nihil in nobis fluidum relinquinus, sed totū virtutibus solidatum, & igne Sancti Spiritus decoctum approbamus, velut Psalmista. Exaruit (inquit) velut testa virtus mea. Quid namque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed de igne agitur, vt solidetur virtus ergo humanitatis Christi velut testa exaruit, quia igne Passio ad virtutem incorruptionis crevit. Sic Eligius, obserua imaginis venustatem huic proposito opportunissimum illis in verbis. Quid namque est testa ante ignem? nisi molle lutum. Quid namque absque Deo igne consumente, carnalis homo fuerit? quam molle lutum? fluxus, fluidus instabilis, pronus, promptus, & præcepis in malum: sic eum describente in serm.

Bernard. de miseria humana, Bernardus. Mirum est de te homo miser, quod ad malas totus avidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, & totus sollicitus: ad bona austemes totus durus, totus piger, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus, & rebellis: Ab Eucharistia vero illud ipsum molle à vitijs lutum, virtutibus solidatum, & igne Sancti Spiritus decoctum,

& ad incorruptionem quandam redactū videmus, extincto quidem in ipso fluido illo, & noxio humore ad noxias voluptates, & praua carnis desideria adeo proclivi: vnde opportunè Cyprianus ci

Cyprian.

A tato toties sermone de cœna Domini, eius efficacitatem signatè refert, vt omnem, excludat carnalium sensuum cruditatem, & induret, solidetque omnes

mentis affectus, hinc subinde concludens. Hæc ebrietas non accedit, sed extinguit peccatum: in hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potū lasciviam: cum sponit obliuio cuncta carnis ludi

S. Leo Pōtifex.

B 12. de Quadragesima: vbi cum de Eucharistia loquens dixisset. Habet ergo populus Dei spiritales epulas, castaque delicias, quas salubriter expedit, & laudabiter concupiscit laudante, & dicente Propheta: Gustate, & videte, quam suavis est Dominus, subiicit post modum. In illo igne, quem Dei accedit charitas concleset, vt algore infernorum conuerso, &

C in lucem nocte mutata rno opere in animis fidelium Spiritus Sanctus, & tenebras abigat, & peccata consumat. Hæc S. Leo. Vides ignem salutariter consumentem, & advitam incendentem?

Quo omnino facit pulcher Proverbiorum locus in hunc sensum à Sancto Thoma inflexus: est hic cap. 17. vers. 1.

III. Prover. 17. vers. 1.

Melior est bucella secca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio, que verba de Eucharistia longissimo intervallo, vel à materia ipsa excellente sacrificijs veteris legis, sic accipit Angelicus Doctor opusculo 58. de Sacramen. Altaris cap. 4. vbi cum præmisisset. Sub nulla alia qualitate cibis posset tam mundus, tam pulchritudine, tam honeste ministrari, sicut subspecie panis, & vini. Non enim sequuntur hoc inconuenientia multa, quæ sequentur illa cruenta legis sacrificia, ex his verbis, sic firmat. Prover. 17. Melior est bucella secca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Bucella secca est sacrificium nostrum sub mundâ specie panis, & honeste. Hæc S. Thomas, quem P. Lazarus in eum locum Proverb. sic effert, quasi diceret. Melior est bucella secca Eucharistie, quam fideles Ecclesia militamus, quam innumerabiles animalium cruentare vicim, quibus templum vetus redundabat. Itaille: Sed illud fuerit opportu-

S. Thom.

E nius

P. Salazar.

nus, quod ipse P. Salazar inibi subiicit: obtemans alios hunc locum, sic legere Melior est buccella exsiccans: quam lectionem ipse, sic nostro instituto accōniodat.

Quæ quidem accommodatissimè in diuinissimum Eucharistię Sacramentum quadrat: habet enim vim exsiccandi carnalium appetitionum humores. Pergit vero, & duni ex Galeno lib. 2. de tuenda sa-

Galenus.

Cant. 5.
vers. 2.

LXX.

Hugone
Cardinali.

P. Salazari

Richardus
a S. Vict.

nitate tradit, propter hanc exsiccandi facultatem mellitas placentas in primis salubres esse, huic reuocat ex PP. sensu verba Cantic. 5. vers. 2. Comedi famum cum melle meo. Bibi vinum cum late meo, quæ apud LXX. leguntur: comedipanem cum melle meo: scilicet (inquit Salazar) mellitum panem. Nec contentus hanc lectionem ad Eucharistiam retulisse, priorem vulgatæ lectionem itidem de Eucharistia duplicatæ exposi-

tione donat: Altera ex Hugone Cardinale hoc modo: Melior est buccella, id est sumptio Eucharistie sicca, id est sine potu lachrymarum, & sine pulmento devotionis, cum gaudio mundæ conscientiae, quæ domus plena victimis, id est conscientia plena operibus, quibus ipsamet virtus per mortificationem iugulatur cum iurgio; id est cum inimicitia Dei. Altera vero ut hac verba cum iurgo, idem sint, ac cū rebellione carnis: Quasi dicat (ait ille) alia quidem opera quantum vis appetitivæ, & libidines severitatibz gladio malecent, tamen carnis rebellionem prorsus de medio tollere non possunt. Sola Eucharistia secca buccella impacatos illius motus sedare, pacem, & tranquillitatem afferre vallet. Hæc omnia P. Salazar: acutè, & opportune dicta. Quæ Richardus a S. Vi-

catore lib. de Emmanuele cap. 4. dū versat verba Iſaiæ 7. vers. 14. Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, sic confirmat: Qualis eis, qui comedunt suum tam ad sapientiam, quam ad iustitiam comedendo promovit! ceteri homines abstinendo, ieunando, gemendo, suspirando, laborando solent ad ista proficere, ipse tamen plenitudine vtriusque meruit comedendo obtinere. Hæc Richardus. Ex quibus omnino habes efficacissimam Diuinissimi Sacramenti Eucharistie efficacitatem, quæ vim à se ipsa habet exsiccandi carnalium appetitionū humores; & impacatos carnis motus sedare: Sedat enim (ut sæpius ex Cy-

A rillo Alexan. vidimus) cum in nobis manet Christus servientem membrorum nostrorum legem, vt videlicet hæc buccella valentior sit ad exsiccandum quidquid in anima fluidum, & molle fuerit, quæ quævis alia bona opera licet cruenta à sanguinis effusione habeantur.

Sed quare? (inquis) Occurrit interrogatio Chrysost. hom. in Psal. 22. qui de Eucharistiâ est, tom. 1. vbi cū expedit ea verba vers. 6. Parasti in cōspectu meo mē amaduersus eos, qui tribulant me, hunc in modū. Qui sunt isti, qui nos tribulant? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates delectationes, seculi honores is

B titi tribulat, qui huiusmodi, qui ita vivunt, tribulationes carnis habent, sed veniunt ad mēsam potentis, consideratēs ea, quæ apponuntur eis, accipere cū timore, & tremore, & tribulationes efficiuntur consolations, omnino adstruens impacatos animi motus, qui spiritui rebelles anima turbant, tribulationem, & bellum ei inferentes, ab Eucharistiâ sedari, & componi; immo in pacem suauissimam redigi: opportunam huius tantæ mutationis rationem, sic reddit. Auferunt urea, quæ sunt carnis, infundunt urea, quæ sunt spiritus, & ex mensa preparatæ proficiunt cōtra eos, qui tribulant eos. Sic Chrysostomus: Ex quo duplicatam habes causam cur buccella exsiccans valentior omni alio opere bono sit ad exsiccandos carnalium appetitionum humores: altera, quod ea quæ carnis sunt auferat, extinguat, exsiccat: altera, quod simul infundat vitalem vim, quæ spiritum adiuuet

D confirmet, & roboret, ut vno opere in animis fidelium Spiritus Sanctus algorem in feruorem conuertat (vt docebat S. Leo) & tenebras abigat, & peccata consumat: ergo non dubium, quin iustissima ratione, & optimo id iure exigente, aut propter Ecclesiæ imperium, aut propter imminens periculum debeamus edomare corpus ieunijs vigilijs, & alijs id genus afflictionibus acerbè accipere, ne illud quasi equus demorso freno equitem ex alto precipitem agat in flumen, aut allidat ad saxa. Verum enim vero tutius quidem ipsamet carnis pericula devitari, & motus nedum erumpentes anteverti, & acriter supprimi dixeris dignè accepto Eucharistie munimento, quod non so-

IV.
Psal. 22.
vers. 6.

Chrysost.

S. Laur.
Iustin.

lum ea, quæ carnis sunt aufert; sed etiā quæ sunt spiritus infundit peropportunitatem hæc expedente S. Laurentio Iustiniiano item de Eucharistia, hunc in modum. Ex huius sumptione de votis cessant odia, contentiones sibiuntur, dirimuntur lites, virtus displicent diligentur pudicitia, terrena vilescunt: efficiturque homo alius non per naturam sed per gratiam, mutatur que totus in melius. Compescat linguam et amat silentium, orationi vacat, fraternitas custodit unitatem, cordis sectatur munificiam, & quidquid Deo placere cognoscit, cuius rationem sic statim reddit. Istius modis spirituales profectus non aliunde proveniunt, quam ex Sancti Spiritus bonitate, Christique amabilis presentia, qui insu corporis Sacramento tam mirifice operatur. Hæc & alia ibi S. Laurentius. Unde rursum Chrysostomus ad sequentia verba Psal. 22. Et calix meus inebrians, quam præclarus est? Eodē quo prius sensu dicebat. De isto calice bibit Ecclesia, inebriauit Martyres, ut non agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi, neque patres filios, neque filij parentes. Inebriauit vinos sanctitatis, non vino erroris. Hæc Chrysostomus.

V.
Luc. 4.
vers. 38.

Sed illud quidem huius loci proprium est, quod in socru Simonis magnis febribus laborante à Domino lata Ambrosius, & Cyrus obseruarunt, sic enim de à Lucas cap. 4. vers. 38. Surgens autem IESVS de Synagoga introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebat ur magnis febribus, &c. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam, & cōtinuo surgens, ministrabat illis. Sapienter vero Ambrosius in hunc locum in hac muliere imaginem agnoscit carnis nostræ à peccato primorum parentum corruptæ immodicis diuersarum cupiditatum illecebris febricitantis: In typō, inquit, mulieris illius varijs criminib⁹ febribus caro nostra laguebat, & diuersarū cupiditatū immodicis astubabat illecebris. Nec minorē febrib⁹ amoris esse dixerim, quā caloris. Itaq; illa animū febris, hæc corpus in flāmat. Febris enim nostra avaritia est: febris nostrā libido est, eo quod ignis & fīt cupiditates, unde & Apostolus ait. Si non se cōtinent, nubat, nūlius est nubere, quā vī. febris nostra luxuria est: febris nostra ambitio est febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis virtus sint, ignem tamen oſi-

Ambros.

bus implicat, mentem, animum, sensum, & pertant. Hæc Ambrosius. Quod si, vnde hæ febres oriantur, aut quo de fonte? Requiras optimè respōdet Chrysologus serm. 41. à malâ carnis habitudine à peccato vitiatæ, quæ ipsam debilem, ac fragilem reddidit omnino provenire; ac proinde carnis fragilitatem principian illius febrib⁹ esse: audi. Fragilitas febris naturæ, lāguorum mater, genitrix passionum, ita quidem, ita est, à carnis ægritudine, sine fragilitate, febres, lāguores, atque passiones ortum habent. Opportunè ergo in hanc dominum IESVS, salus, & vita medieus eā visitatus, & salutem, ac bonam valedicinē redditurus ingreditur: sic ini bi in Catenā Græcā in Lucam obseruāte S. Cyrillo Alexandr. hunc in modū. Sed & nos igitur suscipiamus IESVM. Cū lex. enim ad nos ingressus fuerit, ipsumque mente, ac corde continebitus, tunc enormium voluptatum astum extinguet: nos suscabit, & robustiores faciet apparere, nimirū inspiritu, ut ministremus ei, hoc est, ei beneplacita peragamus. Hæc Cyrius appositè adstruens ab Eucharistiā, & enormium voluptatum astum extingui, & fragilitatem nostram sublisteret, vt deinceps Dominodiligenter ministremus.

Id quod alibi idemmet Cyrius apposita imagine confirmat: etenim lib. 4. in Ioan. cap. 14. cum allusione ad stultam illam Iudeorum interrogationē. Quomodo querere, sed recordare, quamuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentus ramen ignis frigiditatis suæ oblita astuat. Hoc Jane modo quamvis nos propter natum carnis corruptibiles simus, participatione tamen vita ab imbecillitate nostrā reuocati ad proprietatem illius ad vitam reformamur. Pergit opportunissimè. Opportuit enim certè, ut non solum anima per Spiritum Sanctum in beatam vitam ascenderet; verum etiam, ut rude, ac terrestre hoc corpus cognato sibi gustu tacto, & cibis ad immortalitatem reduceretur. Hæc Cyrius. Vides, vt bonus Medicus non solum animam, sed etiam ægrani carnem visitans ab imbecillitate, & noxiis astu sanet: vt quemadmodum aqua, quæ natura sua frigida est, ab aduenien-

Cyril. A.
lex.

VI.

Iohann. 6.
vers. 53.
Cyril. A.
lex.

te

te igne ardet; ita è contrario caro nostra, quæ diuersarum cupiditatù, immo-
dicis astuat illecebris ab Eucharistia
tore bonam accipit valetudinem, &
temperamentum; quo Deo ardeat, &
mundo ac cupiditatibus frigida redda-
tur: vbi cum cœlestis sponte cum cér-
vo componatur, Canticor. 8. vers. 8. il-
lis verbis: *Ecce iste renit saliens in monti-
bus: similis est dilectus capre, hinnuloque
cervorum, minime pigebit appingere;*
quod Plinius lib. 8. cap. 32 de cervi car-
nibus à febribus eos, qui illis vescuntur
præseruantis, sic affirmat. Nō sentit hoc
animal febres, & carnibus eius vescentes
cortidie mane principes fæminas scimus fe-
bre caruisse. Quod quidem, vt dubiæ fi-
dei quoad materiales febres sit, tamen
de spiritualibus febribus certò certius
est, animas principes, quæ Diuini cerui
carnibus in Eucharistiâ vescuntur fe-
bre caruisse: quippe quæ à Divino Me-
dico visitatæ, sanæ, incolumes, & ro-
bustæ ab imbecillitate propriæ revoca-
tæ ad proprietatem illius ad vitam re-
formantur. Cum tamen è contra eos,
qui Christi carne non vescuntur per-
petuis, & magnis febribus libidinis, a-
varitiæ, luxuriæ, iracundia, ambitio-
nis laborare, ac teneri passim videa-
mus.

VII.
Osee 14.
vers. 6.
& 7.

Firmat ea quæ hucusque diximus
illustre illud de Eucharistia vaticinum
(vt alibi ex PP. & interpretibus often-
dimus) apud Oseam cap. 14. vers. 6. *Ero
quasi ros Israel germinabit, sicut lily,*
&c. Conuertentur sedentes in umbra eius:
vibent tritico, & germinabunt, quasi vi-
nea, memoriale eius quasi vinum Libani,
quo in loco pulchris, & roris, & um-
brae imaginibus Dominum in Eucha-
ristiâ ægram hominis carnem curatur,
& à noxiis passionum altibus sanatu-
rum prænunciat Vates: *vt seite uter-
que locus à S. Thoma duplici in loco
explicatur: nimirum opusculo 58. cap.
21. inflectens in hunc sensum verba il-*

*la Psalm. 67. Nive dealbabuntur in Sel-
mon: mons Dei, mons pinguis; quod Sel-
mon interpreteatur Latinè umbra, sic
primum inquit. Selmon mons Dei, mons
pinguis, Selmon interpretatur umbra.
Christus igitur est umbra nostri refrigerij;
quia videlicet, vt dicit Glossa de corpore
Christi manat umbra gratiae, quæ nobis*

defensaculum est contra incentiuæ vitio-
rum, & carnalem concupiscentiam. Unde dictum est de B. Virgine. Virtus Altissimi
obumbravit tibi, id est umbra faciet tibi, umbra enim sit de corpore,
& lumine. Lumen est Verbum Dei, cor-
pus caro Christi. Accessit lumen corpo-
ri, id est Verbum carni. Verbum enim
caro factum est. Deinde ad rem sub-
dit. Dum vero fidelis corpus Christi fu-
mit, spiritualer refrigerium percipit, qua-
si de umbra gratiae, quæ de ipso fuit. Osea
14. Ego quasi ros Israel germinabit,
quasi lily: Hæc ibi S. Thomas. Eo-
dem vero opusculo cap. 24. ea verba.
Conuertentur sedentes in umbra eius, sic ac-
cipit, vt ab hac umbra in corpus Chri-
sti, quo nihil sanius, nihil robustius, ni-
hil purius sit, fideles convertantur, &
membra eius fiant. Audi ipsum sic hæc
diffudentem, & ex Paulo firmantem,
1. Corinthior. 22. Vnum corpus mul-
ti sumus, qui de uno pane participa-
mus. Idem 1. Corinthior. 12. Vos etsi
corpus Christi, & membra de mem-
bro: Augustinus. Commendauit Chri-
stus in hoc Sacramento corpus, & san-
guinem suum, quod fecit nos ipse, &
nos ipsi facti sumus corpus eius, caro e-
num nostra carni eius unita, & incorru-
pta unum cum illo efficitur. Et in O-
sea ultimo. Conuertentur sedentes in
umbra eius vident tritico, quasi di-
ceret. Fideles vident tritico, id est Do-
minici corporis Sacramento, quod Sacra-
mentum dicitur umbra Christi, quod sic
comedentes conuertuntur, & mutan-
tantur in corpus Christi. Hæc S. Thom-
as. Ut iam mirandum non sit, eos
quiad Eucharistiam frequentius acce-
dunt febribus carere: quippe qui ab
umbra Christi refrigerium percipiunt;
& quod plus est in corpus eius con-
uertuntur: Pulchre quidem in hanc
tem Paulinus epistola 30. petram de
qua Paulus 1. Corint. 10. vers. 4. spiri-
tualem aquam fundentem facit, sic ca-
pit. Illa petra, quæ nos inter hiatus sa-
culi deserta sitientes iustitiam, sequaci
foste prosequitur, & dulci potu refrige-
rat, ne carnalium cupiditatum astibus pe-
ruramur. Ecce tibi socrum Simonis nō
modo curatam, & à febribus liberā, sed
etiam vegetam, & robustam mensæ
ministrantem, vt dicebat Cyrillus, ro-

S. Thom.

Paulinus

bustiores faciet apparere, ut ministremus et hoc est ei beneplacita peritamus: pulsata videlicet febri precipua, id est carnis fragilitate, ut dicebat Chrysologus.

VIII. Fuerit verò in hunc sensum opportunitissima illa Sponsæ sacræ sententia sese sub felicissimis Christianæ Ecclesiæ temporibus, & diuinæ Eucharistiae participatione considerantis: Sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Canticor. 2.

Cant. 2. vers. 3. vbi quæ Eucharistiam meditatur (ut de ipsâ hæc verba capiunt Nyssen, Rupertus, & alij PP.) & ab eâ dulcissimos salutis, & vitæ fructus se percipere fatetur: notanter sub umbra illius se consedisse affirmat. Sed quare? Sanè

vt indicet à Christo Domino in Eucharistiam lætalem illam vetitæ arboris umbram cum salutari, atque vitali noxios eius effectus depellentis fuisse commutatam: quadrat nimurum arboris vetitæ umbra, illud Plinij lib. 17. cap. 12. de quarundam arborum umbra exitiale, atque novercam esse, sic affirmantis. Quibusque satis umbra, aut nutrix, aut nouerca est. Iuglandum qui dem pinorumque, & picearū, & abietis quæcumque attigere non dubie venenū est.

Nimirū ut ab infelicitis illius arboris umbra venenum originalis labis, à qua turpis carnis in spiritu rebellio, noxij appetitus, atroces impuri motus, & dira libido; ita ab umbra carnis Christi in Eucharistia salubris ab æstu concupiscentiarū temperies, noxij ardoris refrigeratio languorum, ac infirmitatum medicina nobis aduenit. Audi hæc de re Ambrosium octonario 19. in Psal. 118. in initio sic differentem: & cum Domino colloquenter. Umbra tua caro fuit, quæ nos trarum æstus refrigerauit cupiditatum,

quæ compescuit insolentiam vittorū, quæ restinxit ignes libidinum, quæ avaritiae diuersarumque passionum incendia temperauit: & quid dicam de umbra Domini, quæ docet Apostolorum umbra sanabat? Veniente etenim Petro unus quisque offerebat ægros suos, quos transeuntis Apostoli umbra reddidit sanitati: ita Ambrosius, vnde ira concludit. Factus est igitur exinanitus umbra nobis, quos sol iniquitatex exusserat. Hæc ille. Qui

Laurent. Laurentius concinit S. Laurentius

Iustinianus lib. de disciplina monastice conuersationis, cap. 16. inquietus. Est tamen mysterium hoc quasi ingens arbor ventribus referta folijs, sub quâ quicunque fugiunt laborantes, & peregrinantes proteguntur in ipsius umbra ab æstu à turbine quoque, & pluvia. Nec alter Honorius ibi de hæc umbra, cum ait. Umbra sit ex corpore, & luce, & est itinerantium refrigerium ab æstu, & protectio à tempestate. Sed Gregorius Magnus in commentario huius loci opportunè, & luculenter inquit. Umbra Christi protectio est Spiritus Sancti. Spiritus quippe Sanctus mentem, quam replet obumbrat, quia omnium tentationum feruorem temperat, & dum aurâ suæ inspirationis suauiter mentem tangit, quid quid noxij caloris sustinebat expellit, & quem iam forsitan nimius vitorum æstus marcidum fecerat, umbra Sancti Spiritus protegens recreat, ut dum in eius spiratione sedens pausat, vires colligat, quibus ad eternam vitam robustius curvat. Hæc Gregorius. Quæ ipsem lib. 33. Moralium cap. 3. ita prastrinxit. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, ac si dicat: Ab æstu desiccat desideriorum carnarium.

Gregor. Magn.

AB EVCHARISTIA VIRES, ET animos aduersus animæ, hostes ad præliandum cum illis, & vitoriam referendam dedomi.

ADNOTATIO VI.

PRÆCEDENTIS adnotacionis instituto proxima est præfens thesis, quam sic disertissimè proposuit Regius Vates Psalm. 22. vers. 5. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulat me: quippe mensa hæc eadē est cù illa à diuinâ sapientia iuncta Prou. 9. vers. 1. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, &c. Venite comedite panem meū, & bibite

I. Psal. 22. vers. 1.

Prou. 9. vers. 1.

vinum

Ioann. 6. vers. 56. Origin. Cyrillo. Hierosol. Cyprian. Zeno M. Basil. Theodor. Chrysost. Euthym. Cassiod. Haymo. Bruno. Thomas. Ruffin. Hugo Card. Burgen. Paschas. Alger. Paulin. Ambros.

*Apo. 17. vers. 3. Hebr. le-
ctio.*

*vinum quod miscui vobis: itidemque cum hac de qua Dominus. Caro mea re-rectibus, & sanguis meus vere est po-tus. Ioann. 6. vers. 56. sub hoc sensu Dauidis verba accipientibus cunctis fe-re Patribus Appingam nonnullos, sic ergo Origenes tractatu 35. in Mat-thicum, Cyriillus Hierosolymitanus ca-techesi. Cyprianus epistol. 63. Eute-bius lib. 1. demonstr. Euangel. cap. 10. Zeno Veronensi. serm. de Iud. Basilius, Theodoret. Chrysostom. tum hic, tum homil. 2. in Psalm. 50. Euthymius, Cassiodorus, Haymo, Bruno, Thom-as, Ruffinus, Hugo Cardin. Burgen-fis ibi, Paulinus epistol. 9. Paschasius lib. 1. de corpore, & sanguini Domini, cap. 10. Algerus lib. 1. de Sacramentis, cap. 9. Ambrosius passim, sic enim in Psalm. 35. & serm. 21. in Psalm. 118. & in lib. de Elia, & ieunio, cap. 10. & lib. 3. de Sacramen. cap. 3. & lib. de ini-tiandis, cap. 8. qui merito dolet, quod à multis hæc verba audita non intel-ligantur sub hoc sensu, sicut & Basilius, & Theodoretus monent, adeò esse ista perspicua de Eucharistiâ, vt non egeant declaratione. Pro cun-tatis verò PP. sic loquitur Cyriillus. *Men-sam istam proposuit Deus aduersariam illi, quam nobis antea dæmones propone-bant: Quam adi Paulum, qui 1. ad Corin-thior. 10. vers. 20. cum dixisset, que immolant gentes, dæmonijs immolant, subdit vers. seq. Non potestis mensa Do-mini participes esse, & mensa dæmoniorum: Ecce aduersariam mensam: plus plus eam explicante Chrysostomo in ea verba: Aduersuseos qui tribulant me, hunc in modum. Qui sunt, qui nos tribulan? Suggestiones inimici, cupiditates, de-lectiones, saeculi honores, quæ in Men-sâ, & calyce dæmoniorum proposita videris: sic namque Ioannes Apoca-lypsi 17. vers. 3. Et vidi mulierem se-dentem super bestiam coccineam plenam no-minibus blasphemie habentem capitase-p-tem, & cornua decem, & mulier erat circundata purpura, & coccina, & inau-rata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu suâ plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius: & in fronte eius no-men scriptum Mysterium. Babylon mag-na, mater fornicationum, & abominatione-**

num terre. Quid enim Babylon nobis indeinenter proponat, nisi cupidita-tes, delitias, carnis voluptates, saeculi pompas, & honores? Ecce ergo men-sam aduersus mensam, & Dei, ac Baby-lonis aciem instructam: nam si atten-dis Hebreum verbum: pro quo Noster posuit paravit, cum omnino significet suo singula ordine disponere, certa ra-tione, ac proportione collocare instruc-re, apparare: apposite refertur ad aciem, siue phalangis instructionem, & ordi-nationem, quæ præ omnibus rebus cer-tum ordinem, & dispositionem ordina-tissimam exigit, cui totum prælij, & exercitus robur innititur.

Mensam ergo Eucharistia pro-po-suit nobis Deus aduersariam illi, quam nobis dæmones proponunt: è qua fortes ad pugnandum, & vincendum dia-bolum, & strenui bellides evada-mus: ita quidem fideles eruditelat, & animabat Isaias cap. 21. vers. 5. inquiēs. Pone mensam contemplare inspecula: come-dentes, & bibentes Jurgite principes, arri-pite clypeum, sic explicante hac verba Hieronymio ibi: Dicitur per Prophetam ad omnes credentes, ut comedentes, & bi-bentes sanguinem Christi, vertantur in Principes Ecclesiæ, & cum Apostolis au-diant. surgite, arripiantque clypeum fidei de armatura Apostoli Pauli, in quo pos-sint ignitatiaboli iacula extingue-re. Ita Hieronymus, & eodem sensu Chrysostomus in Catena Græca Corderij in cap. 22. Luca vers. 20. sic inquiens. Ab hæc mensa prodit fons, qui fluvios spirituales diffundit. Si quis astuat, ad hæc fons tem te conferat, & recreabitur. Nam, & flicitates resoluti, & cuncta refonet insta-mata, non à sole, sed à iaculis ignitis. ita ille. En clypeum iaculis ignitis impe-netrabilem: aquo easd vulnere resiliat. Sed quæ (inquis) sunt ista iacula? Respondeat Augustinus serm. 12. de verbis Domini. Duplarem aciem stringit (de mü-do, & de diabolo loquitur) aduersus ser-nos Christi. Blanditur, ut decipiatur, terret ut frangat: id est, tum blandimentis, tum terroribus aduersus Dei seruos pu-gnat, ut eos à mentis statu deiiciat: at illi salutari Eucharistia clypeo muni-ti vtramque aciem eludunt, immo aduersus hostem tanto impetu repugnat, ut illum in fugam vertant, tanquam

II.

*Isaiz 21.
vers. 5.**Hieron.
Chrysost.**August.*

- Chrysost.* Leones (inquit Chrysostomus hom. 21. id Populum Antioch.) Ignem spirantes ab hac mensa recedamus factidibolo terribiles. Pergit Petrus Damiani epist. 3. c. 3. sensum Chrysostomi firmans, atque perficiens, dum in ipsum inflectit Cantorum verba cap. 4. vers. 12. *Favus distillans labia tua Sponja, mel lac sub lingua tua,* hunc in modum. Terretur enim aduersarius cum Christiani labia viderit Christi crux rubentia. Agnoscit enim prestatu perditionis iudicium, & diuinae victoriae, quia captiuus est, & obtritus non tolerat instrumentum. Vnde concludit. Christus ergo per mysterium suum tibi videatur in ore, & Christus per sui amoris incendium tibi semper viuat in corde. Hæc Damianus satis opportunè: Vides aduersarium, vel à labiis Christiani crux Christi rubentibus conteritur aufugere? obserua illa. Diuinae victorie, quia captivus est non tolerat instrumentum. A carne videlicet Christi devictus, & triumphatus dicente Paulo ad Collosiens. 2. vers. 15. *Expoliatus principatus, & potestates traduxit confederaver, palam triumphans illos in semetipso,* atque pro hisce verbis reponente Hilario carnem exuens. Sed quia ratione exuens, ut ea videlicet nos indueret, atque communiret.
- Collos. 1. vers. 15.* *Hilar.* Quod maximè facit emphatico Ioannis locutio de Christo Domino Sacramento Corporis, & sanguinis sui insitiente (vt agnoscant PP. illis in verbis: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ioann. 13. vers. 1. quod perinde fuit, ac si diceret ad Patrem discessurus maiorem erga illos charitatem ostendit, dum quod antea non fecerat, corpus suum ipsis manducandum dedit. Cui sententia non sine epitasi inseruit ea verba Ioannes: *Suos qui erant in mundo.* Sed quare? Nū add distinctionem Patriarcharum, & aliorum sanctorum, qui cum domestici etiam Dei fuissent; tamen in mundo tunc non erant? vt nonnulli ē PP. explicarunt. Non opinor, quippe è distinctione non erat opus, nec insigne aliquod ipsi mysterium suberat. Sic nec ad distinctionem Angelorum? vt innueret non ipsorum, sed hominum causa Eucharistiam fuisse institutam, vt dixerant alii, cum nemo du-
- Petr. Damian.*
- Cant. 4. vers. 12.*
- III. Joan. 13. vers. 1.*
- A* bitare posset de Angelis sermonem nō esse. Ergo scopum videtur artiglio Maldonatus signatè referens ad pericula, & aduersitates; in quibus orphanos, & inernos reliquebat suos, vt tanto videlicet Eucharistia remedio ipsorum infirmitati, & discrimini succurreret: id enim omnino erat: *Esse in mundo.* Quia omne, quod est in mundo concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vite, I. Ioann. 2. vers. 16. Audi Maldonatum: *Mundum (inquit) hic emphaticè sumi puto pro loco periculorum, & misericordiarum pleno, vt cum dixit paulo ante: vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Significat igitur Evangelista tacite causam, cur Ios Christus hoc potissimum in tempore dilexerit, quia eos nimis in hoc mundo, id est inter media pericula reliquerunt esset, itaque miseratione quadam motus maiorem erga illos, quam inquam ante amorem ostendit: ita Maldonatus. Qui simul addit. Quare illud simul indicat Evangelista, magis Apostolis, quam sibi consolatione opus esse. Se è miseria ad felicitatem transire, illos in medijs miserijs, & periculis remanere: Ergo opportune additum à Ioanne Ios, qui erant in mundo: opportunitate que Bono Domino, tunc suorum curæ fuisse; vt eorum saleti, & incolumenti praesertim remedio consuleret quo inimicis occurrere, & eos superare possent.
- D* Inquam quidem cogitationem acutè traxit per allegoriam Ambrosius in libris in Lucam, quæ de David accipiente à Sacerdote Achimelech panes, & gladium ad pugnam refert Sacertextus I. Regum 21. vers. 3. sic enim primum. *Dixit autem David ad Achimelech.* Nunc autem si quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi: & statim. Dedit ergo et Sacerdos sanctificatum panem: Deinde versu 8. *Dixit autem David ad Achimelech.* Si habes hic ad manum hastam, aut gladium? quia arma mea, & gladium meum non tali mecum, sermo enim Regis urget, & dixit Sacerdos: ecce hic gladius Goliath Philisteus, quem percussisti in valle Terebinthi est involutus pallio post ephod. Si istuvis tollere tolle, & c. Et ait David. Nō est huic alter similis, da mihi eū: perinde hæc dicta, factaque fuisse existimante Ambroso, vt
- Ioann. 2. vers. 16.*
- Maldon.*
- IV.*
- I. Reg. 21. vers. 3. &*

significatur; à panes sanctificato corporis Christi non solum refici, & sustentari ad vitam Christianus populus, sed etiā muniri, armarique ad pugnandum cū hoste, & egregiam ab eo victoriam reportandam: ita enim ille primum. Quid verò evidentius? Quam in Achimelech domo quinque panes petit David, & unum accipit, demonstrante typo, quod iā nō quinque libris, sed Christi corpore cibus fidelibus preparetur, & Christus corpus assume ret, ne quis de fidelibus esuriret: En Christi cibum fideles sustentantem, & resistentem: Audi, vt eos iuniat ab eodē Ambrosio lib. 6. in Lucam. Nec solum in huiusmodi domo Vatis recepturus docetur Christus hospitio, sed etiam per figurā, nequitię spiritualis manubria, & armam sumpturus: nam qui Christum hospitio recipit, intelligibilem illum Goliām expoliat suis telis. Hęc ille: Et quidem recte suis telis expoliatur Goliath: expoliat, & obtruncatur, dum carnem exuens Dominus nobisque eam in Eucharistia relinquens expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, vt & nos possimus hostem in proptijs castris iugulare armati carne, & sanguine Christi: sensum hunc sic firmātē Cyrillo Hierosolymitano catechesi 12. his verbis: Carnis instrumento contrā nos diabolus virus est, & hoc cognoscens Paulus dicebat: Video aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meā, & captiuantē me in lege peccati, quae est in membris meis (ad Rom. 7. vers. 23.) Quibus armis nos diabolus oppugnat, per eadē salutatis sumus. Assumpit autē simile nobis corpus, vt deficiēti maiore conferret gratiam, & vt peccatrix humanitas, De fieret particeps, ubi enim abūdauit peccatum ibi super abūdauit gratia. Hęc Cyril. Pulchre vt deficiēti maiore conferret gratiam. Quā in bello is qui ex te deficiebat; particeps subinde Diuinitatis factus hostem superaret. Nec omittendum, quod hęc occasione Ambrosius ignavos milites

pungens monet lib. 6. in Lucam hunc in modum: Si quis ergo defecerit, non per Dominum Iesum, sed per se deficit, nec habes, quod abscribas Domino, qui vincit, cū iudicatur. Quid enim dicas ei, qui in te contulit omnia firmamenta virtutum? Nonne te ipse genuit? Nonne te ipse pauper? Cibus eius virtus est: cibus eius fortitudo est.

Sitū negligentia tua virtutem, quam acceperas, perdidisti, non alimentorum cælestium, sed tua mentis tibi præsidia defuerunt. Hęc Ambrosius.

A Sed duplē illam aciem, quam hostis stringit; ab Eucharistiā retulam, & in ipsum met hostem conuersam singillatim ostendere fuerit opera pretiū; ergo blanditur, ille vt decipiatur. Audi blandimenta: Suggestiones inimici: cupiditates delectationes, faculti honores, vt aiebat Chrysostomus, & vt inquit Petrus Blesensis epistol. 11. In consulta carnis affectio proditione blandiens, & amicabiliter fallens inde vium retrorquet. Quæ fusē, & eleganter diffundit Bernard. ser.

B 5. de Quadragesima, hunc in modum: Ipsī enim, vt manifestum est, gestamus laqueum nostrum: ubique proprium circumferimus inimicum, carnem hanc loquor de peccato natam, in peccato nutritam corrum tam nimis ipsa origine, sed multo amplius praua consuetudine virtutam. Hinc est, quod tā acriter caro aduersus spiritū concupiscit, quod assidue murmurat, & impatiens est disciplina, quod illicita suggestio, quod nec ratione obtemperat, nec inhibetur villo timore. Pergit omnino accedens nostro instituto. Huic accedit, hanc adiuvat, hęc vt titur ad impugnandum nos calidissimus serpens, cui nullum aliud desiderium est, nullum studium, nullum negotiū, nisi effundere sanguinem animarū. Hic est qui iugiter machinatur malum, qui desideria carnis instigat, qui concupiscit & ignē naturalem quodammodo venenatis suggestionibus sufflat, illicitos motus inflamat, peccati occasions parat, & mille nocendi artibus corda hominum tentare non cessat.

C D Hic est, qui manus nostras proprio cingulo alligat, & (vt dicitur) baculum nostro nos cedit, vt caro, quæ data est in adiutorium, in ruinam nobis, & in laqueum fit. Haec nus Bernardus rem suis coloribus de pingens. Verū enī vero, vt vides aciē strictam: audi retulam, dū sic prosequitur inibi Chrysost. Cū venimus ad mēsam Potentis tribulationes efficiuntur consolationes, & ex mensa preparatā proficimus aduersus omnes, qui tribulant nos. Nimirum (vt sapienter, & pie Cyprian. ser. de cœna Domini, monet.) Hęc ebrietas non accedit, sed extinguit peccatum: in hoc vi no nō est luxuria, nec mouetur ad ludū post hunc potum lascivia: cum sopivit oblivio.

E Chrysost. Cyprian:

Ambros.

Cyrillo
Hierosol.

Ambros.

V.
Chrysost.

Pet. Bles.

Bernard.

Bernard.

cuncta carnis ludibria, mira sunt, quæ sentit, magna, quæ videt. Inauditaque loquitur. Ita ille. Sed omnino ad rem ipse met Bernardus, qui tantopere vires ini mici, & periculorum certamen exagerauit: maius Sacramenti robur ad victoriā de hoste referendā pulchre expedit præfato ser. 1. in cœnā Domini de Baptismo, & Sacramento Altaris, ubi cū adhuc sui difidens, & aduersarium timens interrogasit. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? quis pruritum ulceris huius ferre queat? animose respondet. Confidite, quia & in hoc gratia subvenit, & ut securi sitis Sacramentum Dominicī corporis, & sanguinis pretiosi investituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis, ut videlicet & jensem minuat in minimis, & in grauoribus peccatis tollat omnino consensem. Vnde subiicit. Si quis vestrum non tam saepe modo tam acerbos sentit iracundia motus, inuidia, luxuria, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudet, quod pessimū ulcus accedit ad sanitatem. Hæc Bernard.

VI.
Cyprian.Psal. 22.
vers.

Francon.

Nec fuerit prætereundum in præfatis Cypriani verbis: Hæc ebrietas non accedit, sed extinguit peccatum, ipsum non tam de suo, quam de Davidis sensu locutum fuisse, qui de huius mentis calice subdit, & calix meus inebrians, quam præclarus est! Pro quibus, Ambrosius in Psalmo. 35. & cum eo plures ex PP. vertunt ē Græco. Poculum tuum inebrians, quam validum, siue forte est! vt videlicet, cunctas blandientis inimici vires frangat: & carnis ludibria, secundque auræ plausum, atque omnem amorem sæculi, in me sopiat, ac delectat, itidemque me ipsum sancta ebrietate extra me abducat, ut abnegem me ipsum mihi: pulcherrimè id exprimente Venerab. Frâconio lib. de gratia Dei, tom. 10. apud Biblioth. Veter. PP. tom. 12. his verbis. Non est autem aliis calix calici Domini similis, quis sic bibentem diuinam, & inenarrabilem iucunditatem latificat, ut omnem pristini doloris memoriam absorbeat. Non solum autem, sed & bibentem, ita ingenita sibi suautate inebriat, ut eum in excessum mentis mittat, adeo ut & pateti, & matri. Ne scio vos dicat, ut semetipsum sibi abneget, & quodammodo se ipsu-

ciat, & quam frequenter ingressus est via seculi non viaeat. Hæc ille, & alia. Sed omnino ad re præclare elucidavit huc calicem, August. ser. 185. de tempore, August. inquiens. Hoc spirituali mero celebant Martyres, quādo abiectores, & postea iactantes omnia sæculi blandimenta ibant ad passiones, obliuiscentes patrimonia, ac matrimonia sua, & vincentes armata contrasse parvulorum pignorum flebilis pietatem, vociferantes quidē parentes, pulcheremittentes in capita sua & matres facies suas avulsis crinibus dilacerantes, sed illi hæc omnia tanquam ebrij non videbât, nec cognocebant juos. Hæc ibi Augustinus. Vidi delusam blandientis inimici acie? Audi modo ab eodem Augustino alteram, minacem, & terrentem omnino retulani, atque confractam: etenim cū de B. Laurentij M. illustri passione age ret tractatu 27. in Ioann. & de eodixisset. Quomodo mansit in illo Sanctus Laurentius. Mansit usque ad tentationem, mansit usque ad tyrannicam interrogationem, mansit usque ad acerrimam comminationem, mansit usque ad peremptionem. Paruit, usque ad immanem excruciationem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu vivere permisus est, immo nondiu vivere permisus est, sed tardè mori compulsus est. Vnde tanta hæc illi fortitudo aduenerit: sic flatim aperit. In illa ergo longa morte, in illis tormentis, quia bene manducauerat, & bene biberat tanquam illa escasaginatus, & illo calice ebrios tormenta non sensit, sic Augustinus. Enim impenetrabilem Eucharistiæ clypeum, & invictissimum ab ipsa robur: Vnde quidem S. Cyprianus, & alii cum eo Episcopi, omnino diffidebant, aptū esse Martyrio eum, qui ad prælium, sine Eucharistiæ scuto procederet, quod animus deficeret, quem corporis Christi Sacramentum non erigeret, & inflamaret. Sic enim illi apud Cyprianum. epist. 54. Quos excitamus, & hortamus ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, sed protectione languinis, & corporis Christi muniamus, & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos statos esse contra aduersarium volumus, munimento Dominica saturitatis armemur: tibi.

Vtramque vero thesini de virtute Eucharistiæ retundentis dupliechi ista

VII.

inimi-

S. Thom.
initici aciem aduersus seruos Christi
Itrictam: multis firmat S. Thomas opus
culo de Sacram. Altaris, cap. 19. vbi cū
de illius dulcedine spirituali præmisit
sest. Hæc dulcedo spiritualis est quæ adā pre
gustatio gaudij cœlestis ralens contrā tria
mala que sunt in mundo. Ibi est falsa dul
cedo indelectabilibus utendis, grādis amā
ritudo in aduersis sustinendis, tristis imago
in bonis faciendis, vt singula opportunè
pertequeretur sic in præmisit inquit. Con
tra hoc valeret dulcedo spiritualis, quia fal
sa in dulcedinem mundi facit insipidā, grā
dem amaritudinem facit dulcem, tristem
imaginem reddit incundam, & statim ex
Scriptura, & PP. subiicit. De primo Pro
ver. 27. Anima saturata calcabit fauos.
Grégorius. Gustato spiritu, desipit om
nis caro. Philip. 3. Quæ mihi fuerunt lu
cra arbitratuſ ſum propter Christū de
trimenta: propterque omnia arbitra
tus ſunt, vt ſtercora. Dē B. Ab Augustino di
citur. Displicebat ei quidq[ue]tud agebat in
ſæculo, &c. De ſecundo Deit. 33. inunda
tionem maris, quaſi lac ſugent, id eſt, bo
ni replete dulcedine spirituali vincit amā
ritudem mundi. 4. Reg. 2. Helisæus mi
ſit jal in aquas amaras, & in dulces conuer
ſi. & ſunt: ſic Christus spirituali ſapore ſanat
amaritudinem. Hinc Stephano lapides tor
rentis dulces fuerunt, & multis sanctis ar
dentes præne, candentes uestes viſe ſunt,
quaſi roſe juaves, & multi sancti gaudent
in tribulationibus. Hæc S. Thomas, &
multo plura.

VIII.
Matt. 6.
vers. 13.
job 7.
August.
Theoph.
August.
Tertull.
Chrysost.

Huc aduoco peculiarem ſenſum il
lius petitionis, quæ tuberit orationi Do
minicæ: Nenos inducas intentionē, ſed
libera nos à malo, Matth. 6. ver. 13. que
alio intētus tradidile me memini. Ni
mirum cum priori huius pétitioni he
niſtichopeta nus, non quidem, ne in
tentationē ſic incidamus, nam id quidē
dum in mundo ſumus, & dñi carnēi
circuferimus, cum quæ habemus per
petuam luctam, & de qua dictum eſt.
Militia, ſeu tētatio eſt vita hominis ſuper
terram, fieri non potest, ſed ne cum in
tentationem incidirimus, ab ea ſupere
mur, vt August. lib. 2. de ſermonē Domi
ni, & epift. 121. & Theophylactus inter
pretantur, opportunissime a Domino
ſubiicitur. Sed libera nos malo, ſiuē ma
lum de tentatione ipsa, vt Augustinus

A
ritis, & remis. cap. 4. & alij volunt, ſiuē
de diabolo, vt Tertullianus lib. de ora
tione, cap. 5. & Chrysostomus hom. 20.
Euthymius, & Theophylactus expli
cant; accipiatur. Quare obſerua egre
giā Tertulliani prædicto loco lectio
nem horum verborum, quæ habet, ſed
evehe nos à malo. Sic iple legente, & cō
iungente hanc clauſulam, cum antece
dente: Eò respondet clauſula interpretās,
quid ſit. Ne nos inducas intentionē, hoc
eſt enim ſed vehe nos à malo. Quo in lo
co egregiū habemus cōmentariū Lu
dovici de la Cerdā, qui adductis his ver
bis Venantij Fortunati. Nunquid Deus
aliq[ue] in laqueū tētationis inducit? aut ab
inimico cupit ſupplātari, qui monet, ne in
cidat, ſic ratiocinatur. Si ergo tentatio eſt
laqueū, tollendi in altum ſumus, & eve
hendi ne incidamus. Quæ corſero, vt
ad hunc modum petamus à Domino
ſuperiores aduersario nōstro in bello
eſie, vt eminentiori loco poſiti, & in
ſublime eveſti, non ſuppare ſhosti, ſed
ſuperiores iplo ſumus: eatenus enim
quiſ tutius, iñio & fortius, & felicius cō
greditur cum hoſte, quatenus in altiori,
& eminentiori loco poſitus cum ip
ſo pugnat. Quod ſi attendis: hæc Domi
nicæ orationis petitio, confeſtaria il
lius eſt, quæ panis ſubſtantialis, ſiuē ſu
perluſtantialis exoratur, cum iſ militare
nutrimentum ſit, quod ad vires cō
firmandas militibus dabatur (bene id
obſeruante P. Salazar in Cantica in Iſa
goge cap. 12. §. vniſo ex StuKio Ho
meri interprete, quod Græca vox Ari
ſton, quæ apud Matthæum 22. ver. 4. Eu
chariſtia prandium ſic deſcribitur. pran
dium meum parauit, cum proprio derive
tur a Marte, omnino militaris ſit, ſigni
ficeretque prandium, quod primo mane
militibus ad vires reficiendas erogabā
tur) vt ijs verbis etflagitemus, ab hoc
pane in altum evehi, atque aduersario
ſuperiores eſtire, qui menimēto Do
minicæ ſaturatis armati certamē ini
mus, iñio verò qui Deo iplo protec
to, & adiutorē certamus: & vt uno ver
bo dixerini, ipſo met Deo in nobis pug
nante. Adeò enim nos addivina opera
caligabimus: vt nos fragiles infirma,
& lutea vataportantes, quæ faciunt in
vicem anguſtias cum hoſte ſtrenuissi
mo, qui mille nocendi artes novit ma
nuis

Ludouic.
Cerda.
Venant.
Fortun.

P. Salaz
ar.
StuKio
Græc. Le
ctio.
Matt. 22
ver. 4.

Bernard.

bus conferentes, ipsum vincere posse, nisi Deo in nobis pugnante credamus? Pulchrè quidem hāc de causā Bernardus in serm. 1. de miraculo in nuptijs Cana factō, alibi à nobis adductus dicebat. Cibos siquidem fortiori egent, qui manum miserunt ad fortia: viuant de paleis Agypti, qui deseruit in operibus luti, & lateris: nobis fortior cibus est necessarius, quoniam nobis grandis restat via, ut ambulemus in fortitudine cibi illius: ipse est panis Angelorum panis viuus, panis cottidianus: ita Bernard. Apud quem obserua verba illa. Quoniam grandis nobis restat via, quā opportune extraxit Bernardus ex ore Angeli Heliæ in figura Eucharistia panem danti cum illo monito. Surge, comedē grandis enim, tibi restat via, 3. Reg. 19 vers. 7. Sed obserua inibi lectio nem Tigurinam signatè reponere. Māius à te iter restat tibi, quā via virtutis in quā alsiduus est nobis cum vigili, & fortissimo hoste conflictus maior supra nostras vires sit, nisi Dei virtute, & divi non nutrimento muniāmur. eo sensu quoniam nos profiteri, & orare præfatis verbis monebat Dominus: evehe nos à malo, vt Dei auxilio, & cœlesti pane supra nos ipsos elevati, in conflictu eum hoste nō modo pares, sed etiā superiores simus, qui quasi ex editiori loco pugnemus.

3. Reg. 19
vers. 7.
Leit. Ti-
gurin.

IX.

Luc. 22.
vers. 31.

Maldon.

Glossa.

Lyra.

auxilio destitutam cum hoīte compo- fueris planè dixeris, quod exploratores terræ promissionis: Ibi vidi monstra quādam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locusti videbamur.

Numer. 13. vers. 34. Quade re Venerab. Franconium Abbatem lib. de gratia Dei, tom. 8. ad finē, apud Biblioth. Veterum PP. tom. 12. sic opportunè disserentem audi. Quid igitur hāc pāgnā mirabilius? & victoriā istā quid glorioſus?

Num. 13
vers. 34.
Francon.
Abb.

Quando enim ex corruptionis sue defectu invalidus homo congregatur diabolo, quid aliud dixerim? quād vermiculum pedem conferre cum Angelo? Pulcherrimum plāne pulcherrimum, & Angelis, & hominibus de duello tam dissimili spectaculum Stat hostis antiquus frēndens, & indignās ac rabido ore spumas contorquens evomit minas, & qui praesente Christo virium nihil possidet, tentat vel fraude circunvenire incautum, vel terrore effugare pauidum Mille ergo spiris involvitur, mille dolis instar mole circunagit, tantāque velocitate, ac subtilitate de dolo in dolum lubricus se colligit, vt celeritate plerunque oculos fallente homo nesciat, coluber tortuosus, unde incipiat, aut ubi definit: Vides Satanam expertem fideles, vt cribret eos sicut triticum affligat, vexet, & (quod Salomon de inconstantia concupiscentiæ hic intentus dixit Sapien- tiæ 4. vers. 12.) transuertat sensum eo e- sim id imago vani, in quo triticū sursum deorsum vertitur, & quatitur, & usque ad ultimum examen discutitur.

Sapien. 4.
vers. 12.

D) Quo ergo modo vermiculus honio, cū hoc serpente certamen ineat? quā ratione puer David, cum monstrō gigante pedem conferat? Respondeat Bernardus serm. 3. in Ramis palmarum, horum præscientiā Dominum prius notanter dixisse: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar, Lu- cæ 22. vers. 15. vt nimis inermes discipulos aduersus hostis fraudes, & vires fortissimis Eucharistiæ armis communiret. Audi Bernardum. Cum enim dilexi & ses in finem dilexit eos, & dicebat: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Oportebat enim. Expetierat eos Satanas, vt cribraret, sicut triticum: opus erat, præuenire refractionem. Denique qui refecti pauci minus defecerunt, quid ieuniū fecissent?

Bernard.

Luc. 22.
vers. 15.

Hinc

Hinc fuit, quod non modo corpora sed etiam corda reficit, & ea quam maxime. Hac Bernardus.

X. Francón: Pergit hinc citato loco Franconius certaminis finem, & victorianum de hoste relatam describere, post præfata verba, haec subiiciens. Si contra vermiculus Christi sub umbrâ alarum eius securus hostem suum rabido i.e ipsum ore laniatē videt, & ridet, & ore tacito, corde de voto cū Moysi clamans ad Dominum oratione expugnat aduersariū. Adeſt Christus pugnator certaminis, & protector sui militis, quo de caelo præstante victoriam apostolat a Angelo uno superbiac in infernum detraicto vermiculus Christi gratia sub vehente celestia concendit coronandus. Unde sapienter subdit. Tua est haec Christe triumpator aeternae, tua est haec victoria, tibi gratiarum actio tibi laus, & gloria. Hac ibi Franconius. Nec his contentus sequenti tomo eadem in hunc modum incultat. Quia igitur infirmitatem nostrum novit, qui nos condidit, fortique & armato, nisi fortiore nos protegente fragiles, & inermes non posse resistere, contra implacabilem hostem antiqui odium panis cottidiani inexpugnabile nobis contulit praesidiū, & post nonnulla in eandem sententiam, subiicit. Quia igitur cottidie periclitamur, cottidie labimur, cottidie agrotamus, cottidianam sui in mysterio corporis, & sanguinis sui dignatus est nobis exhibere præsentiam quā liberemur, quā erigamur, quā convalescamus. Hac ille: Nec minus apposite, & eleganter S. Laurentius Iustiniianus in libro de disciplina, & perfectione Monasticæ conuerlationis cap. 19. in hunc campum, nostri cum hoste certaminis, & relatæ de ipso per ecclesiæ cibum victoria, expatiatur: ibi enim cum præmisset hanc imaginem à militia terrena desumptam. Campiduclores, & exercituum Principes, cum aduersus hostes visibiles dimicare disponunt, tentoria, & quædam specialia deputant loca, in quibus pro resumendis viribus, pro supplendis necessitatibus, seu medendi causa accedere valeant bellatibes. Sic quippe Dux noster, sic spiritualium militum invictissimus Rex Christus certanibus in hoc spirituali, & in visibili stadio militantis Ecclesiæ spiritualia quædam ordinavit militia præsidia, ad quæ pugnantes confugiāt, ut in illis resumptis viribus, vel sanatis

vulneribus iterum tu campum redcant, acris bellaturi. Que cum ad mirabile sacramentum referat, subiicit. Quis enim valeret ad iuersus immundos spiritus pergere, in acie perseverare, & de talibus aduersarij obtinere victoriam, nisi diuinis interdum esset recreatus alimentis? Quis in tam diuturno certamine contratum acerrimos luctatores persistere vñquam posset, nisi super celesti adiutorio, & verbi Dei paulo pascetur? Unde statim opportune monet. Nullus sibi arroget causam victorie, nemo de proprijs viribus presumat, &c. Si quis inedia tabescit, vel fatigatus in prælio reparare vires cocepiscit, Jacob sancta corporis Christi sumat mysteria, & statim convalescat in melius præliu repara-ta virtute. Hac omnia b. Laurentius Iustinianus.

XI. S. Thom: Tandem auget censem S. Thomas 3. part. quest. 79. art. 1. ad 2. quippe dum ibi ambigit de præstantia, siue excellētia Sacramenti Eucharistiae compositi cum Sacramento Confirma. iōnis: cū tamen in utroque conferatur gratia virtus, & robur ad eludendas insidias inimici, & vincendas eius tentationes? Respondet inde Sacramentum Eucharistiae excellentius ad pugnandum cum hoste censem, quod eminentiori modo hominem thuniat, & aduersario robustorem reddat, dum illum cū ipsomet Deo coniungit, vt proinde Deo unitus divinis iam viribus pugnare. Dcumque non fatum coadiutoreni, sed pugilem suum pro se bellarem habere videatur, sic namque S. Thomas. Per Sacramentum Confirmationis augetur, & perficitur gratia ad sustinendum contra exercitores impugnationes inimicorum Christi. Per hoc autem Sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita ad hoc, quod homo in se ipso perfectus exsistat per coniunctionem ad Deum, vt nimis cum Deo coniunctus viribus eius pugnet, & certati de hoste victoriam referat. Quod idemmet Angelicus Doctor per allegoriam traxit id quod 4. Regum. cap. 15. vers. 3. de bellatibibus a facie inimicorum fugientibus, quod famæ prævalueriset, sic refertur. Prevaluit famæ in ciuitate, nec erat panis populo terra, & interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplices murum ad hunc Regis.

4. Reg. iij
vers. 3.

S. Thom:

Sic in eum sensum inflestante historiā S. Thom. opuscul. 58. de Sacramen. Altaris. Panis cor hominis confirmat, ad malum scilicet culp. & deiiciendum, quia qui carnem non muniunt corroboratione huius panis vincuntur à vitijs. Rex Babylo-

nis, & exercitus eius obseedit Ierusalem; A & non erat panis populo terra: omnes viri bellatores nocte fugerunt ad hortum Regis, & ad campestria solitudinis, id est ad viam latam, quæ dicit ad mortem. Hæc ibi.



DISSESTITO IV.

DE AVXILIARI DEI MANV, ET luce, quæ ad benè operandum ab Eucha- ristiâ nobis obtingit.

*AB EVCHARISTIA PER MARIAE MANVS,
congrua, atque opportuna gratia divina auxilia
nobis advenire.*

ADNOTATIO. I.

I.



Concil.
Mileu.
Conc. A
raus.
Celes. PP
Inn. PP.

REDIDERIM, me nec ab instituto, nec à p̄fata PP. de Eucharistia expositione recessurum, si p̄fata orationis Domini n̄cē verba. Panem nostrū cottidianum da nobis hodie, ex Græcā lectione, quam attulimus benè per pensā de cottidiano adiutorio Dei, quod nobis oninitio necessarium ēſe ad bene operandum, & iuste, sancteque vivendum, Concilia Milevitani, & Arauſianum ex epistolis Cœlestini, & Innocentiij Pontificum diffiniebant illis verbis, quā habentur inter epistolas Decretales 25. & 26. Neminem etiam baptisma tis gratia renouatum idoneum ēſe ad superandas diaboli insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per cottidianū adiutorium Dei perseverantiam bone con-

versationis acceperit: omnino & nos acceperimus; ipsamet instructione Catechetica, quā pueri, & rudes ad mysteria diuina, doctrinamque Christiahā ad descendam imbuuntur; manuducente, quā interroganti: quid significet eiusmodi panis cottidianus? responderet: ea nos petitione à Deo efflagitare panem gratia, & Sacmentorum, ut videlicet cum gratiam Dei petimus, Eucharistiæ panem petamus, cum Eucharistiā efflagitamus: gratiam Dei, quā ab illa promanat itidē exoremus, cū nec Eucharistia sine gratia sit; nec gratia sine Eucharistiā vix possit subsistere. Quid vero pro cottidiano adiutorio Dei commodius valcat intelligi? quā panis cottidianus, panis nutritus, panis sustentans, annona cœlestis, baculus panis, cui innitamus, panis confirmans a quo vi-

res,

S. Cyril. res, & robur accipiamus. Nutrit enim robur spirituale (ut dicebat S. Cyril. Alex. xan. lib. de adoratione in spiritu) panis vi- uens, hoc est Verbum Dei. Scriptum est e- nimir. Panis cor hominis confirmat, Psal. 103. vers. 16 liberatque à servitute, & af fectionibus, & gloria libertatis supra mo- dum ornat, sic Cyrillus, qui immediate ante dixerat, hæc non minus opportu- na: *In firma enim est hominis natura per quam facile: nam in quod vis absurdū pro- labitur, nisi contineat illam Salvatoris grā- tia cœlestib⁹ bonis suis locupletans.* Et ve- rò si benè astimas, super hæc tensa op- portune cadit illa P. Maldonati obser- uatio de parte cottidiano, petimus ergo à Deo, ne patiatur nostrum Diarium nobis deesse, subiiciebat: *Loquimur tāquam fi- lioli, qui mane in scholam proficiscentes, primo loco eius diei statutū panis petimus.*

Maldon. Quid enim opportunius, aut tempesti- vius? quam primo mane, vt vita spiri- tuali viuanus adiutorium diuinæ gra- tiæ, tanquam statutum, & annonā ef- flagitare, vt videlicet cottidianum pa-

Titus Bo- stven. Domine Deus omnipotens, qui ad prin- cipium huius diei nos peruenire fecisti; tu à nos hodie salua virtute, vt in hæc die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciliendam nostra proce- dant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. Quam quidem expositione huic pani cottidiano, & supersubstatiōli om- nium (opinor) opportunissimus adhi- buit Titus Bostrensis inferius adducen- dus.

II. Age verò, & cottidianum panem in vtramque significationem panis Eu- charistiae, & panis gratiae, que sibi invi- cem consentiant, sub eo sensu accipia- mus, vt ab utroque pane humana natu- ra subsistat, & tot periculis obnoxia si- bi constet. Hoc ergo vt præstem, in pri- mis obseruo, cottidianum Dei adiuto- rium, quod nos panis cottidiani voce intelligimus, siue validum, & efficax Dei auxilium ad superandas diaboli in- sidias, & vincendas carnis concupis- cias sapientissime ab Augustino à con- gruitate, & opportunitate vocatio- nis, siue illustrationis diuinæ, s̄ aper- pius explicari: Sic enim lib. 1. ad simpli- cianum, quæstion. i. versans ea Domi- ni verba. *Multisunt vocati, pauci vero e-*

A lecti, Matthæi 22. verl. 14. hæc de fe- ait. *An forte illi, qui hoc modo vocati non consentiunt, possent aliquando vocati accommodare fidei voluntatem?* vt & il- lud verum sit. Multi vocati, pauci elec- ti: vt quāuis multi vno modo vocati sunt, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capiēde reperiuntur idonei. & illud non minus verum sit. Igitur non volentis, ne que currentis, sed miserentis est Dei, ad

Rom. 9. vers. 16. qnomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vo- cationem: Ad alios autem vocatione quidem peruenit, sed quietalis fuit, quā mōuerinō possent, aut eam capere, apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi. Per- git pluribus Augustinus huic instituto opportunissimis, quæ non prius appin- gam, quam cum his, quæ modo dixit: *qui hoc modo vocauit, quomodo aptū erat eis, qui secuti sunt vocationem,* hoc est vt bonum illis divinitus proponeretur eo modo, quo ipsorum voluntati aptum, siue congruenter, & concine aptatum esset: componam verba Davidis Psalm.

C 118. vers. 122. è quibus Augustinus sen- sa haufisse videtur. *Suscipe seruum tuum in bonum.* Que ex Hebræa voce hbarau commode vertunt nonnulli apud Lorinum: *Congruere fac seruum tuum bono,* apta, dirige, redde aptum, siue idoneum bono, vel vt teste eodem Lorino alijs le- gunt: *Oblecta seruum tuum bono: dulce fac servo tuo id, quod bonum est: fac vt seruus tuus bono oblectetur:* Quid enim fuerit in

D Dauide? *Apta seruum tuum bono, siue co- gruere fac seruum tuum bono?* quā in Au- gustino: *hoc modo vocauit, quomodo aptū erat in eis:* id est vt vocatione, seu bonum propositum in vocatione diuinæ con- gruentiam siue consonantiam haberet cum voluntate eius, qui vocabatur, vt & vocatus convenientiam cum bono virtutis, & bonum ipsum cum volunta- te haberet: Vnde pergit in idem Augu- stinus efficaciam diuinæ adiutorij den- sans, siue inculcans. *Quia si vellet ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis ap- tum esset, vt & moverentur, & intellige- rent, & sequerentur.* Verum est ergo: Multi- vocati: pauci vero electi: Illi enim elec- ti, qui congruenter vocati; illi autem, qui non congruebant, neque contemperabant vocationi non electi, quia non secuti, quam-

Mart. 22
vers. 14.

Psal. 118
ver. 122.

Lect. Hi- bræa.
Lorin.

August.

vis vocati, & post pauca. Falsum est autē si quis dicit: Igitur non miserentis Dei, sed volentis, atque currentis est hominis, quia nullius Deus frustra miseretur: cuius autē miseretur, sic cum vocat, quomodo fecit, ei congruere, ut vocantem non respuat: ecce adiutorium efficax, & panem cottidiam, quando homo à Deo vocatur, quomodo fecit ei congruere.

III.

Ioann. 6.
vers. 44.

Iam vero, hæc sensa luculenter diffudit idemmet Augustinus tractat. 26. In Ioannem, elucidans verba Christi Domini apud Ioan. 6. vers. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me traxerit eum, ut in illis explicaret id, quod ingens planè negotium humanis mentibus perpetuò facebat. Quomodo voluntate credo, si trahor? hoc est, quare hæc duo inter se conueniāt, tum libertas meæ voluntatis, quæ libere in utramque partem, tanquam liberum, & emancipatum arbitrium habens, me flecto, tunc diuinum adiutorium, quo Deus in me, & velle, & perficere, non perfunctoriè quidem, sed reapse, & efficaciter operatur: faciens ut faciam, & meam voluntatem in omnem partem quoque versus, sicut diuisiones aquarum ducens: in iò & trahens: Qui enim bonum & libere volo, & in bonum à Deo trahor? His ergo sic occurrit Augustinus. Ego dico, parum est, voluntate, etiam voluptate traheris: est quædam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cœlestis. Porro si poetæ dicere licuit. Trahit sua quemque voluptas, nō necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio, quæ fortius nos dicere debemus: trahi hominè ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur semper in vita, quod totum Christus est: ut omnino dixerit: vis nos? quomodo & trahor, & voluntate imò & voluptate trahor? quia videlicet non vno aut trabali clavo affixus trahor, nec armata, sed hamata manu nempe escaboni oblectatis, & delectatis animum instructa trahor. Quare pergit Augustin. Ramum viridem ostendis ovi, & tra his illam, nuces puerο demonstratur, & trahitur, & quod currit trahitur, amando trahitur, sine lesione corporis trahitur, cor dis vinculo trahitur. Hæc ille, inde docens hominem liberè trahi, & panem cœlestem ei dulcem esse: quod eo illi

modo bonum proponatur, quod consonantian, & conuenientian, & congruitatem cum ipsius affectu, & voluntate habeat, non fecus, ac nuces cum pueri affectu, & ranus viridiscum ouis

A appetitu: vnde quidem clarius eluet, quod priori loco dixerat Augustinus: Ut quamvis multi vno modo vocati sunt, tamen quia nō omnes vno modo affecti sunt illi soli sequuntur vocati nem, qui ei capie de reperiuntur idonei, &c. Ad alios autē vocatio quidē peruenit, sed quia talis fuit, quæ moveri non possent, aut eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi. Nimirum vno modo tentabis alicere ovem, & puerū, nuces mōstrando, & tamen puerum trahes; ovē non trahes quare: quia puerο quod illi aptum, & congruum est proponis, ovi vero non itidem: vnde quidem illud Proverbio cessit: Cantis das paleas, asino ossa: quod Adagiographus sic elucidavit ut sit: Cum res præ posterè distribuantur, velut si quis indocto munus mittat litterarium: eruditos scolulos, aut gladiū, baleum ve; militi librum: si quidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt.

Sub quo omnino sensu sapienter accipit Philippus Abbas lib. 1. in Cantica cap. 13. verba tum Sponsæ Cant. 1. vers. 3. Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum, quæ in manibus habebat, tum Ieremiæ cap. 31. vers. 3. Ideo

C attraxi te miserans: referens hunc tractū, seū trahendi modum ad internam quædam voluptatem, cum spiritus à gustu veri boni cogniti, sic delectatur, ut ad virtutem, & perfectionem suauiter promoteatur. Primum enim Philippus cū dixisset: Nonnullos enim voluntas promptior ad fortiora provocat, & attollit, sed eodem infirmitas carnalis emollit, & reuocat, eosque mollitie graui, vel precipitat in defectum, vel saltim ad profectum prouehi nequaquam patitur. Cu

D inusmodi miseris, quos miseria mollore neutrū retrahit; quid nisi necesse est? Trahi, & attrahi fortiore spiritu, ut pressa, & oppressa mollitie nequiter retrahente tandem præualeat manus miserias attrahētis: ideo inquit, attraxi te miserans, subinde hūc tractum: sic omnino explicat. Est & ille tractus, non quo iam caro cogitur obedire, sed qui potius invenitur delinire ipsum spiritum:

IV.

Cant. 1.
vers. 3.Iere. 31.
vers. 3.Philipp.
Abb.

ritū: tractus inquam longe juuior interna
cuiusdā voluptatis, cū spiritus gustu, &
amore gustat & veritatis delectatur. Cuius
loco spōsa grato desiderio teneri vult, eoq;
ad ea, quæ spiritu sapient, suauiter promo-
veri. & ab eorū suauitate nullis temporaliū
inquietationibus absterrerī, sed tota absor-
veri à serena facie eius, quē diligit. Hæc
Philipp. satī ad mētē Augustini dicen-
tis: *Est autem voluntas cordis, cui panis
dulcis est ille cœlestis, sic cōsentiente Phi-
lippo: cū spiritus gusto, & amore gustat &
veritatis delectatur, & ad ea quæ spiritui
sapient suauiter promovetur.*

V.
igitur tunc Dei munera gratissima,
& efficacissima sunt ut trahatur ab ip-
sis homo, cū apta & cōgrua sunt, vt cor-
dis vinculo trahatur, nimirū cū sit vocat
quomodo scit, ei cōgruere, vt spirituale bo-
nū sic eius ingenio, & voluntati nō secus
aptetur, ac ovi ramus viridis, & cani ol-
ta, ac proinde dulcis sit illi panis ecclē-
sis. Quā de re pulcherrime differuit B.
Ennodius lib. 2. epis. 23. ad Constatiū, vbi rē
ex professo tractās, atq; arbitrij liberta-
tē multis adstruēs, & eos, qui homini in-
vita tantū parte, quæ deterior est, eligendi
datā esse licetia, affirmabāt, sapient et re-
felliēs, subinde, quid gratiē diuinę, quid
humanę electioni assignari debeat, ad
hūcmodū partitur. Ergo debemus gratiē
quod vocamur, debemus gratiē, quod oc-
cultis itineribus, nisi refūstamus, sapor nobis
vitalis infunditur, nostrae tamē electionis
est, quod beneficia demonstrata sequamur:
via enim scelerū non imperatrix nostra
legit esse, sed famula. Sic Ennodius: obser-
va, & osculare accuratū illū, dicendi
modū. Debemus gratiē, quod occultis iti-
neribus sapor nobis vitalis infunditur, que
nāque occulta hæc itinerā fuerint? nisi
illa, quibus illi soli sequuntur vocationē
qui ei capiēdā reperiūtur idonei, quod
eo modo sunt affecti, vt illis bonū con-
gruat, & sapidū representetur: taliter vi-
delicet à Deo cōdūtū, vt sapor nobis vi-
talis infundatur: vnde rursus Augustin.
suā sententiā plusplus explicans, atque
confirmans lib. de Dono perseuer. cap. 14.
post plura in hanc rē opportuna subdit.
Ex quo apparet, habere quosdam in ipso inge-

*nis massā non sunt gratiae prædestinationē
discreti, nec ipsaeis adhibētur, vel dicta di-
rina, vel facta, per quæ possent credere, si
audirent, utiq; talia, vel viderent. Hæc il-
le. Audis: habere quosdam in ipso inge-
nio cōtinū naturaliter munus intelligē-
tis, quo moveātur ad fidē, sic cōgrua suis
mētibus, vel audiāt verba, vel signa cōs-
piciāt: cōgruētē scilicet sive cōsonātē,
& cōcinētē vocatione, siue bonodivini-
tūs à vocatione proposito cum illo-
rum mentibus.*

Porrò in hunc sensum opportunè in-
flexeris cum Card. Toletū ea Domini
verba, quibus Petru episcū p̄ predatore
in hominū p̄scatorem translulit, in-
quiēs: *Ex hoc iā homines eris capiēs*, Luc.
5. vers. 10. Si tamē vim Græci verbipro
quo Noſter posuit capiens intropexe-
ris: nā vt obseruat Toletus, ampliore ha-
bet significatiōē, quam Latinum, quippe
quod non vt cūque capere, sed vivuni,
aut ad vitā capere significat: vnde Le-
ctio Syriaca, & Iustinus M. q. 40. legūt:
*ad vitam capiens. Alij verò: homines vi-
vos capiens. Quod inibi sic opportunè*

*expedit Toletus. Reclit igitur dictum let.
est, eris homines ad vitā capiens. Quod si
sequamur expositionē, eris homines vi-
vos capiēs: Sententia est: Nō sic capiēs eris
homines, sicut capiūtur feræ cēdibus, &
vulneribus, sed sicut pisces, qui illæ si capiū-
tur: nō enim armis trahendūt homines,
sed spiritus virtute. Quod sanè discrimē
non cō solū referendū est, vt homines
potius mānsuetudine, & lenitate, quā
fetro, aut armata manu tāquā feræ ca-
piantur, quemadmodū dicebat Damas-
cen. lib. 4. de fide orthodoxā, c. 4. Nō vio-
lentiā ducens ad virtutem: non terrā suffo-
diens: igne comburens, aut lapidare præci-
piens peccatores, sed mansuetudine, ac māg-
nanimitate hominibus suadens diligere vir-
tutē: Sed etiā, vt nō secus aepisces, quib-
us propria, & peculiaris esca cōgruit,
quā illiciantur: sicuti alio intentus dice-
bat Senec. ep. 9. Ad omne fortuitum bonū
suspicioſi, pauidiq; ſubſtitit: & fera, & pi-
eis aliquā ſpe oblectante deceptiūr; ita cō-
grua mētibus nostris dicta, vel signa ci-
vinitus proponātūr; quarū ſpe oblectā-
te capiamut: sicut dicebat Vates: *Oble-
cta servū tuū bono, si e dulce fac ser-
uo tuo id quod bonum est: quod itidem di-
lucidē explicavit August. cō energiam**

Damas.
Seneca.

VI.

Luce 5.
vers. 10.
Lectio
Græc.
Lect. Sy-
riaca.
Iustin. M.

B. Enno-
dus.

August.

August.

five efficacitate auxilij cottidiani refrens, ut ab eo tanquam ab escā illiciente appareat homini, quod antea latebat, & tanquam dulce delectet, quod antea non delectabat: etenim ille lib. 2. de peccator. merit. & remissione, c. 19. cū præmisset. *Nos autē quātum concessum est, sapiamus.*, & intelligamus si possumus, Dominū Deum bonum, ideo etiam sanctis suis alicuius operis iustitiā, aliquando non non tribuere, vel certam scientiam, vel viētricē delectationem, ut cognoscant, non à se ipsis, sed ab illo sibi esse luce, quā illuminantur tenebrae eorū, & suavitatē, quā defructū suū terra eorū: subdit explicatius ad rē. Cum autē ab eo illius adiutoriū deprecamur ad faciendum, perficiendumque iustitiam, quid aliud deprecamur? quām B vt aperiat quod latebar, & suave faciat, quod non delectabat, quia & hoc ab illo esse deprecandum, eius gratiā dīdicimus dū antea latebat, eius gratia dileximus, dum antea non delectaret, ut qui gloriatur, non inse, sed in Domino gloriatur. Hactenus August. Apud quem obserua illa apparet quod latebat, & suave fiat, quod nō delectabat, quibus velut indice demonstrat hamū capiēdīspīcībus p̄dulci escā in structū, ut dulcenobis fiat quod bonū est.

VII.

August.

Idem.

Quoniā verò, & Vatem, & August. huius doctrinæ Doctores ad duximus, fuerit operæ pretiū ostendere, ipsos nō tantū Magistros eius veritatis, sed etiā testes esse: & ut ab Augustino incipiam. Evidē cum ipse in cœno Bābylonis (sic ipse de se lib. 1. confessionū c. 3.) tanquam in cynamomis, & vnguentis pretiosis volvaretur: nihil illi adeò molestū, & laboriosum videbatur, quā pudicitia, & castitatē colere, quod eius pulchritudo nullā cū ipsis ingenio sive palato, profanis, & turpibus cibis assueto, cōgruitate, aut cōsonatiā faceret, quē videlicet illius spes oblectans latebat, & mira illius suavitas non delectabat: id ipsomet manifestante lib. 6. cōfessionū c. 3. etenim cū de Ambrosij dignitate, & splendore, qui illi adveniebat, tum quod castitatem coleret, tum etiā quod à Princīpibus propter eximiam eius sapientiam, & virtutē coleretur, dixisset: *Ipsumque Ambrosium felicem quendam hominem secundum sculum opinabar, quem si tantæ potestates honorarent, subiicit. Cælibatus tamen eius mihi laboriosus vi-*

A debatur. Sed quā ratione castitatis plenior illi molestus videretur, atque labriosus? Audi. Quid autē ille spei gereret, & aduersus ipsius excellentia tentamenta, quid luctaminis haberet, quid resolamnis in aduersis, & occultum os eius, quod erat in corde eius, quam sapida gaudiade pane suo ruminaret; nec coniçere nouerā, nec expertus eram. Sic Augustinus: obserua primum occultum os eius, quod erat in corde eius, quod nimirum congruitatis, & aptitudinis, quā traheretur capax erat: ut ipsem Augustinus aiebat *cordis vinculo trahitur*. deinde vero illud, quā sapida gaudia de pane tuo ruminaret, quā sentim communem habent cum ijs, quæ indidem dixerat: *Est quādam voluntas cordis, cui dulcis est panis ille cœlestis*: quod illi congruat tanquam res sapida, & bene condita. Tandem, nec coniçere nouerā, nec expertus eram: Ex quibus videris, tum Ambrosium ab Augustino in gratia donis omnino discriminatum, tum vel maximè in eo cardine energiam gratiae, & auxilij cottidiani verti, ut apparet, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat. Nimirū, ut Ambrosio panis ille cœlestis dulcis erat, & sapidus, quod cum occulto cor dis ore, atque palato harmoniam, & consonantiam faceret, oblectate illud divina suavitate, & spe, quam gerebat, ita quidem Augustinum. (*Quoniam ut crederet non erat ei datum, etiam unde crederet erat negatum*) virtutis pulchritudo latebat, & eius facies insuavis, atque in D iucunda ipsi videbatur: dixit quippe de ijs qui virtutis specie, atque spe non capiuntur, opportunè Ambrosius in Psal. 1. *Allicit enim homines magis dulce peccati, quod ad præsens influit, & impinguat videntis affectum, quam triste virtutis, quæ fidei spem velut quodam cortice amari laboris involuit, quod ipsem Augustinus manifeste confessus est illis verbis, nec coniçere nouerā, nec expertus eram, tantum non dicēs, latebat me pulchritudo virtutis, cortice amari laboris involuta, & dū affectū meū dulcedo peccati impinguabat, adeò nō me delebat cœlestis panis suavitas, ut potius à tristiori boni facie turbarer, nō aliter ac avis, aut pisces, qui cū ab hamo escā instructo spe oblectante allicitur, ab illo tamē sine illice esceretur. Quam*

Ambr.

aliter

Philipp.
Abb.

VIII.

Chrysost.

aliter verò Augusti postquam illi apparuit quod latebat, & dulce fuit, quod nō delectabat, de virtutis pulchritudine senserit, & quā diligentē illi operā navaue rit: quis possit ignorare? qui & ipsum inter sanctos sanctissimū novit, & libros confessionū ipsius legerit? Ad rem vero Philippus Abb. lib. 1. in Cāt. c. 13. venatici canis imagine usus sic Agustini. sensum explicuit. Quod si quis nō are sagagior vnguentū hoc lenserit tantā auditate hausti odoris blandimentū sequitur, ut ab eō non promisces, nō minas, nō mors deniq; reuocet, neq; vita, sed cuncta pro dā no reputet, ut solū Christū lucifaciat, ita ille: Ecce tibi Augusti. sive in verbis, sive in vita explicatū, & quid sit apparere, quod latebat, & dulce fieri, quod non delebat.

Venio iā ad Davidē Dei adiutorium exposcentē, & efflagitantē illis verbis: Cōgruere fac seruū tuū bono, sive dulce fac seruo tuo id quod bonum est. fat. ut servus tuus bono oblectetur, & illū cū in peccatū malo fato lapsus, & per totos novē menses prolapsus fuit velim cōsideres, itidēq; tūc una ex parte pēdas, quot illi de diuinis iudicijs, & legē sentētiq; sensaq; in mentē venerint? quot sacre pagi nā testimonia ad salutē spectatia quot verba, sive a p̄econib⁹ divini verbi audiisse, sive ipsum in scripturis exercitatisimū pertotū tēporis spatiū legiſe dixeris? quintamen his omnibus ad bonam fragem se receperit, cui artissimis peccatū nodis illigato non immerito il lud aptaveris,

Nec spes libertatis erat, nec cura peculij. ex alia vero ad primā Dei admonitionē à propheta Nathā illi adhibitā, vide ut manus dederit, peccatū suū agnoverit: dolenter ingemuerit, & ad Deū rotō corde fuerit reversus, sed ynde tanta cordis mutatio: tā subita correctio: tā perfecta, & omnibus numeris absoluta p̄enitentia? Planè quod à Deo eatem-poris, loci, ac verborum opportunitate, & congruentia vocatus, & admonitus fuerit quomodo ipse scribat ei congruere, ut vocantē non repueret. Sapienter id observatibus Chrysost. & Cassiodoro: quorum primus hom. 5. de p̄enitentiā, tom. 5. cū dixisset. Peccauit David, mulierque cōcepit, utero gestavit, & peccatū nulla correpti: secuta est. Sic interrogat.

Quare autē protinus peccatū nō correxit? Respondet vero. Quoniam vidit in ipso peccati origine obēcatū peccantū animū, & obturat: & sunt aures eorū, in peccato mersorū. Differt ergo, furibundæ passioni auxiliū addens: tantūque post tēporis correctio procedit, ut uno in tēporis momento p̄enitētia sit. & remissio, ita Chrysost. Apud quē obserua: auxiliū additum dū correētio dilata est, ut videlicet opportunē, & congruentier fieret, cū pāsio deferribūsset: in hunc sensum itidē inflectente S. Cyrillo Alex. lib. 16. in Leuiticum. ea Domini verba. Si in p̄ceptis meis ambulaberitis, dabo vobis pluvias tēportibus suis, Leuitici 26. vers. 4. hūc in modū. Ne crapulato, & ebrio Verbi⁹ Dei inge rāt: ne occupato in alijs animo, cū attentus lex.

Leu. 26.
vers. 4.

Ovidius
1. detris
eleg. 1.
Cassiod.

Cōgruere fac seruū tuū bono, sive dulce fac seruo tuo id quod bonum est. fat. ut servus tuus bono oblectetur, & illū cū in peccatū malo fato lapsus, & per totos novē menses prolapsus fuit velim cōsideres, itidēq; tūc una ex parte pēdas, quot illi de diuinis iudicijs, & legē sentētiq; sensaq; in mentē venerint? quot sacre pagi nā testimonia ad salutē spectatia quot verba, sive a p̄econib⁹ divini verbi audiisse, sive ipsum in scripturis exercitatisimū pertotū tēporis spatiū legiſe dixeris? quintamen his omnibus ad bonam fragem se receperit, cui artissimis peccatū nodis illigato non immerito il lud aptaveris,

D
mē impegit, sed congruā simulatione p̄missa, & proposito enigmate cōpetēti, sententiā contra iudicātis extortis. Sic Cassiod. Nota illud cōgruā simulatione p̄missa, & id proposito enigmate cōpetenti, ut cū vtraq; interfecōmittis, videris op portūnū auxiliū ad cōgruitatem, & cōvenientiā propositionis relatum, quē admodū dicebat Augusti. Habere quosdam in ipso ingenio diuinū naturaliter munus intelligentiæ, quo moveantur ad fidem, si congruasuis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant: ea videlicet, quibus appareat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat. Quare idē Augusti. ser. 4. de verb. Apost. premens inibi verba Davidis. Bonus es tu, & in bonitate tua dece me iustificationes tuas.

Augusti

Psal. 118. ver. 68. quæ ipse notanter legit: *Suavis es tu: & in suavitate tua doce me iustificationes tuas, sic opportune ait. Tunc disco, ut faciam, si in tua suavitate doceas me. Ceterum dum blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas, amara est veritas: In tua suavitate doce me, ut suavis sit veritas: dulcedine tua cōtemnatur iniquitas. Multo melior, & suauior est veritas, sed sanis suavis est panis. Hæc ille & alia, obserua illa. Tunc disco ut facias, si in tua suavitate doceas me, ut suavis sit veritas. Endocendi modum cum energia: en discendi modum cum fructu, dum suavis est panis.*

IX.

*Lect. Syriac.**Lectio Graeca.*
*Petr. Laodic.**German. Conf.**Favorin.**2. Cor. 11. vers. 2.**Hebr. 10. vers. 5.*

Enimvero, cum huius argumēti plures possemus paginas opplere, quod & Deo bene iuvante faciemus aliquādo, his quæ diximus modo cōtentī, sic cōponamus iā *panē nostrū cottidianū*, cū ad iutorio cottidiano, cuius & Cōcilia, & Pontifices, & August. meminere, ut sensum cōmūnem vtrūq; habeat, quin hilū alterum ab altero differat. Nimirum vt in superioribus leviter attigimus, tū lectio Syriaca signata legit, *panē indigētiæ nostræ da nobis hodie, quā sententiam explicasse videntur prædicta Concilia illis verbis: Nemine etiā baptismatis gratiā renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad vincendas carnis cōpiscientias, nisi per cottidianū adiutorium Dei, ut videlicet cottidianum hoc adiutoriū, tum panis cottidianus, quo indigenus sit: tum etiā lectio Græca subsistat, quā à voce *vſia*, S. Petrus Laodic. in expositione orat. Dominicæ, & S. Germananus Constantinopol. indidem, & Favonius Græcorum peritiissimus afferrunt, legentes *panem, qui nostræ substantiæ congruit*, cui lectioni omnino adstipulatur, qui apud P. Maldonatū legūt, *panem sustantiae nostræ alendæ accommodatum*: Et quidem latinum verbum, *congruit*, quod reposuit Favonius, vt nō itro instituto per opportunum: ita Græco verbo, *armozon*, exhaustiendo omnium propriissimum est. Nā vt s̄apexpius alijs in libris admonuimus expli-*

cantes verba Pauli 2. ad Corit. 11. vers. 2. *Despondivis, & ad Hebr. 10. vers. 5. Corpus autem aptastimili, omnino significat remalteri adeo concinne, & cōveniēter aptare, vt ei profus, & undeque cōgruat, & totū toti, & pars parti*

cōueniat, quin aliquarationediscordet aut dissentiat. Ecce ergo tibi, quid petamus, cum velut pueri primo mane ad scholas proficiscentes eius diei statutū panis petinius dicentes, *panē nostrū cot-*

A *tidianū da nobis hodie: omnino id gratiæ adiutorium ad bene viuendum efflagitantes, quod, siquidē in nostro ingenio di-*

vinum munus intelligētie habemus, quo moveamur ad virtutē si cōgrua mentibus nostris, vel audiamus verba, vel signa cōpiciamus, nostræ menti cōgruat, & conueniēter aptetur, & nostro gustui, atq;

palato sic cōsonet, vt eius sapore capiatur, sicuti dicebat August. Est quædā voluptas cordis, cui pants ille cælestis dulcis est, & Ennodius. Debemus gratiæ, quod occultis itineribus sapor nobis vitalis infunditur, & iterum August. Cū autem ab illo illius adiutoriū deprecamur ad faciēdā perficiendā que iustitā, quid altud deprecamur: quā vt aperiat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat, sicuti orabat David cū dicebat. Cōgruere fac seruum tuū bono, oblecta seruū tuū bono: dulce fac seruo tuo id quod bonum est: fac vt seruus tuus bono oblectetur. Quid enim fuerit?

Panis qui nostræ substatiæ cōgruit, siue qui alēdæ nostræ subtatiæ accommodatus est, quā qui nobis dulcis, & conueniens est: a quo nobis sapor vitalis infunditur?

*His illud omnino additipulatur, quod ad faciē vehemēter repugnare videtur. Nimirum plures, qui græcisimi videri volūt, inter quos signata Angelus Caninus in huī loci expositione magno nisu conātur, Græcā vocē epiuſiō nō esse vertendā cottidianū, sed crastinū, eo modo *panē nostrū crastinū da nobis hodie*, quasi inter *crastinū*, & *hodie* antithesis quædā; eaq; venusta sit, cōsentiente quidē Hiero. in Matt. verba, qui in Hebreo rū Euāgeliō pro voce epiuſion affirmat haberi Hebraū nomē machār, id est *crastinum*. Sed enim hunc nobis scrupulum Titus Bostren. adeo feliciter, & facile nobis ejicit, vt tum vtrāque lectionē, et si diuersissimè videantur, vnam, eadēque faciat, tum etiam, quā adduximus expositionē de gratiā divinā eiusque opportunitate mirè confirmet. Sic enim ipse in c. 11. Lucæ verba Domini capit, vt cum panis crastinus Christus sit in futuro sæculo nobis dādus, nā & de ipso Paulus ad Heb. 13. vers. 8. signatè*

August.

Ennod.

X.

Lectio Græc.
Ansel.
Can.

Hieron.

cixit:

Hebr. 13
vers. 8.

dixit: Iesus Christus herit, & hodie, ipse & in secula & opportunè futurum seculū cras dicitur:) hodie vero id est in hac vita nobis dari petamus per gratiæ suæ cōmunicationem; quæ & diuinæ eius natu-
rae consortes simus, vt est apud Petru 2.

2. Pet. 1.
vers. 4.

ep. 1. verl. 4. & egregias virtutes exerceamus, ac bona opera indesinenter ope-
remur: Audi Titū ita appositè disle-

Titus Bo-
stren.

rentē. Panis animarū est diuina virtus af-
ferens futurā vitam perennē, sicut panis ex
terra prodiens vitā temporalē cōseruat: Cū
autē superlubstantialē dixisset: Divinum,
qui aduenit, & futurus est, significat, quæ
hodie nobis præstari requirimus poscentes
quoddā eius principiū, ac gustū, quādo Spi-
ritus in nobis inhabitans virtutē operatur
quæ superat omnē virtutē humānā: puta
castitatē, humilitatē, contemptū diuitia-
rū, magnanimitatem, despiciētiā honoris,
ac ipsius met vitæ, fidem firmā, ac stabilē su-
per omnia, indubitata spem futurorū, tā-
quā presentium, amore cælestem: ita vt in
terra versantes sint, quasi nō ambulātes in
terrā. Hæc modo Titus Bostrēsis. Apud
quem primū vide vtriusq; lectionis, cot-
tidiani panis, & crastiniconsonantia, vt

Maldon.

Maldon. obijcenti. Et quidē verborū an-
titheſis reclē congruit, ſententiā vero non co-
gruit, occurras affirmando, & antitheſi
recte cōgruere, & ſententiā itidem
rectius congruere: dū panis crastini, id
est Christi nobis in futuro ſeculo mādu-
cādi. Hodie nobis præstari requiramus po-
centes quoddā principiū, & gustū, gratiā
videlicet, & adiutoriū cottidianū per
quod spiritus in nobis inhabitans virtutē
operatur, quæ superat omnē virtutē huma-
nā: quibus verbis Titus emnino expre-
ſit, Paulū de gratiæ in nobis operatē di-

Philip. 2
vers. 13.

centē ad Philip. 2. vers. 13. Qui operatur
in vobis velle, & perficere pro bona volūta-
te, & de diuinis effectibus ab ipsa dima-
nātibus ad Ephes. 2. v. 10. Ipsius enim ſu-

Ephes. 2.
vers. 10.

III
E

mus factura: creati in Christo Iesu in opert-
bus bonis, quæ preparauit Deus, vt in illis
ambulemus, sed pro pane gratiæ nobis
cōgruentis oblerua in prafatis verbis il-
la poſcētes quoddā eius principiū, ac gustū,
vt videlicet non vt cumq; panem peta-
mus, sed eiusmodi, quigustui nostrodul-
cis sit, ſive qui nobis sapiat, & per quem
nobis ſapor vitalis infundatur. Nec fue-

titus Bo-
ſtr. quod ē re noſtrā omnino ſint. Pergit

ergo. Tribuit etiā ſapieniam occulta Dei
cognofcentē, & prophetiam, & virtutem,
violētiā dæmonū infringendi, & morbos
prout ex pedit abigendi. Nō enim panis ille
divinus datur ad praesentis vite volupta-
tē, vt omnia ſemper, & ubique quæ nobis
moleſta accidunt, auferat, ſed vacuitas do-
lorū in futurū reſeruat, nūc autē ad vir-
tutis exercitationē conducentes ſepe cura-
tiones coceduntur. At qui hic modo eſt panis
illius fructus, ſecundūquod Paulus dicit,
eū qui gaſtat Verbū Dei virtutē acquirere
in vitā futurā. Hæc Titus, lā vero panē
gratiæ leſum cōmunem habere cū Eu-
chariſticopane, ſive huic illū in eſte, pla-
nū faciamus: ne vero longissimi ſimus
in aliam adnotacionem trāmittamus.

A

B

C

D

E

EVCHARISTIAM, MARIÆ LA-
ETE conditam: panem nostrum cottidia-
num eſte, qui noſtræ ſubſtantia ad
bene vivenduni, beneque ope-
randum congruat.

ADNOTATIO II.

Q VI panē cottidianū, ſive ſu-
perfubſtantialē, quem cottidi-
die petimus de pane gratiæ,
quæ nobis ad bene operan-
dū cōgruit, intelligimus, ſimilexiftima-
mus nō fruita plures ē PP. ipsum de pa-
ne Eucharistico omnino accipere. Hi
ſunt Cyprian. de orat. Dominic. Tertull.
lib. de orat. c. 6. Hieron. in c. 6. Matthēi,
& lib. 3. aduersus Pelagianos, August. ep.
121. Athanaf. lib. de Incarnatione Chri-
ſti, Chryſol. ſer. 70. S. Petr. Laodicensis
S. German. Constantinop. & Fortuna-
tus Pictaviensis in expofitione orat. Do-
minic. Paschal. Theoph. & Anſelm. in
Matth. Catſian. collat. 9. c. 20. & ante
omnes Marius Victor. lib. 3. cont. Arria Paſch.
nos, nā qui panē gratiæ ſibi cōgruēti pe
tit, Eucharistiū panē itidem cui omnis
gratia ad bene operandū opportuna in-
eft, eodē ductu petere videtur, ſicut qui
Christi corpus à Patre efflagitat, quid-
quid ſibi ad ſalutē, & vitā neceſſariū eft
requirit. Quod inde collige, quod que-
cūq; de alterutro hoc intigni dono, vel
ab Scripturā, vel à PP. dicuntur alteri &
que omnino aptetur. Quo maxime fa-
ciunt nuper adducta Titi Boſtr. verba:

I.

Cyprian .
Tertull .
Hieron .
Athan .
Chryſol .
Pet. Lao .
German .
Fortun .
Cassian .

Y 3 de

Titus.

de pane gratia: quem hodie nobis praestari requirimus, paucentes quoddam nobis principium, ac gustum; quando Spiritus in nobis inhabitans virtutem operatur, quæ superat omnem virtutem humanam, quippe hec Eucharistico pani per omnia conueniunt; qui quidem Divinitatis gustus est: Apostolorum Principe, epist. 1. cap. 2. vers. 3. ex Davidis sensu Ptal. 33. vers. 9. cum ait: *Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: de Eucharistia manifeste dicente (ut iam alibi ostendimus) si tamen gustatus quoniam dulcis est Dominus:* Perinde vero fuerit in Eucharistia Divinitatis gustum percipere; ac panem coelestem: ut de gratia operante, & efficiente in nobis bonam voluntatem, dicebat Augustinus; *dulcem nobis esse*, ita demque dicebat Titus bosstrensis. At qui modo est panis illius fructus secundum quod & Paulus dicit, eum qui gustat Verbum Dei virtutem acquirere in vitam futuram: quod videlicet, tam Eucharistie quam gratia Dei opportunè a PP. aptetur verba Salomonis, Prov. 3. vers. 18. *Lignum vita est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus, vt & in superioribus diximus, & statim pensculati persequemur, dum primum sua Eucharistie congruitatem, & opportunitatem, quemadmodum gratiani habere vidimus, singillatim reddamus.*

II.

Sap. 16. vers. 20.

Id quod è manna imagine, & significatione facile explicatu est: de eo significatissime dicente Salomone, Sapientia 16. vers. 20. *Angelorum escà nutrita nisi populum tuum, & paratum panem de cælo præstisti illis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis sua vitalitatem, vbi pro extremis verbis: omne delectamentum in se habentem,*

Bibl. Reg.

Biblia Regia è Græco legit, ad omnem voluptatem valentem, & ad omnem g

Vatablus

stum congruum: nec aliter Vatablus, omni accommodatum gustui, ipsa vero Græ.

Græca Le

ca, verbo ad verbum redditia sic tin-

ctio.

Coharent apertissime, & quasi har-

moniam cum ipso gustus sensu efficiens: qui-

bus quod maximè obseruandum est, in-

dicat Salomon (ut inibi obseruavi, &

in sequentibus annotationibus pro de-

licijs, quæ Eucharistie subsunt denuo

expendam) cœlestem illum cibum, ex

saporibus, qui ei cuncti inerant, quasi li-

berò quodam, & discernente iudicio

eum cuiusque gustui accommodasse, qui edenti ad gustum congruentior, & accommodator esset. Energo, & Eu-

charistia, & gratia divinae proprieta-

tem, atque naturam mitific è a descrip-

tam: Cum virtusque divinos suos effe-

cias operatur, dum congruitatem ha-

bet, & harmoniam facit cum ipso gu-

stus sensu: etenim ut de Divina gra-

tiadicebat B. Ennodius: Debemus gra-

tia, quod occultis itineribus, nisi resista-

mus, sapor nobis vitalis infunditur, ita

quidem de Eucharistia iuxta frequen-

tiissimam PP. expositionem, quam sa-

pius adduximus Regius Vates Ptal. 49.

vers. 23. cum dixisset: Sacrificiam laudis

honorificavit me, subiicit. Et illic iter,

quo ostendam illi salutare Det, oblerua, il-

lic iter: quale? illud omnino per quod

gratia Divina saper nobis vitalis ad

bene operandum infunditur. ex lesti vi-

delicet cibo Eucharistia, & gratia di-

vinæ harmoniam cum interiori animi

gusto faciente, sub quo sentiu Chrysostomus hom. 19. in Genesim opportune

dicebat. Quia ergo liberam nostram natu-

ram fecit omnium Dominus, ipse quidem,

quæ sua sunt omnia, pro sua misericordia

semper exhibet, & sciens abscondita in pro-

fundo mentis, & arcana, hortatur, consu-

lit, conatusque nostros malos reprimit, &

necessitatem utique non imponit, sed con-

gruis remedijs appositis totum iacere in ex-

grotantis sententia dimittit, vbi oblerua

accurate dictum à Chrysostomo, tum

illud: sciens abscondita in profundo mentis

& arcana, quæ eadem omnino sunt cù

occultis itineribus ab Ennodio assertis,

tum hæc congruis remedijs appositis, vt

tota Chrysostomi sententia fuerit, Deū

qui intimos hominis receclus, & oculi

ta itinera per quæ elus voluntas liben-

tius incedit optimè novit: tanquam in-

dustrum, & peritum medicum in cogrua

ipsi remedia parare, quibus ægra homi-

nis voluntas sanetur, & hæc quidem ab

Eucharistia, quia illuc iter.

Vt vero hæc non minus Eucha-

ristia, quam divinae gratiae conuenire vi-

deris, reuoca in memoriam quæ de lig-

no vita Eucharistia, à quo vita homi-

nis tot periculis obnoxia, sibi constat,

ex Amadæ o. hom. 1. de laudibus glorio-

se Virginis, diximus, hæc felicitet: Horu-

media consurgit arbor, quam diximus salu-

Ennod.

Psal. 49. vers. 23.

Chrysost.

III.

Amed.

tifera

Ioann. 6.
vers. 51.

tifera generans cibum vitæ, & manna cœlestis. Manna habens omne delectamentum & omnem suavitatem: ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in eternum: Hunc panem se esse perhibet Filius hominis in Euangeliō dicens. Ego sum panis vivus, quidcœlo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū, loā. 6. ver. 51. sic Amedeus: Ad cuius verba cum sic præfato loco dubitabamus. Quid? Nonne tunc Dei Verbum in auxilium primo homini aderat? nonne ex se, & ex natura sua lignum vitæ erat, cui vis inerat, homini ab interitu vindicandi? itidemque cibus ad nutrimentum? & baculus ad sustentaculum? Curigitur ab hac auxiliatrice Dei gratianon sterit? qui à cibo cœlestis manna, & Eucharistiæ gratia stetislet, quin mortem non gustaret in eternum: Respondimus, id in Beatissimæ Virginis dignitatem, & gratiæ foræ referendum, quod ab ipsa tanquam ab arbore salutifera cibus vitæ, & manna cœlestis habens omne delectamentum, & omnem suavitatem fuerit generatum, eaque de causa peculiaris illi vis, atque efficacitas subeslet, ad arcendam morteni, vitaque impertiendā: & verò, cum hæc ibi pro debito in Deiparum obsequio, & pietate; cui nos, nostraque debemus, & tanquam Divinæ fortunæ omnia expensa, omnia referamus accepta; quæ in tota ratione mortali sola utræque paginæ Clemètix, & Benignitatis facit dixerimus: modo id ita explicabimus, vt intra lineas doctrinæ, quam persequimur, cōsittat quin à prefata ligni vite imagineditcedatus. Nimirū cū Dei Verbum (vt explicabat ibi Ambrosius) lignum illud sit, quod à Vate diecitur plantatum, sive transplantatum, in utero Virginis, secus decursus aquarum, quod fructum dabit in tempore suo: Psal. 1. ver. 3. atq; hic fructus ille sit, quæ tribuebat Amedeus Virginis, quæ de superno rore concipiens fructū refert salutare, fructū glorie, fructū vitæ, de quo qui ederit, viuet in eternum: obseruatu dignum est: illa verba Davidis, fructum dabit in tempore suo: notanter à Paraphraste Caldæo legi: fructum maturum dabit, sive maturescet in tempore suo: planè quasi hæc illi maturitas, & opportunitas, & dulcedo à Virginis ventre, &

manibus advenerit, vti dicebat S. Petrus Damiani premissa verba Ecclesiastici 24. Spiritus enim meus dulcis, &c hunc in modum. Hæc est, quæ vestris affectibus suavitatem dulcescit, in quæ dulcis Dominus cum omnibus dulcedine superuenit. Cum qua obseruatione sentum habet communem locutio B. Elisabeth Virginem salutantis. Benedictus fructus venoris tui, quâsic elucidavit Andreas Hierolymitanus orat. in salut. Angelicam. Benedictus fructus ille, qui ex in corrupto Virginis uteri uirculo veluti perfectus mirabiliter maturescens borus enatus est. Fructus ex quo vitalis ille pâns, corpus inquam Dominicum producitur, & immortalis calix salutaris potio exhibetur. Hæc ille. Quæ in euangelium infleximus, vt quamvis Verbum Dei lignum vitæ, cibus, & manna cœlestis Adamo ex se, & natura sua fuerit, illi tamen à mulieris blanditijs, & concupiscentia sua abstracto; & illecto sapor ille vitalis non fuerit infusus, nec ea fructus maturitas, & congruitas ei obtigerit; quâsive Eucharistiæ, sive panis cottidianus, gratiæ congruëtis, & efficacis habet.

Petr. Damian.

A Hæc illa. Quæ in euangelium infleximus, vt quamvis Verbum Dei lignum vitæ, cibus, & manna cœlestis Adamo ex se, & natura sua fuerit, illi tamen à mulieris blanditijs, & concupiscentia sua abstracto; & illecto sapor ille vitalis non fuerit infusus, nec ea fructus maturitas, & congruitas ei obtigerit; quâsive Eucharistiæ, sive panis cottidianus, gratiæ congruëtis, & efficacis habet.

Lucæ 1:

vers. 42.

Andr.

Hieros.

B Hæbit ergo Adams panem, habuit auxilium, quod sati illi erat, habuit manna, cui omnidelectamentum suberat: Sed manna, congruum ad eius gustum non fuit: quippe qui non habuit palatum illud, cui sapor vitalis infunditur, nec (quod de manna dicebat Salomon) harmoniam cum ipso gustus sensu efficeret: quare nec dulce fuit illi, quod bonum erat, vt dicebat David, apta servit tuum bono, sive dulce fac seruo tuum quod bonum est, nec habuit illam voluptatem cordis (vt dicebat Augustinus) cur dulcis est pâns ille cœlestis, ille scilicet, qui nostræ substantiæ alendre cogitat, pâns inquam ille cottidianus, quem petere iubemur. Quare cu illo obserua appellari, sive explicari Hieronymo in commentario in ea verba Matthæi, panem peculiarē, egregium, præcipuum, qui scilicet a pane, non omnino sustentante, & nutritente, eo quod substantiæ alendre non congruat discriminatur: Sub quo sensu generali oratione Bernardus serm. 36. ex paruis, dicebat. Deus scilicet, cum unus sit, & unus sit, tamen non sui varietate, sed animi nostri mutatione

IV.

Bernard.

gustan-

gustantibus nobis diuersos videtur habere sapores: sapit enim timenti, iustitiam, & potestatem: sapit amanti, misericordia, & bonitatē, prout videlicet singulorū scili cet gustui congruū, & accōmodatum est: vnde concludit: At is penitus inspiens est, cui nec timorem Deus sapit, nec amorem, cui ergo nec iustitiam sapit Deus per timorem, nec misericordiam per amorem is planè dicit in corde suo: Nō est Deus. Hæc Bernard. Nec omiserim, quæ de se ipso præ egregiā sui humilitate, atque modestia dicebat serm. 54. in Cantica, vbi cum præmisisset. Superbia inuicta est in me, & Dominus declinavit in ira à seruo suo. Quomodo ita exaruit cor meū? coagulatum est sicut lac: factū est sicut terra sine aqua. Nec compungi ad lachrymas quæ tanta est dnrītia cordis, pergit id inde explicare, quod vitalem illum saporem, quo animus bono oblectatur, amississet: sic enim subiicit. Non sapit Psalmus, non legere libet, non orare delectat meditationes solitas non inuenio: & statim. Vbi illa inebriatio Spiritus? Vbi mentis serenitas? Et pax, & gaudium in Spiri tu Sancto? Ideo ad opus manuum piger, ad vigilias somnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, lingue, & gula indulgentior: segnior, cibisiorque ad prædicationē. Heu! omnes montes in circuitu meo visitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Hæc ille, & alia, congruitati quidem diuinæ gratiæ potius explicande, quam vita & conuersationi Bernardi describendæ opportuniora.

V.
Psalm. I.
vers. 3.

Lectio
Græca.

Gennad.

Apoc. 2.
vers. 7.

Sed illud his maximè consentancū fuerit, quod de Dei Filio sub lignivitæ imagine enunciauit Vates Psal. 1. vers. 3. inquietus. Et erit tanquam lignū, quod plantatum est secus decursus aquarū, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quo in loco, & Græci PP. ex originibus legendunt: *Quod transplantatum est, de Domini nīcæ Incarnationis Sacramento capientes: eorumque mentem sic exponente Gennadio in Catena Græca Corderij in Psalmos. Cū in Patre radicatum esset, in commodum plurimorū transplantatum fuit, vt & alij participes extitissent imaginis illius, & ad Eucharistiam fore referendum; planum esse videtur ex verbis Ioannis Domini personā dicentis: Vincenti dabo edere deligno ritæ. Apocalypsi. 2. vers. 7. de quo ius superioribus dis-*

A
sert. 3. adnot. 2. num. 3. & alibi latius egimus: iam ex eodem Gennadio obserua notantissime de hoc ligno, sive arbore vite non dictum esse; fructum suū feret, quod propriè de fructu, quem arbores pregignunt dicitur, sed potius dabit, quod non sit fermento de arbore inaniamata, sed de divina, quæ cum non sibi, sed alijs fructum gignat; non ferre, sed dare dicitur eadem prorsus locutione, quā Dominus Eucharistiam vinceti promittens inquit, *dabo edere de ligno ritæ.* Sed quādō profecto in tempore suo: tūc videlicet cum opportunitas accipendi salutariter, & inaccipientis profectum: sic id inibi subiiciente Gennadio: *Non est dictum: quod fructum ferat in tempore suo, sed quod fructum dabit in tempore suo: Tempus autem dandi, est suscipientis opportunitas. Quantum enim est ex parte ipsius semper paratus est, dare fructum suum.* Hæc Gennadius, obserua illud. *Tempus dandi est suscipientis opportunitas: vt quamvis ex parte Dei semper ipse paratus sit dare fructum: tamen ut fructus proficiens, & fructuosus sit; suscipientis opportunitas spectetur, vt perinde sit dare fructum in tempore suo, ac Levitici 26. vers. 4. Dabo plu viam temporibus suis: explicante hæc Cyrill. Alexan. vt vidimus adnot. 1. num. 8. Ne crapulato, & ebrio Verbum Dei ingerant, ne occupato in alijs animo, cum attentus esse non potest, vel cum aliquis vitij langore contractus est: & non doctori, sed morbo interior præstatur auditus.*

C
D
E
VI.

Lev. 16.
vers. 4.
Cyrill. A.
lex.

dem

Ecce ergo tibi, quid panis cottidianus peculiaris præcipius, & supersubstantialis: quid fructus in tempore, sive Eucharistia, sive gratiæ divinæ præstet, quidque in animo efficiat, & quomodo. Nimirum ipse animæ nutrimentū, & vita est: dum illam aptat bono, sive congruere facit illi bonum, vt tāquam manna cœlestē ad omnem gustū adeo congruum, & opportunum sit, vt harmoniam cum ipso gustu facere videatur: quippe is trahendi, is alliciendi voluntatem unus, oportunus, & efficax modus est, sive ad bonum, sive ad malum, sive à Deo, sive à dñe mone: Cuius doctrinæ egregia apud Paulum habemus testimonia: eadem locutione, imo & eodē verbo, quid & quomodo Deus in bonis operetur: quid & quomodo iti

Philip. 2.
vers. 13.

Ephes. 2.
vers. 2.

Græca Lē
ctio.

Augusti:

Iustin.
Cornel.
Esius.
Job 40:
vers. 13

Pineda.

1. Petr. 5
vers. 8.
Cyprian.

dem dæmon opere tur in malis, manifieste aperiens: nam vt de Deo efficaciter hominum voluntates ad bonū perficiendū mouente, & in illas influente ad Philipp. 2. vers. 13. inquit. Deus est enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate: ita de malo dæmonie in felices hominum animas ad malum pelliciente, attrahente, & improbas actiones operante eodem tenore verborum: eodem in quam Græco, & latino verbo ad Ephesios 2. vers. 2. dicit. Secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentia, iam vero ad Verba ad Phi-

lippenes plenius adnotauit, pro operari, utrobique cū & de bono Deo, & de malo dæmonie sermo est; Græcè esti verbū energō, à quo vox Græca, & latina energia, que significat efficaciā, sive effica- cē vim, quæ in aīquo agit. Vnde apud Rhetores energia dicitur, is dicēdī mo- dus atque ratiō, cuius propria vis est, vt quæ dicuntur, non otiosè, aut frustra di- cantur, vt de Deo in nobis operante di-

xit Augustin. in Enchirid. cap. 3 2. Nolē tem prætient, vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit. Quo autem in cardi- ne vt̄aque hæc sive Dei in Ios, siue de monis in filios diffidentia operatis ener- gia versetur, expendere est opera p̄- trium: & vt à verbis ad Ephesios incipiā, dū Paulus inquit de dæmone, qui opera-

tur in filios diffidentia: perinde dictum inquiunt: Iulianus, atque Cornelius, ac vim & energiam suā exērcet, quod plus explicat Esius inquiens: Efficaces sunt, magnum habent succēsum suarū ten- tationum, ac suggestionum. Sed quāqua- lo ratione? Audi sanctum Job cap. 40. vers. 13. de dæmoniē figurata, sed oppor- tunā locutione inquiens: Offæcius, fistu- la oris: vbi(quod bene obliterat ibi Pi- neda) ramē ossium, quam ex erisima- ginibus ingentis dæmonis vires, & in- credibilis fortitudo significatur: hæc de causa monēte Petro epist. 1. cap. 5. vers. 8. Vigilate, quia aduersarius vester diabo- lust tanquam leo rugiens circuit, quæ rens quem devoret: ad quæ verba Cyprianus lib. de zelo, & li vore, illud circuit sic premit: circuit ille nos singulos, & tan- quam hostis claujos obsidens muros explo- rat & tentat, an sit aliqua pars minus sta- bilis, cuius aditus ad interiora penetretur.

Cur? num vt fortia tela, aut maquinas murales, & tormenta bellica contorqueat? Minime quidem; fortior enim & penetrantior eius vis est: sic eam ape- riente ibi Gregorio Magno: Qui a securi- in ossibus corporis robur subsistit; ita in fraudulentis tota se cius malignitas inge- rit: Benè in fraudulentis. Quas quidem fistula imago pulchrè denotat. Nā pri- mū nullum illa fortius telum ad titil- landum imo ad frangendum animum est: de quo Basilius hom. 24. de legendis Basilius libris gentilium, sic ait: Dicitur & Pytha Job 38. goras in ebrios olim incidentis iussisse tibici- nem conviuio luxurioso presidentem mu- tare harmoniam, ac Dorian(grauem scili- cet musicestonum) atque hoc modo me- lodie illos ad sobrietatem redi xisse, quæ ie- cts de capite coronis sanè omnes erubue- re. Ceteri verò ad tibiam Corybantum mo- do, ac debacchantium versantur. Hac ille & alia: Vnde quidem appositè dæmo- nis fistula indicatur, malum hūc im- postorem, non armatā manu, sed dulci fi- stula, seu tibia ad singulorum guttum, & libitum blande personante, imo ve- rò consonante, & concinente, eorū ani- mos aggredi, vt pro cuiusque comple- xione, & propensione sonum, & cantū edat: bellissimè hanc cogitationem ex- primente eodem Gregorio lib. 29. Mo- ral. cap. 1 2. elucidans verbalob cap. 38. vers. 24. Dividitur xstus super terram, hunc in modum. Recte verò etiam divi- di xstus dicitur, quia nimis non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis, & iuxta positis vitijs fatigantur. Prius enim con- fessionem vniuersiisque antiquis aduer- sariis perspicit, & tunc retationis laqueos apponit. Alius namque letis: alius tristi- bus: alius timidis, alius elatis moribus ex- sistit. Quò ergo occultus aduersarius facile capiat, vicinas confessionibus deceptio- nes parat. Quia etenim latitare voluptas iuxta est letis moribus, luxuriam propo- nit: & quia tristitia in ira facile labitur, tristibus poculum tristis porrigit, quia itmidis supplicia formidant, parentibus ter- rores intentati: & quia elatos extollit laudi- bus conspicit, eos ad quæ voluerit, blandis fauoribus trahit, singulis igitur homini- bus, vitijs conuentientibus infidatur. Ne- que enim facile capiuaret, si aut luxuri- osis premia, aut avaris scorta proponeret, si aut voraces de abstinentiæ gloriæ, aut absti-

Gregor. Magn.

A

B

C

D

E

vers. 24.

Grægor. Magn.

nentes de gula imbecillitate pulsaret si mites per studium certaminis, aut iracundos capere per fauorem formidinis quereret. Hæc Gregorius, quæ adeo & fistulæ aris explicande, & nostro instituto exornando sunt opportuna, vt illa omittere, aut præcidere religio fuisse. Vides: vt nequam spiritus operetur in filios diffidentie efficaciter quidem, & cum energiâ manu non ferro, sed blâ dicijs armata: dum suavi fistula concinne ntem sonum dulciter facit, convenientibus vitijs singulis hominibus insidias parans. Hæc illius arma, hæc eius fortitudo: hæc illi circuitus, & exploratio est; an sit aliqua pars minus stabilis cuius aditus ad interima penetretur: Vnde de Davide ab ipso læthaliter vulnerato

S.Basilius Seleuciens.orat.17. inquit:
Parvula quâdamsui parte nudatum ab armis optimatem surtim cecidit.

VII.
Petr. Damian.
Nec ad hanc cogitationem firmam-
dam omitrenpum, quod Petrus Damia-
nus ferm. de *Anunciatione*, vt hasce ma-
li dæmonis artes quibus Adamum in
vxorem proclivem ad peccandum in-
duxit, explicaret ipsam *confutum sibi*
organum appellavit: opportunum vide-
licet instrumentum ad pronus animi
motus excitandos, atque movendos
vt de mulca organorum efficacitate
ad suadendum, sine voce, & movendū
animum, sic inquit *Quintilianus lib.9.*
cap.4. *Naturâ ducimur ad modos*, neque
enim aliter eveniret, vt illi quoque organo-
rum soni, quamquam verba non exprimunt,
in alios tamen, atque alios motus ducent
auditorem, vt hac ratione non absre di-
ctum putes de dæmone ab Isidoro, id
quod ad faciem non videtur subfistere
nempe. *Diabolus non est immisor*, sed incen-
tor potius vitiorum, neque enim alibi con-
cupiscentia fomenta succedit, nisi ubi
prius pravae cogitationis delectationes aspe-
xerit, quas si à nobis spernimus, sine dubio
ille confusus abscedit, statimque frangun-
tur iacula concupiscentie eius, contemptæ
que iacent, & sine luce faces. Sic ille lib.3.
sententiar. c.5. obserua illud. Non est im-
misor, sed incensor vitiorum, vt dixerit,
illum prius conspersione in vnu sciu-
que perspicere, vt quæ in illis feminæ,
sive initia, aut proclivitatem ad pecca-
ta animaduerterit, ea organorum sive
fistulæ tono excitet, atque incendat, at-

Quintil.
Iſidor.
Quintilianus lib.9.
cap.4. *Naturâ ducimur ad modos*, neque
enim aliter eveniret, vt illi quoque organo-
rum soni, quamquam verba non exprimunt,
in alios tamen, atque alios motus ducent
auditorem, vt hac ratione non absre di-
ctum putes de dæmone ab Isidoro, id
quod ad faciem non videtur subfistere
nempe. *Diabolus non est immisor*, sed incen-
tor potius vitiorum, neque enim alibi con-
cupiscentia fomenta succedit, nisi ubi
prius pravae cogitationis delectationes aspe-
xerit, quas si à nobis spernimus, sine dubio
ille confusus abscedit, statimque frangun-
tur iacula concupiscentie eius, contemptæ
que iacent, & sine luce faces. Sic ille lib.3.
sententiar. c.5. obserua illud. Non est im-
misor, sed incensor vitiorum, vt dixerit,
illum prius conspersione in vnu sciu-
que perspicere, vt quæ in illis feminæ,
sive initia, aut proclivitatem ad pecca-
ta animaduerterit, ea organorum sive
fistulæ tono excitet, atque incendat, at-

A que idcirco Petrus dum illum anima-
nostræ muros circundantem dixit, sig-
natè monuit Vigilate, vt partem minus
stabilem, & ruinæ proximam aduersus
noxiam fistulam muniremus, in melio-
rem musicam intenti, de qua citato lo-
co Basilius, cù de turpibus musicis modis, qui theatris frequentes sunt, dixi-
set. *Oportet enim, nec oculos spectaculis,*
Basilins.
nec vanis præstigiatorum ostentationibus
tradere, nec per aures animarum corruptri-
cem melodiam haurire: Hoc enim musica
genus servitutis, & ignobilitatis fructus
parere, prætereal libidinum stimulos acuere
solet, subiicit. Alio nobis musica longe me-
lior exsistit, & ad meliora nos excitans se-
quenda. David factorum canticorum poe-
ta, cythara ex insania Saulem regem libe-
ravit.

C Iam ergo hinc omnino vides quibus
telis, sive maquinis humanæ mētis arx
oppugnari, atque expugnari soleat.
Quod si malus infidiarum artifex his
fraudulentijs animum penetrat: quid
de optimo & sapientissimo Opifice,
qui apprimè cognovit figmentum no-
strum; in hac arte suadendi, & move-
disuorum creaturarum ingenia, & vo-
luntates, dixeris? Sanè si in opugnan-
do homine malus ille technas, & fra-
udulentias fistulæ sive, cum Domino cō-
gruis modis, & cōfucto, sibi organo v-
tente concurrat: omnino de illo dicas.

D *impar congressus Achilli.*
Nam vt Evā Petrus Damianus ita Ma-
riam Andreas Hierosolymitanus ferm.
de Annunciatione, Dei organum appelle-
avit inquiens: Salve latitiae organū, per
quod delicti nostri condemnatio expiata est
ac veri gaudij plena facta compensatio est,
nec alio sensu Augustini ferm. 21. de tem-
pore, qui de eadem solemnitate est, pri-
mum dixit. Musicum Maria inter iuven-

E *culas melos exerceat, quia dulce Verbum*
plectris Sancti Spiritus modularibus par-
turavit, & deinde: Reciprocat oigitur die,
quo criminosa Ægyptus feriretur, tympa-
*num Maria nostræ pulsatum Verbum medi-
dit, quæ vt dicebat Amedeus. Desuper-*
no rore concipiens fructum refert saluta-
rem, fructum glorie, fructum vite, de quo
qui ederit viues in æternum, &c. manna
cælestis habens omne delectamentum, & om-
nenm suavitatem: in quam sententiâ Ri-
chard. à S. Laurentio lib. 10. de laudibus

VIII.

Andreas
*Hier.**August.**Amed.**Richard.*
*à S. Lau-**B. Ma-*

B. Mariæ, dum ipsam cum cratera componit: opportunissime nostro instituto ait: Comparatur autem Maria vasis craterarum. & vasorum musicorum suspensis à paxillo, id est Christo, Itaæ 22. Vasis craterarum, quia suos inebriat amatores cœlestis potus abundantia, quibus dicitur. Bibite, & inebriamini charissimi. Cant. 5 Vasis musicorum, quæ sanctam delectationem eos infundit. Hæc Richardus: Eniguntur, Eucharistia & cœlestis manna effectum; sanctam delectationem, & purissimam ebrietatem divinæ musicae insfundentis; quæ suaviter, & efficaciter animos permoveat, dum omnem saporem habens; timenti lapit iustitiam, & potentiam, amanti misericordiam, & bonitatem: ut Cyprianus serm. in cana Domini, huc omnino intentus, inquit: Ut manna sic, & hic panis omne delectamentum in se habet, virtute mirifica omnibus, qui dignè. & de votè sumunt, secundum suum desiderium sapit, implet, satiat edentium appetitus, &c. Quod nimis ut Græca verba Salomonis superius expendentes discebamus. Coheret apertissime, & quasi harmoniam cum ipso gustus sensu efficit, ut iustitiae semina in animo nostro iacta congruis, & conuenientibus modis promoveat: Aperiens quod latebat, & suave faciens, quod antea non delectabat, hinc virtutum incrementum, perfectionis apex, sanctitatis missis oritur; dum sese singulis iustitiae itineribus Dominus aptat, ut gressus nostros promoveat, atque perficiat, oblectans seruos suos bono: Audi S. Laurentium Iustinianum, lib. de disciplinâ, & perfectione Monastica conuersationis, cap. 19. sic hæc diffundentem. Non capit cor, lingua deficit, manusque soturus sensus ad investigandum tanti arcana mysterij, ò quæc ibi delitie! quæc odor! qualia verba! quam vehemens amor! quæ casti amplexus gustantur, quis propalare valeat: Nihil tunc ibi nisi dulcisona interioris hominis canticæ, clamores desideriorum, gratiarum actiones laudū præconia, affectionum gemitus resonant in laude dilectionis: Sanè ut divinæ tibiæ congruè modulatae, opportuna laudum, gemituū, & desideriorum cantica concinat. Pergit Iustin. Pia etenim mens tati sp̄s laetificata presentiā, venerando hoc mediante Sacramento repletur gaudio, exultatione

A perfunditur: humilitate dejectur lumine irradiatur, pace satiatur roboratur fide, de votione saginatur, atque indissolubili amoris vinculo Redemptori incrius copulatur: Ex quo ferventior in delectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, sollicitior in virtute, in administratione alacrior, necnon & in ipsius frequentatione efficitur ardentius. Hæc preclarè S. Lauentius Iustinianus. Quæ expendas velim.

B Iam vero his, & pro Eucharistie, & pro gratiæ congruitate ex ijs verbis Davidis. Aptaservum tuum bono, siue aptū fac servum tuum bono, assertis; omnino videtur aptandum, quod à Paulo ad Hebrews 4. vers. 12. Dei Verbum notanter componitur, cum perito scindendi obsonij magistro, qui in mēsa avivum peccatus, & crura docta manu per ipsam et inter nodia, & iuncturus scindere, & partiri nouit à Seneca epist. 47. ita de scriptus: Qui pretiosas aves scindit per peccatus, & clunes certis ductibus circéferēs eruditam manum. Sic namque Apostolus: Vivus est sermo Dei, & efficax: penetrabilior omni gladio ancipi, & pertingens usque ad diuisionem anime, &c. Spiritus: compagnum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, ubi primo obserua, Athanasium serm. 3. contra Arrianos, verba illa: Pertingens usque ad divisionem anime, & spiritus, explicatiūs legible, pertingens usque ad internodia: Deinde Isidorū in lib. differētia rū, differētia 23. id invenisse discrimen inter animum, & spiritū, ut spiritus ad contemplationem animus ad saporem referatur: sic enim ille: Animā una & eadē est, quæ dum contemplatur spiritus est, dum sentit sensus, dum sapit animus, dum intellegit mens, dum discernit ratio, dum recordatur memoria, &c. Iam totum hunc locum de Dei Filio accipiunt Athanasius loco citato, & lib. de salutari Christi adventu, Cyrus Alex. lib. 2. in Ioan. cap.

C D E 37. Ambros. Theodoret. Anselmus, & alij plures: de eius vero doctrinâ, & scholâ, in qua ipse auditur, & docet interpretatur Gregor. Magn. hom. 21. in Ezechiel, ut hæc Apostoli sententia tantaverborum cōgerie, & imaginum varietate illustris eo iverit, ut ostendat Paulus, Christum Dominum in Eucharistiā (ut ex seqq. evincitur) hominum

IX.

Seneca.
Hebr. 4
vers. 12.
Athan.
Cyril. Alex.
Ambros.
Theodor.
Ansel.
Oecum.

Isidor.

Gregor
Magn.

animos ad virtutem, & perfectionem auxiliari, & efficaci manu eatenus per movere: quatenus omnimoda cognitione, & infinita sapientia ipsas animas, spiritusque notiones, ac propensiones optimè cognoscens; summà dexteritate, quasi per iuncturas, certis ductibus eruditam circumferens manum, sese singulorum palato accommodat, blandè se inferens animæ, spiritui, sensui, menti, rationi, atque memorie sic secas per internodia; ut animus recordetur, intelligat, discernat, & opportune cogitat, quæ sunt meliora, & quæ sursum sunt lapiat; vitalem scilicet saporē, & gustū percipiens, quoad virtutis amorē vndequaque capiat: Quæ omnia expressit Chrysostomus hom. 19. in Genes. in superioribus adductus cum dixit: *Ipse quidē, quæ suæ sunt omnia pro suā misericordiā semper exhibet: & sciens abscondita in profundo mentis, & arcana (en animam, & spiritum, cogitationes, & intentiones cordis) hortatur, consolit, conatusque nostros malos reprimit, & necessitatem utique non imponit, sed congruis remedijs appositis (en divisione animæ, & spiritus per iuncturas, & internodia, ut suaviter, & efficaciter omnia disponat) totum iacere in agrotantis sententia dimittit.*

X.
Porro hæc omnia ad Augustissimum Eucharistia thronum, in quo Deus liberalissimè munificentia gratia suæ dona impertitur, statim retulit Apostolus in idem verl. 16. ex dictis, sic inferens: *Adeamus ergo cum fiduciâ ad thronū gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inventamus in auxilio opportuno.*

Ad Heb. 4. 2. 16.
Anselm.
Quæ verba egregiè interpretatur hunc in modum Anselmus: *In auxilio, id est ut auxilietur nobis contra tentationū impugnationes, & cooperetur ad completiōnem bonorum operum.* Auxilio dieo opportuno, id est congruo, & necessario: ita ille auxilium opportunum, congruum & bonis operibus perficiendis, necessarium appellans; quod tunc opportunus Auxiliator, sive adiutor in opportunitate quis dicatur, cum illud nobis auxiliū affert, quo maximè indigemus, & quod nostra imbecillitati, ac conditio magis accommodatū est: sed enim cum Apostolus hoc loco, & si de Divina Christi personā agat; ea tamen com-

memoret, quæ ipsi convenient huma-
tatis respectu, quæ Sacerdos erat, & Pō-
tifex, quis ambigat thronum gratiae eius
ad Eucharistiam referri posse? imò, &
deberi, ut plures & boni Autores re-
ferunt: ipso namque in Ecclesia suā cō-
morante, & ipsi tanquam Domino &
Rege præidente (quod ex Isaiæ verbis
cap. 31. verl. 9. iam dudum ostēdimus:
Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus in Ierusalē) quis opportunior?
regalior? aut magnificenter thronus,
quam Eucharistiæ assignari queat? Er-
go ad hunc thronum accedentes, grati-
am inveniemus congruentem, & ne-
cessarium in auxilio opportuno: Hic
benignitati divinæ innixi quidquid no-
bis ad salutem opportunum est, prome-
rebimur: hic iter, quo ostenditur saluta-
re Dei: hic animorum alimentum, ho-
stium victoriam, incrementum viri,
perturbationum lenimentum, augme-
tum virtutum, & perfectionis columē,
& culmen inveniemus.

EIVSDEM ARGUMENTI.

OPPORTVNVM, ET POENE
necessarium nexum Eucharistiæ, &
adiutorij Divini, quo indi-
gemus.

ADNOTATIO III.

DIVINI Præceptoris Oracu-
lum est. Oportet semper ora-
re, & non desicere, Lucæ 18. vers. 1.
vers. 1. Cum vero ipse à disci-
pulis efflagitaretur. Domine docce nos ora
re, Luca 11. verl. 1. ipse; inter primas & 2. 3.
Deo offerendas petitiones assignavit.
*Panem nostrum cottidianum dà nubis ho-
die,* Lucæ 11. verl. 3. Quod ut ad Eucha-
ristiam frequentissima PP. sententia re-
fert, quam sæpe & prius laudavimus; ita
ad cottidianam indigentiam, & peti-
tionem à nobis Deo offerendam retu-
lit Augustinus serm. 15. de Verbis Domini August.
Omnes, quando oramus, mendici Dei sumus: ante ianuā magni-
Patris

Patri familias stamus, imò & proster-
mur: supplices ingemiscimus, aliquid vo-
lentes accipere, & ipsum aliquid ipse
Deus est. Quid à te petit mendicus? Pa-
nem, & tu quid petis à Deo, nisi Christum,
qui dicit: Ego sum panis vivus, qui de
cælo descendit. Hæc Augustin. Fue-
rit verò huic sensui valde opportuna le-
ctio Syriaca: Panem indigentia nostra,
quo scilicet hodie, & semper indige-
mus; quod bene explicauit P. Maldo-
natus in Matthæum, inquiens significa-
ti, Deum singulis diebus suis necessa-
rium cibum dare solere. Diarilu Latini vo-
cant. Petimus ergo à Deo, ne patiatur dia-
trium nostrū nobis hodie deesse. Subdit ve-
nustè. Loquimur enim tanquam filioli,
qui mane in scholam proficiscentes, primo
loco eius diei statutam panis portionem po-
stulant, ut nimirum adeò hoc cœlesti pa-
ne ad vitā indigeamus, ut sine illo sub-
sistere, ac viuere non possimus iij, quibus
militia est vita hominis super terram (vel
vt LXX. habent. Nunquid non tentatio
est vita hominis super terrā) & sicut dies

Iob 7.
vers. 1.

mercenarij, dies eius, Iob 7. vers. 1. quæ e-
nim ratione homo inermis cū strenuo
milite? aut mercenarius infatigabiliter
& indesinenter laborans, atque sudans
sine pane, & annona durare in labo-
re possit? Vt iam adductus Bernardus

Bernard.

serm. 1. de miraculo facto in nuptijs, op-
portune dicebat. Timent eum qui nove-
runt spiritualem cibū, ne quando forte frau-
dentur eo; cibo siquidem fortis egēt, qui ma-
num miserunt ad fortia ipse est panis An-
gelorum: panis vivus, panis cottidianus.

Cyprian.

De milite vero ad pugnā lacesito Cy-
prianus lib. de oratione Dominicā, pre-
mens hæc verba, quæ in manibus habe-
mus, inquiens. Vereor enim, ne qui à par-
ticipatione Eucharistie removemur, per
notabilem moram, fiant expertes salutis,
Satanā interum non feriante, & ignitis ia-
culis imperente fideles.

II.

Observa illa per notabilem moram, &
quidem dum taxare, sive discutere vis,
quæ mora notabilis dicenda sit, oppor-
tunus occurrit Paschasius lib. de corpore
& sanguine Domini, c. 19. vbi cum de in-
fantibus, qui post acceptum baptismum è
vivis excederunt dixisset: Ideò non obes-
se credimus viaticum non accepisse huic
Sacramenti ad vitam in via, quia in nullo
post perceptam vitam declinaverūt à via,

que Christus est: ad rem statim nostram,
sic pergit. Ceterum quamvis per hic rema-
nentibus valde per necessarium est ad vitā
ille cibus cœlestis, & potus, quatenus sicut
aluntur cibus terrenis ad tempus ut viuāt,
sic aluntur spiritualiter renati per hæc ad
A perpetuam vitam ne deficiant in via. Hæc
ille cum allusione, opinor tum ad ver-
ba Domini apud Marcum 8. vers. 2. pre-
cedent. adnotat. allata: Misereor super
turbam, &c. & si dimisero eos ieunios defi-
cient in via: tum ad imaginem baculi,
quæ subies dicebamus illis verbis Isaiæ
3. vers. 2. Ecce Dominator Dominus au-
feret à Ierusalem, &c. omne robur panis,
vt quemadmodum, aut infans, sine ali-
quo eum movente, ac deducente, aut
senilia membra infirma, & ad terram
incurva, & iamiam necessarià ratione
præ virium defectu ruitura sustinet ba-
culus; & à casu, & ruina vindicat, ita cœ-
lestis panis naturam hominis ex se labri-
cam imbecillum, & sine impellēte ruē-
tem à spirituali casu sustentat atque co-
firmat. Quod planè adducto Davidis

B exemplo septies in die ad hunc panem
suspirantis, benè confirmat Ambrosius
in cap. 11. Lucæ lib. 7. vbi cum monuis-
set instantum nobis orationi esse, vt
hoc cœleste nutrimentum à Domino

accipere mereamur subiicit. Nam si ille
tam sanctus, & qui regni erat necessitati-
bus occupatus septies in die laudem Domi
nodicebat matutinis, ac vespertinis sacrifici-
ijs semper intentus, quid nos facere ope-
ret? qui eo amplius rogare debemus, quo
frequentius carnis, ac mentis fragilitate
delinquimus, vt de via lassis, & istius avi-
cursu, ac vite huius anfractu grauiter fa-
tigatis panis refectionis deesse non posse,
qui cor hominis confirmet. Sic Ambro-
sius: Sed quoniam Paschasius, & baptis-
matis meminit, & signatè Eucharistiā
necessariam adstruxit, quantis per hic re-
manentibus, huc quidē placet advocate
cottidianū illud adiutorium Dei, cuius

Celestin. P.P.
Innocent. PP.

E meminerūt Concilia, atque Pōtifices:
Cælestinus scilicet primus, & Innocen-
tius itidē. I. ille in primā epist. decreta-
li cap. 6. hic in epistol. ad Conciliū Car-
thaginense, & in epistol. ad Conci-
lium Milevitani, ab ipsis Conciliis
mirifice commendatis, his verbis. Ne-
minem etiam baptismatis gratiā renova-
rum idoneum esse ad superandas diaboli

infidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per cotidianum adiutorium Dei persecrantiam bone conuersationis acceperit: Vides ut baculus, & nutrimentum quantisper hic remanentibus, etiam baptismatis gratia renovatis necessarius sit?

III.
Luce 8.
vers. 54.

Fuerit verò huic monito valde consentaneum pulchrum illud Domini factum apud Lucam cap. 8. vers. 54. vbi cum divinè virtute mortuam puellam ad vitam revocaslet, d' recuperatae vi-

Ambros.
Euthym.
Toletus.

tæ conservatione sollicitus statim ei cibum dare præcepit: sic namque Lucas: *Ipse autem tenens manum eius clamavit dicens. Puella surge, & reuersus est spiritus eius. Et iussit illi dari manducare.* Quare benè Ambrosius, & Euthymius eò referunt, vt cibus veritatem resurrectionis comprobaret, nec phantasma, sed veritas crederetur. Addit tamen inibi Cardin. Toletus. Spiritualiter significatur frequentia Sacramenti Eucharistie amplectenda ab eo, qui iustificatus bonis operibus intendit: nam per illam non solum gratia augetur, sed robur ad tentationes superandas, & difficultia opera efficienda adiicitur. Sic ille: edoctus quidem ab Ambrosio lib. 6. in Lucam sapienter lese optantem inducens. *Vt nam meam teneat manum iustitia: spiritum avertat erroris: convertat salutis: dare mihi iubeat manducare. Panis enim celestis Dei Verbum est: inde, & illa Sapientia, quæ divini corporis, & sanguinis sacrostanta Altaria replevit alimentis. Venite, inquit, edite panes meos, & bibite vinum, quod miscui vobis. Hæc Ambrosius: iam vero pende, quam brevissimo intervallo ei, quæ à mortuis resurrexerat, manducare præcipitur, vt*

Ambros.

Prov. 9.
vers.

argumento sit, quantisper hic remanentibus etiam baptismatis gratia renovatis, baculum panis, sive annonam, & diarium Eucharistie ad vitam esse necessarium: & iussit illi dari manducare, illi, quæ vix oculos aperuerat, quæ vix pedibus consistebat, vt subinde subsisteret, quin denuo in mortem rueret, & vera omnino, non phantastica resurrectio crederetur. Cui quidem sensui illud videtur valde oportunum, quod refert Palladius in Lausiacà, cap. 19. de Sancto Machario: nimirum, quod cum fœminam à dœmone in brutas formas

Pallad.

illam transformante liberaslet: Tantum dæmoni licuisse monuit, quod multum temporis ab Eucharistie perceptione abstineat. Sic ibi. Verum te altius ibi cogitationem velim lustollas, vt brutas illas formas ad peccata, quæ nos in belluas transformat, omnino referas, & tam fū minis, quam hominibus id passim contingere credideris, eo quod multum temporis ab Eucharistie perceptione abstineant. Quò mirè facit, quod ex Sereni Abbatis sensu inquit Calsianus collation. 7. cap. 30. Nam cum prius atfirmaslet. *Sanctam communionem nemini (merenti scilicet) à senioribus interdictam.* Quinimo si posibile esset, etiam cōtidie eis impertiri eam debere censebant, post nonnulla de ipsius vi, & efficacitate, inquit. *Quæ ab homine percepta, eum qui in membris eius infidet spiritum, seu in ipsis laritare cognoscitur velut quoddam exurens fugat incendium.* Ita ille, quæ potius capio de maligno concupiscentiæ, seu peccati spiritu, qui habitat in membris, nostris, Roman. 7. vers. 17. & nos ad peccata inpellit, quam de inimundo spiritu, qui hominum corpora torqueat.

C
Roman. 7
vers. 7.

D
Ticonius

E
P. Alca-

Hebr. 9.
vers. 28.

A
Cassian.

B
IV.
Apoc. 4.
vers. 6.
Apoc. 15.
vers. 2.

capa-

Iam hæc pulchra maris vitrei imagine, eaque duplicata appositè adumbrata videris Apocalyp. 4. vers. 6. & Apocalyp. 15. vers. 2. priori siquidem loco, dum florentissimus primitiæ Ecclesiæ status, ordo, & ministeria Ioannis obijciuntur signatè dicitur: Et in conspectu sedis, tanquam mare vitreum simile crystallo. De cuius maris vitrei significatione si PP. & Expositores consulas, videris potiores expositiones esse: alteram Ticonij, & plurimum quicū sequuntur referentium illud ad Baptismi Sacramentum: alteram Dionysij Carthusiani, cui inter alios ad hæret P. Alcaçar accipientis hoc mare de Pœnitentiæ Sacramento: in quo tanquam in secundo Baptismo omnes peccatorum maculæ lauātur, cū in hoc tanquam in illo mari Christi sanguis infulsus, fervesque satis superque sit ad exhausti da multorum peccata. Ad Hebr. 9. v. 28. iuxta Zachariæ vaticinium c. 13. vers. 1. Erit fons patens domus David in ablutionem peccatoris, & monstruæ. Sed, vt vñ fuerit, & ad quodvis ex ijs Sacramentis

capacitatem hoc mare referas: bene
harum sententiarum Aucto ris obser-
vant, vitreum illud esse, quod inter manus
frangi facile potest. Nam de pieni-
tentiae Sacramento scite, inquit Alca-
zar. Aliquis forte referet naturalem vitri
fragilitatem ad solerter curam vigilan-
tiam, atque cautionem, quia nos oporteat
ad Sacramentorum susceptionem accederet;
quia habent us thelaurum iltum, in valis
filiis, & facile mihi vas vitreum fran-
gi potest: id est facile mea ignorari, atque lo-
cordia possum, absque aqua gratia remane-
re vacuus, si temere, & inconsideratè acce-
dam: la vero, ut Baptismus omnes om-
nino maculas eluat; at cum nos nobis
reddat, qui & fragiles, & lubrici sumus,
qui fieri possit, ut per mare vitreum, sine
ingenti periculo ambulemus; præfer-
tim cum affectuum nostrorum pedes fer-
venti veneno tincti, sive ardentes sint.

Ambros. Sunt enim (sic Ambrosius octonario 14.
in Psalm. 118.) non solum criminum, sed
etiam infirmitatis pedes, & videndum, ne
cadas. & videris tibi forsitan, bene stare, sed
dicit tibi Paulus, & tu quistas, vide ne
cadas: ita ille: Seneca vero, ac si mare vi-
treum vidisset, scite dixit epistol. 116.
Quantum possumus nos a lubrico receda-
mus; in secco quoque parum fortiter sta-
mus. Vnde tandem in conspectu huius
maris vitrei Bacchiarus a nobis alibi

Bachiar. adductus in epistola ad Ianuarium de re-
cipiendis lapsis, tom. 5. Bibliotheca ma-
gnæ Veter. PP. sapienter aiebat. Mare
illud, id est forma Baptismi, quod B. Ioannes
vidisse sed dicit, vitreum fuisse describi-
tur; & ideò in nobis cito periclitatur, aut
frangitur. Pergit eadem quia Seneca lo-
cutione. Lubrica via est seculi huius gla-
ciali iniquitate constricta, quam cum im-
modice concupiscentiae calor soluerit faci-
lis est ad lapsum, ruinamque miserorū. Hec
Bacchiarus.

V. Vidisti mare vitreum sive Poeniten-
tiae, sive Baptismatis non quidem a se,
sed ab humanis gressibus affectum, &
concupiscentiarū ardore inflammati,
ad eum fragile, & impervium, ut ei tan-
tummodo firmum, & non fragile sit, qui
non tam ambulare, quam pedes vincu-
lis constrictos, & compeditos habeat:

Psal. 118 vti de se ipso dicebat Vates Psalm. 118
vers. 101. Ab omni via malâ prohibui
pedes meos, ut custodiā verba tua: ubi

primùm viam malam non debes intel-
ligere viam peccatorum: esset enim sen-
sus valde frigidus, nec cum sequenti he-
misphrio conveniens: quid enim esset
prohibere pedes a peccato, ut hac ratio-
ne peccatum evitaret custodiendo le-

A gem Domini? sed viam malam seito Da-
videm appellasse viam sæcularem peri-
culis obnoxiam: vnde omnino legeris
cum Lorino, ab omni via declivit, sive lube-
rica: Deinde oblerua locutionem illâ
prohibui pedes meos, quia Hebrei, & Gre-
ci Codices, & Aquila sic omnino effe-
runt, constrinxí pedes meos, id est in car-
cere conclusi, & vinculis coercui; ne

B possent ambulare: qualis aliter a pecca-
to vix possim esse immunitis. Vnde ini-
bi hac de causa mirifice Vates laudatur
ab Ambroso dicente. Verè dignis, quis
persiores intellexerit, quod quidem di-

C vino est honoratus spiritus seniores doce-
ret, non solum intellectus veritatem, ve-
rum etiam peccati fugam, culpsque cau-
telam. Itaque cum fragilas humana
pronasit, ut labatur, non ad unum affecti-
bus malum, sed uniuersum toto vestigio
feratur in vitium, & currentem cunctâ
in precepis suscipiat probra; docet quicmad-
modum vite istius lubricam declinans se-
mitam, itineris huius anfractus vianem
implicare non possit: ita ille. Ut cù ratio-
ne per vitreum iter, & lubricum, vitreus

D tu & lubricus ambulate possis, sine pe-
riculo, si omnino non ambulaveris, sed
pedes vinculis constrictos, & compedi-
toshabeas: At enim vero ut hac vere
quidem, & tutissimè dieta sint; mon-
strabo tibi plures per mare vitreum for-
tierstantes, firmiter incedentes, sic
namque altero in loco iam indicato

E Apocalypsis 15. vers. 2. Ioannes. Et vi-
dit tanquam more vitreum misum igne, &
eos qui ritterunt bestiam, & imaginem e-
ius, & numerum nominis eius stantes su-

per mare vitreum habentes cytharas Dei, &
cantantes Canticū Moysi servi Dei, & canti-
cū Agni, &c. Oblerua in mari vitreo ho-
mines firmiter stantes, canentes, cytha-
ras pulsantes; nec otiososquidē, & sine lu-
cta, immo potius vincentes, & de hostibus
triumphi referentes, sed qua, inquis, ima-
ginis proprietate super mare vitreum
statae a loâne tot homines inducuntur,
cetum videlicet & quadraginta quatuor
millia, de quibus sermonem faciebat,

Hebr. &
Græc. Le-
ctio.
Lorinus.

Ambros.

Apoc. 15
vers. 2.

Respondet P. Alcaçaribi, fieri allusio-
nem ea imagine ad clarissimum illud mi-
raculū, quo Deus filios Israēlis per ma-
re rubrum transmisit, sed aucto quidem
certu, nam ad carnalis Israēlis transitū
mare vidit, & fugit, vt gradienti populo
expeditam viam, & siccām præberet;
at Israēli Christiano Deus ipsas maris
vndas solidas, stabilesque reddidit,
vt à gentilitatis errore se se disiungens
per eas absq; submersiōnis timore gra-
detetur. Vnde apte subiicit. Quod spiri-
tuales Israēlitæ fluctibus non submergen-
tur, attribui potest mundanarum verum cō-
temptiōnē. Et quidem congruēter aptatur,
nam carnales Israēlitæ, vt pote diuitijs ac
bonis temporalibus onus (id est eorū amo-
re, ac cupiditate) aquarum summitate vr-
gere vestigia non potuerunt: ideoque opus
fuit diffundi vndas, vt ipsi possent incolu-
mes in vltiora littora evadere. At spiri-
tuales Israēlitæ, qui de Ægypto exēit, per
summum mare iter faciunt, & mare ipsum
se eorum pedibus solidū exhibet. Quā ob-
rē Petrus quidixerat, ecce nos reliqui-

Mat. 14. mus omnia Matthei 14. vers. 28. Potuit
vers. 28. Christi gratiā fulerū ad ipsum supra mare
Bernard. pergere. Hec P. Alcaçar, edocitus omni-
no à Bernardo, qui id prius obseruavit
in Declamationibus super ea Petri ver-
ba.

VI. Verum enim vero, vt inter vtrunque
mare discrimen inveniamus: cū paten-
te viā quærimus semitam? cum in pri-
mā maris imagine, illud simpliciter vi-
treum dicatur, in secundā vero, quam
in manibus habemus, signatè addatur,
mare vitreum mistum igne: hoc est baptis-
matis, sive pœnitentiæ Sacramenta si-
mul cum Eucharistiâ, in qua verus est ig-
nis, esse coniuncta: aptè siquidem in Eu-
charistiâ considerabimus ignem, qui
novimus Christum Deum inibi adesse:

Deut. 4. dicente Moysi de Deo, Deuteron. 4.
vers. 24. Dominus Deus tuus ignis con-
mens est, & de Eucharistiâ Sacramento
sensu, vt opinor, litterali, quæ alibi per-
sequor, Iaiæ 31. vers. 9. Dixit Deus: cu-
ius ignis est in Sion, & caminus in Ierusa-
lem, & eodem itidem modo Zachariae

Zach. 2. 2. vers. 5. Et ego ero ei, ait Dominus mu-
rus ignis in circuitu, huc etiam respicie-
te Domino, Luc. 12. vers. 49. cū inquit.
Ignem veni mittere in terram, & quid
volo, nisi vt accendatur? Baptismo habeo

baptizari, & quomodo coarctor, vsque dū
perficiatur? quæ verba mihi sensu vi-
dentur habere cōmunem cū illis eius-
dem Domini, Lucæ 22. vers. 15. Deside-
rio desiderauit hoc Pascha manducare vobis

Luce 22.
vers. 15.

cum, antequam pātiar. Quod etiam facit
Agnī typus, qui notanter igne assatus
manducari debebat, Exod. 12. vers. 8.
sic id accipiēte Ruperto lib. 2. in Exod.

Exod. 12.
vers. 8.

cap. 10. Igne assatur in Altari: operatione
namque Spiritus Sancti panis, corpus: vi-
num sit sanguis Christi. Vnde quidem vt
Agnus ille typicus filii Israēl mare per-

Ruper.
Ambros.

vium, & profunda eius solida reddidit:
ita id affirmante Ambrosio in Psal. 118
Ille Agnus patrum populū liberavit, ille
agnus vocavit ad libertatem: ille Agnus
maris profundā solidavit, vt Ægyptū tran-

sire possemus. Ita sane Agnus verus in Eu-
charistiâ a veris Israēlitis manducatus,
non tantum maris profunda, sed ipsam
etiam summītati, & superficiem so-
lidam, & firmā nobis facit, vt nec car-
nis fragilitate, nec itineris periculis ob-

C
sistētibus in sicco, & in lubrico firmi-
ter stare possumus, quibus ad manū ba-
culus, & sustentaculū est, & quibus car-
nis sarcina, & pondus corporis deest.

Nonne tibi videatur firme vestigio in
vitreo mari stās Acholius ille verus Dei
Sacerdos? Ambrosio tantopere lauda-
tus, qui cœlesti pane munitus in carne

Idem:

extra carnem viuebat: ita de illo pronū-
ciante Ambrosio epist. 60. Vidi ita illū

esse in corpore, vt extra corpus esse putare.

D
Vidi imaginem illius (Paulum intelligit)
quise si ve in corpore, si ve extra corpus nes-
ciens raptum ad paradisum viderat, & ita-
tim de ipso excursu frequenti omnia
percurrente. Cedeant fortiores corpore,
quia cum sine impedimento eſe corporis no-
verant, vt eo tantum pro velamine vtere-
tur, non pro officio: certe ad seruitum non

E
ad subsidium. Ita ille. Cur ergo Acholius
supra vitreum mare non staret, cui cor-
pus non erat impedimento?

VII.
Sunt quidem quæ in hac, & præced.
dissertationibus diximus certa: sed v-
nus in illis supereft scrupulus, vel ab ip-
sa ligni vita imagine desumptus. Nam
cum una ex parte (quod in confessio a-
pud PP. & interpres habetur) lignūvi-
ta ex insita virtute comedētis vitā ita
cōseruaret, vt eā à morbis, ac senio im-
muniem, sanam, quietam, ac iucundam

turba-

Isai. 31.
vers. 9.

Zach. 2.
vers. 5.

Lucæ 12.
vers. 49.

tuebatur: quippe humorem naturalem primigenium reparabat, aut eo meliorum suggerebat: vnde si statim temporebus ex hac arbore homo comedisset, non modo non incurisset morte, sed nec senium, aut virium imminutio per sensus leti: ex allâ vero, hac omnino ratione hoc lignum vita cum Eucharistia componatur præfatis Domini verbis: *Vincenti dabo edere de ligno vita, quod cœlestis is eibus instar ligni vita è virtute sit præditus, vt animi vires ita confirmet, vt non patiatur in seniū ire, nec pristinum vigorem hebesceret affirmante Domino, ego sum panis vita, &c.* aliquale quidem negotium facit nobis experientia, quæ in contrariis videtur, cum videamus plures ad Eucharistiam, accedentes, quin huius admirabilis effectus compotes fiant: immo vero fragiles, & infirmi in eadem rursus peccata relabatur. Vbi ergo illa ligni vita virtus? vbi illa efficacitas, & vis à quâ homo fortis, & infractus sibi constat? Est tamen ad manum expedita responsio ex doctrinâ generali, quæ quidem in re Eucharistia peculiarem locum habet) quâ novimus, gratias nisi favore extraordianariū excipias) natu ram imitari effiendo; vimque & efficacitatem suam ad eorum captum, in quos incidit accommodare, & in universum loquendo, Deum post primam nobis collatam gratiam ita nos tractate propt' tractatur à nobis/ de quo alibi & egimus, & agemus) atque ideo Eucharistia, sive ligni vita fructum ex animi nostri dispositione pensandum, vt huic ille respondeat, magius magna mediocris mediocri, exiguis exiguas; ne dicam nullus nulli: ita inibi respondentे P. Alcaçar dum in hanc sensum inflectens verba Sapientia 16. vers. 21.

Sapin. 18 de manna deseruiens vniuersusque volū
vers. 21. tati, ad quod quisque volebat, convertebatur, sic inquit. Si ergo sacra Eucharistia est, quæ admirabilem illam, ac planè divi nam virtutem continet, quâ in hominum animis egregios, ac miros effectus opere tur, propt' fuerit ipse animatus, qui eam suscipit: si strictè loquamur, non in quo vis cœlestem hunc cibum cōmunicante p̄estat munus arboris vita corroborando vires, & senium prohibendo sed in his, qui miros hos effectus aridè expertes verâ de-

liberatione vota sua renovandi Christi corporis suscipiunt: Ex quibus inferit: *At que ita formaliter loquendo, quod atunt) non omnes, qui ad hanc mensam accedunt, edunt de ligno vita, id est non unius illam perfectam renovat & virtutis spiritualiē immortalitatem participant, nisi qui ad illam adveniunt, ita comparati, atque dispositi, quemadmodum Christus ab Ephesi Episcopo experit. Hæc ille cum allusione ad nōn itum Ephesino Episcopo datum. Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Apocalyp. 2. vers. 5. Quæ verba illud tinniunt: Inflammare de novo pristino virtutis zelo, & ardore proficiendi. Quidquid? (si attendis) vitaliſ hic, & immortalis Eucharistia effectus signata promittitur in premium pugnæ, aduersus animiperturbationes, atque tepiditatem ei, qui illarū victor evaterit: sic enim dictum est: *Vincenti dabo edere de ligno vita, id est dabo ut in le subinde fructum, sive effectum ligni vita experiatur: secus enim prophana Dionys. erit multitudine eorū* (sic Dionylius Aetopagita lib. de Ecclesiastica Hierarch. cap. 5.) qui perturbationibus agitantur: carebitque saevorum aspectu, & communitate: & rursum ijs qui ad sanctissimum sacrificium expiati esse debent etiam ab extensis anima imaginationibus. Quæ sane omnia optimè perstrinxit Cyprianus serm. in cœna Domini, nam cuni ijs quiete, & recte ad sacram hanc mensam accedunt; attribuit ea verba Deuteronomij 32. vers. 13. vt sigeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo: statim de tepidis, nec ea quâ decet dispositione accedentibus subiicit. Verum ijs, qui verbo tenus corde siccii, & mente aridi sacris intersunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui nec aliquâ charitatis dulcedine, nec Spiritus Sancti pinguedine vegetantur. Hæc Cyprianus omnino adrem.

Verū enim vero, ne nimis severi videamur, illud cū B. Laurentio Iustin. dicere nō omissa: indulgēdum tantisper humanæ fragilitati, nec facile ab hac cœlesti mensâ eos fore amovēdos, qui nō admodū feruētes spiritu, & devotione affecti esse vidētur, dū tamen penitētię Sacramēto à peccatis expiatu-

Apoc. 2.
vers. 5.

Dionys.
Areop.

Deut. 32
vers. 13.
Cyprian.

VIII.

humiliter ad cœlestem Medicum accēdant: sic namque Laurentius in lib. de disciplina, & perfectione monastica conuersationis, cap. 19. monet. Propterea nō debet à sancto Domini convitio repelliri indenotus, iuste vivens, virtuose conversans humilitates se agnoscens, pure confitens, & revertenter accedens. Talis quippe insensibiliter ac spiritualiter hoc Sacramēto nutritur & viuit. Nam manna absconditum est in se continens omnium spiritualium abundantiam deliciarum. Maxima nempe devotionis materia in ipso est. Et quis non excitetur ad mentis devotionem? cum dili genter consideret, tam ineffabilem divinæ dignitatis charitatem sic inclinari ad se, vt nequaquam horreat viliissimam substaniā, deformatam naturam, & damnabilē culpam. Hæc S. Laurentius ergit multis, quæ vidēs.

AB EVCHARISTIA VERAM intellectui lucem, & scientiam rebus agendis, expediendisque negotijs opportunam advenire.

ADNOTATIO. IV.

I.

NIHL pretiosius, vtilius, ac salutarius nihil, quam vera sapientia luce hominē præditum esse: cum tamē de illa tanquam de rara avi dixerit Job cap. 28. Sapientia vbi invenitur? Et quis est locus intelligentiae? Enim verò de eius dignitate, & pretio illud fuerit satis dicere, quod Gregorio Nazianzeno auctore in Apologetico: Ipse quoque Deus quamvis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impensis, quam alijs delectetur: quippe ut ipse immediate dixerat. Sapientia omnia regit, complexuque suo quidquid usque laudabile est, & preclarum tenet. Vnde quidem Paulus fidelium studioissimus, id ad ipsorum utilitatem sibi maximè in votis aiebat, vt sapientiam, & intellectum adipiscerentur: sic enim ad Colosier. 1. ver. 9. Nō cessamus pro vobis orantes, & postulantes

vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali, & ad Ephes. 1. vers. 8. Non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri facies in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloria det vobis spiritū sapientiae, & revelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri: vbi notāter Apostolus totam sapientiam, & agnitionis suppellectile revocavit ad oculos illuminatos hoc est lucē divinā perfusos, quæ ea, quæ recta sunt videant, & ad implenda quæ viderint convalescat; ab externa oculorum acie imagine desumpta, quam pulchre elucidavit Ambrosius in Hexameron, cap. 9. in huc sensu inflectens verba Ecclesiastes cap. 2. vers. 14. Sapientis oculi in capite eius stultus in tenebris ambulat, ad hunc modum: In arce autem hanc regalem quandā habitare sapientiam secundum propheticū dictum: Quia oculi sapientis in capite eius: Hanc esse ceteris tutorem, & ex illâ omnibus membris vigorem, providentiamque deferri. Quid enim robūr, & validitas lacertorum proficiat? quid velocitas pedum, nisi capitis velut principis sui imperialis quedam adminiculetur potestas? Ex hoc enim destruuntur vniuersa, aut omnia fulciuntur. Quod ita confirmat. Quid agat fortitudo, nisi oculo ducevitatur in prælium? Quid fugia si desit obtutus? Carecerest totum corpus tenebroso in horrens situ, nisi oculorum illuminetur aspectus: Quod ergo Sol, & Luna in cœlo, hoc sunt oculi in homine: Sol & Luna duo mūdilumina: oculi autem quedam in carne hyderafulgent desuper, & inferiora clara illustrant lumine. Hæc Ambrosius, quæ nostro instituto sic captaveris, vt quod oculus corpori; ita divina lux oculis cordissit, vt ab eis illuminentur; nec cœcutiant: monente Apostolorum Principe epist. 2. cap. 1. vers. 9. Ministrate in fide vestrâ virtutem, in virtute autē scientiam, atque hinc inferente: Cui enim hæc præstos non sunt, cœcusest, & manu tentans: Sic hæc verba diffundente Beda ibi: Cœcusest autem, & manu tentans, qui scientiam recte operationes non habens, quidquid sibi rectum videtur, operatur, & lumen veritatis ignorans, quasi manum ad opus, quod non videt, extendit, gressus in iter, quod non prævidet, attollit: id eoque repente miser in ruinam perditionis, quam

Ephes. 1.
vers. 9.

Eccles. 2.
vers. 14.

Ambros.

C

D

E

2. Petr. 1
vers. 9.

Beda.

Job 28.
vers. 12.

Nazian.

Colos. 1.
vers. 9.

præfici-

II. prescire nequidat. mutat. Haec bona.
Quia autem ista Sapientia praestet? quovad hoc oculorum illuminatio eat? omnino aperit. Sapiens Ecclesiasticus 4. ver. 12. inquiens: Sapientia filiis suis ratione inspirat, quae Grace habentur. Sapientia ex alia viris filios subs, quasi a Sapientia, & vita, & exaltatio adveniat: Quid vero faciat a Sapientia vivere, & exaltari, optime ad haec verba explicavit Clemens Alex. lib. 7. Stromatum, ubi pro illis ex alijs Originibus respondens: Sapientia inflavit filios suos, & occurrens ei locutioni inflavit, quae in malam partem propendere videatur, hunc locum sic exponit. Non enim doctrinam fastum, & arrogantiam in generali vit Dominus, sed in veritate habere fiduciam, & esse magnificum in cognitione quae traditur per scientiam, quae efficit contemplationem eorum, quae trahunt ad peccatum. Quod significat dictio inflavit, quae significat magnificentiam Sapientie, quae implatur ijs, qui sunt per doctrinam filii. Hanc nos Clemens: & quidem recte Sapientia tribuens magnificentiam, & maiestatem; qua quis vera a falsis; pretiosa a vilibus discriminans magnificus in rerum estimatione, & cognitione habetur, signatae continent ea omnia, quae ad peccatum trahunt, quantumvis prædicta, aut speciosa videantur. Que quidem mentionem latuit M. Tulliani, qui lib. 2. Academicarum questionum, cum scientiam, & contemplationem naturæ, animi pabulum appellaslet, de ipsa subdit. Erigimur, elatiores fieri videmur. humana despiciimus, cogitantesque supra, ac cœlestia haec nostra ut exigua, & minima contemnimus. Sic ille oportuni ex plicauis, quid sit: magnificum esse in cognitione: nempe supera, & cœlestia cogitare, & in ipsa aciem mentis dirigenter terrena, & humana, ut minima despiceret, atque ad hanc regulam euncta meriri, sub quo levius de Sapientia quæ in timore Dei sentetur, dicebat Salomon Sapient. 7. ver. 10. Proposuit pro luce habere illam, quoniam inexstin-gibile est lumen eius: ubi (quod alibi non nuisse me memini) habere pro luce accipendum est ex vi propositionis pro latine, & Græce sumptæ, ut sit lenius pro rati lucis, ut legit ibi Vatablus: seu loco lucis, ut quemadmodum lux res nobis

Ecclesiast. 4. ver. 12. Grac. Lector. Clem. Alex.

M. Tull.

Sapien. 7. ver. 10.

Vatablus

de facie cognoscendas reddit, sic Sapientia ad vera bona cognoscenda, & a falsis discriminanda lux nobis, & ductrix sit: a qua sententia non videretur abire Seneca epist. 31. mones. Quid votis est? fac te ipse felicem facies autem si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus: turpia quibus malitia contraria est. Quædam modum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum, nisi quod tenebras habet, ut dicit quid in se traxit obscuri, quemadmodum sibi adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aere frigidum ita honesta & virtutis, & malitia secretas efficit. Haec Seneca.

A In quam quidem sententiam iam dudum in Davide observavi, tam Regium culmē florentemque fortunam, quam felices sive in prosperis, sive in aduersis exitus non aliunde ipsi obtigerit, quam quod de re quapiam deliberatur ante omnia Dei legem, eiusque iustificationes in consilium, sive in consiliarios adhiberet: ipsomet id sic affirmante Psalm. 118. ver. 24. Nam & te simonia tua meditatio mea est. & consilium meum iustificationes tuæ vbi Hebreæ lectio ad verbum habet: Viri consilij mei iustificationes tuæ, ut dixerit: quotiescumque mihi in re anticipi deliberandum est, primum Dei legem, & quod ipsi maxime placet, ante oculos pono, ut ipsam pro consiliatio, sive pro vsu lucis habeam; firmiter statuens ab eius praescripto, nec latu vngue discedere, subquo sensu haec verbavideatur acceptissime Nazian.

B Gregor. Nazianz. orat 27. inquiens: In omnibus rebus consiliarij locutionem, Deique iustificationes habeo, a quibus plerumque etiam nullo accusante convincor, & rursum condemnantibus multis absolvor. Peristens vero in suam sententiam Va test: inde fieri aiebat, ut lucernam pedibus suis verbum Domini, & lumem jemitis tuis haberet Pial. 118. ver. 105. ne vngu offendeter ad lapide pes eius, sed omnia ipsi ex animi sententiâ eveniret. Ad quæ omnino modum Olympium Principem, idem Gregorius Nazianzenus epistol. 78. sic de mulcebat. Qui etiam hoc pietatis præmium accepisti, ut res tuæ ex animi sententiâ fluant: solusque ea aequi possis, quæ alij negantur: Sic Gregorius: Audis in pietatis præmium, res ex animi sententiâ fluere?

C psal. 118 ver. 24 Lect. I. Ie bræ.

D psal. 118 ver. 105

E Nazian.

VI

Seneca.

III.

IV.

Ecce tibi à diuinæ Sapientiæ luce homines magnificos in cognitione! Sed ubi nam illi fuerint? non facile novem, facilius enim inveneris cæcos, & manu tentantes, qui (vt dicebat Beda) scientiam veræ operationis non habētes, quidquid sibi rectum videtur operantur: gressus in iter, quod non præuident ponentes: quippe hæc omnino est senescentis mundi in mala iam lapsi, & in peiora labentis labes, & poena: quam minatus est Dominus, Itai. 29. vers. 10.

Quoniam immiscuit Dominus spiritū soporis: claudet oculos vestros: Prophetas, & Principes vestros, qui videt visiones operierit: vt dixerit: Eas vestris oculis, hoc est vestris sapientibus, & consiliarij tebras offundet, vt quod yobis magis opportunum, & salutare sit, non videant: & lumen veritatis ignorantis manum ad opus, quod non vident extendant: Inest vero Hebrais vocibus ibi significans: Ior energia: nam pro illis claudet oculos vestros, propriè legeris oculos congelatos, qua locutione notantissimè ex primis: ablatam oculis in peccatorū supplicium igneam illam vim, quæ sua ptenatura pupillis tubest, vt in tunc plus quam meridianā, nihil videat: siue quæ recta sunt non videant, nec ad ea implēda convalescant: Vnde pergit Dominus in minitatione persistens vers. 13.

*Heb. 1c.
Etio.**Isaia 29.
vers. 13.**Hieron.**Sanctius.*

*supplicij gravitatē intuearc, quod sanè su
pra quam dici potest, acerbum est: carere nē
pe à luce, quæ ex sacris monumentis afful
get, si ve personas, quæ eos supplicio multā
d. e. sunt: sunt enim sapientes, qui assidue
versant Scripturarum mysteria, & legis
arcana, in tantā doctrina tam miserabiliter
offendere: in tam tristis semita, & in tantā
luce tam fæde, tam periculosè cœcutire:
Hæc Sanctius.*

*Ex quibus planè cognosces; qui sint
oculi congelati populis in supplicium
dati, ne videat, quod illis magis oppor
tunum, & salutare est: non iij quidem, à
quibus sapientia, & prudentia absit, sed
qui in tantā doctrine, & prudentiæ sup
pellētiale offendant, & in tantā luce cœ
cutiant, quod desit ipsis ignea illa vis,
quæ inest pupillis, à quæ magnifici in co
gnitione evadant, eaque destituti, sive
eam destituentis in rebus gerendis, &
negotijs expediendis, rationem potius
politicam (& quam vocant status) quā
divinam legem præ oculis, & pro vī
lucis habeant, atque mentis aciem: non
in ecclæstia, vt patet, dirigant, sed ad
terrena convertant: Divinæ illius pro
videntia à quæ omnipotens auxilium
advenit omnino oblitii, & Deum in se
pronum, & pacatum habere minimè
curantes; & quæ ipsis sunt grata præter
mittentes: cum tamen oraculum sit,
quod Rex Athalaricus suis subditis in
gerebat apud Cæsiodorum lib. 8. epist.*

Cassiod.

*26. Hoc est enim, quod nostrum comit im
perium, quod opinionem nostram inter gē
res amplificat, si talia geratis, quæ nobis ac
cepta, & Divinitati possunt esse gratissi
ma Robustius enim inimici nostri vincun
tur moribus bonis. Quod videtur ebibil
se ab Isidoro Pelusiota lib. 1. epist. 294.*

*Isidor.**Pelus.*

*Principem ad referendum de hostibus
victoriā admonente: Si hostes vincere
cupis, Dei metu exercitum ducito. Iustitia
enim hoc afferit, vt quis strenuè, & feliciter
pugnet, contra iniustitia nostra, hostium
est auxiliū. Nec pigebit Aethnico duos
huic sensui applaudentes afferre, & pri
mū Senecam epist. 98. qui occurrentis
vulgi vocibus omnia fortuna deputan
tis, vt dicebat Satyricus. Sed te nos faci
mus Fortuna deam, cæloque locamus, qua
si ipsa quidem utramque paginam prof
pere, & aduertæ fortis impletat, sic in
quit: Errant, mi Lucilli, qui aut boni ali
quid*

*Seneca.**Iuvenal.*

quid nobis, aut mali iudicant tribuere for-
rānum. Materiam dat honorum, ac mado-
rum, & initia rerum apud nos in malum,
bonum ve exituram. Valentio rem omni
fortunā animus est, qui in vtramque par-
tem res suā dicit: beat ēque, ac misere vi-
tis fībi causa est. Sic ille pulchre animum
omni fortuna valentio rem faciens, qui
ipm in vtramque partem regit, ac du-
cit: & aut in pietatis prāmū à Deo au-
xiliante accipit, vt res ipsi ex animi sen-
tentia fluant, aut in nequitia pēnari,
vt ipsamē fortia facta infelici exitū
consequantur.

VI.
Velleius.

Nec minus opportunè prefato sen-
tīi subscrībit Velleius Paterculus lib. 2.
historiarum: quippe non secus ac si hēc
Isaiæ verba, quā in manib⁹ habemus
ob oculos haberet. Varianam cladem
referens, atrocissimam, atque infelicil-
simam, quā nulla in externis gentibus
grauior Romanis fuit, cum de illā iam
imminente p̄nisiſſet. Sed p̄ualebāt
iam fata consilijs, omnemque eius animi
aciem p̄astrinxerant, vt tantæ calanita-
tis tationem redderet, subiicit. Quippe
itā res habet, vt plerumque fortunam
mutaturus (Deus vt reponit ex veteri
editione Iustus Lipsius) consilia corrum-
pat: ita Velleius, coniurans cum Vate
sapientes, & prudentes seculi divinę lu-
cis vsu delittitos cum oculis conge-
tis, qui videntes non vident componē-
te, vbi omnino vides vt totum bonā,
aut malā sortis, sive prosperē, aut ad-
uersā fortunā momentū à consilijs
sive corruptis, sive incorruptis dépen-
dere, non fecus ac oculorum aciem ab
igneā vi, que pupillis subest: ita hanc cō-
filiorum dexteritatem, & sapientiam,
quā scopum collinant, à Dei volunta-
te, & beneplacito provenire, dum ipse
pios eorum conatus promovet, quibus
viri consilij sunt, iustificationes Dei: cō-
tra vero Deo peculiaris auxiliū manū
subtrahente oculos congelari, & clau-
di, quin opportuna illis lux astuleat:

Inst. Lip-
sius.

Niceph.
Gregor.

Nam vbi Divina Providentia non commi-
litat (verba sunt Nicephori Gregorii,
qua è Sybillæ folijs dixeris) consilijs, a-
ctionibusque hominum malus his exi-
tū aduenit, & cogitationibus valde aduersus:
nā tunc quoque neque vir consultus, cōsu-
lus, neque fortis, fortis, sed etiā sapientissi-
ma consilia insipienter definunt, & genero-

la, maximā & fortia facta turpem, & in-
famem exitum consequuntur. En oculos
congelatos, quibus ignea Divinæ curæ,
& Providentia vis deest: vt, si fatum,
quæ āthnicorum locutio est, ad firmū
Dei Decretum referas, serio ipso affir-
mantē: Consilium meum stabit, & omnis Isai. 46.
voluntas mea fieri: Isaiæ 46. vers. 10. Ea-
dem hēc sententia sit cum illā Velleij: Sed p̄ualebant iam fata consilijs, omnem
que eius animi aciem p̄astrinxerant, in
hunc lēsum capiente S. Cyrillo Ale-
xandrino, ea verba Osee 6. vers. 1. ve-
nite, revertamur ad Dominum, quia
ipse cepit, & sanabit nos, percutiet, &
curabit nos, in hunc modum: Simul
illud intelligimus. Deo quodam premen-
te contra niti neminem posse, sed miser-
orum rebus ipso, & solo ad restitutionem
opus esse. Nimis, sicut non possunt
non felicem exitum ea consilia habe-
re, quā cum Dei Sapientia, & ipsius iu-
stificationibus sumuntur, ita quidem
non est consilium contra Dominum, Prov.
21. vers. 3. ipso minante: Consilium eoru-
m p̄cipitabo, Isaiæ 19. vers. 1.

Pro. 19.
vers. 1.

VII.

Vertitur quidem hoc in cardine fre-
quens hominum, & populorum de pri-
marijs viris, & Principum consiliarijs
querela, in eorum gubernationem, &
consilia quascumque, quā eveniūt, ca-
lamitates, & aduersā fortunā mala rei
cientium: quod ea sit hominum condi-
tio (inquit Seneca) vt emendare ma-
lant deos, quam se iplos. Verum enim
vero, op̄teret omnino illos, sic ani-
mum inducere, vt nolent, eam oculo-
rum cæcitatem, sive congelationem à
populi peccatis advenire, in quoru-
m pœ-
nam clausi, & congelati oculi illis ob-
tingunt manifeste hanc ipsissimam co-
gelatorum oculorum rationem redde-
te inibi Domino, apud Isaiam vers. 13.
hunc in modum: Eo quod appropinquat
populus iste ore suo, & labijs suis glorificat
me, cor autem eius longe est à me. Preme
causalem, & quod signatē affirmatē Do-
mino in pœnam populi externis tantū
obsequijs Deo appropinquantis, & ab
eo, corde & animo recedentis, qui de-
diuinæ legis obseruationē minimè cu-
rabat, ita id expedente ibi P. Sanctio.
Grauissimum, stupendumque supplicium
est, dignumque eorum insipientia, qui sibi
persuadent satis se facturos Deo, si extēna-

Isai. 29.
vers. 13.

P. Sanct.

tantum

tantum opera, id est mortua offerant dona,
et non animata, atque spiraria; id est quae
cor secum offerentis non offerat. Quod qui
dem si attendis, ipsam et oculorum co-
gelatorum, sive obscuratorum imago
ostendit: Nam quemadmodum abunda-
te nequitia refrigescit charitas, Matthæi

Mat. 24. vers. 12. ita etiam à populi nequitia
ver. 12. velut à noxijs, humoribus, sive à corru-

ptis vaporibus frigidæ in oculos nubes
ascendunt, quæ ipsos obnubilant, & ce-
cutire faciunt: id ipsum denuo Domi-

no, sic confirmante apud eundem Va-
Isaiæ 59. tem cap. 59. vers. 9. Propter hoc elonga-
vers. 9. tum est iudicium à nobis, et non appre-
det nos iustitia: expectavimus lucem, et
ecce tenebrae, splendorem, et in tenebris am-
bulavimus. Palpavimus sicut caci par-
tem, et quasi absque oculis attractavimus
impergimus meridie, quasi in tenebris, in ca-
liginosis, quasi mortui. Vide tenebras,
cæcitatem, & recti itineris ignoratio-
nem? Audi horum rationē, & causam:

Multiplicata sunt enim iniquitates no-
stra corāte, et peccata nostra respondeunt
nobis, quia sceleris nostra nobiscum: Vbi ob-
serua locutionem illam peccata nostra
responderunt nobis, quæ significat iustum
retributionem, & quasi effectum à na-
turali causa provenientem, non secus
ac densis vaporum exhalationibus, si-
ve etassioribus nubibus, deniores te-
nebrae respondent, hanc imaginem no-
stro instituto, sic aptante Clem. Alex.

Clem. A. exan. lib. 2. Stromatum. Quemadmodum enim
exhalationes, quæ et è terrâ, et ex lacu-
nis, ac voraginibus oriuntur, conflantur in
caliginem, et nimbosem vertiginem, ita
etiam carnalium cupiditatum vapores ma-

lam animæ inurunt habitudinem volupra-
tis, spectra animæ representantes, et ante
eam effundentes. Intelligenti itaque luci
tenebras offundunt, attrahente anima va-
pores, qui oriuntur ex cupiditate, et per-
petuitate voluptatum condensante vitio-
rum verigines. Sic ille. Ex quibus illud
necessaria ratione inferas: peccatis po-
puli de medio ablatis claritatē, et splé-
dorem oculis redditum, quo à glacie,

& tenebris solvantur: vt ipse metuates
cap. 58. vers. 8. & 9. in hunc modū præ-
dixerat. Dissolue colligationes impictatis,
solue fasciculos deprimentes dimitte eos,
qui confracti sunt liberos, et orne opus
di rumpere. Tunc erumpet quasi mane lumen

tuum: et sanitas tua citius orietur, & sta-
tim versi. Ieq. eadem sententiā diffun-
dens: Si abstuleris de medio tui catenam,
et desieris extendere digitum, et loqui,
quod non prodest. Et orietur in tenebris
lux tua; et tenebrae tuæ erunt, sicut mer-
ties, et requiem tibi dabit Dominus sem-
per, et implebit splendoribus animam tuam.
Quid opportunius? quid luculentius?

Sed ut iam latius evagati ad nostrum
omino institutum accedamus, monē-
di sunt non tantum Principes, & Prin-
cipum consiliarij, sed etiam signatè po-
puli, monendæ Republicæ, monendæ

B Provinciæ, & regna, monendæ singu-
læ civitates, ut quæ Divinitati posunt
esse gratissima corde magno, & animo
volente exsequantur, quin cōtentî sint
externa solum opera, siue mortuado-

C na Deo offerte, quæ cor offerentis non
ferunt: in summa monendi sunt fideles
cuncti, ut pœnitentiam agant, & pecca-
ta sua, à quibus noxijs illi vapores ocu-
los obnubilantes, siue congelantes as-
surgunt, veris lachrymis abstergent, &

E tandem omnino monendi sunt, siue
Principes viri, siue privati, ut pro vera
luce, & mentium illuminatione, ad sa-
cram Eucharistię mensam, in qua fons
luminis, & tota Solis lancea est: puri à
peccatis accedant, monente signatisi
me Vate Psalm. 33. vers. 6. qui totus de-

D Eucharistia est: vt ex PP. & interpreti-
bus iam vidimus, & lib. 4. latius perse-
quemur. Accedite ad eū, et illuminami-
ni, et facies vestra non confundentur:

quibus verbis tantum nondicit David,
à puro ad sacram Christi mēsam acce-
su fidelium oculos illuminari, ut quæ
opportunè facienda sint videant, & ad
implenda quæ viderint, convalescant:
omino inhunc sensum consentiente

S. Dionysio Areopagitæ lib. 3. de Eccle-
siastica Hierarchia, cap. 3. vbi instituens

sermonem de ijs, qui ad hac mysteriapi-
ri, ac mundi accedunt, sic inquit: Ab his
(mysterijs) ipsi undique collustrantur cla-
riore, ac splendidiore luce Divinitatis. Ne-

mirum fulgor lucis altioris gaudet emitte-
re lumen suum in ea, quæ ipsum referunt spe-
cula. Sic Dionysius: & quidem recte: eū
non possit non speculum mundum in-
trantis Solis lumen excipere: Sed Au-
gustinus ad id Psalmi sensum hunc sic
diffundit concione 2. Ipse Dominus noster

VIII.

Psal. 33.
vers. 6.Dionys.
Areop.

August.

Jesus-

Iesu Christus secundum carnem caput exhortans membra cetera, quid dicit? Accedite ad eum, & illuminanini. Accedamus ad eum, & illuminemur, non quomo-
do ad eum accesserunt Iudei, ut tenebrare
tur. Accesserunt enim ad eum, ut crucifi-
gerent: nos ad eum accedamus, ut corpus,
& sanguinem eius accipiamus: illi de cruce
fixo tenebrati sunt: nos manducando, & bi-
bendo Crucifixum illuminamur. Hæc Au-
gustinus. Nec mirandum quidem, ete-
nim ut de noxijs illis, & terrenis vaporib-
us oculos obtenebrare dicebamus;
ita è contra, ipsos à Sole iustitiae exte-
tenuari, ac dissipari non est dubium; sic
etiam & nubes, quo Soli viciniores sunt,
eo magis ab ipso colluent, si inque
coelesti naturæ similiores.

IX. Sed pro Augustinī sensu illud omnino mirandum: eos met qui ad Dominū acceſſerunt, ut tenebrae ſeruntur, quod acceſſerint, ut cruciſigerent eū; ſubinde māducando, & bibēdo crucifixū fuiſte illuminatos, sapienter id adnotātē Hie

Hieron. ronymo in Catena S. Thomæ in Mar-
cum ad illa verba cap. 12. vers. 10. Lapi-
dem quem reprobaverunt adificat̄es hic fa-
ctus est in caput anguli. **A** Dominō factum
est istud, & est mirabile in oculis nostris, de-
Psalm. 117. sumpta ex Psalmo 117. vers. 21. nimi-
vers. 21. rum Hieronymus Christum in Eucha-

Psalmus 117. vers. 21. est iusta, & est mirabile in oculis nostris, de sumpta ex Psalmo 117. vers. 21. nimirum Hieronymus Christum in Eucha-

*Item Paclonius Chalcidus in Euchari-
stia cum lapide topazio componens,
hæc ait. **Hic lapis reprobus**, quem gestat
angulus coniungens in cœnâ Agnum cum
pane, finiens vetus, novum inchoans præ-
stat mira in oculis nostris ut topazion. Ita*

Hieronymus: oblerua extrema hec verba. Mirain oculis, ut topazion, de hoc lapide topazio, Ambrosio in id Psal. 118 Dilexi mandata tua super aurum, & topazion affirmante splendenti similis est, maxime cum solis splendore percutitur. Sic

Abulens. Ambrosius, & ab eo Abulensis in cap.
28. Exodi: *Omnium gemmarum superat
claritatem, maximè lucens cum solis splen-
dore tangitur, ut velit Vates à Hierony-
mo in eum sensum inflexus Eucharistia
à Solis splendore, id est à Christi Divini-
tate quæ lux vera est illuminans omnia*

vers. 9. hominem vententem in hunc mundum,
Ioann. 1. vers. 9. mira in oculos praestare
tantà nimirum claritate interiores oculi
los metis illustrasse; ut illi ipsi, qui oculi
los adeò clausos habuerunt, ut Dominum
gloriae crucifigerent; postea ab Eu-

charistia mira in oculis præstante mortem pro ipso perferre non dubitaverint: Huc ad vocem Venerab. Aponio in Canticis: verba Sponsi. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, Cantic. 2. vers. 4. Et vox eius, quæ per horridam interclusam impietatis raucedinem, amarifimam, & lamentabilem revocauerat vocem dicendo. Crucifige, Crucifige, Ioan. 19. vers. 6. Tali hausto medicinali poculo sanguinis, quem effuderat Christi, ad canoram dulcedinem renovata est, confitendo se credere Deum, quem ut hominem damnauerat ante Pilatum. Sic Aponius: Vides mira in oculis ab Eucharistiæ præstari? Qui namque magis obtenebrati, & cōgelati oculi? quam illorum, qui dicebant. Crucifige, Crucifige. Qui vero tam prospicaces, & illuminati? quam qui in ipso Crucifixo Divinitatem agnovent, & altâ voce confensi sunt?

Vbi omnino vides quo sensu depre-
catus fuerit Paulus: vt initio vidi-
mus. Ut Deus Domini nostrí Iesu Christi Pater
gloriae dedit vobis spiritum sapientiae, & re-
uelationis in agnitione eius: illuminatos o-
culos cordis vestri, ad Ephes. 1. vers. 8. vt
videlicet ad sacram Eucharistiam fide-
les accedentes mentis oculis illumina-
rentur: sub hoc sensu spirituale Christi
osculum sic expetente sacrà Sponsa Cā-
tic. 1. vers. 1. Osculetur me osculo oris sui,
ex interpretatione Theodoreti ad id lo-
ci dicentis. Ac ne quis osculi vocabulo
perturbetur, consideret, quemadmodū my-
stico Sponsi tempore corpus illius suscep-
tum.

Etes amplectimur, & osculamur, atque ocu-
lis cordis imponimus planè ut sortiamur,
quod exoptabat Paulus, illuminatos oculos
cordis: Cur enim non illuminentur:
cum Solem iustitiae superoculos habeat
impositum? Nam si ipse cum mortalē
vitam agebat, de miro doctrinæ suæ
splendore dixit. Quādiū in mundo sum,
lux sum mundi. Ioan. 9. vers. 5. Quo mo-
do ipse met nobiscū in Encharitiā ma-
nens ignorantia nostræ tenebras non
depelleret? eadē prorsus ratione, ac in
cœlo perinde, ac præclarus Sol collu-
cet: eamque è sua sede glorię lucē emit-
tit, quā cœlites beati fiunt? cum hac sig-
natè de causâ panis intellectus, & aqua
sapientia esse dicatur, Eccl. 15. vers. 3.
ut ad hæc verba boni interpretes adno-
tarūt. A quā cogitatione nō abit, quod

Cant. 2.
vers. I.
Aponius

X.

Cant. I.
vers. I.
Theodor.

Ioann. 9.
vers. 5.

Ruffinus

Ruffinus nobilis Historicus lib. 13. de vi
tis Patrum, num. 166. refert. Episcopo
cuidā vitæ probitate, & sanctitate exi-
mio Dei munere datum fuisse, vt quo
quisque animo ad Eucharistiam acce-
deret, ex vultu cognosceret; ac proin-
de in ijs, qui mente pura, & integro cor
de Altaria adibant speciem oris pulcher-
rimam, & mire collucentem videret,
quod (vt dicebat Dionysius Areopagi-
ta) iij qui ad mysteria pari accedunt clariore,
ac splendidiore luce Divinitatis collustre-
tur, gaudente altiori luce emittere lumen
suum in ea, que ipsum referunt specula.
Quod si ea Solis divini vis est, vt etiam
corporis faciem illuminet, quos (si be-
nè astimas) lucis sue radios super oculos
cordis impositus in mentem, & intel-
lectum non immittet?

Dionys.

vers. 6. Ego sum via, veritas, & vita, vt
planum nobis faceret, non ab alio Do-
ctore, & ductore quam ab ipso nos edo-
cendos, & in viam veritatis inducen-
dos fore: sed quā potissimum ratione!

Ioan. 14.
vers. 6.

A Sanè, ad Eucharistiam accedētes; à qua
mentes clariore, & splendidiore luce il-
lustrantur, dum manducando, & biben-
do crucifixum illuminamur, & docti
evadimus in viam salutis reducti. Qua-
re obserua in præfatis verbis Ioel LXX.
pro illis: dedit vobis Doctorem iustitiae,
notanter reposuisse dedit vobis escas ius-
titiae: adnotantibus id eo loco Hierony-
mo, & Cyrillo Alexan. & de Augusti si-
mē Eucharistiæ Sacramento accipien-
tibus, vt omnino appareat, Doctorem
iustitiae Cathedram doctrinæ suæ in Eu-
charistiæ collocasse, vt in eâ viâ, verita-
tem, & vitam nobis ostenderet, & con-
tra veri boni ignorantem à primis pa-
rentibus hæreditario malo acceptam
corporis sui medicamentum tenebras igno-
rantiæ illustrans nobis applicaret; per
opportūnū hanc sententiam confirmā-

LXX.
Hieron.
Cyril. A-
lexan.

B te S. Anastasio Synaita lib. 10. in He-
xameron, hunc in modum: Ecce habes
escam, habes etiam perecam vijs re-
parationem, & Dei cognitionem, quem
perecam ignorauerunt protoplasti. Hæc
Anastasius, & alia post modum afferen-
da, vbi pulchrè illud: perecam vijs re-
parationem, tanquam medicamentum
clausis, & congelatis oculis opportu-
ne applicitum.

Anastas.
Synaita.

C D Concinit his salutare Dei documen-
tum de Eucharistiæ Psalm. 49. vers. 12.
vim & efficacitatem illius ad viam ve-
ritatis, & sapientiæ inveniendam: vbi
cum præmisset: Si es furiosus de fame ni-
mirum loquens, quam de nostrâ salute
bonus Dominus habet) non dicem tibi
meus enim orbis terræ, & plenitudo e-
ius: Nunquid manducabo carnes taurorum?

II.
Psal. 49.
vers. 12.

E aut sanguinem hircorum potabο Subiicit
monitum. Immola Deo sacrificium las-
dis, & reddet Altissimo vota tua. Quæ
verbæ de Eucharistiæ fore intelligenda
tum ipse met vocum sonus tinnit, cum
Græce sit (vt observauit Agellius) im-
mola Deo Eucharistiam: tum frequens
PP. interpretatio, ipsa in hunc sensum
inflectat: vt ex Chrysostomo, Augusti-
no, Zenone M. Hesichyo, Nicolao de
Lyra, Dionysio, Turiano, Genebrādo

Agellius
Chrysost.
August.
Zenon M.
Hesich.
Lyra.
Dionis.
Turrian.
Genebr.I.
S. Thom.Joel 2.
vers. 23.Ioan. 13.
vers. 13.

O PPORTVNE quidem huic
instituto intentus dicebat S.
Thomas opusculo 58. de cor-
pore, & sanguine Domini, insu-
perioribus adductus, Eucharistiam ad
extergendas tenebras, quas primi homi-
nis peccatum mentibus nostris offude-
rat, fuisse institutam: etenim dū ipsam
ait esse medicinam morborum quos à
peccato contraximus, inter quos igno-
rantiæ tenebras potissimum recenseret,
subiicit: Contra hoc malum institutum est
corporis Christi medicamentū tenebras igno-
rantiæ illustrans: Inquam planè sente-
tiā gratulabundus populo Christiano
dicebat Joel cap. 2. vers. 23. Exultate &
letamini in Domino Deo vestro, qui adedit
vobis Doctorem iustitiae. Quem nisi Chri-
stum Dominum? quide te ipso dixit:
Vos vocatis me Magister, & Domine, &
benedicatis, sum enim, Ioann. 13. vers.
13. & apud eundem Ioannem cap. 14.

Horan.

Horant. Horantio, Valentia, & Lorino alibi vi
Valentia. dimus: iam hinc, quid ipse Dominus in-
Lorin. ferat; audi: *Sacrificium laudis* (Eucharis-
titia) honorificabit me, & illic iter, quo ostē

dam illi salutare Dei, obserua, & oscula-
re illud: illic iter, id est illic via ad veri-
tatem, & vitam: illic iter ad expediendā
negoria: illic via ad cunctas res dex-
tere, & feliciter agendas: illic ad salu-
taria consilia capienda, & strenuam gu-
bernandi, & parendi artē ad ipsen-
dām planū, & salutare iter; ne in de-
vias, & præcipites vias iveris: Vnde se-

Psal. 150. quenti Psalmus sibi met ad ipsi pulatus Va-
tes eodem sensu dicebat: Incerta, & oc-

culta sapientiae tu manifestasti mihi, Psal.
50. vers. 8. vbi nihil amplius desiderare
valeas, ut omnium sapientissimus eva-
das, cum non obvia quedam, & facilia
sed ipsam et incerta, occulta, & abstru-

sa mysteria, quae sapientiae medulla esse
evidentur: manifesta tibi fuerint, & pla-

Ambros. De quo sic inibi ratiocinatur Ambro-
sius. Non in speculo, non in enigma-

te, sed facie ad faciem te mihi, Christe, de-
monstras: tuis te teneo Sacramentis. Hac

sunt tu & vere Sacraenta Sapientiae, qui-
bis mentis occulta mundantur. Hac Am-

brosius. Et quidem recte: non in speculo,
non in enigmate, cum velut indice illic

iter demonitres: sed illud notanter di-
ctum, tuis te teneo Sacramentis, vt dixe-

rit: te velut manibus teneo, quin elabi-
possis, quominus a te cognoscam viam,

veritatem, & vitam: quod tuis Sacra-
mentis quibus panis intellectus, & aqua

sapientiae in et, mentis occulta, antiquis
olim tenebris offusia mundentur. Sed

quod Ambrosius dixit: Facie ad faciem
te mihi Christe demonstras, consentaneū

est arcano sensui, quem ipsem et lib. de
Ioseph, reddidit conviuio a Ioseph fra-

Gen. 43. tribus suis in meridie exhibito, Genes.

vers. 25. sacro ibi Scriptore dicente:
illi vero parabant munera, donec ingredere

tur Ioseph meridie: audierat enim, quod ibi
comesturus esset panem: ita haec Ambro-

Ambros. sio per allegoriam huc trahente. Meri-

dies est, quando Ioseph verus domum suam
intrat, ut prandeat. Tunc enim plus dies lu-

cet, quando Sacraenta celebramus, op-

portunè: nam secus quidem in tenebris

ambulamus.

III. Videris id quidem vivaci penicilo
 depictum in duabus illis discipulis eun-

tibus in Castellū Emaus, qui ipsum Do-
minum videntes, & verba vita ab ipso
audientes, atque ipsum quodammodo
inter manus habentes; tamen oculi eo-
rum tenebantur, ne eum agnoscerent, Luc.
24. vers. 16. Mirum profecto, discipulos

Luc. 24.
vers. 16.

Christi, eius consuetudini, & doctrinæ
asuetos ipsum, necde facie, nec de ser-

mocinatione cognovisse, sed illud mul-
to mirabilius, ipsummet Dominum,

qui lux vera est illuminans omnem homi-
nem, vna ex parte eorum corda a verbis

suis ardentia, & pietatis ignem spiran-
ta reddidisse, ut tum ex ipsorum ver-

bis. Nonne cor nostrum ardens erat in no-
bis, dum loqueretur in via, & aperiret scri-

pturas, tum ex charitate, qua ipsum ad
manendum secum invitabant, & coe-

gebant dicentes: Mane nobiscum, quoniam
ad respescit, & inclinata est iam dies, Lu-

cæ 24. vers. 19. manifeste apparuit; ex a-

lia vero, ipsorum oculos non illuminas-
se, sive eam mentibus lucem fuisse im-

pertitum, quæ eum agnoscerent: cum
ritu naturæ, & gratia prius sit mente illuminari, quam voluntatem accen-

di. Quod si dixeris, non adeò mirum id
videri debere notante Sacro Scriptore

oculos eorum ne ipsum agnoscerent,
teneri: ab alio videlicet fortiori illis,

qui ipsis impedimento erat, ne oculo-
rum acie vterentur; nempe diabolus te-

nbras illis offendens, ut inquit Augustinus in Catenâ S. Thomæ mox cita-

dus: inde facile huic responsioni occur-

râ; quod multo maius fuerit robur ver-
borum Christi, qui vera lux est, quâ dia-

boli obtenebrantis impedimentum, Sal-
lomone de Divina sapientia affirmâ.

Est enim speciosor Sole, & luci comparata
invenitur prior: illi enim succedit nox: sa-

pientiam autem non vincit malitia. Sa-
pientiae 7. vers. 29. & 30. Ea ergo pe-

remptoria ratio fuerit: cur tunc tempo-
ris discipulorum oculi tenerentur, ne

Christum agnoscerent, quod ipse met de
industriâ sui cognitione in tempus acci-

piède Eucharistiæ reiecerit, quod in ip-
sa Magisterij sui Cathedram ponere, &

fese Doctorem iustitiae suis exhibere
voluerit, ut ad eam accedentes illun-

inarentur: omninoque pernoscerent
tunc fidelibus diem lucere, cum Sa-

cramenta celebraverint: Subiiciente Luca 24.
nimirum Luca vers. 30. Et factum vers. 30.

Sapien. 7
vers. 29.

& 30.

est, dum recumberet cum eis, accepit panem
& benedixit, ac fregit, & porrigebat illis,
& aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum, ut perinde fuerit panem illis,
ac lucem dare, neceſſariā videlicet conſecutione, Eucharistiā cum luce con-
tunēta: quod ipſe metis discipuli nō obſ-
curē ſignificarunt, poſt modum verſ.

*Luc. 24. 35. dicente Luca: Et ipſi narrabant, que
vers. 35. geſta erant in viā, & quomodo cognoverunt eum in fractione panis: Totam hanc*

*August. cogitationem ſuggerente nobis Augu-
ſtino in Catenā S. Thomæ, hunc in mo-
dum. Non enim incongruenter accipimus,
hoc impedimentum in oculis eorū à Satana
nauifile, ne agnoveretur Iesuſ, ſed tamen à
Christo facta eſt permifio uſque ad Sacramē-
tum panis; ut veritate corporis eius parti-
cipatà removi intelligatur, impedimentum
inimici, ut Christus poſſit agnosciri.
Hęc ille, vbi notanter monuit Auguſtinus, de industria permifum à Domino il-
lud inimici impedimentum, ut planū
fieret, & maius illo eſte robur Sacramē-
ti: & ipſi lucem ita eſſe confixam, ut nō
aliter Christus agnoveretur. Quod Grę-
eus Auctoṛ in Catenā Gręcā Corderij
ad hęc Luę verba, ſic etiam affirma-
vit. Ita autem Dominus diſponebat, ut nō
agnoveretur, niſi in fractione panis.*

IV. In eis vero peculiariſ ſep̄tatis, tum
ſenſui, tum ipſi tono horum verborum
& aperti sunt oculi eorum: ſi confe-
runt cum verbis eodem quidem ſono, &
tenore, ſed diuersiſimo ſenſu de pri-
mis parentibus poſt guſtatum cibū ve-
titum dictis, Genes. 3. verſ. 7. vbi cū di-
xil Moyleſ: Et tulit de fructu illius, &
comedit, deditque viro ſuo, qui comedit,
ſubijcit. Et aperti sunt oculi ambořū, vbi
primum merito ambigere: quā ratione?
et que morbo ipſi, atque medicamento
iſidē verbis, idem adſcribatur effectus,
hoc eſt oculorum apertio, & aperti sunt
(a cibo ſcilicet uetito) oculi ambořū,
deinde vero qui Eucharistiā dicatur ce-
citat is primorū parentū medicamētū?
viſuſque deperdi recuperatio, cū po-
tiū ab iplo peccato aperti oculi dicantur.
Sed facilis, & ad manū reſpoſtio in
primis fuerit ex Rup. lib. 3. de operib. Tri-
nitatis, c. 10. affirmante inibi per ironiā
apertos oculos fuifile dictos, quaſi tunc
maxime excēcatos, & ignorantia te-
nebris oppletos: ſic namque Rupertus.

*Genes. 3.
vers. 7.*

Rupert.

*Nam ſi ad expectationem illorū reſpicias,
quaſi ex promiſione ſerpenti conceperant,
dicentis: Aperiēntur oculi vestri, & eri-
tis ſicut dij, ſcientes bonum, & malum,
acerba nimis ironia eſt, & gemebunda con-
quæſtio Scriptoris dicentis: & aperti ſunt
oculi ambořū, niſi quod acerbius nūc ſub
affirmatione ironica dicitur, quaſi aperti
voce negaretur. Hęc Rupertus, tantum
non dicens, primorum parentum ocu-
los ad Divinitatē intendere conan-
tes, adeò nō fuifile a cibo uetito illu-
minatos, quod ipſi temerē ſperabant,
ut potius in densiſimis ignorantia te-
nebras in ſtultiſimi preſumptioniſ ſue
pœnam fuerint demersi. Vnde quidem
noxi illi cibo tenebras ignorantia of-
fundenti milericorditer ſucceddit, & a*

*B Deo proviſus eſt coeleſtis Eucharistiæ
cibus in medicamentum, & viſuſ repara-
tionem: eaque de cauſa notatę à Lu-
ca de diſcipulis ipſam accipiētibus eo-
dem tenore verborum, ſed quidem ſe-
riodictū tuifile, & aperti ſunt oculi eorū,
& cognoverunt eum, ut eos oculos Eu-
charistiā aperiret, quos clauſerat pecca-
tum: vtraque Genesis, & Luę verba,
ſive historias committente interſe An-
astasio Synaitanum. i. adducto dum
poſt præfata verba: Ecce habes eſcam:
habes etiam per eſcam viſuſ reparationem,
& Dei cognitionem; quem per eſcam ig-
noraverunt protoplasti, ſubiſcit de diſcipulis.
Deinde quid sit, poſt ſumptuam eſ-
cam: Surgentes ipſa hora reuersi ſunt
in Ierusalem: Ecce & à caſu excitatio-
D D Ecce pulchra ab errore conuerſio. Sic Ana-
ſtasius.*

*E Deinde vero præfato dubio occur-
res ex Augustino capiente omnino, ut
ſonant verba: Et aperti ſunt oculi ambořū:
ſed quidem in malam partem, vt
nimiri oculi, qui ad peccatum, & ad
concupiſcandum clauſi erant, feliciter
ignorantes malum iam a cibo lethali,
aperti fuerint, ut cognoverent, quod
ignorare debuerant. Sic enim Augu-
ſtinus lib. 14. de Civitate Dei, cap. 17.
Quomodo aperti ſunt oculi ambořū:
Niſi ad in vicem concupiſcendum? Hoc
itaque cognoverunt, quod feliciter ignora-
ret. Sic ille: En malā cognitionē, & im-
probā ſcientiā a primis parētibus hære-
ditaria in filios labi trālmiſā: notanter
eos increpante Domino per Vatem:*

*Anastas.
Synaita.*

V.

August.

Stultus

Ierem. 43. *Stultus populus meus me non cognouit* [a]
 vers. 22. *pientes sunt ut faciant mala: bonum autem facere nescierunt.* Ierem. 4. vers. 22.
 omniō significans eorū hominū ingenium, qui neque de lege divina, neque de virtutibus, aut Dei timore cogitat: nō secus ac si nihil ad eos hāc pertinet, & ad sana consilia capienda stupidisunt: cum tamen ad noxias cupiditates explendas, & ad fraudes, & rapinas adeò solentes, atque vigilantes sint, ut ad id vnum facti, natiq[ue] videantur, ut hāc omnino de causā inter reprobas à Domino aves noctuæ censeantur Levi

Leuit. 11. *tici 11. vers. 16. & Deuteron. 14. vers. 16.* 15. pulchre earum naturam & culi hominis accommodante Basilio hom. Deut. 14. minibus. *vers. 15. 8. in Hexameron hunc in modum. Ut Basilio.* oculis noctuæ persimiles iij homines sint, qui evanida, & inanis sapientia studio incubuere. Nam ut illis aspectus noctu qui dem valet: sole autem illucescente non mediocriter offuscatur, & hebetat sic & istorum hominum mens acutissime quidē ad varias res perspicendas esse videtur: hebetissima vero, caligineque referta ad ipsam lucem verā percipiēdā et ratis. Signate vero (ut iterū ad congelatos oculos revertamur) arcaia locutione de noctuis dicatur supra capita idolorum Babylonie

Baruch 6. volitate apud Baruch cap. 6. vers. 21.
 vers. 21. his verbis: *Supra caput eorum volant noctuæ: pulchra hac imagine describente Vate Principum consiliarios, & Admīnistratos, de quibus aiebat Seneca lib. 6: de beneficijs, cap. 30. Nemo ex animi sententia suadet, disuaderque, sed adulandi certamen est, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quam blandissime fallat:* quippe cum noctuæ sint ad terrena oculatissimi, & lyncei: ad sana tamen consilia capienda, & danda talpæ, & cæci sunt, in terrena tantum bona totos mentis oculos intentos habentes, contra Gregorij Nazianzeni monitum orat. 27. *De mortalibus tanquam de immortalibus cogitantes.*

VI. Tertull. Quibus bene quidem aptaveris illud Tertulliani lib. de anima, cap. 6. Quibus alimenta sapientiae sunt, tamen indocta prudentia pollent, ut dixerit. Miseros, & infelices, qui à vere sapientia alimentis, divine scilicet legis obteruantia, & Dei amoris, & timoris seco omniō ieconi, indocta pruden-

tia & vnu poteris, subtilissimas de terrenis rebus ratiocinationes fabricantes, & humanā, ac polyticā regulā omnia metientes: quin interiores oculostantillum artillatis, ut Dei iustificationes ad consilia capienda, tanquam consiliarios adhibeatis: Vbi simul observa notanter hanc prudentiam appellatam *indoctam* à Tertulliano edenfisu, ac Vates, *congelatos oculos*, dicebat quibus ignea pupillis vis deest: quippe terrena prudentia ipsomet fructu, & fine, quem intendit tandem frustratur: signatissimè de ipsa affirmante Pau lo 1. ad Corinth. 3. vers. 19. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum: & iterum: Deus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Quibus prudentia indocta, stultitia & vanitatis insimulatur, cui sapientiae alimenta, quibus sustentetur, & coactet; omnino desint: ut dixerit Apostolus: hanc ipsam sapientiam, quæ inter homines prædicatur; & tanquam è Sybillæ folio admirationi est, re vera nihil aliud, quam meram stultitiam esse, cum vana, & sine successu sit: Et vero, si attendis, maior quidem energia subest sententia Pauli aientis: *Comprehendam sapientes in astutia eorum cum al lusione ad Job 5. vers. 13. vbi habetur. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, duplicita nimis tamen imagine vana, & noctua indocta, hac prudētia ostensa, nam in primis Hebraum verbum, Iacob, pro quo Job posuit, apprehendit proprie sumitur ad significandam urbium expunctionem, quasi humanæ sapientiae arx, quæ sibi munitissima videtur; facile a Dei maquinis supereretur, & corrugat: Quod deinde aucto censu firmavit Apoitolus ea locutione. Comprehendam sapientes in astutia eorum, quæ sumpta a venatione videtur, & eā ligata indicatur, illam ipsam astutiam indocta prudentiae & secularium hominum esse, quasi instrumentum, aut laqueum, quo ipsimet comprehendantur: Deo ex rei eventu declarante, illorum artes fuisse velut laqueos, quibus ipsi se inquierint. A quo illa imago expugnationis non abit, cum vide licet ad suffodienda mœnia cuniculi*

1. Cor. 3. vers. 19.

Job 5. vers. 13.

Lect. Hebreæ.

struuntur, quos dum obfessi detegunt, eo pacto res disponunt, ut doli, & preparata machinamenta in caput instruētiū illa recidat, quod perinde fuerit, ac comprehendere sapientes in altitudine eorum.

VII. Iam vero illud pro coronide hoc in loco fuerit obseruandam. Hanc de qua agimus, illuminationem, quā Eucharistia mira in oculis accedentium ad ipsam, operatur: prædulcem, ac suavitatem plenam esse: cum tamē aliud sit oculorum collyrium; acre quidem, ac felleum: quo clausi, sive ceci peccatorum oculi aperiri, & illuminari a Deo soleat

Isiae 26. vers. 10. dicente Vate Isaiā cap. 26. vers. 10. Cū feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores terrae: ipsoque Domino Vatis sic annuente. *Misereamur impio, & non disset iustitiam in terra sanctorum iniqua gesit:* vt omnino significetur plerūque evenire, ut homines durius eruditī discent iustitiam moniti, & non temere diuos. Nimirum illis verbis misereamur impio subamara quædā subest ironia, vt obseruat ibi P. Sanctius, quā cum videamus aliquid concedere illud omnino aversamur, & horremus, sic id confirmante Bernardo serm. 42. in Cantica: *Tunc magis trascitur Deus, cum nō iracitur. Misereamur, inquit, impio, & nō disset facere iustitiam. Misericordiam hanc ego nolo: super omnem iram miserationis: Vnde pergit in eandem sententiam Isaias vers. 16. Indulsi genti Domine: indulsi geti. Nunquid glorificatus es? Domine in angustia requisiuerunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua est, quasi dicat, neque enim vlla homini impio doctrina opportunior, aut adeò efficax oculis collyrium, quam quæ prænimio dolore gemere, ac mussare facit: itidemque cap. 28. vers. 19. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui, pulchra emphasi, quā Vates vexationi tribuit, dare intellectum, sive aures audiendi auditui, & lucem seu illuminationē occæcatis oculis ut videant: quod, vt est in Proverbio. *Phryx verberatus melior, & objequentior.* Quod quideni bene adumbratur in felle piscis, quo Tobiae oculi fuere illuminati, vt habetur*

Tobie 11. vers. 13. *Sumens Tobias de felle piscis linivit oculos patris sui, ut a tribulationis felle occæcatis oculis acies,* &

lumē redeat. Id quod S. Basilius Seleucensis tuin in Cananæ, tum in discipulis in mari periclitantibus seitè obteruavit: dum cuniilla Dominus tenerius egit, cū in primis ad eius postulata non respondit: deinde vero cum ipsam contumelioso vocabulo canē appellavit, Matthæi 15. vers. 26. iacuens. Non est bonum, sumere panem filiorum, & dare eis nibus, ad quæ verba Basilius orat. 20. sub Cananæ personā sc̄e inquit: *Contumeliam teneo currationis pignas, ut dixerit: Bonum mihi, quia humiliasti me, ut dicam iustificationes tuas.* Psalm. 118. veri. 71. Contumelia enim felle curabor: sūmiliter de discipulis in summō maris discriminē ad Dominum clamantibus. *Magister non ad te pertinet, quia perimus.*

Marc. 4. vers. 38. sic inquit orat. 22. Excivit mare: ostendit naufragij spes: fidei felicitatem fecit mare. Explicans omnino Domini mentem, quasi ipse dixerit; in modo vero, vt vos ad me tanquam discipulos erudiendos pertinere ostendā; in schola tribulationis constitui, ut vexatio det intellectum auditui. Hæc sane fellis illustratio, & curatio est, iam vero quam alia ab Eucharistia oculorum, & mentis illuminatio, quæ tota in melle, & suavitate censeretur: dilucide id demonstrante. Thoma cypuscule 58. vbi agēs de Eucharistiā tanquam de medicinā, tenebras ignorantiae illustrante: ipsamque cum melle propter dulcedinem componens ex verbis Prover. 24. vers. 1. Co-

mede fili mel quoniam bonum est: subiicit primum nostro instituto intentus: Mel, corpus Christi dulce significat: hoc bonum est, quoniam tenebras mentis illuminat: Deinde huic sentui aptat ea Ionathæ verba 1. Reg. 14. vers. 29. Vidistis, quia illuminatis sunt oculi mei, eo quod gustare rim paululum de melle isto. Hæc S. Thom.

E Vbi expendas velim Eucharistiæ efficiacitatem ad mentis oculos illuminandos: nam si à particulâ mellis, quod Eucharistiæ figura esset semel degustata Ionathæ oculi aperti sunt, quam mira ipsiusmet Eucharistiæ mel, non semel, sed frequenter gustatum in oculis fidelium operabitur, ut recta videant, & salutaria dignoscant?

Matt. 15. vers. 26.

Psal. 118. vers. 71.

Marc. 4. vers. 38. Basilius Seleuc.

S. Thom.



DISSERTATIO V.

DE MIRA EVCHARISTIÆ dulcedine, & suavitate: & de æternæ salutis tesserà, & futuræ gloriæ pignore, quod ab ipsa accipimus.

A CHRISTO DOMINO DVM EVCHARISTIÆ
lacte nutrimur, usque in delicias amamur.

ADNOTATIO. I.

I.



Seneca.

IRVM quidem vi-
deri debet ; adeò
largè, & efficaciter
lumen naturæ in
mortaliū animos
sese infundere ; vt
eo tantummodo in-
structus Seneca tā
altum de Dei benignitate sensum ha-
buerit, vt nondubitaverit de eā affirma-
re lib. 4. de beneficijs cap. 5. non tantū
de nutrimento, sed de delitijs etiā no-
stris peculiari curā esse solicitam: ni mi-
rum cum aduersum eum, qui Dei pro-
videntiam negabat, dixisset. Non dat
Deus beneficia? Vnde ergo ista, quæ possi-
des? quæ das? quæ negas? quæ servas? quæ
rapis? Vnde hæc innumerabilia oculos, au-
res, animum mulcentia? Vnde illa luxuriæ
quoque instruens copia subiicit. Neque e-
nim necessitatibus tātummodo nostris pro-
uisum est, usque in delicias amamur. Ita il-
le: & quidem recte, nisi statim Christia-
næ fidei oculis orbus tantæ mentis im-
petum ad infima hæc demississet. Tot ar-

busa non uno modo fruifera, tot herbe sa-
lulares, tot varietates ciborum per totum
annum digestæ, vt inerti quoque fortuita
terre alimenta præberent. Iam animalia
omnis generis, alia in secco, solideque, alia
in humido innascentia, alia persublimedi-
misæ, ut omnis rerum naturæ pars tribu-
tum aliquod nobis conserret. Fluminæ hæc
amēnsimis flexibus campos cingentia, il-
la præbitura commertij via; rasto, &
navigabilicursu vadētia, ex quibus qua-
dam statim diebus mirabile incrementū tra-
hant, vt anhela, & ferventi subiecta cœlo
subita vis & sīvi torrentis irriget. Quid
medicatorum torrentium vena? quid in ip-
sis littoribus aquarum calentium exunda-
tio: quippe hæc & plura, quæ vago, &
florenti, immo & iuvenili calamo perse-
quitur, ad explicandam divinæ largita-
tis copiam. & thesauros bonitatis, &
benignitatis Dei, vel leviter indican-
do: nuge, & nenie sunt. Quid enim fue-
rit dare Deum omnia? cū dederit se ip-
sum? Sic enim Deus dilexit mundum, ut
filium suum unigenitum daret, ut omnis,

B

qui credit in ipsum non pereat, sed habeat
Ioann. 3. vitam eternam, Ioan. 3. ver. 16. Pergit
vers. 16. verò animosa fides, vt afferat, multum
quidem fuisse, Dei Filium semet ipsum
mortalibus in pretium dedisse, vt om-
nis qui credit in ipsum non pereat, sed pe-
culiare benignitati suæ gratiam, &
venustatem addicisse, cum non necesi-
tatibus tantum modo nostris prouisum
ab ipso, sed etiā cū ab ipso: Usque in deli-
cias amarum dū semet ipsum in cibū, &
potū nobis tradidit, vt spiritualis dulce
do à suis in proprio fonte gustaretur.

II. Benè quidem in hanc rem Chrysostom. hom. 24. in epist. 1. ad Corinthios
I. Cor. 10 vers. 16. premens illa Pauli verba 1. ad Corint.
 10. vers. 16. *Panis, quem frangimus, non-*
ne participatio corporis Domini est? obser-
uat: signare de Eucharistia usurpatū ver-
bum frangitur, vt peculiaris excellētia
dilectionis divinæ, quæ ipsi subest ma-
nifestetur, sic namque ille. Sed quare ad-
dit? quem frangimus: Hoc in Eucharistiā
viderelicit: In cruce autē minimē sed om-
nino ē contra. Os enim (inquit) cius non
conteretur. Sed quod in cruce passus non
est in oblatione patitur. & propter te frā-
gij sustinet, vt omnes satier, sic ille: sed qua-
re frangij sustinet: Planè vt se se plusplus
præ amore demittat, & exinanir velit,
vt quasi osle fracto illius medullā tan-
quam re oīniū suavissimā satieris, &
tibi argumento sit, ab ipso & medulli-
tus, & vtque in delicias amari. Quā de-
re grande est moniū apud Iai. cap. 25.
Isai. 25. vers. 6. audire est operæ pretiū: sic nain-

que Vates. Et faciet Dominus exercituū
omnibus populis in monte hoc convivium
pinguiū; convivium vindemiæ, pinguium
medullatorū vindemie defœcata. Quod
de Eucharistiā quotquot interpretes ple-
no pectore sapiunt, ad litteram inter-
pretantur (nam id de convivio, quo in
cælesti beatitudine electi fructūt capi-
re, vt à vero non eat: ab scopo Vatis, &
à contextu vaticini) quā logissimè ab-

Eusebius. errat) sic Eusebius lib. 1. de demonstr. E-
Cyril. A- uang. c. vlt. S. Cyril. Alex. & Procopius
lex. ibi Rupert. lib. 6. de Trinitate, c. 19. &
 Cyprian. in expositione symboli apud
 Leon. Castrī, & Cornel. & disertissi-
 me P. Salmero tom. 9. in Euāg. tract. 2.
Leo Castr. Qui sapienter (vt aslolet) tā ex lect. He-
Cornel. br. ea, quā ex vulgata imagines pinguiū,
 Salmeron medullatorū, & vini defœcati usurpāti-

bus obseruat, in Eucharistiā convivio nil
 hil nō suauissimū, ac delicatissimū, sive
 ad nutrimentū, sive ad gustū peroppor-
 tunum a Vate his verbis significari. ita
 enim ille: *Quod est dicere: erit delicatissi-*
mū conviviuū, vt est illud quod consistit in
pingui, & medullā, & illud in quo bibitur
dulce, & optimū vinū: nā pingui, & dulci
nutrimur, & post nonnulla: Erat etiā in
eo Deitas quæ sapor est, & pinguedo, & de
liciarum omnium plenitudo: idēo in plura-
lia ita convivium pinguiū. Hæc ille. Quæ
 optimè expreſſit Patchasius lib. de cor-
 pore, & ſanguine Domini, cap. 9. ad finē,
 vbi adductis Verbis Vatis Psalm. 147.
 vers. 3. *Qui posuit fines tuos pacē, & adipe*
frumenti fratrat te, ubiicit: De quo nimiriū
B *frumento cæleſtis illa Hierusalē ſaginatur.*
Et notandum, quod hoc frumentū, corpus vi-
delicet Christi adipem habeat, & non ſolū
adipem, ſed & omnes delicias. ita & potus
sanguinis. Vnde quod de petra typicē manu-
vit, nunc mel, nunc oleum, nunc aqua, nūc
quoque potus dicitur, quia quidquid pre-
gustare spiritualiter potueris, hoc totum
ibidem in venies. Hæc ille, & alia.

C Ecce tibi quod dicebat Chrysostom. III.

Quod in Cruci passus non est in oblatione Chrysostom.
patitur, & propter te frangij sustinet, vt vi-
delicet fracto osle medullam deliciarū
Dei in hoc regio convivio Eucharistiæ
percipias, atque in delicias amatum te
ſentias: cum ipſius Divinitatis dulcedo
āte in ſuo fonte gustatur: Quomodo fa-
cit vitulus ſaginatus revertenti prodi-
go à Patre pro epulis exhibitus, Lucæ

D 15. ver. 23. Nā poſt ſtolæ primæ divinū
 indumentū, poſt anaulūdigito insertum
 poſt calceamēta, quibus pedes munire-
 tur, quæ ſic pēait Gregor. Nyſſen. in Ca-
 tenā Græcā. *Quātus circa prodigū eōcur-*
fus! quantū ſtudū, & cura! Hinc primaſi-
dei ſtola, animarū reclē in Ecclesiā instru-
ctorū ornamentū profertur: inde manu an-
nulus inserit ſrifidei ſigillo conſignatus. A-
liunde vero ſecuritatis calcii adferuntur;
vt ſecundū Deū gressus eius dirigātur: bo-

nus pater ſervis ſic præcribit iuis: Ad-
ducite vitulū ſaginatū, & occidite, & mā-
ducemus, & epulemur: quo in loco ne-
monō ex PP. in vitulō ſaginato Christū
Dominum in Eucharistiā fidelibus ad
māducandū exhibitū cognoscit. Quis
eft vitulus ille ſaginatus (inquit S. Cyril. Cyril. A-
Alex. in Catenā) Christus utique, qui & lex in

Hieron.	immaculatus Agnus peccata mundi tolles immolatur, atq; comeditur. Similiter Hieron. epist. 146. Vitulus saginatus, qui ad pœnitentiā immolatur, & salutē, ipse salvatore est, cuius cotidie carne pascimur, & crux potamur. Ad quē modū Chrysol. ser. 5. <i>Hic est vitulus, qui in epulū nostrū cotidie, ac iugiter immolatur. Verū enim vero, quin Christū dividamus, & virtūlū, & saginatū seorsim expendere, erit operæ pretium: & quidē vt vitulum ad Christū in cruce immolatū, omnino retulit Anastasius Synaita lib. 1. in Hexameron, inquiēs. Vitulus, ut is, qui Crucis jugū erat tristurus, similiter Ambr. lib. 2. de Abrahā, c. 8. dū ait. Vitulus aratorū est animal deditum labori: ita saginatum vitulum delicatissimas delicias Eucharistiae exprimere, frequens PP. expositiō est; & ipsa per se loquitur imago: quippe ad laudiorē, & suaviorem cibū, qui gustui aptissimus sit, & vitulus, & aves saginatur: Vnde Chrysologus ser. 3. <i>Vitulus cōmuni non sufficit, nisi fuerit saginatus, quippe, quod in cruce passus nō est in oblatione patitur, vt qui Christum patiētem cum lachrymis contemplantr, & fletu: ab ipso cū in Eucharistia manducamus delicijs, & gaudio repleamur: oīsum medullam, & delicatissimam escā gustantes.</i> Vnde pulchre post citata verba Hieron. <i>Fidelis meū lector intelligis, quia pinguedine saturati in rūctū laudis, erūpimus dicentes eructavit cor meū Verbum bonum.</i> Ad quē modū Tertull. lib. de pudicitia, cap. 9. vitulu saginatū effert, nā cū dixisset: <i>An-nulū quoque accipit tunc primum quos idei pāctionem interrogatus ob-signat, subiicit. Atque ita exinde opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistiā scilicet: observua pulchrum dicendi modum: Opimitate Dominici corporis: quo exprimitur mēsa usque ad stuporem opima, & opiparā, & magnificis suavitatibus appara-ta, vt meliori iure de eo qui eam gusta-terit, dixeris.</i></i>	A	& nūquā in te deficit, comedat te cor meū, & dulcedine saporis tui repleteur visce-ra anima & mea.	Sed merito inquisit primū: Quā in herbatā pingui vitulus ille fuerit saginatus? Relpōdet opportunè Chrysol. prefato ser. 3. <i>Saginatus vitulus pinguis testatur paternę pinguedinem charitatis: vt dixerit vitulū hunc in sinu Patris, in illis immēs divine charitatis, bonitatis, benignitatis, & suavitatis virētibus pascuis tā-quā Dei filiū fuisse saginatū, vt proinde Paulus ad Collos. 2. v. 3. notāter dixisse videatur, in agnitionē mysterij Dei Patris v. 3. & Chriſti Iesu: in quo sunt omnes theſauri sapientiae, & sciētiae abſconditi, planè qua- B si ab ipsis Christus saginatus, vt ab ipso, & nos saginemur, lautissimis vīctibus, & regijs ac delicatissimis epulis refecti: vnde statim v. 9. subdit Apostolus. <i>Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti. Notātissimè in illo repleti, quasi ab ipso veris divitijs, purisq; ac suauissimis delicijs saginati: vt dixit Tertull. lib. de Returrect. carn. Caro corpore, & sanguine Christi vescitur, vt anima deo saginetur, laute, opipare, liberaliter, ac delicijs omnibus enutrita: His, quae omnino vera, & per opportuna sūt, illud singillatim pro delicijs incomparabilibus Eucharistie addendum ex Richard. à S. Laurentio lib. 4. de laudibus Virginis: tum magnificū hoc, splendidūque Eucharistie convivium, quod Isaias pingue ob illius delicias appellat; tū etiā vitulu saginatū; à purissimo Mariæ vētre, & lacte pinguedinē, deliciarūq; suavitatē, atq; dulcedinē traxisse, etenim ille premēs verba Isaiæ de Christo c. 7. vers. 15. <i>Butyrū, & mel comedet: & in illis butyri pinguedinē sic inquit: Hec pinguedo refertur ad mysterium Conceptionis, quasi pinguedinē enim butyri accepit Christus in Concep-tione, quādo vñctione charismatiū vñctus est p̄e participib⁹ suis: & quando vitulus saginatus p̄e paratus est in vtero Virginis</i></i></i>	IV. Chrysol.
Chrysol.	anastas. ambros.	B	Collos. 2. v. 3. & vers. 9.	Tertull.	
Anastas.		C		Richard. à S. Laur.	
Ambros.		D		Isaiae 7. vers. 15.	
Chrysol.		E			
Hieron.					
Tertull.					
Statius.					
Ansel.					

māsuetudinis, ac suavitatis herbā saginatus, vt electos ad hoc convivium suā pinguedine saginaret. O immensam dulcedinem! o dulciam suavitatem! o ineffabiles delitias Eucharistiae à Mariā ebitas vix humanis sensibus pensandas! Enimvero divino spiritu afflatus sanctissimus P.N. Ignatius, vt de ipso refert P. Salazarius in cap. 9. Proverb. num. 144. ab Eucharistiae sacra communione incredibilem voluptatem se haurire profitebatur: quod piè, veraci- terque contemplaretur cū Christi carne Mariæ quoque carnem se accipere: Cogitabat enim (inquit Salazar) filiū & matrem unam esse carnem, & sanguinem, aut certè filium quandam esse matris portionem, &c. Hinc vero eliciebat se in Eucharistiā non solum Christi, sed etiam Mariæ carnem, sanguinemque, vel certè magnum, imò precipuam Mariæ partem suscipere. Nam si una filiū, matrisque caro, & unus sanguis, qui filiū carnem sanguinemque sumit: matris etiam carnem sumat necesse est, &c. Hinc ergo fieri aiebat, vt quicumque dignè corpore, & sanguine Christi resciuntur, non solum unum cum Christo caro fiant, sed etiam in unum cum Virgine carnem migrant. Nam quae sunt eadē unī tertio, sunt eadem inter se. Hæc ex sensu S. Ignatij P. Salazar. Quæ omnino firmat

Bernard. Bernardus hom. 3. in Missus est, vbi verba Eliabeth. Benedictus fructus tui in Eucharistiā inflectēs de huius fructus suavitate, vt à Virgine profluent, sic differit. Benedictus ergo fructus ventris tui: Benedictus in odore: benedictus in sapore, &c. Desapore huius fructus quidam, quod gustaverat, taliter eructabat dicens: Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus, & alibi. Quam magna multi- do dulcedinistū Domine, quam abscondisti timentibus te: & alius quidam, si tamen gustasti quoniā dulcis est Dominus: & ipse fructus de se invitans nos ad se: Qui edit me ait: adhuc eluriet, & qui bibit me adhuc sitiet: Vtique propter saporis dulcedinem hoc dicebat, quise- mel gustatus magis excitat appetitum. Bonus fructus, qui animarum esurientium, & satientium iustitiam, & esca, & potus est. Hactenus Bernardus.

V. Ex quibus facile capies: cur Domi- nus, cum nolit fideles, qui Sacerdotes non sunt, in utraque specie, sed tantum

sub specie panis communicate: adhuc tamē generaliter ad cibum, & potum eos s̄apēs̄ s̄epiū invitet, inquiens. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sa-

guinem habet vitam aeternam, Ioann. 6. vers. 55. & vers. 57. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem in me manet, & ego in eo, & paulo ante vers. 54.

Nisi mādūcaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Quid calicē simul cū pa-

ne cœlesti laici cōcupiscere, & efflagita re debent? Minime quidem: quid ergo significat sanguinem bibere? Sane vt

A B hac bibendi imagine Eucharistiae deliciæ significantur, quæ ipsamet cœlestia gaudia æmulantur: de quibus Vates in-

quit: Torrente voluptatis tuae potabis eos, Psalm. 35. vers. 9. sub quo quidem sen-

su opportune accipiente Philippo Abba te lib. 1. in Cantica Sponsæ verba.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, Cant. 1. vers. 13. hūc in modum. Qui eatenus ali-

C quando velut manducaverat cum labore, bibat suauius, plenius hilarescit, dum in

amore nihil contrarium sentit, lebiscit: Cibus enim in potum, in vinum botrus vi-

detur quodammodo transmutari, dum di-

vino quis amore inventur tam suauiter

inebriari, vt oblitus presentium. Iolo futu-

rorum desiderio teneatur, & ne scitus tristi-

tia, iam videatur frui illo Domini sui gau-

D dio. Hæc Philippus. Eucharistiae suavi-

tem ex cibi in potum mutatione cū

cœlestis beatitudinis torrente compa-

rans: A quo non abit Paulinus epist. 3.

qui cum de eodem botro dixisset: Ut iā

E non uenda farmenta, sed palmites fructuo-

si in eodem Domino, id est vera vita manea-

mus, subdit. Fiat que nobis idem Dominus

ad escam dulcis ille botrus, qui nobis in cru-

cis recte suū pensus de terrā promisionis, &

fructum ostendit, & gustum dedit. Adhuc

Ioann. 6. vers. 54.

& 55. & 57.

Psal. 35. vers. 9.

Cant. 1. vers. 13.

Philipp. Abb.

Paulinus

Bernard.

quantum in se creditis habere dulcedinis sanguinem Filij hominis Iesu Christi? Ecce sitiunt irrationalis bestie sanguinem hominis. & non sitiam ego sanguinem Filij Dei? Bestia quanto plus gastra verint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum. & ego fastidiam sanguinem Dei, & hominis Benigni IESU? Bestie ruerint in mortem dulcedine sanguinis humani attracte: ego non festinabo ad vitam, & sanguinem rubicundi IESU, & candidi? Hec Bernardus mente, & spiritu iterum, atque iterum evoluenda, & pensitanda, sive ad animum inflammandum, sive ad ruborem nostræ inertiae incutendum.

Hinc plus eluet, tū illustris illa Petri admonitio epist. 1. cap. 2. vers. 3. anno bissexpius repetita. Quasi modo geniti infantes rationalis, sine dolo lac concupiscere: quā non tolum fideles ad Eucharistiam vrget, sed etiam monet vehementi affectu, & magnā aviditate tanquam ad rem omnium suavissimam properā dum: id enim & lactis imagine, quo nihil dulcius, & verbo concupiscere, quod ad rem maximè iucundam, & deliderabilem refertur omnino exprimitur, sub quo sensu Chrysostomus hom. 60. ad popul. Antioch. dicebat.

Nonne videtis? quantā promptitudine parvuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? Accedamus cum tātā nos quoque alacritate ad hanc mensam, & ad ubera pocalis spiritualis, quinimo eum longe maiori trahamus, tanquam infantes lactentes spiritus gratiam, & unus sit dolor hāc escā privari: tum etiam emphatica hāc post admonitionem allocutio: si tame gustatis, quoniā dulcis est Dominus: Quæ verbabifariam, & vitroque modo opportunē capias: primum vt quasi sub dubitans illis verbis: Si tamen, dixerit cum epītasi Petrus: si vobis aliquis Divinitatis sapor: si veræ dulcedinis gustus est: si aptum vobis, & sanum palatum ad sapores discernendos inest: Deinde vero, Græcē, ijs particulis inspectis, quæ sic efferas: si quidem gustatis, vt ex ipsa Imagine lactis, cuius dulcedine gustata infantes ipsum rursum gustare cupiunt in præteritæ exhortationis confirmationem dicat Apostolus: cum iā perceperitis Eucharistiæ dulcedinē palati spiritualis gustu, eam amplius adhuc appetite, ut sugatis, & impleamini

Græcā le
ctio.

ab uberibus consolationis eius, Isaie 66. Job 66. verl. 11. Nam si bestie quanto plus gusta uerint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum, & ego fastidiam sanguine Dei. & hominis benigni IESU? Vnde apposuit Hieron. rony nus in epist. ad Ectesiphontē aie-

A bat. Omne quod habemus, bonum, gustus est Domini, quanto plus bibo, tantum plus fitio fontem vite. Sed opportunitatem Augustinus cum allusione ad lac rationabile, & ad Sponsi ubera, quæ meliora sunt vino, Cantic. 1. vers. 1. cum qui ad ipsa accedit, sic monet in libro de substantia dilectionis, cap. 3. tom. 4. Suge, o apicula suje, suje, & bibe dulcoris tui inenarrabilem uavitatem, immergere, & replere, quia ille desicere nescit si tu non incipias fastidire. Adhere ergo, & inhære, sume & fruere, si sempiternus gustus fuerit, semperna quoque beatitudo erit. Sic ille. Nec minus ad rem Venerab. Drogoferm. de

Dominice Passionis Sacramento, huc intentus inquiens. Esto apis virginæ colligede florculis Man. Habet hortum voluptatis plenum rosis, & lilijs mira varietate depictum, quidquid illic invenies, suave est, & odoriferum. Conde abundanter al veo lo tuo, & quid amplius dicam? unus idem que cibus, & apimel, & ceruo fons aquæ, & panis, qui cor hominis confirmet. Hic est panis oleatus, sanat & agrotum roborat, satiat faciem exhilarat, omne delectatum, & omnem saporem suavitatis habet. Hec ille omnia opportuna ad delicias Eucharistia exprimendas, quæ se animæ, vndequeque, & suauissimè ingredit, cuncta ipsius desideria satians: quin villa ipsi superfit fames aut sitis: sub quo itidem sensu Cæsarius Arelatensis homil. 5. de Paschate, cū allusione ad manna dicebat: Illud legis manna colitus ilapsum per multimodas suavitates, naturæ meritum, & generis sui excedit intuitum: Et cum creaturam suam dispensatio largitoris multimodadiuersitate condiret præbebat gustus, quod ignorabat aspectus.

E Hec ille, obseruat multimodas suavitates vt quod dicebat Drogo, quidquid illuc invenies suave est. Sed quomodo illud suave non sit? & multimodis suavitatis refertum; quod Dei caro, & Dei sanguis, & Ducus ipse est: panisque dulcissimus ipsis Mariæ manibus fermentatus.

Et quidem quia hæc cogitatio singulariter

Drogo.

Cæsarius
Arelat.

VII.

gillatim me rapit, libens addiderim,
quod ère hac omnino est: Nimirū Bea-
tissimam Virginē huius divini Eucha-
ristiæ sacrificij, quod *pinguum medulla*
torum, conviuum est; si uuldem sacrifici-
j pinguedinem, hoc est suavitatis ip-
suis, sive medullam, sive condimentum
à S. Methodio Martyre appellari: ita e-
nim ille oratione in *Hypapantem*, Vir-
ginem salutat: *Tu vere omnis sacrificij*
pinguedo. Tu animatum panis istius vita.

Altare: Pulchre, & opportunè: omnis
sacrificij pinguedo: quod et si ad alia sacri
ficia bonorum operum, quæ ex Chry-
sostomo in Psal. 95. alibi recensuimus,
nimirū Martyrij, deprecationis, iubi-
lationis, iustitiae, eleemosynæ, laudis,
compunctionis, humilitatis, prædica-
tionis, fructificationis, sive beneficen-
tiae in egenos, commode referri posuit,
quod harum hostiarū pinguedo nō aliū
de expeditius, aut vberius, quā à Deipa-
ra nobis adveniat (de quo alibi) at enim
vero, mentem Methodij ad Eucha-
ristiæ pinguedinem opportunius ire dixe-
ris, vt optimæ nota Auctor Theophyl-
lus Raynandus mihi semper probatus
ad eius epiteti glossarium, in Nomenclo-
tatore Mariano docuit his verbis: Vi-
detur etiam Eucharistiæ sacrificium absolu-
te sumptum posse dici, omne sacrificium.
Nam sicut apud Psalmem manna appella-
tu omnis esca, cum ait, Psalm. 106. vers.

Psal. 106. 18. Omnem escam abominata est ani-
vers. 18. ma eorum, quia manna erat, quasi omnis
cibus complectens omnem saporem, sic Eu-
charistia omne sacrificium est, quia numero
sitatem antiquorum sacrificiorum eminen-
ter continet. Sic Theophilus, qui hæc
ex Gregorij Nyssenus patera (vt adno-
tat sequenti videbimus) bibisse vide-
tur, quod vero addit ipse ex Origene
*hom. 3. in *Leviticum*, sacrificij adipem*
esse humanitatem Christi, arque ideo
B. Virginem in sua fobole esse pingue-
dinem Sacramenti, ac sacrificij Eucha-
ristiæ, non ut cumque capiendū est, sed
sigillatè quod è carne, & sanguine Ma-
ritæ confecta humana Christi caro, & Eu-
charistiæ usui destinata: ab ipsa in bene-
ditionibus dulcedinis à Spiritu Sancto
præventa, peculiare in suavitatem, &
dulcedinem acceperit.

Iam denique ut uno verbo paratam
hominis in Eucharistiæ dulcedinem, &

suavitatem explicaverimus scire oportet, non aliter opportunè, quam ex ipso somet coelestis beatitudinis gustu (vt num. 5. insinuavimus) fore pensitādam huc illis supernarum delectationū thesauros, huc Domini gaudiū ab ipso cœlestibus civibus promisum, atque colatum Matthæi 25. verl. 23. illis verbis: *Intra in gaudium Domini tui, scite refe-*

rente Richardo à S. Victore de exter-

mal. part. 3. cap. 11. hunc in modum. V-

tique esse quis neget, quos Dominus ciba-

vit adipe frumenti, & de petra melle satu-

ravit eos (Psalm. 80. vers. 17.) Iucundi-

tatem etenim, & exultationem thesauri-

zauit super eos: Quod plusplus explicās,

subiicit. Animaduertitis (vt arbitror)

quale sit etiam hunc lapidem inter ceteros

possidere, qui fluit iucunditatis melle, &

satiat intrantem in gaudiū Domini sui in-

ternā dulcedine. Hæc Richardus. Audis

iucunditatem, & exultationem super

eum, qui dignè accedit ad Eucharistiā

non modo diffusam, sed etiam thesau-

rizatam? Audis satietatem intrantis in

gaudium Domini sui? Quæ ergo elocu-

tionis, sive elegantia, sive energiæ hanc

suavitatem explicare audeas? Pulchre

de eâ Bernardus serm. de triplici cohære-

tia, sic loquitur. Bonus es Domine animæ

quærenti te. Si quærenti quanto magis in-

venienti? Si tam dulcis est memoria, qua-

lis erit præsentia? Si mel, & lac dulce est

sublingua, quiderit super linguam? Sic

Bernard. Præiuit vero his Basilius ad pre-

fata verba Psalm. 33. vers. 9. Gustate &

videte quoniam suavis est Dominus, sic ea

capiens, vt velit Vates ab Eucharistiæ

dulcedine inferre cœlestis beatitudinis

suavitatē, quasi illa prælibatio huius sit:

ita enim ille. Gustate, & videte quoniam

nūc ex parte cognoscimus, & perspeculū,

& in enigmate veritatem videmus: veniet

autem quandoque tempus, quando huius-

modi sua vitatis prælibatio, & qualis cum-

que gustus ad perfectam pertingat fruitio-

nen. Hæc Basilius: omnino ad-

struens Eucharistiæ futuræ

beatitudinis gustum habe-

re, atque eius præli-

bationem esse.

Richard.
à S. Vict.
Mat. 22.
vers. 23.

Bernard.

Basilius.

AB EVCHARISTIA A MARIA
conditā bonus homini gustus,
optimumque palatum dig-
noscitur.

ADNOTATIO. II.

I.
Arist.
Sap. 16.
vers. 21.
Psal. 24.
vers. 8.
Psal. i 18.
vers. 103.
Bernard.
August.

CVM omnino sit verū, quod de materiali alimento dixit Aristoteles lib. 4. de generatio ne animalium, cap. 8. *Omnibus autem alimentum est, quod dulcisissimū & concoctissimum sit: itaque sublatā hāc facultate reliquum salsum, & male sapidum necesse est, quā imagine ad spirituāle hominis alimento aptata (si bene sapis) omnibus rationalibus creaturis Deus alimentum est, quod dulcissimus, & concoctissimus cibus sit, nimirum de sua dulcedine: sic ipse met inquit per Salomonem Sapientiæ 16. verl. 21. *Sapientia tua dulcedinem tuam, quam insitios habes ostendebat, pro quibus Gregor. Nazianz. orat. 49. legit. Substantia mea dulcedo mea est: & apud Ecclesiasticum 24. verl. 27. *Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & favū, & eoden inductu David Psalm. 24. verl. 8. Dulcis & reclus Dominus, & Pslal. 118 vers. 103. Quam dulcia faucibus meis elo quia tua super mel ori meo, quæ eo omnia eunt, vt significetur, Deus dulcissimum alimento animæ esse; & ab eo omnem suavitatem, atque dulcedinem fore petendam; quin tota terrena dulcedo, sit licet pelagus, & oceanū suavitatis, cui vis guttæ divinæ dulcedinis valeat comparari, vt Bernardus epist. 114. sic lapidēter affirmat. *Re vera illud solum gaudium est, quod non de creaturā, sed de creatore percipitur, cui comparata omnis altiude iucunditas, mēror est: omnis suauitas, dolor est: omne dulce amarum, omne decorum fædum, omne postremo, quod cumque aliud potest delectare, molestum.* Hāc Bernardus. A quo nō eunt pulchra illa elevati animi verba quæ August. lib. 10. cōfes. c. 6. divinā pertulūs suavitate dicebat. *Quid amo cum te amo? Non spe-****

ciem corporis, nec deus temp̄ris, nec can dorem luctis; non dulces n. etiā suavium cantilenarum omnīmodarum: non florū & vnguentorum, & aromatum suave clētiā: non manna, & mella, non membra ac ceptabilita carnis amplexibus. Non h̄ec amo, cum amo Deum meum. Et tamen amo quandam lucem & quandam vocem, & quandam odorem, & quandam cibum, & quandam amplexum; cum amo Deum meū lucem, vocem, odorem cibum amplexū in teroris hominis mei, ubi fulget animæ, quod non capit locus; ubi sonat, quod non rapit tempus, olet quod non spargit flatus, sapit quod nō minuit edacitas, h̄aret quod nondi vellit satietas. Hoc est quod amo, cū Deum meum amo. Hac Augustin. Ecce Deum dulcissimum hominis alimen tum.

Quod si rationem investiges, cur Deus prædulce, & conveniens hominis alimento sit? facile ex alimenti natu ra occurram: quippe quod similitudi nem aliquam habere debet cum eius, qui eo vritur naturā, vt eius rei periti tradunt: Quid autem Deo similius? quā honio ad eius imaginem, & similitudinem factus? & qui Dei interpres, & imitator est (vt ait Ambroſ. in Psalm. 118. octon. 10. vnde S. Maximus centuri. 5. capitulum oeconomicorum, cap. 74. alibi à nobis füssius datus dicebat. Ferunt Deum, & hominem se mutuo demon strare, iure ergo homini dulcissimum sit alimento Deus; cum à similitudine ipsi maxime conveniens fuerit. Res quidem, vel ipſi Athēnico Seneca nota, qui in præfatione lib. 1. questionum na turalium, cum cœlestium meminisset, subiicit: *Cum homo illa tetigit, alitur, crescit, ac velut vinculis liberatus in origine redit. Et hoc habet argumentum Divinitatis suæ, quod illum divina delectant, nec ut alienis interest, sed ut suis, ita ille.* Et quidem recte pro arguento divinitatis statuens, divinis delectari, tanquam suis, ubique aſinibus. Quæ planè homini natura, atque conditio fuit, cum pri mum à Deo factus est dicente Salomo ne Ecclesiastes 7. verl. 31. *Fecit Deus ho minem rectum, sive (vt vox Hebreaferti) verl. 31. simplicem, carne videlicet cum spiritu: Lect. Hebræa.* & ipso appetitu cum ratione conſen tiente, vt interior, exteriorque homo non duo, sed unus omnino censeretur:

II.

Ambros
S. Max.

Seneca.

At

At vero labente primo homine; gustus ei immutatus est; nec tam à divinis, quam à terrenis, & carnalibus sapore, gustumque percipere consuevit: sapienter id cogitante Bernardo serm. 85. in Cant. vbi cum præmisisset. *Sapientia à sapore denominatur, quod virtuti accedens quoddam veluti condimentum sapidā reddit, quæ perse insula quoddammodo, & aspera sentiebatur: pergit. Hunc sapore perdidimus ab ipso pœne exortu generis nostri ex quo cordis palatum sensu carnis prævalente infecit virus serpentis antiqui, cœpit animam non saperet bonum, ac sapor noxius subintrare.* Hæc Bernard. apposité statuens immutatum cordis palatum à veneno serpentis, & tensu carnis, vt deinceps, animam non saperet bonum, nec divinis ipsa delectaretur, aut omnino dam à Deo suavitatem, & dulcedinem perciperet.

III. Non equidem quòd sua, innataque suavitas à Deo abesset, cuius substantia dulcissima ipfissimaque dulcedo immutabilis, & invariabilis est, sed quòd homo suum palatū amiserit; siue quod proprium hominis palatum à corde, & anima, in carnem & in corpus translatum fuerit, vt proinde illi aptari posuit quod M. Tullius lib. 2. *definibus*, dicebat. *Hoc est, non modo cor nō habere, sed ne palatum quidem.* Vnde ac si hæc audisset

M. Tull.
Seneca. Seneca epist. 109. inquit. *Isto modo dicas, non esse in melle dulcedinem.* Nam ille, qui edit esse debet ita aptatus lingua palato que ad huiusmodi gustum, vt ille tali sapore capiatur, non offendatur, sunt enim quidam, quibus morbi vitio mel amarum videatur: Ecce tibi palatum hominis à serpente viato, atque corrupto; cui ipsamet divini cibi dulcedo videatur anara, quodque non nisi à terra, & carne sapore percipiat. Quod malum non sine gemitu, & lachrymis expendebat Paulus ad Philipp. cap. 3. vers. 28. inquiēs. *Multienim ambulant, quos vobis sœpe dicebam: nunc autem & flens dico, quorum finis interitus quorum Deus, venter est, & gloria eorum in confusione.* Qui ergo tandem? Qui terrena sapiunt, vt dixerit: qui gustum, & saporem quem à Deo, & divinis rebus percipere debebant, ad terrena oblectamenta, & ad carnis spurcias translute. Nec mirandum quidem hominem palatum perdidisse, qui ab honore pri-

Philip. 3.
vers. 28. *in confusione.* Qui ergo tandem? Qui terrena sapiunt, vt dixerit: qui gustum, & saporem quem à Deo, & divinis rebus percipere debebant, ad terrena oblectamenta, & ad carnis spurcias translute. Nec mirandum quidem hominem palatum perdidisse, qui ab honore pri-

mævodeiectus comparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Psal. 48. vers. 13. vt enim non miraris insipiens iumentum in melle saporem nō invenire, sed in paleis; ita nec hominē

Psal. 48.
vers. 13.

A terrenis addi. & iumentis cōparatum, terrena sapere, nec gustum à Dei rebus percipere dicente Apostolo 1. ad Corint. 2. vers. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Pulchritudine aliolet, hæc de re dicente S. Petro Chrysologo serm. 163. *Quis sic ita invitus bonis suis? quis sic delicijs suis inimicus, vt spontanea, & cœlitus preparata despiciat, & concupiscat mundanis laboribus, & doloribus conquisita?* Degener nimis animus, mens tota servilis est, quæ coquorum afflatus, squalores culinæ, hesterno horrore fætentia perquirat obsonia; cui iugiter regius deservit, atque adiacet apparatus. Hæc ille: observa illud: *Degener animus, à generosa videlicet Divinitatis stirpe in bestiale conditionē, quæ non sapiat, quæ sunt spiritus Dei,* turpiter deciscens.

IV.

C *Vt vero omnino videris à serpentis veneno palatum hominis ab humano in belluinium fuisse commutatum, audi primum Davidem de populo in ventris, & veneris delicias ruente, affirmantem. Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum,* Psal. 105. vers. 20. *quod perinde fuit, ac si emphaticè diceret, infelicem illum populum, palatum, gustumque sensu carnis prævalente, perdidisse; ac Deū, quæ pro gloriâ, & delicijs habere deberet, pro turpi vitulo fœnum comedente, tā quam Deo qui vitiato palato suo eslet accommodatus, cuius sapore carnales homines caperentur, commutasse.* Quā sententiam omnino expressam inventies: Iudicium 5. vers. 8. dicente sacro vers. 8.

D *E Scriptore. Nova bella elegit Dominus, pro quibus verbis LXX. habent. Elegerunt deos novos, Sanctus vero Augustinus. lib. 7. qq. in iudices, quæst. 30. & Theodoretus quæst. 11. signatè reponunt. Elegerunt vt panem hordeaceum, deos novos. Bellissimè panem hordeaceum: non hominis, sed bestiæ palato aptum, & opportunum, appellante Spiritu Divino deos novos, quos pro vero Deo, sibi elegerunt homines: carnis videlicet impuras voluptates, divitias, honores, & luxu-*

Iudic. 5.

vers. 8.

E *LXXX.* *August.* *Theodor.* *Elegerunt vt panem hordeaceum, deos novos. Bellissimè panem hordeaceum: non hominis, sed bestiæ palato aptum, & opportunum, appellante Spiritu Divino deos novos, quos pro vero Deo, sibi elegerunt homines: carnis videlicet impuras voluptates, divitias, honores, & luxu-*

Ab Euch. bonus hominis gustus dignoscitur. 289

August.

cuius pompas: Vnde ad ea verba Augustinus. *An hactenus (inquit) accipienda est similitudo, quatenus valet, ut propter hoc solum dictum intelligatur, quia sicut plerumque fastidio sit, ut eligenda rejiciantur, & aspernenda delectent; ita vita prava voluntatis, tanquam languore fastidijs, cum esset verus eorum Deus, si bifalsos elegerunt, nihil autem, quam novitatem. & spreta veritate panem hordeaceum elegunt.* Hactenus Augustinus. Optime illud fastidio sit, ut eligenda rejiciantur, & aspernenda delectent: ac proinde Divina, quae hominem delectare debent in argumentum suæ divinitatis; à corrupto palato aspernentur, & ei aspernenda vitanda, & execranda delectent: ut terra omnia appellavit Apostolus ad Philippens. 3. verl. 8. vbi agens de facili rebus, quas Christi amore ipse contempserat, inquit. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercore: adnotante ibi Cornelio, provice Latinæ stercore, Græcè significanter esse scubala, quæ omnino sonat reiectamenta, quæ ex intellectis boum, aut pecorum canibus projiciuntur: ut videris, quale sit eorum palatum, qui terra sapient, & aspernandis delectantur.*

Philip. 3.
vers. 8.

Græc. lection.

Cornelius

V.
Ioann. 6.
vers. 56.

Epiphan.

Matt. 6.
vers. 11.

Iam ijsà veri cibi, & convenientis alimenti scopo abeuntibus dixeris Domini occurere, cum inquit: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Ioann. 6. vers. 56. tantum non dicens: Caro mea verus, apertissimus, & naturalis est vietus: Dulcissimum, & concoctissimum alimentum hominis, quod eius palato, cum sanum est, maximè cogruit; panis scilicet no hordeaceus, sed suavis, & delicatus, tāquā humano guslui, factū virginis que manibus subactus, & in Virginis clibano coctus: (vt ex Epiphanio iam vidimus) Quo omnino respicit epiteton, *panis coniunctialis*, quem in oratione Dominica petere iubemur: dicentes, *panem nostrum super substantiam danobis hodie,* Matth. 6. v. 11. adnotante ibi S. Petro Laodicensi vocem Græcam *epiusion*, significare, id cuius eadem cum aliquo essentia ratio est: quippe dū hāc ratione explicatur, quā aptus, & conveniens, & quasi naturalis vietus hominis palato Eucharistia sit, quæ eiusdem cum eo substantia quo-

dammodo est, cum ab eā divinæ naturæ cōlortes efficiamur: manifeste evincitur, non posse nō ei maximè suauem esse, quod is cibus proprius, & connaturalis, & apertissimus sit, qui similis est in qualitate ei, qui illo vtitur: vti adnot.

A p̄ced. de manna Eucharistiam p̄figurante ex Salomone dicebamus. *Omne delectamentū inse hab. nte, & omnis saporis suavitatē, Sapient. 16. v. 22* quæ ex Græca lectione tinniunt, cohærens aperte simē, & quasi harmonia cū ipso gustus sensu efficiens, quæ sane harmonia a Cypriaster in causa Domini, sic explicatur: *Sapit, implet, satiat edentū appetitus, & omni exsuperat dulcedinū voluptates.* Quare quia nihil quidem humano palato, sic cōgruit, & æqualem consonantiam cū eo facit, quam Deus ipse: Vnde quidem S. Laurentius Iustin. lib. de disciplini, & perfect. monastica conuersat. c. 19. cū mirinac hanc Eucharistiæ suavitatē ad struxisset hunc in modum. *Talia nempe sunt munera tua, o Domine Iesu, taliaque amoris encænia quæ amicis tuis devotis, & dilectis per hoc sacro sanctum mysterium conferre dignaris, ut omnem transiens uitæ superet delectationem, rationem huius sic opportunè reddit:* Per illud namque venerabile mysterium tradis te ipsum fidelibus tuis, quatenus discant ex eius suavitate amare te, tenere te, cogitare te, laudare te: Ecce tibi petemptoria rationē: *Tradis te ipsum fidelibus tuis Quid enim homini dulcius Deo? quid eius palato congruentius?* Sitamen verum, & germanum hominis palatum excutias, D quod non in fauibus, sed in corde censem: apposite id exprimente S. Cyrillo Alex. anobis in superioribus adducto: dū verba Ilat. 65. v. 13. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos fietis, ad Eucharistiæ delicias, sic refert: Nam qui natura, & vere Deū agno verū, delitiabitur, verē supernis benedictionibus saginantes corda, accedētes ad vivificā mensā omnī nostrū Salvatoris Christi panē vitæ edentes, & divinū potū bibentes, unde siāt superne voluptatis participes.* Hec ille, oblerua illa. *Superne benedictionibus saginantes corda: quippe in corde divina voluptas tentitur, dum ab eacor impletur, satiat: exultat vt dixerit cū Vate. Quid enim mihi est in celo? & à te quid volui super terram?* Quo om-

Sapie. 16.
vers. 22.
Lect. Græ
ca.
Cyprian.

Laureu.
Iustin.

Isai. 65.
vers. 13.
S. Cyrrill.
Alex.

Chrysoſt. nino referas pulchrum sensum quem
Chryſoit hom. Quod nemo lēditur, niſi à
Pſal. 80. ſe ipſo, reddit illis Vatis verbiſ Ps. 80. v.
vers. 17. 17. Et de petrā melle ſaturauit eos, vbi cū
noverimus petrā illā nō mel, ſed aquas
ſudiffe, merito ambigitur: cur Vates ē
petra mel dixerit profluxiſe? occurrit
vero Chryſoft. ad ſani palati gulfū Eu-
chariſtiā audiē desideratiſ fore referen-
dū, ſic affiſmans. *Nusquā invenimus mel*
fluxiſe de ſaxo, quid ergo eſt, quod dixit?
Quoniam quidē post multā itineriſ fatiga-
tionem, & laborem fitientes aquis frigidis
ex ſaxo fluentibus fruebantur, eaſque mu-
to cū desiderio hauriebant. Hoc ergo ipſo,
quod dulcissimē, & desiderabiliter potan-
di cupiditas explebatur, aquas illas mel ap-
pellavit. Hæc Chryſoft.

VI.

His opportunū Augustinus reddidit
testimoniū lib. 6. confiſ. c. 3. vbi ſingi-
latim ſe ipſum accusat, quod in diebus
vanitatis ſuā, cū cōſideraret magnum
Ambroſium Archiepifcopum Mediola-
nenſem, vna ex parte egregiā doctrinā,
iſignique vitā probitate, nec nō ſum-
mā apud Imperatores auſtoritate pol-
lentem: & ideò illum felicē iudicaret:
ex alia verò illū cælibē, & à carniſ deli-
cijs alienū, hæc oninino de cauſa illius
vita laborioſa, & extra delicias eſte ipſi
videretur, cū tamē Ambr. mirā Eucha-
riſtiā ſuavitate, quæ Auguſt. nota non
erat: iugiter reficeretur, ſed Auguſt. au-
dire erit oper xp̄petrium: *Ipsum* (inquit)
Ambroſium felicē quendam hominē ſecun-
dum ſeculū opinabat, quē ſic tantæ po-
teſtates honorarent, cœlibatus tamen eius mi-
hi laboriosus videbatur. Reddit rationē.
Occultum os eius, quod erat in corde eius,
quā ſapida gaudia de pane tuo ruminaret,
nec coniicere nouerā, nec expertus erā. Sic
ille. Apud quē obſerua illa: Occultum os
eius, quod erat in corde eius, vt noveris
verum humani palati ſeu gulfus ſitum:
in corde eius: in animā videlicet, & in in-
teriori homine, non in corpore, & ap-
petitu: ibi ſiquidem ſunt ſapida gaudia,
omniſ ſaporis ſuavitatē habentia. Quid
enim dulcius? ſuavius? delectabilius?
quam Deo coniungi? Deo frui? Deum
manducare? Deo vefci? Ita quidem ip-
ſemet Ambroſius ſub perſona Christia-
ni populi, in Pſalm. 118. ad ea verba:
Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus,
ea quæ in ſe ipſe expertus erat, ita

exprimebat. Ille ego deſpectuante, iam
præferor, iam anteponor electus, ille ante
deſpectuſ populuſ peccatoruſ, habeo cœleſ-
tium Sacramentoruſ veneranda confor-
ta. Iam menſe cœleſtis honore fuſcipior,
epuliuſ meiſ non plu via vndatur; non ter-
re partuſ laborat, non arboruſ fructuſ.
Potui meo non flumina qua renda, non fon-
tes: Christuſ mihi cibuſ, Christuſ mihi po-
tuſ, caro Dei cibuſ mihi, & Dei ſanguine ſeſ-
potuſ; non iam ad ſatietaſ mei annuoſ
expelto pro ventuſ, Christuſ mihi quoti-
die miniftratur, vt dixerit: qui Christuſ
habeo cibum, qui Christuſ habeo po-
tuſ, qui carne, & ſanguine Dei fruor,
quid aliud ad gulfuſ, & ſatietaſ cō-
quiram? Cur mundi fructuſ, & terræ
prouentuſ deſiderem? Vnde ſubijcit:
Non iam coturnicuſ plu vias mihi opto
deſcendere, quas ante mirabar: non manna,
quod cibis omnibus præferebam, quia qui
manna manduca verunt patres, eſurierūt;
meuſ cibuſ eſt, qui non corpus impinguat,
*ſed conſiſmat cor hominiſ. Haſtenus Am-*brosiuſ, occultuſ oſciuſ, quod erat in cor-*
*deeiuſ opportunè aperiens.**

C Firmat ea quæ hucusque diximus
egregiuſ Ieremiæ monumentuſ, cap.
31. ver. 22. apprimè de Euchaſtiā
mysterio explicatum à P. Ludovico
del Alcaçarin Apocalypſ. notation. 19
priemiali: eſt iſtud: *Vjque quo delitijs*
diſſolueriſ filia Vaga? Quia creauit Do-
minus no vuſ ſuper tarram, fæmina cir-
cundabit virum. Vt enim hæc verba à
PP. & interpretibus de Deipara, & Ver-
bo Incarnato frequenter explicitur,
at iuxta lectionem LXX. non minus

VII.
Ierem. 31
ver. 22.

LXX.

aptè, & litteraliter eade Sacramento
Euchaſtiā acceperis: nam ipſi ita re-
ponunt. *Quoniam creauit Dominus ſa-*
lutem in plantatione no vuſ, in ſalute circui-
bunt homines. Vbi diuim LXX. pro fæ-
minā legunt homines, & Chaldeuſ p̄p̄u.
*Lect. He-
breæ.*
Caldeuſ.
P. Sanct.
P. Alca-
car.
E *lus: opportune fæmina à Vulgato posi-*
ta refertur ad Eccleſiam, quæ induci-
tur circundans ſalutare Dei, in planta-
tione no vuſ, hoc eſt Euchaſtiā, quæ
eſt lignum vita in paradiſo Dei exiſtens,
vt inquit Ioannes Apocalypſ. 2. ver. 7.
Cui cogitationi congruit Hebræa vox
gabber, quæ respōdet voci virū, quæ ſig-
nificat ſponsū, vt ibi monet P. Sæctiuſ,
quaſi ſponsa alieniſ delicij diſſolu-
ta ad Spōſi thalamuſ redire vrgeatur,
atque

Apoc. 2.

ver. 7.

atque ex his homines delicijs faciunt, & non satis cupiditatibus deditos, qui panibus hordeaceis, in quibus nec congrues sapor, nec aptus ipsorum palato gustus est vescitur; moneat Vates, ut pro ger-

Cant. 2.
vers. 3.

mano sapore capiendo relictis mundanis delicijs sese ad Eucharistie cibū recipiant; in qua caro Dei est cibus, & lamen-
guis Dei est potus à quo cor hominis con-

Theodor.

ficiatur, reficitur, & mirabiliter dulcedine, ac suavitatem percipit. Quoniam creauit Dominus salutem in plantatione novâ. Qualem plantam? Audi: Sicut malus inter ligna syluarum, sed dilectus meus inter filios: sub umbra illius, quæ desideraverâ sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Câ. 2. vers.

Cyprian.

3. Quæ verba de Eucharistia frequenter PP. accipiunt, vel ea ratione, quod in ipsâ Christus Dominus dulcis anima palato esse prohibetur; & cunctos interiores sensus mira suavitate perfundat;

Apoc. 17.
vers. 4.

vnde inibi Theodoreetus. Sponsum (inquit) appellat pomum, quod quidem tactu molle est, & gustu dulce, & odoratu suave, & aspectu incundum, ac venustum, & auditu amabilissimum. Talis est Dominus noster, & Salvator, & Sponsus, qui coniuio sensus omnes nostros explet suavitate. Hec Theodoreetus. Quibus mirè concinunt

August.

quæ Cyprianus serm. in coena Domini, sic inquit. Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice babit amplius sit, & ad Deum vivum erigens desiderium, ita singulari fame uno illo appetitu tenetur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei, quasi rancidum radensque palatum acutæ mordacitatis acetum. Sic Cyprianus non sine allusione ad calycem Babyloniam meretricis cuius meminit

cura Ita illi lib. 2. confess. cap. 2.

Bene quidem dulcedo non fallax, quæ ad modum illa, quam exprimit deitiae filii, & vagere, à Vate increpatæ: ubi obser-

VIII.

ua Paginum ex Hebreo legere. Quo usque vertes te huc, atque illuc, ut animum expleas sumptu similitudine ab eo, qui dum requiem, & voluptatem capere ne-

Lect. He-
braea.

quit, hac illaque discurrit, semper vagus, & sui incertus: nimis quod de alimento dulcissimo, & concoctissimo dicebat Aristoteles) sublatâ hac facultate reliquum falsum, & malè sapidum necesse est. Pulchre quidem, & luculenter hac de re in utramque partem Venerab. Drogo.


Drogo.
go Holtiens. ser. de Dominicæ Passionis Sacramento, cum Domino sic ratioinatur. Ne pluas supernos coturnices Domine

desideria carnis nostra, quæ non nisi duobus cubitis levantur à terra, quia non attinguunt dona Spiritus Sancti. Ne pluas supernos, sicut pulverem carnes, quia caro pulvis est, & in pulvere deducit: Talis est omnium voluptatum carnalium finis, & si cut arena maris volatilia pennata; gaudet edacitas pennulas movet, sed mox in arenam maris convertitur: gaudet luxuria modicum volitat, sed mox in arenam maris transit, omnis dulcedo carnis in amaritudinem finit, modicum levant infelicem animam, sed mox aggravant in arenam. Tu autem Domine manna nimis es, sicut semen coriandri, quod fractum molle cedo rem producit, & dulcedinem, quasi panis oleati: hic est panis Angelorum quem manducavit homo. Hæc modo Drogo: ubi videt dulcedinem Christi in Eucharistia veram, & minime fallacem esse: secus quidem ac omnis dulcedo carnis, quæ in amaritudinem finit. Quare? Respondet opportunè Nyssen tractat. i. in Psalmis cap. 4. Non enim fieri potest, ut malitia bludimeti animus demulceatur Quid enim anima cum blandimentis? & verò cum hæc animam ubi palatum hominis est, non intrent, hinc omnino fit, ut hæc volatiles deitiae tantillum volent, & mox velut arena graues reddantur, atque molestæ. Sola ergo Christi dulcedo in Eucharistia felix, atque cura, quia attingit dona Spiritus Sancti quibus omni moda suavitas, iucunditas, & delectatio subest. Audi August. in P. 138 Quid suavis pane Angelorum? Quomodo ergo non est suavis Dominus? quando panem Ange-

Nyssen.

lornum

lorum manducavit homo.



SANVM, PVRGATVM, ET VA-
cuum hominis animum, sive palatum
esse debere, ut dulci Eucharistię
gusto capiatur.

ADNOTATIO. III.

I.
1. Petr. 2.
vers.
Psal. 33.
vers. 9.

Dionys. A-
reopag.
Cyrill. A-
lexan.
Gauden.
Turrian.
Salmer.
Iustinian.
Cornel.

Hieron.
Ambros.
Philo Car-
patins.
Aponius.

MONET quidem, ut vidi-
nus, Apollorū Princeps,
fideles de eximiā, Euchari-
stiæ dulcedine præfatis ver-
bis. Rationabile sine dolo lac concupiscite
si tamen gustafis! (sive siquidem gustafis)
quoniam dulcis est Dominus, itidemque
Regius Vates sub eodem sensu Psalm.
33. vers. 9. adhortatur. Gustate, & vide-
te, quoniam suavis est Dominus, mutuo se
se his testimonijs respiciētibus: & utrū-
que de Eucharistia accipientibus PP. vt
Petrum interpretantur Iacobus Aposto-

lus in Liturgia, Dionysius Areopagita
lib. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. de
communione, Cyrillus Alex. hom. de cœ-
lexan. na Domini, Gaudens ius Brixieni. tracta-
tu in Exodum, Francisc. Turrianus lib.
2. de Eucharistiæ aduersus Volanum c.
20. & 21. P. Salmeron, Iustiniānus, &
Cornelius ibi: Vatem vero ijdem Dio-
nysius, & Gaudentius indidem, & ipse-
met Cyrillus in Ioannem, Dionysius A-
lex. in epist. contra Paulum Samosate-
num, Hieronym. in cap. 5. Isaiae, & epis-
tol. 28. Ambrosius lib. de initianis, cap.
vlt. Philo Carpatus, & Aponius in Can-
tica: hic in cap. 3. ille in cap. 5. Sanè vt
Vates, & Apostolus homines inanibus
fæculi vanitatibus, & voluptatibus ad-
dictos: illam scilicet filiam vagam malis
delicijs dissolutani, & tabescentem hūc
in sensum adhortentur: gustate cœlestē
Eucharistiæ panem divinis, verisque de-
licijs per omnes sensum voluptates abū-
dantem, qui cum ipsomet cordis pala-
to, & germani gustus sensu suavem har-
moniam facit: percipite dulcissimum
illius saporem; quo veras, securas, soli-
das, atque divinas delicias, terrenis, va-
nis, atque fallacibus omnino antefera-
tis: fieri enim non potest, vt (siquidem gu-

stafis quoniam dulcis est Dominus) caro
Dei facta cibus, & sanguis Dei in potum
sumptus miram dulcedinem, & suavi-
tatem vobis non afferat: His inquā mo-
nitis, & promissionibus tantis fideiuso-
ribus pro illis datis saculares homines
non credentes occurunt mussitantes,
minime ab ipsis hanc tantam suavitatē
præsentiri. Quod & experientia vide-
mus, & præfato loco obleruavit Dro-
go Hostiensis serm. de Dominica Incar-
nationis Sacramento, inquiens. Dicūt ad-
huc increduli. Mahu? Quid est hoc? Exo-
do 16. vers. 31. Quia minutum, & humile
vident, & quasi despectum sermonem tuū,
& ideo redeunt, & concupiscunt carnes
magnas Ægyptias, quia nesciunt, neque gu-
staverunt absconditū intus Mannæ saporem
habentem omne suavitatis delectamētum.

B Quibus quidem verbis, & dubitatio-
nem proponit, & ei satisfacit, rationē
reddens; cur hī non percipiāt Euchari-
stiæ saporem: inquiens. Neque gustave-
runt absconditū intus Mannæ saporem:
indicans saporem hunc non esse in su-
perficie, sed qui intus investigandus sit.
Sed quomodo? Sanè, quod cum delicie
Eucharistiæ medullatæ sint, vt medulla
gustetur: frangendum sit os: vt pro-
verbialiter dicitur: Qui nucleus cupit,
frangat nucem, ita quidem videris mo-
nitū ab Isaï. c. 55. v. 1: ad hāc cœlestē
mensam Hieron. interprete, sic invitā-
te. Omnes sitiētes venite ad aquas, & qui
non habetis argenti properate: emite, & co-

C D medite, venite, emite absque argēto, & abs
que nulla cōmutatione vinū, & lac, sed ob-
serua ibi cum P. Sanctio: Verbo latino
emite respondere Hebreum fabr., quod
significat frangere addit Sanctius. Sequi-
tur autē post frangite optimē comedite,
quia frangere propriū est panis, vt ex vnu-
scriptura satis constat. Quod autē hāc fra-
ngio iverit: vt ex oste contracto medulla
dulcescat: sic exprimit Drogo citato lo-
co. Nō excidat tibi lex de ore cordis tui vo-
lue, revolute, versa, & reuersa, & tūc in-
telliges, quid sapiat manna: sic faciebat ille
qui dicebat. Quam dulcia fauibus meis
eloquia tua sicut mel ori meo, Ps. 118. Psal. 118
vers. 103. vt dixerit; in primis, vt sapiat vers. 103
tibi manna, operæ pretiū fuerit, sedula
& accuartā meditatione tanti mysterij
dignitatē voluere, atq; revoluere, & in-
finitam Dei tui dignationē mēte, & ani-

Exod. 16
vers. 31.
Drogo.

II.

Drogo.

moversare, & reversare; id est siquidem manna in mortariolo terebatur, ne integrum deuoratum traiiceretur; hoc est: absque iugi meditatione, & consideratione: ut vel hanc inter alias rationes a cælesti mensa notanter excludantur canes; qui acceptum cibū integrū devorant: hanc illorum imagine ad inanitatem sacerdotalium bonorum traducendam, quod animū minime satient, sic vtente Seneca epist. 74. Solebat Attalus hanc imagine vti: Vidisti aliquando canem, missa à Domino frusta panis, aut carnis aperito ore captantē? quidquid exceptit, protinus integrum devorat, & semper ad spē futuri hiat: id ē evenit nobis, quidquid spectantibus fortuna proiecit, id sine vllā voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti, & attenti. En ergo rationē, cursine vllā voluptate demittitis acceptum à Domino cælestem panem, quod videlicet integrum devores, nec doni magnitudinem mentis consideratione voluas, atque revoluas: id est nobis dicitur: emite, id est frangite, ut tantū donū: pretij cōsideratione emamus: nimirū, ut quia hēc meditatio, sive pēnitatio ad percipiendum gustum Eucharistiae est pernecessaria, ea Domini benignitassit, ut illam nobis pro pretio exigat, quō tātū Eucharistiae donum undeque no bis salutare, atque suauissimum fuerit.

III.
Psal. 45. vers. 11. Chrysost. Hieron. Lorin. Seneca.

Adhac: his qui accepta Eucharistia eius dulcedinē non percipiunt: ipse met Vates Dei nomine sic occurrit, Vacare, & videte, quoniā ego sum Deus, Psal. 45. verl. 11. quā sane verba pro cōmētario esse debet istorū: Gustate, & videte, quonā suavis est Dominus, ut verbum Vacate, respōdeat verbo, gustate, & vero quoniā egregius pro hoc instituto is locus est: illū penitus expendemus: adductis varijs ipsius translationibus: & primo qui dem Chrysost. pro vacate, legit curamini, Hieron. cessate. Alij apud Lorinum, desistite, remittite, vnde ex his infert Lorinus, in palati vitiū, & in affectū perturbationem, sive cōgritudinum animi, & noxiā terrenarum rerum cupiditatem fore reiciendum, quod cœlestis, & divina Eucharistiae dulcedo à sacerdotibus nō persentiatur: eo modo, quo adnotat. præced. adductus Seneca dicebat: Isto modo dicas non ēsse in melle, dulcedinem. Nam ille quiredit, ēsse debet

ita apertus lingua, palatoque ad hunc modum, vnde tali sapore capiatur, non offendatur, subdit: Sunt enim quidam, qui bus morbi vitiō mel amarum videantur.

A Quare præfatas translationes in hunc senium opportunè inflectit ibi Lorinus hunc in modum: Curamini animis vestris: curate vos ipsos: curate perturbations vestras, remittite, & lenite anxias curas, medemini superfluis sollicitudinibus, sumite otium ab externis occupationibus: lenius, ac remissius agite circa huiusmodi negotia: dimittite, & abire illa sinite, relaxate, & quiescere facite animum liberio remque esse à talium rerum cogitatione: nolite his mordicus adherere, sed permitte,

B ut decadant, effluantque. Hæc omnia Lorinus quibus, nihil aptius, aut luculentius: ac nostro instituto opportunius afferi potuit: sapienter his ad stipulante Bernardo serm 6. de Ascensione, cum

C ait: Errat omnino si quis cælestem illā dulcedinem huic cineri: divinum illud balsum huic veneno: charismata illa spiritus misericordia posse huiusmodi illecebris arbitratur. Hæc Bernardus ibi, sed omnino ad rem ipsum etiā epistol. 2. Fulconem sic admonens: Heu! quomodo Christum tam cito fastidis: de quo scriptum est. Mel, & lac tub lingua eius. Canticor. 4. Miror, quod ad gustum cibi dulcissimi nauscaris.

D Si tamen gustasti, quam dulcis est Dominus. Aut certe nondum gustasti, & nescis, quid sapit Christus; & ideo non appetis inexpertum, aut si gustasti, & dulce non sapuit, sanum non habes palatum, ipse quippe est Dei Sapientia, quæ ait. Qui comedit me, adhuc esuriet, & qui bibit me adhuc sitiet. Hæc Bernardus. Iam singulas translationes, seu sententias expendamus.

E Curamini: inquit, ut palato à serpentis veneno infecto, & vitiato congruā medicinani adhibeatis: vti à Deo efflagitabat S. Anselmus in alloquijs cœlestibus, his verbis deprecans. Panis dulcissime sana palatum cordis mei, ut sentiā sua vitudinem amoris tui sum illud ab omni labore, ut nullam præter tentiam dulcedinem. Quā sane de re opportunum habemus apud Regium. Vatem testimonium Psal. 106. vers. 18. vbi Iudaica tangens in figura manna, & Christiana resiciens hoc est Eucharistiam, & lantorem, & medicinam, sic descripsit:

Lorin.

Bernard.

IV.

Anselm.

Psal. 106
vers. 18.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis: & clamauerunt ad Dominum, cu[m] tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Sed quo liberatore? Misit Verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Quia vero ratione, & modo? Confitantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificient sacrificium laudis & annuncient opera eius in exultatione.

Psal. 106 à vers. 18 Alcazar.

Quibus verbis optimum adhibuit P. Ludovicus del Alcazar commentariū 2. tom. in Apocalypsim, lib. 2. in notis ad hunc Psalmum part. 3. quippe contendens eo in Psalmo sermonem esse de victoria, quam Christus Dominus retulit de dæmone, carne, & mundo, & his verbis ad Victoriam de carne fore referendum: sic inquit: *Haud ineptus est ordo, ut victorie de mundo praecat victoria de carne: nam huius bellum in Ecclesiā ei, quod intulit mundus praecessit.* Porro ad carnem inimicam designādā (quaequidem appetitio est in primis morbida, & anima valetudinis summa cōtraria) quid usurparetur aptius, quam agrotus quidā cibum salubrem, & quidquid altud commodum, sibi esse posset, fastidiens prorsus? Et quid ita apposite damnationis periculum, qua eterna mors est, significaret iam illa: Misit Verbum suum, & sanauit eos, signate admodum ostendunt, quam Deus adhibuit medicinam. Et quidem hanc fuisse Sacram Eucharistiam, illa indicat, quae subduntur, sacrificient sacrificium laudis, &c. *Enim vero Eucharistia effectus, morbos appetitus, de quo agitur sanatio.* Hactenus Alcazar. Benè quidē vt probet carnis palato morbido aptissimam Dominum attulisse medicinam, carne carnem sanans suā videlicet carne, carni ab Adamo vitiatā remedium adhibens: At nos vterius pergimus, vt inuestigemus: Cur huius medicinae Eucharistiae divinam suavitatem nō percipiamus? vt dum in ipso remedio agrotamus, medicinam paremus medicinę.

Vnde quidem omnino ad ten. Gregorius Nyssenus in commentario in Psalmos tractatu primo, cap. 8. ad hanc verba duo observat Alterum: *omnis esse nomine Eucharistiam intelligi (ad eum quidem modū, quo superiori adnotat. omne sacrificium, ad idem myste-*

rium referebamus) sic enim inquit: *Vt enim ibi omne lignum nominat plenitudinem omnis boni, ita hic verum illum, & omnipotentem cibum appellat omnem escam.* Alterum: hæc verba cum præcedētibus: Propter iniustias suas humiliati sunt fore coniungenda, vt hæc naustra, & palati infectio, non tantum ad culpam, sed ad poenam referenda sit: ita si quidem Nyssenus. At enim propter iniustias suas humiliati sunt, & hæc de causa omnipotentem illam escam a versari cœperunt: de quia ad primos parentes diuinus sermo: *Ab omni ligni, quod est in paradio escā, comedes: ita ille: En in ipso remedio lāgorem: aversante agroto medicinā.* Bonaventura in præparatione ad

Nyssen.

Bonau.

Missam, attestante. Si autem affectionem ibi nullam habuit anima: recogiter signum esse infirmitatis, vel mortis. Quod ipse his firmat similitudinibus: Ignem posuit in sinu, & calorem non sentit? mel posuit in ore, & dulcedinem non percipit? Ergo cum remedium remedio apponere opus sit, pergit Vates. Misit Verbum suū, & sanavit eos. Sed quomodo sanauit? Subdit Nyssenus: *Vt liberaret a corruptione eum, qui in corruptione herebat: ipsum videlicet & a peccatis, & a pravis affectionibus liberando, quæ hominis palatum corrumpunt.* In quam sententiam sapiēter, & opportunè locutis sunt

*vno ore egregium PP. par: Basilius, & Nyssenus in Catena Græca ad cap. 9. Luce vers. 11. & vers. 16. obseruantes, nō anteā Dominum panes benedictionis Eucharistiae figuram præferentes esurientibus distribuisse, quin prius sanasset eos, qui curatione indigebant, vt benedictionis, ac suavitatis participes redderentur: Sic enim vterque. Post hanc obserua, quod cum discipulis panes benedictionis esset traditus, vt eis turbis apponenter, agrotos curaverit, vt sani effecti, panum benedictionis participes redderentur, ita PP. sed August. ser. 4. de Verbis Apostoli, c. 8. omnino ad rē premēs verba Vatis Psal. 118. v. 68. Bonus es tu in bonitate tua doce me iustificationes tuas quia ipse legit: *Suavis es tu, & in suavitate tua doce me iustificationes tuas, cu[m] dixit set: Tunc disco, vt faciat, si in tua suavitate doceas me.* Ceterū quādiu blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas, amara est veritas: in tua suavitate doce me, vt suavis sis.*

Ambros.

Basilus.
August.
Psal. 118 vers. 68.

veri-

veritas, dulcedine tua conteneratur iniquitas. Multo melior, & suavior est veritas, sed suavis est panis, subiicit. Quid melius, & suavis pane celestis? sed si non obstupefacit dentes iniquitas: Scriptura enim dicit: Sicut uva acerba dentibus noxia est, & fumus oculis, sic iniquitas vtebus ea: Ita Augustin. secutus lectione LXX. in verbis Proverbi. 10. vers. 16. qua in vulgato leguntur. Acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger ijs, qui miserunt illum. Unde pergit Augustinus. Ergo, ut eius panem, quem laudas; cum suavitate, id est cum sanitate manduces, dic illi. Ego dixi Domini miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi: Hactenus Augustinus. Notetur illud: cum sua vitate, id est cum sanitatem manduces, ut illi panis cœlestis suavis sit, qui sanus fuerit.

VI.

Nec minus opportunè præfatis translationibus Vacate, & cessate, idem Augustin. in Psalm. 48. ratiocinatur: Verū prius observa; quomodo paraphrastice extulerint Magistri Hebræorum hæc verba. Vacate, & videte, &c. apud Petru Galatinum lib. 9. de arcana coty. Iudeos cap. 11. sic enim illi legunt: Vacate ab operibus malis, & agite pœnitentiam, quārum estictus oculi; & scietis, quia ego sum Deus: Sane quia quamdiu blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas; amara est veritas. Quare? quia a dulcedine peccati dentes obstupefiunt, & palatum inficitur, quominus suavitatem cœlestis civitate valeat percipere, ut dicebat Sapiens:

Ierem. 31. Sicut uva acerba dentibus, sic iniquitas ijs vers. 30. qui vtūtur eà, & Ierem. 31. vers. 30. Omnis homo, qui comedere uam acerbam ob-

stupescunt dentes eius: scitè hæc verba in hunc sensum inflectente Gregorio Magno lib. 11. Moralium, cap. 15. ad hunc modum. Quid nempe uva acerba, nisi peccatum est? uva quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim presentis vite & delectationibus latari desiderat quasi fructus ante tempus comedere festinat, qui igitur uam acerbam comedunt, dentes eorum obstupefcunt. Hæc Gregorius. Ergo Vacate, & videte quoniam ego sum Deus, ut gustetis, & videatis, quam suavis est Dominus. Vacate, & cessate ab operibus malis, ut sano palato, & dentibus sine stupore percipiatis Eucharistiæ suavitatem: iam hæc omnia firmante citato loco Augustino his verbis. Audi scripturam.

Greg. Magno.

August.

Sicut uva acerba dentibus vexatio est, & fumus oculis, sic iniquitas vtebus ea. Qui manducaverit enim iniquitatem, id est qui libenter habuerit iniquitatem, non poterit manducare iustitiam. Panis enim iustitia est. Quis est panis? Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendì. Ioan. 6. Ipse est panis cordis nostri. Quomodo qui manducat ore corporis uras acerbas, obriges cunct, & obstupecunt dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandum panem, sic & qui iniquitate uisus est & pastus peccatis in corde, incipit non posse manducare panem: Sed quid faciunt illi, quibus obstuperunt dentes? temperant se aliquantum ab uis acerbis, & redeunt dentes ad stabilitatem suam, & incumbunt pani. Hæc Augustinus satis ad sensum præfatæ versionis Hebræorum.

Illud vero omnino fuerit ad sensum horum verborum Augustini, minus idoneus fit ad manducandum panem, quod Philo Hebraeus, & Cyprianus adnotarunt pro commentario illius promissio nis. Deuteronomij 32. vers. 13. Israeltico populo in figuram Eucharistia facit, ut sugeret mel de petra: oleumque de saxe durissimo, ut hæc dulcedo, atque suavitas ijs omnino promittatur, qui à cordis puritate, & animo non degeneri ad sugendam hanc cœlestem petram accedunt: Audi Philonem lib. Quod detur uis potiori insidietur, sic differenter. Cibis sunt animæ, quæ idonea est ad sugendum sicut Legislator loquitur mel de petra, oleumque de saxe duro. Petram solidam iudicans Sapientiam Dei, nutricem baulam, educatricemque desiderantium uitam incorruptibile. Hac enim tāquā Mater eorum, quæ mundo continentur, ex se ipsa cibos præbet suis fætibus. Sed non omnia diuino aliamento digna habentur, verum e modo quo non degenerem præferunt indolem. Hac ille, ac si homo infidelis Eu charistiæ habere: præoculis, aut in Augustino legislat, minus idoneus fit ad manducandum panem. Nimurum is tantum idoneus est ad sugendum mel de petra, qui non degenerem à cibo cœlesti præfert indolem, nec dentes ab iniquitate stupefactos habet: nam qui eà vtitur, nec diuino aliamento dignus habetur, nec mel, aut oleum fuget, immo oleum, & operam perdet. Blanditur his Cyprianus serm. in cœna Domini, inquiens. Ve-

VII.

Deut. 32 vers. 13

Philo.

rum ijs, qui verbo tenus corde siccii, & mēte aridis sacris intersunt, veletiam participant donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui nec aliquā charitatis dulcedine, nec Spiritus Sancti pinguedine vegetantur. Sic Cyprianus.

VIII.
Luc 22. cœnaculi grandis strati ad parandū Pascha præscriptio, dicente Domino, Luke 22. vers. 12. Ipse ostendet vobis cœnaculum grande stratum, & ibi parate, ubi lectio Syriaca notanter reponit, cœnaculum domus conviuij, id est conviviale: Maldon.

Laurent. Iustin.
S. Laurentio Iustiniano lib. de triumphali Christi agone, cap. 1. monēte. Sectare virtutes, concupisce cœlestia rasa orationis, laudis ex soli sacrificium, ut spirituale cœnaculum fias: de ipso omnem eliminam sororem, cunctasque maculas absterge, ut stratum sit. Vtrumque convenient, ambo sibi in vicem famulantur, puritas, & charitas. Vbi enim mentis est puritas, ibi frequēs exsultatio est, devotionis gustus, fraternitas dilectionis, animi tranquillitas, sanctarū cogitationum aggregatio, & perpetua charitatis dulcis inhæsio, &c. latitia rivus, & puritatis fons manare non definit. Ista nempe sunt ornamenta mentis, hæc est spiritualis cœnaculi acceptabilis præparatio. Hæc S. Laurentius, ubi præter hæc pretiosa virtutum tapezia, que ad ornamētum requirit: obserua illud: De ipso eliminam sororem, & cunctas maculas absterge, ut stratum sit, vt perinde fuerit, ac dice re vacate, ceßate, & videte, quam suavis est Dominus, tunc enim frequens exsultatio est, devotionis gustus, latitia rivus, & charitatis dulcis inhæsio. Quod si mundanarum oblectationum sorores, cunctasque maculas non eliminaverimus, cœlestis dulcedinis exortes erimus, ita ad præfata Domini verba annotante Origene tractatu 35. in Matthæum. Scire tamendebemus, quoniā qui in oblationibus, & sollicitudinibus sacerdotalibus sunt, non ascendunt in domum illā superiorē, neque vident magnitudinem

eius, neque considerant stratus illius ornatum. Hæc Origenes.

Vacate ergo, curamini, ceſtate, remittite, & lenite anxias curas, medemini superfluis sollicitudinibus; sumite otium ab extenis occupationibus. Vt à mundi colligationibus extricati, & laqueis cupiditatū, & occupationum sacerdotalium soluti Deo cōiungi, & cœlesti eius dulcedine repleri merea mini: de quo pulchram habemus parentēm Venerab.

Isaac Presbyteri lib. de contemptu mundi, ita monentis. Anticipa sol vere omnē colligationem extrinsecam à teipso, & tūc Deo corde colligare; præcedit enim colligari Deo solutio à mundanis: eus panis post ablactationem datur infanti; & homo, qui vult delectari in divinis, prius se debet à seculo velut infans ab überibus matris alienari. Hæc ille: opportunè illud: eus panis post ablactationem datur infanti, id est

Isaac Presbyteri lib. de contemptu mundi, ita monentis. Anticipa sol vere omnē colligationem extrinsecam à teipso, & tūc Deo corde colligare; præcedit enim colligari Deo solutio à mundanis: eus panis post ablactationem datur infanti; & homo, qui vult delectari in divinis, prius se debet à seculo velut infans ab überibus matris alienari. Hæc ille: opportunè illud: eus panis post ablactationem datur infanti, id est

Bernard.

Eccl. 30. vers. 18.

C aducis consolationibus studeamus: Secus quidem firmiter subsistet Sapientis sententia: Bona abscondita in ore clauso (id est in homine habente os clausum, vt explicat Hugo Card.) quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Ecclesiastici 30. vers. 18. Quod si inquiras, quid fuerit habere os clausum Bono? id est cœlestibus epulis, vt illæ quasi homini mortuo, cui nullus sensus, nullus gustus subest apposita videantur? Dixit: habere illud apertum sacerdotalibus desiderijs, quippe os, cordis desiderium est. Quod si ipsum tertenis oblectationibus claudas, & cœlestibus mysterijs appetas, incredibili perfrueris suavitate. Sic sapienter commonente Richardo à Richar. à S. Victore lib. 1. de Spiritu Sancto. Si ad S. Vict.

E illam internam, & supremam dulcedinem inhias; si ad veram, & internam suavitatem suspiras: audi, quid tibi diuinitus præcipitur; & attende, quid simul promittitur. Dilata ostuum, & implobo illud, Psal. 80. vers. 11. Certe si terrena oblectamenta esuris: si carnales voluptates satis, melius est tibi, ostuum contrahere, quam dilatare: desiderium tuum restringere, quam extenderē; cum nusquam locorum inventas, un-

Origenes.

de

Bernard.

de illud satiare, & illis satisficere valeas. Quidnam est os interioris hominis, nisi desiderium co-dis? Hęc Richar. Ergo, si oscō traxeris ad terrena oblectamēta, dilata his illud ad cœleste bonum, & internā, ac supernam dulcedinem percipies, sic absolutissimè affirmante Bernard. prefatæpist. 2. Quomodo ignis, & aqua simul esse non possunt, sic spirituales, & carnales deliciae in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam ruclantis inter pocula senserit Christus, vinas uia dulciora super mel, & favum menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, vbi diuitis supplecti lis discolor varietas oculos pariter pascit, & ventrem, cœlestis panis ieiunam deserit mentem, ita Bernard. Concludimus ergo cū Eusebio Græco in Catenā Græca in Psalm. 36. dissertissimè monente: At delitiabuntur in Domino, qui sensus animi purgatos habent ut panem vinum, & vivificas etius carnes edere, & salutiferum eius sanguinē bibere possint, his enim nutritus, & satur divina ebrietate fruetur. Sic Eusebius. O vtinam!

X.

His etiam illud fuerit addendum ex Francone Abbatे lib. de gratia Dei, tom. sive lib. 10. apud Bibliot. Veter. PP. tom. 12. part. 1. alium quidem gustum, alium laporem ex Eucharistia illos percipere, qui spiritu charitatis, & timore casto Domino deterviunt, ab ijs qui spiritu timoris, & metu poenarum tanquam servi non omnino benè morati aguntur. Nimis in duplice cōviuio, quod in deserto Dominus turbis exhibuit, aliud ex panibus hordeacis aliud ex triticis, sic id cōsideravit Franco: Et miranda in hac turbæ refectione dispensatio gratiæ, quomodo alij panibus hordeaceis, alij reficiantur triticis. Sed valde plus miranda in refectiō Verbi, cuius typum preferabant panis illi diuīsio gratiarum, quomodo idem Verbum pro palato, & gusto comedentium alij hordeum, alij sariat triticum. Est enim hordeumpale & grossius, gustu austrius, cibus servorum, pabulum immentorum: triticum vero tactu mollius, gustu suavius mensa infertur dominorum. Qui ergo adhuc spiritu servitutis, & timore reseruili Domino serviant gustum ordei in Verbo Dei inventiunt. Qui vero spiritu charitatis Domino de seruant, & timore casto, qui permanet in seculum seculi. Deum diligunt, longe alium gustum melle, & fa-

Franco.

uod dulciorende verbo Dei eliciunt. Hac Franco. Nec omittenda, quæ vi præstatum sensum diffundat sic subiicit. Ati- ra ergo, & ineffabili verbisuaritate refe-cti duritiam hordei, & cibum jucunditer tanquam liberi, tanquam filij, ac delicati stomacho nauicante reieciunt & degustant semel dulcedinem insatiablem gutture ruminantes, & verbum bonum corde iucundo cruciantes leti concinunt. Quam dulcia fauibus meis eloquia tua Domine super mel, & favum ori meo. Hac ille.

A

B

EUCHARISTIAM A MARIÆ lacte, vitæ huius ærumnas delinire, & aspera quæque virtutis suauia reddere.

ADNOTATIO IV.

C

D

E

I.

Plaut.

Pindar.

Gregor.

VI vitæ huius ærumnas, mœlitudines, dolores, gemitus, casuq; asperitatē, vel ennumera, vel pendere vellet, tē infiniti tēporis, atque laboris suscipere. Quāuis nō omnino malè uno pōne verbo id quis explicare posset ex Proverbio Græco: Plus aloes, quā mellis habet, quo innuitur, plus molestia, quā voluptatis inesse (quippe aloe fructex est odore gravi, gustu amarissimo) si tamē illud plus, sic ponas in statera, vt aleos ad mille libras, mel vero ad dracmam vñā pendatur, sic capiēte Plauto in Amphytrione sententiam hanc: Ita cuique comparatum est in etate hominum, ita dijs placitum, voluptati utm̄ or comes sequatur. Quin incommodi plus malique adsit, boni si obtigit quid. Sanè vt si suam quisque fortunam ad calculos vocet, minima sit futura ratio eorum, quę nobis ex animi sententia obvenerunt: nam ad vnum bonum (sic Pindarus dixit in Pythijs hymnis) duo pariter incōmoda distribuūt mortalibus immortales. Sed multo melius sensum istum exprefiere nostri: dū Gregor. Magnus hom. 39 in Ezech. dixit: Sit aleum mundum diligamus, non iam Magn. gaudia, sed vulnera amamus, Et Cypriā. Cyprian. serm. 4. de mortalitate. Quæ cœcitas ani-

Nazian.

*m: que re dementia est? amare pressuras,
& paenas, & lachrymas mundi? & Grego-*

rio Nazian. oratio in laudem Cæsarij.

*Quamdiu adhuc eius discessu angemur?
Nonne ad eandem sedem properamus? Nō-
ne ex paucis ijs diebus, qui restant, hoc so-
lum lucrificiemus, ut plura mala partim
videamus, partim patiamur, partim etiā
fortasse faciamus. Vt hinc nota*

*Eccel. 7.
vers. 2. dixit Ecclesiastes cap. 7. vers. 2. Melior est
dies mortis die nativitatis, & eod. lib. c.*

*Eccel. 4.
vers. 2. 4. vers. 2. Et laudau magis mortuos, quā
viuentes, quā LXX. sic efferunt. Et lau-
daui ego omnes mortuos, qui iam mortui*

*LXX.
Eccel. 40.
vers. 3. sunt super viuentes, quicunque ipsi vivūt
usque nunc: Vbi nota*

*ter dicitum est, qui cumque ipsi vivunt, ut Ecclesiastic. 40.
vers. 3. A residente super sedem gloriosam,*

*usque ad humiliatum in terrā, & cinere:
ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coro-
nam, usque ad eum, qui operitur lino cru-
do furor, Zelus, tumultus, fluctuatio, &
timor mortis, iracundia perseverans, & co-
tentio, & in tempore refectionis in cubili-*

*Nazian.
Somnus mortis immutat scientiam eius, ut
hæc ratione ad mentem Ecclesiastes di-*

*xerit iterū Nazianzen. orat. 19. Atque
habitatio peregrinatione melior, & pre-
stantior, quodque nāgantibus strāquillus*

*portus est, hoc ijs, qui huius vite procellis
agitantur, migratio ad alteram vitam, &*

*Gentilis Seneca in consolat. ad Poly-
biūm cap. 28. Si velis credere altius veri-
tatem intuentibus omnis vita supplicium*

*est. In hoc profundum, inquietumque pro-
ieci mare alternis ostibis reciprocum, &
modo alleuans nos subitis incrementis, mo-*

*do maioribus damnis deferens, assidueque
saltans nunquam stabili consistimus loco:*

*pendemus, & fluctuamus, & alter in alte-
rum illidimur, & aliquando naufragium*

*facimus; semper timemus. Ex quibus eo-
dem quo Nazianzenus ductu infert. In*

*hoc tam procelloso, & in omnes tempesta-
tes exposito marina vigantibus, nullus por-*

*tus, nisi mortis est: quod aspiciens Magnus
poëta, luthurnam fabulosam deam, se-
scimmo immortalem conspicientem, sortem*

*suam deplorantem, & de Iove hæc de-
causā conquerenten si sic inducit.*

*Virgilinus. Quò vitam dedit eternam? Cur mortis
adempta est*

*Condito? Possem tantos finiri dolores.
Nec omittendus est rursum Seneca ali-*

bi exclamans. O ignaros malorum suorū!

*quibus non mors, ut optimum naturæ in-
ventum laudatur. Pergit multis in con-
solat. ad Marciam cap. 19.*

II.

A

*Tangunt hæc quidem maximiè sa-
culares homines terrenis bonis addi-
ctos, quibus amarissimas absinthi po-
tiones, vel ambitio propinat, dum ma-
iora meritis ambientes, aut honorem,
quem sequuntur, alesqui non pos-
sunt, aut per scalas vanitatis in altū con-
nixi, cum plurimum invidiæ secū tra-
hunt, tum mille caluminis appetuntur
tum etiam perpetuum obrectatorum
argumentum fiunt, ut proinde dum ex
altissimo honorum folio deturbati
timent, totisunt in constabiliendo favo-
re, ac proinde infinitis animi cruciati-
bus obnoxij, vel dira cupiditas immen-
sarum opum anxiat, & atroci solitudi-
ne avaros pungit, quod illæ summo cū
ardore desiderentur, & insatiabili cum
anxietate possideantur, & furiosâ cum
desperatione perdantur: vel misera vo-
luptatis dulcedo amarissimo molestia-*

*C. rū felle delibuta vnā delectatione mil-
le secum dolores invehente turpeshom-
ines crudeli verbere castigat. Quāde-
re nos alijs in locis copiosius egimus,
cōtēti modo, hæc ex Seneca pretringe
re epist. 95. dicente: Te inter illos nume-
ra, quos vxormagno ducta ambitu tor-
quet: inter illos, quos divitiae perfumum*

*D. acquistæ sudorem male habent, inter illos,
quos honores, nullā non arte, atque opera
petiti discruciant, & ceteros malorum suo-
rum compotes, ita ille. Quod si ab his sæ-
culi turbinibus eruptus ad vitæ rectitu-
dinem, & Dei obsequium transieris, e-
vades quidem eos animi cruciatus; at
vero non idē ab omnibus, sive interio-
ris, sive exterioris hominis molestijs li-
bereris. Enim vero de anima egregia vi-*

*E. tæ puritate præditæ dicente Sponio: Si-
c ut lillum inter spinas, sic amicam ea inter
filias, Cant. 2. vers. 2. & signatæ hæc ver-
ba sic efferente Caldæo Paraphraste.*

Cant. 2.

*Comparata sum rose, quæ germinat inter
spinæ, à quibus perforantur, & rumpun-
tur foliacius. Nimirum, si ad animum*

*aduertas, sunt pericula, tentationes, &
assidui cum hoste conflictus: si ad cor-*

*pus insunt ægritudinum, dolorumque
molestiæ, religiosæ exercitationis aspe-*

*ritates, castigationes, ieinnia, vigiliae,
que, quæ velut absynthia amaritudine*

VI.

afferunt,

Guilliel.
Abb.

afferunt, sive ut spinæ pungunt, & perforant: Vis videre animam vñā ex parte sanctitate quidem, & vita puritate, ut lumen inter spinas, sive inter homines saeculares: ex alia verò ut rosam germinantem inter spinas à quibus rumpuntur, & perforantur folia eius? Audi ergo ut describat Guillielmus Abbas S. Theodorici vitam, & conversationem monachorum Cisterciensium in vita S. Bernardi, lib. 1. cap. 5. hunc in modū: *Ibi in loco horroris, & vastæ solitudinis cōfederunt viri illi virtutis; facturi de speluncâ latronis templum Dei, & domum orationis. Vbi simpliciter aliquanto tempore Deo servierunt in paupertate spiritus, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in vigilis multis. Pulmentaria sepius ex folijs fagi consiciebatur. Panis instar prophetici illius, ex hordeo, & milio, & vicia erat, ita ut aliquando religiosus vir quidam appositorum sibi in hospitio, vbertim plorans, clam asportauerit, quasi pro miraculo omnibus ostendendum, quod inde vivarent homines, & tales homines, qui olim divites in seculo, tum in paupertate Christi gloria bantur. Hæc ille modo: Vides asperatum, & molestiarum spinas, & amaritudines?*

III.

4. Reg. 4.
vers. 40.

Ergo quomodo cumque mortalem istam vitam aspiceris, & ut dicebat Salomon, & Ecclesiasticus, quicumque tandem sint qui vivunt, à residente super sedē gloriosam, usque ad humiliatum in terrā, & cinere: merito de ea illud pronuncia veris, quod filii prophetarum 4. Reg. 4. ver. 40. de olla in qua quidam illorum ignarus omnino quid faceret, quasi aliquid esset opportunum ad epulas, collegit colocynthides, amarissimas videlicet herbas, quæ corruperunt pulmendum; & cibum aliqui non ingratū, sic infecerunt, ut mortem se pro cibo deprehendisse clamarent attoniti convivæ dicentes. *Mors in olla vis Dei, apud se omnino existimantes; mortis instar esse, quod nimis est amarum, & incommodum, ut frequenter, mori dicimus, cum duris vita iactamur incommodis, ut bene ibi explicat P. Sanctius afferens illud Tragici.*

Seneca.
Tragicus.
Martialis.

*Mortis habet vices
Lentis cum trahitur vita gemitis.
Et id Epigrammatij lib. 6.
Et quantum tetricæ tulere febres*

*Aut langor grauis, aut mali dolores
A vita meliore separantur,
Non est vivere, sed valere vita.*

Sed enim cum Vitæ illius alperime Cisterciensium (cuius memitimus) notitia velut litis cuiusdam cognitio ad Catalaunensem Episcopum delata fuisse:

Guilliel.

ipsum de illa idem tulisse iudicium refert inibi idem Auctor, quod Eliaeus de olla illa, in qua mors esse dicebatur: cū nimirum infusa farina abstulit à pulmēto, quam colocynthides induxerant amaritudinem. *Et non fuit amplius quid quam amaritudinis in olla, ibidem vers. 41. Sic enim Guillielmus. Cumque res ad iudicium Catalaunensis Episcopi, qui tunc aderat, delata esset, exemplo usus Eliae Prophetæ, & filiorum Prophetarum, eis divina dulcedinis gratiam, sine timore percipere persuasit. Olla (inquit) illa Prophetica, olla vestra est, nihil in se nisi amaritudinem habens: farina vero amaritudinem in dulcedinem conuertens, gratia Dei est, operans in vobis. Sumite ergo securi, & cum gratiarum actione, quod cum naturaliter minus aptum fuerit vobis humanis, ad hoc per gratiam Dei vestris est vobis aptatum: Ita Episcopus ille: ad mentem Theodori ad id loci lib. Regum quest. 19.*

Theodor.

inquietis. Veneni operationem obtudit Prophetæ iubens farinam iniici in lebetem Obtudit autem non farinæ natura, sed Prophetæ gratia; necnon & Glosæ, quæ sic habet. Per hoc significatur, quod hominibus delicate nutritis in seculo, vita religiosa videtur amara in principio, sed sicut pulmentum per immisionem farinæ factum fuit sapidum. sic per Dei gratiam, & bonam assistancem vita religiosa, quæ prius dura videbatur, non solum portabilis, sed etiam suavis efficitur. Hæc ibi. Quæ ipsem

Glossæ.

Bernardus serm. 1. in Dedicacione templi Bernard., agens de hac ipsam olla, quæ & sibi, & suis monachis edenda cottidie parabatur, sic omnino confirmat: Vnde necesse est, ut vñctio spiritualis gratis adiuvet infirmitatem nostram obseruantiarum, & multi modæ pœnitentiæ crucis de votio nis suæ gratia leniens, quia nec sine cruce sequi Christum, nec sine vñctione crucis asperitate ferre quis posset, & statim. Hinc est, quod multi abominantur, & fugiunt pœnitentiam, crucem quidem videntes, sed non etiam vñctionem. Vos qui experti es-

Bernard.

ris: ecce scitis, quia vere crux nostra inun-

*Eta est. & per gratiam spiritus adiuvantis
suavis, & delectabilis est pœnitentia noſ-
tra; & ut ita dicam amaritudo noſtra dul-
cissima. Hæc ibi Bernardus.*

IV.
Psalm. 4. verſ. 7. Benè quidem hæc dici, quis nō vi-
deat? Verum enim verò, niſi farinā hanc
ad Eucharistiam singillatim retuleris,
quæ mortalis vitæ amaritudines deli-
niat, & virtutis labores non modò ob-
tundat, ſed etiam dulces, & suaves
reddat: *Patete via* (vt eſt in Proverbio)
ſemitam quæ erere, mihi videris. Vate Psal-
mo 4. verſ. 7. ad eorum interrogationē
qui dicebant: *Quis oſtendit nobis bona di-
cente: Dediſt latitiam in corde meo. A*
fructu frumenti, & vini: in qua verba

Ambroſ. Ambroſius. Data eſt (inquit) latititia in
corde noſtro, ab eo tempore quo accepimus
frumentum in corpore, vinum in ſanguine.
Quid quod? hæc ab Euchariftia pro-
veniens latititia, atque ſuavitas eadem
o nino eſt cum eà gratia, ſive vñctio-
ne, quam dicebat Bernardus multimo-
dæ pœnitentiæ cruceſ lenire; quippe
ab Euchariftia vñctio spiritualis gratiæ
consolatio, levamen, & adiutorium,
ſapienter id penitente Cypriano ſerm.
de cœna Domini, vbi cum alluſione ad

Psalm. 41. verſ. 4. verba Davidis Psal. 41. verſ. 4. Fuerunt
mihi lachryme mee panes die, ac nocte, dū

Cyprian. dicitur mihi cotidie, vbi eſt Deus tuus?
& itatim, in voce exultationis, & confeſ-
ſionis ſonus cepulantis, ſic opportunè in-
quit: *Vide quomodo his, qui Christi comme-
morent paſſionem intra ſacra officia (de Eu-
chariftia loq. iuit) quaſi per quosdam ca-
nales de interioribus fontibus egrediantur
torrētes, & ſuper omnes delicias lachrymis
neclareis anima delectetur, quantam ſuavi-
tatem anime inquireti: vbi ſit Deus tuus?*
*Suſpiria contemplationis eliciant. Non il-
los imbræ procelloſe tempeſtates deponūt,*
ros matutinus eſt de cœleſtibus ſtillans, &
quaſi vñctio spiritualis mentem deliniens.
Sic Cyprianus ſent, & verba cum Ber-
nardo habens communia.

V.
Genes. 2. Quoniam vero dixit Cyprianus de
Euchariftia, quaſi per quosdam canales de
interioribus fontibus egrediantur torren-
tes, & ſuper omnes delicias lachrymis ne-
clareis anima delectetur, vide ut hiſ con-
ſonet allegoria à Ruperto excogitata

Rupert. deſtruvio, qui egrediebatur de loco volup-
tatis ad irrigandum paradiſum. Genes. 2.
verſ. 10. ſic enim ille: *In hoc miræ terra*

*paradiſi dulcedo oſtenditur. Quia videlicet
aqua rum natura ſalſa eſt, ſterilis, neque po-
tui habiliſ, ſicut in ſemī tiffo mare oſtēdit.*

A *Ascendens autem de abyſſo in illam, quaſi
magni corporis terre mammam, id eſt pa-
radisi fontem quodammodo laeteam aſu-
mit dulcedinem, & irrigat vniuersam ſu-
perficiem terre, vt iuxta Prophetam. Po-
tent omnes bestiæ agri; & expectent
onagri in ſiti ſuā: imo ut dulceſceret om-
nis terra ad nutriendam herbam virentem
lignumque pomiferum. Hæc Rupertus.*

B *Quæ noſtro in iuſto ſic ſunt aptanda,
vt quoniam Christus Dominus paradiſi
fons eſt (vt ab Ambroſio lib. de Para-
diſo, omnes pœne Autores prædicant)
ab illa virginis terre mamma, a Maria
inquam, laeteam ſingillatim aſumens
dulcedinem aquas maris huius mundi,
quæ natura ſuā ſalſæ, ſteriles, ac potui
inhabiles ſunt; præduces, ac ſuaves red-
dat: & ſive corporis molestias, ſive ani-
mi angores, & multimodæ pœnitentiæ
cruces ſic deliniat; vt Deuter. 33. v.*

C *19. de Isachar immolante in monte (id
eſt in Ecclesia Christiana) victimas iuſti-
tia (Hebraica ſacrificium iuſtitia nem-
pe Euchariftiam) prænūciatur. Qui inu-
dationem manis, quaſi lacrugen, vt quod*

D *dicebat Bernardus ſuavis, & delectabi-
lis illis eſt pœnitentia, & amaritudo
ipsa laborū dulcissima: In quā ren. Ger-
fon ſuper Cälica 3. p. partit. 2. Alphab.*

E *97. littera Z. de Chrifti osculo (quod
iam ſapient ad Euchariftiam retulinus)*

*ſic opportunè diſſerit: Oſculum, vel oſcu-
latio, & amplexus, totius ſponsi digniſſi-
ma eſt impressio per illapſum ſecreṭū in ani-
mā, quod petitur ab ſponſa, ei que conde-
ditur ad facilius tolerandum exſilium præ-
ſens; itaque oſculū eſt illa ſua vitas, & inti-
ma conſolatio, iucunditas, & exultatio,
quocunq; modofiat, ac ſentiatur in ani-
ma. Hæc ille, & alia. Vbi bene illud peti-
tur ab anima ei que condeſtitur ad facilius
tolerandum exſilium præſens: non ſecus
ac condimentum ad manducandum ci-
buni in ſuavem, & amarum: & farina,
quam ollæ illi acerbifimꝝ iniecit Pro-
phetæ, vt auferret à pulmento amaritu-
dinem, quam colocynthides induxe-
rant.*

VI. *Vt vel hinc appareat, quam iuſtæ ſe
veritate damnentur à Conciliij Triden-
tini Patribus ij, qui censent præcepta*

Ambroſ.

*Deut. 33.
vers. 19.*

*Lect. He-
breas.*

Geron.

Domini

Dominii importabilia, vel impossibilia obseruatu esse: non fecus ac malus ille servus, qui abscondit talentū in terra di-

Matt. 25. vers. 24. cēs. Domine scio quia homo durus es: me-

vers. 25. tis, ubi non seminas, & cōgregas ubi non

Luc. 19. sparsisti. Et timēs ab iis, & abscondi talentū

vers. 23. tuū in terrā. Matth. 25. v. 24. & Luc. 19.

*vers. 20. Quæ Hieron. perinde dicta es-
se vult, ac si servus ille ignavus se ab ope-
ratione, & exercitatione virtutis, qua-
si ob mandatorū austoritatē, & duritī
velut pōdere preslus se excusaret, rā
quā præinfirmitate oneri impar. Vnde
notanter ea propter Dominū ei signa-*

*te obiecisse, quod pecuniam non de-
derit ad mensam inquiens: De ore tuo te
iudico serue nequā sciebas, quod ego homo
austerus sum, &c. Et quare nō dedisti pecu-
niā meā ad mensam: vt dixerit, si grave ti-*

*bilis mandatorū onus, & ardua virtutis via
tibi videbatur, quare ad mēsā Euchari-
stia nō accessisti, vt in ea onus depone-
res, ac levamē, & solatiū acciperes ad fa-
cilius tolerādū exsiliū præsens. Audi Hie-
ron. epist. 1. de laude vlt. & solitarii, dicē-
tē. Illico indignatī Domini responſione, ac
clamore ferietur. Serve nequā, quare nō
dedisti pecunia meā ad mensam: id est
deposuit̄ ad Altare, quod ferre non pote-
ras: pondus tūclicet, quod tibi p̄e igna-
via importabile videbatur. Cui cogita-
tioni denuo pōsis accōmodare quæ S.*

*S. Thom. Thomas opuscul. 58. de Sacram. Altar.
c. 19. præced. adnot. citatus de Eucha-
ristia: suavitate dicebat cū p̄mittens.*

*Hæc dulcedo spiritualis est quædā prægu-
statio gaudij cœlestis valēs contraria ma-
la, quæ sunt in mundo: ibi est falsa dulcedo
indelectabilibus nēdīs, grādis amaritudo
in aduersis Justinēdīs, tristis imago in bonis
faciēdīs, itatim tribus hisce malis p̄sē
tissimū remedīū, atque medicinā Eu-
charistiā esse ita affirmabat. Contra hoc
valet dulcedo spiritualis, quia falsam dul-
cedinē mundi facit insipidā, grandē amari-
tudinē facit dulcē tristē imaginē reddit iu-
cundā: ne ille. A quibus opportunē casti-
gatur servus ille ignavus, & piger, cui
importabilia Domini præcepta videbā-
tur: nā quibus cūque ille corruptelarum
illecebris delineretur, quātūvis alsi quis
peteretur dæmonis incursionibus, aut
agitaretur tentationū fluctibus, si mēs
illi non lāva fuisset, in Eucharistiā por-
tum, præsidium, tutamen, & suavita-*

tem posset invenire.

*Sanē si consultissimè invenientes hor-
tabatur Iacobus c. 5. v. 13. vt in tristitia Jacob 5.
levamen ad orandum Deum configurerent: ver. 13.
Inquiēs: Tristatur aliquis vastrum? Oret, Lect. Gre-
qua verba in Græcis, & Syriacis Codice, & Sy-
cibus sic legūtur: Vexatur autē affligitur
quispiā intervōs: præcādi studio se dedit:
vt intentiō ianō tantū internā animi egri-
tudinē, & angorē, sed etiā externas ve-
xationes, & molestias vlt̄ humanae,
quæ p̄sūm̄ occurruū cōprehēdat: affir-
metq; Apostolus, animū aduersis rebus
& mārore affectū sacrī precibus deli-
niri, vt ad id loci sic dixit Oecum. Affl. Oecum.*

*B Clationi oratio adiungitur, vt leviorei, qui
tentatur, tentationū exitus efficiatur, quā-
to potiori iure ad leuandas animi corporisq; molestias, atque egritudines ad
Deum nō tā per orationē, quā per Eucha-
ristiā accessieris, in quā Deum ipsum hot-
pitē, & cōvivatōrē habes: nonne dictū
tibi putaveris: Exulta, & lauda habita-
tio Sion, quia magnus in medio tui Sacerdos
Israel, Iai. 12. v. 6. reponente lectione
Hebræa: Magnus in interiori tuo, vt sit*

*C sensus: magna animi delectatione debe-
re perfundi, qui Eucharistiā dono poti-
tur, cū in interiori suo Deum salutare be-
nignū atque auxiliatōrē, benefactorē,
& adverius oninia mala propugnatōrē
habeat: Quādē re sumptā à vino simili-
tudine sic differit S. Cyprian. epist. 63. Cyprian.*

*Quēadmodū vino isto cōmuni mens solut-
tur, & anima relaxatur, & tristitia omnis
exponitur: ita epoto sanguine Domini, &
poculo salutari exponatur memoria veteris
D hominis & stat obliuio cōversationis pristī
næ secularis, & māstum peccatis, ac triste,
quod prius peccatis angētibus premebatur
divinē indulgētiā letitiā resoluatur. Sic
Cyprian. Ad cuius gustū B. Laurent. Iu-
stian. ser. de Eucharistiā. n. 23. Ecclesiam
de mysterio Eucharistiā adductis ver-
bis Psalm. 127. vers. 3. Vxortua sicut vi-*

*tis abundans in lateribus domus tue: Filij
vers. 3. Laurent.*

*E tui sicut novellæ olivarum in circuitu mē
seruae, sic gratulabundus alloquitur. Iustian.*

In circuitu planē mense Altaris Filij

tui, quos per Verbum veritatis genuisti

Deo, sacratissimi corporis Domini pascun-

ture dulio, tam p̄ie, tam devotē, vt in voce

Psalmi, in exsultatione mensis in fidei con-

fessione, epulantium festi vnu in aula cœle-

sti concreper sonus, & itatim certissimæ

lætitiae causam aperiens subdit. Singulare prorsus dilectionis accepisti pignus in huiusmodi participatione mysterij, certam quede Sponso tuo presentiam, cui optimè tui amoris eflus aperire, vota persolvere, fundere orationes, gratias agere, decantare hymnos, ingeminare preces, exhibere laudes, atque suauissima vales pia devotio- nis depromere cantica. Hæc Laurentius.

VIII.
Isai. 25.
vers. 6.

Huc maximè tum conviuij ratio, quod lætitiam gaudiumque parit, tum vel maximè vini imago, & significatio eunt: ita quidem Isai. 25. v. 6. prænūciatur: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in mōte hoc cōvīniū pinguiū, cōvi uiū vīndemiā pinguiū medullatorū, vīnde miā defactā, vbi Rupertus. Ibi profecto grāde cōvīniū est, cū traducit Christus suos ad verū, & unū sacrificiū corporis suis, &c. Et quia conviūniū istud veri Isaac, id est: lætitia est: addit, & dicent in illa die: Ecce Deus noster sustinuimus, exultabimus, & lætabimur, sic Rupert. Similiter 2. Esdræ 8. vers. 10. flente populo dictum ei fuit: *Ite & comedite pingua, & bibite mulsum, & nolite contristari, gaudium etenim Domini est fortitudo nostra, quæ Lyra ad Eucharistiam, sic retulit: Per istam refectionem pōreſt Eucharistiā & ūptio deſignari. Vini tamen imago omnino ē re nostra est, etenim dicēte Salomone Prōv. 31. vers. 6. Date ſicaram merentibus, & vinum ijs, qui amaro ſunt animo: bibant, & obliviscantur regesta tis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius: vbi non dubium, quin ſermo ſit de meri vini poculo, quod ſolebat exhiberi extremo ſupplicio addictis, quo vel fierient animosiores ad cruciatus, & ſupremam necem tolerandum, vel omnino ex temulentia in ſtupore acti minime eā per ſentire: vt ad id loci inquit**

Rupert.
2. Esdr. 8.
vers. 10.

Proph. 31.
vers. 5.

Salazar.

Psal. 22.
vers. 5.

*P. Salazarius: hoc omnino ductu ſublimiori ſenu de Eucharistiā omnes animi ægritudines, mātore, & dolores de liniente, & invictum aduerſus mortalis vitæ moleſtas robur dante Regius Vates, Psal. 22. ver. 5. cū dixiſet: *Parati in cōſpectu meo menſam ad verſus omnes qui tribulant me: ſubiicit: Et calix meus inebrians, quā p̄æclarus eſt! nimirū nō ſuit contentus Propheta calicis meminisse quin adderet inebrians, vt ſignificaret ab illo omnē omnino vitæ tristitiā abo lieri, & ingentē animo lætitia intundi,**

vt omnes pāne PP. ibi obſeruant, signatē verō Ambr. in Pial. 118. in bunc ſenſum inquiens. Māduca Apoſtolicū cibum (id eſt Evangelicā doctriṇā) ut poſtea ve nias ad cibū Christi, ad cibū corporis Domini, ad epulas Sacramēti, ad illū poculū, quo fideliū inebriatur affectus, ut lætitia inducat de remiſſione peccati, curas ſeculi hu ius, metū moris ſollicitudineq; deponat.

A Ita Ambr. Cui hētsère Patch. & Franc. ille enim l. de corp & ſang. Dom. c. 10. ſic Paschas. ait. Ideo ſpeciē vini iure tenet in ſenſu, dū ſpiritualiter ſanguis potatur in mysterio, quia hinc lætificamur ſpiritali: lætitia ad gaudiū: hinc verō redimimur de morte ad vitam: ideo David cecinerat in mysterio, quod vīnū letificat cor hominis, utique lætitia ſpirituali, propter quod in eadē ſub ſtātiacelebratur hoc mysteriū, quia Christus eſt vīnū, quo lætificatur corda credētium.

B Pergit in eadē ſentētiā. De quo nimirū Ioseph meridie, quā horā Christus paſſus eſt, mysticē cū fratribus legitur inebriatus, vīnde & nos intus inebriamur, & gaudeamus lætitia eternā, & gaudio exultationis in Domino. Hec ille, & quidē recte illud læ

C titia eterna: ſed quāratione mortalicor pore cōſtātes eternā poſſint gaudere lætitia? Dixerim ex Seneca epif. 29. de la culariū hominū lætitia dicēte: Nō eſt il la hilaritas lōga, obſerua, videbis eosde intra exigū tēpus acerrimē rideare, & acerrimē rabere: nēpe ab Eucharistiā lætitia vera, cōſtās, atque perpetua inefl. Vnde Franc. lib. de gratia Dei, tom. 10. apud Biliot. V. PP. tom. 12. lučulenter inquit.

D Cibus enim iſte, de quo ait: Carōmea vēre eſt cibus, vēre eſt mirabilis, & eſus cibihu ius inſariabilis, qui quā magis ſumitur, eo magis eſuritur, & quāto edētē plus ſatiat tanto eſuriētē ad edēdū plus incitat. Nō eſt autē alius calix calici Domini ſimilis, qui ſic bibentē di vīnā, & inenarrabili iucūditatē lætificat, ut omnē priſtini doloris memoriā abſorbeat. Nō ſolū autē ſed & bibentē ita ingenitā ſibi ſuavitate inebriat, ut eū in exceſsum mentis mittat. Hæc ille, & alia à nobis iā appicta: Copone hæc vi tima: in exceſsum mentis mittat, cū verbiſ Salomonis monētis date vīnū ijs qui amaro ſunt animo, vt obliuiscātur, & doloris ſui non recordētur amplius, in ſtuporem acti, vt nec dolores, nec cruciatus, nec mortē ſentiant: Præstat id quidē Eu charistiā, & p̄æclarus calix inebriās læ

Franc.

E titia

Seneca.

Ambros.

Pſal. 103.
vers. 15.

titiæ æternæ bibentes perfundens.

IX. In quem quidem tensum opportu-
nè inflexeris Vatem Psalm. 21. vbi cum
vers. 27. agens de Eucharistiâ, vt Latini
Eusebius. & è Græcis Eusebius, & Theo-
Theodor. doretus interpretantur dixit: Edent
pauperes, & saturabuntur, & laudabunt
Dominum, qui requirunt eum: subiicit.
Seneca.

Vivent corda eorum in seculi seculi, quæ
cum Agellio, & Lorino de ea cordis
hilaritate, quæ vitam vitalem reddit
opportunè acceperis, vt ab Eucharistiâ
non id gaudium, de quo inquit Seneca:

Exibit gaudium, quod intravit, sed verū
solidum, ac tam in hoc seculo, quam
in futuro duraturum in animum intret
cum non sit letitia perfusoria, & extrin-
sica, sed animum, & corporaliter trans, &

vivificans ut omnē pristinidoloris memoriā
absorbeat: ita inibi Lorinus:
Effectus (inquit) maximè proprius Eucha-
ristie est præter communem gratia sanctifi-
cantis, vt vivant corda tanquam per nu-
tricantem cibum, & spiritualiter secundū
actum reficiantur, impellendo in actum de-

Agellius. votioñis delectabilis. Pleniū vero Agel-
lius in hunc modum. *Hic de mysteriorū sumptione loquitur: deinde quid ea myste-
ria dignè sumentibus prætent exponit. Vi-*

*Vivent corda eorum, &c. Ille namque pa-
nis vita est, quem nisi manducaverimus,
non habebimus in nobis vitam, &c. Quod
non solum de æternâ vita recte intelligi
potest, verum etiam de latitiae quādam, &
gaudio, quo tanti Sacramēti perceptio ani-
mum replet: Sic namque sepe in Scriptura
invenimus, vitam nuncupari hilaritatem
quandam, atque animi latitiam. Vivifican-
tur quodammodo messtacorda, atque revi-
viscent, cum hoc Sacramento sumpto tan-
tibeneficij, tantæque charitatis recordan-
tur, quæ pro nobis redimendis animam suā
ille verus pastor impedit, subdit. Edent
& saturabuntur maximæ letitiæ tanquam
saginæ repleti. Hæc Agellius.*

EVCHARISTIA MARIÆ TESSE-
ra est, qua filio suos Deus ab alienis
discriminat.

ADNOTATIO. V.

I. **P**vlcherrimam quidem faciem,
& speciosam libri clausulam de-

æternæ salutis tenet, habet haec admo-
tatio, vt vel hæc signatè de causa sacrae
mensa studiolus sectator, atque convi-
va esse debeas, sive quod ipsa pecula-
re signum, sive character sit; q. & cælestes
municipes designentur, & in libro
vita inscribantur, insculpentur etiam
cœlesti manu, & à mortalibus huic sa-
culo additis discriminentur, vt invi-
ctis testimonij facile fuerit common-
strare. Sane Ezechiel cap. 9. vers. 2.
ottensurus hanc electorum à damna-
tis discretionem ab Eucharistiâ fore
desumendam eos sensu, quo Doininus
dixit Ioann. 6. vers. 54. *Nisi manducare-
ritis carnem filij hominis, & biberitis e-
ius sanguinem, non habebitis vitam in vo-
bis, diros primum divinæ iræ vindices
feralibus ad interitum securibus arma-
tos, sic inducit: Et ecce sex viri venie-
bant de via portæ superioris, que respi-
cit ad Aquilonem, & vniuersusque vas
interitus in manu eius: Deinde vero Sal-
uatorem, scilicet liberatorem quendam,
qui eos, qui iure servandi erant, pecu-
liari nota consignaret, ita describit: Vir
quoque unus in medio eorum vestitus erat
lineis, & atramentū scriptoris ad renes eius,
& ingressi sunt, & steterunt iuxta Alta-
re xneum. Vnde vers. 4. pergit. Et di-
xit Dominus adeum. Traxi per medianam ci-
vitatem in medio Ierusalem, & signu-
Thaus super frontes virorum gementium,
&c. Et illis dixit audiente me. Transite
per civitatem sequentes eum, & percurre-
te: non parcat oculus vester, neque misere-
mini. Iam si nos levatis, quis fuerit ille
vir aliorum ductor, cui iniunctum fuit
manus, vt notaret peculiari charactere
eos, qui saluandi forent; & cæteros mi-
litibus interfici eos relinqueret, ex Hie Hieron-
onymo, & Theodoreto id dices iste
Theodor. ferme verbis dicentibus: Septimi
habitus erat Sacerdotis: Pro quo mani-
feste facit, indidem cap. 10. vers. 2. vbi
rursum de eodem viro sermo est, & Vul-
gata editio habet, qui indutus erat li-
neis: LXX. reddere. Qui indutus erat flo-
lā lanēta: qui quidem dubio procul re-
presentabat Christum Dominum (be-
ne id explicante optimo Scholiaste
Hieronymo Prado) qui Sacerdos erat
saturus secundū ordinē Melchisēdech,
& opportunus inter diuinā iunctiam, &
humanū genus sequester, ac Mediator.*

Ezech. 9
vers. 2.

Ion. 6.
vers. 54.

Ezech. 9
vers. 4.

LXX.

Prado.

Atque, inquis, eo in loco Sacerdotis personam gerit; car iuxta Altare primum constitutum cur saluandos signat littera *Theta*, quae vitam significat? Etenim ut littera *Theta*, sive *Zeta* mortis, ita littera *T*. vita symbolum apud veteres erat: *Nam apud Aethnico* (inquit ibi P. Prado) *prisca militia notarij cunomina militum è bello redeuntium in brevibus scripta recolabant, Superstites notabant littera T. eos vero, qui desiderabantur, littera Z. Iudices quoque testante Asconio Pedianodamnatis praefigebant littera Z. liberandos vero T.*

II.
His quidem interrogationibus hæc vna response occurrimus: eam Vati præmonstratam visionem Sanctissimæ Eucharistiæ bonos à malis; electos à reprobis discriminantis egregium typum fuisse: dum Christus Dominus Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech panem, & vinum in typum, sive potius vaticinium Eucharistiæ offerentis, eos quos saluare, & à nece eripere, sive à mala perditione extrahere decernit, hos Altari suo applicat; & in eo, corpore, & sanguine suo reficit; vt coelestibus alimentis ad vitam nutriantur æternam. Pulchrè hæc omnia obseruante Patchasius lib. de Corpore, & sanguine Domini, cap. 8. qui cum de Altari illo Vati monstrato primum dixisset: *Per quod nimis præsens Altare, quo cibum ritæ, & stipendium militie nostræ sumimus, manifestissime designatur*: post modum de viro itola sancta induito subdit: *Et habet atramentum Scriptoris ad renes suos, ut omnium peccata describat, & Sanctorum à peccatoribus numerum segreget, maximè dum ad Altare veniunt: & bene iuxta illud stare prohibetur, ut milites ad stipendia ritæ percipienda accipientes divitus discernat*. Hæc Patchasius: Vides ut ab Altari electorum ad vitam à peccatoribus numeros segregetur? quippe qui sub signis Dei militantes stipendia ritæ ab ipso accipiunt: Ergo qui ad Eucharistiam dignè, & frequenter accedit, salutis signo & ritæ charactere consignatur, & qui Dei Altare prætermittit, ex illis esse videtur, de quibus Vates Psalm. 72. vers. 27. *Ecce qui elongant se à te peribunt: Sub quo plane sensu Augusti-*

Paschas.

nus lib. 50. homiliarum, hon. il. 42. accepit verba Dom. iiii. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, hunc in uo-* August. *dum. Proferant, ut bona faciant, ut ver. 11.* in bonitate & fide, & bona ritæ perseverent. *Hoc optant, hoc orant, ut qui non perseverant in bonitate, separantur ab illo pane*. Ergo panem nostrum quotidianum da nobis hodie; quid est? *Sic vivamus, ut ab Altari non separarur*, ita Augustinus: Et quidem recte, nam quis separatur ab Altari, separatur à vita, & in eorum manus incidit: *Qui veniebant de via porta superioris, & veniuerunt usque vas interitus in manu eius*.

B
Quod si ab umbra ad Solem, & à figurâ ad veritatem transire velis; audi ipsu[m]met Dominu[m] pro tessera lalutis, & ritæ charactere cui letem, hunc cibum nobis dentem, apud Ioannem cap 6 vers. 27. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam eternam. *Hunc enim Pater signauit Deus*, vbi maxime notanda est causalis, quæ dedit Magister ritæ, ut fideles ad Eucharistiam optandam, & promeren-

C
dam vrgeret: Hunc enim (inquit) Pater signauit Deus: Sed quem (rogo) refert pronomen illū? Hunc Christū ne? An panem? Ad paneum referunt Ammonius, Rupertus, & alij: Verum ex Graeca constructione de Christo Domino omnino accipendum est, ut frequenter Patrum expositio fert. Maior vero dubitatio est de sensu, sub quo Christus à Patre dicitur signatus? Et quidem, dum vnuquisque hæc de re in suum abit: ego maxime probo eam expositionem, quæ Christum sic à Patre signatum dicit, ut sigilli vicem gerat: signantis eos, qui hunc ritæ panem accipiunt: ita P. Salazar in cap. 8. Proverbiorum vers. 23. num. 292. qui adducta historia Ioseph, ex Genesi cap. 41. vers. 41. vbi Pharaon committens illi ius, & potestatem trumenta com parandi, ac distribuendi, contulit eà de causa annulum, atque sigillum suum, & dedit eum in manu eius: Eam his verbis sic aptat, ut Christus instar Iosephi à Patre annulo suo sit insignitus, ut eos quidigne accipiunt Eucharistiam, illo certigenet, tanquam ad vitam destinatos. Quam expositionem

Ammon. Rupert.

psal. 72.
vers. 22.

72. vers. 27. Ecce qui elongant se à te peribunt: Sub quo plane sensu Augusti-

Genes. 41.
vers. 41.
P. Salazar.

confir-

confirmat ipse ex Græco verbo, *Ghra-*
giō. A quo non abit Chrysostom. ex-
 plicans. *Hunc enim Pater signavit: hoc*
est. Propterea misit, ut vobis hunc cibum
inferret. Quātum autem robur ad spem
*vitæ æternæ hæc sigillatio, seu config-
 natio habeat, inde collige, quod ab ea*
in corpore Christi censemur, & inter
eius membra connumeremur; ad eum
*modum quo sancta Mater Ecclesia pe-
 culiari oratione Missæ Deum depreca-
 tur: Ut inter eius membra connumeremur:*
cuius corpori communicamus, & sanguini.
Et quidem recte, & quasi necessaria
*argumentatione, cum ab Eucharistia si-
 mus membra Christi (sub hoc sensu di-
 cente Paulo 2.ad Corint. 6.vers. 19. *An-**

2.Cor. 6.
vers. 19.

Algerus.

Tertull.

Cerda.

nescitis, quoniam membra vestra templum
sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est.) Nec
membra, nisi capiti coniuncta esse pos-
sint, ita ut vnum cum ipso corpus effi-
ciant. Quam rationem opportune vr-
get Venerab. Algerus ex Augustin. lib.
1. de corpore, & sanguine Domini, c. 3.
vbi cum dixisset. Commendavit nobis in
isto Sacramento corpus, & sanguinem suū,
quod etiam fecit nos ipso: nam & nos cor-
pus ipsius factis sumus, & misericordia ip-
sius, quod accipimus, nos sumus: inde sic
refert: Igitur corpus Christis sumus, &
Christus sumus, ita etiam ut in Altario
dem Sacramento signemur. Hæc Algerus,
obserua, & osculare verba egregiū sen-
sum continentia. Christi corpus (inquit)
sumus, & Christus sumus: iam videlicet
vnum cum ipso facti, quin, nisi per nos
steterit, ab ipso iam divelli possimus:
vnde quidem hoc divino Sacramento
in vitam æternam designamur. O rem
mirabilem, & saluberrimam! Ofide-
lem sermonem, & omni acceptione
digum! Facebat ad huius tanti myste-
rii cognitionem, atque conspectum fe-
ralis illa, & ineptissimæ Bellonæ Reli-
gio, siue potius superstitione: cuius memi-
nit Tertullianus in Apologeticæ cap.

9. Hodie istic Bellonæ sacratus sanguis de
fæmore proscisso in palmula exceptus suis
datur signatis. Vbi optimus Scholastæ
Ludovicus de la Cerda, tum inquit: si
gnati autem sunt sacrati, & electi, ut ex-
plicit Heraldus: tum etiam adducit
aliam lectionem Tertulliani, quæ ha-
*bet, *sacratus sanguis de fæmore proscisso,**
*& *suis datus, signat: nempe tanquam**

fiuos, & ate electos. Nuge, nuge
*hæc; & oraculum illa: *Vt in Altario**

dem Sacramento signemur.

Quo signatisime iverit preclarum
illud lignum sanguinis Agni pottibus
domorum Israëitarum illitus ut ab il-
*lo ipsi ab Egyptijs discriminati, mor-
 tem evadent; illæisque atque incolu-
 mes considerent: Sic enim Exod. 12.*

vers. 22. Fasciculumque hysopi ringle in

sanguine, qui est in limine, & aspergite ex

eo superliniare, & utrumque possem,

&c. Transbit enim Dominus percutiens

Egyptios. Cumque viderit sanguinem in

superliniari, & in utroque posse trans-

cendere ostium domus, & non finet percusso

rem ingredi domos vestras, & lacerare. Ni-

mirum si veri Agni umbra, & imago

Israëlitæ difficeret, illæisque erat pro-

testata, & signo vitæ, quid de ipsius in

Agni corpore, & sanguine sperare, &

affirmare debemus? Luculentè hauc

cogitationem diffundente Chrysosto-

mo homil. ad Neophyto, vbi cum pri-

mum dixisset: Cum te egredientem post

Convivium Dominicum viderit inimicus

post cœlestes epulas, tanquam ignem Le-

onis ore flammam fugit, & deserit omni-

rentio velocior, nec approximare contem-

dit, & cum cruentam linguam tuam de-

longe ille crudelis perspexerit, mibi cre-

de non stabit, & cum os tuum senserit

rutilare, gressum suum retro cum timo-

re torquebit: Ex præfatis Oraculi ver-

bis, sic statim id firmat. Vis huius san-

guinis andire virtutem? Redeamus ad

etius exemplum, & priorem typum re-

cordemur, & præstinam Scripturam nar-

remus. In Egypto nocte media Egyptijs

Deus plagam decimam minabatur, ut eo-

rum primogenita deperirent, quia primo-

genitum eius populum detinebant. Sed

ne amata plebs Iudeorum vna cum illis

periclitaretur, quia vnu locus contine-

bat vniuersos, remedium discretionis in-

uentum est: Quid igitur Moses. Oc-

cigite (inquit) Agnum anniculum, &

sanguine eius linte ianuas. Quid agis

Moses? Sanguis ovis rationabilem ho-

minem liberare consuerit? Valde inquit:

non eo, quod sanguis est, sed quia Domini-

cis sanguinis pœnum demonstrat exēplum,

&c. Et tunc Angelus ille valtator, cum

linitos postes, atque aditus pernideret

transfecit gressus, & non est ansus intrare.

IV.

Exod. 12.
 vers. 22.

Chrysost.

Nunc ergo si viderit inimicus nō postibus impositum sanguinem typi sed fidelium ore lucentem sanguinem veritatis Christi tem pli postibus dedicatum, multò magis se sub trahit. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto magis terribitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem. Hæc omnia Chry soltomus.

V.

Sed huic instituto opportunissima est illa promissio Domini apud Ioannē in Apocalypsi cap.2.vers. 17. vincenti facta: *Vincenti dabo manna absconditum: & dabo illi calculum candidum, & in cal culo nomen novum scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit: vbi, si verum excu*

Btis: sive in manna abscondito, sive in calcu lo candido de Eucharistiā sermo

est: nam tum manna absconditum sic explicatur à Ruperto, Primasio, Andræa, Areta, & alijs, & res ipsa pro selo

quitur: tum etiam calculus candidus à Hieronymo epist. 143. cōponitur imò idem esse dicitur, cum calcu lo illo ignito, quo labia Isaiae purificata dicuntur Isaie 6.vers.6. Et volavit ad me unus

de Seraphim, & in manu eius calculus quæ forcipe tulerat de altari, sic enim Hieronymus. Calculus iste, qui à solis LXX. in

terpretibus carbunculus est interpretatus, potest non carborem significare, ut plerique existimant, sed carbunculum lapidem: At

enim hunc calculus ignitum Isaiae Eu

charistiā significare Iustinus M. quæ

stion. 44. ad Ortodoxos, & Anastasius Synaita lib. 8. in Hexameron auctores sunt: Audi Iustinum. Per visionem Isaiae Prophetæ declaratum est Christi mysteriū sedentis in solio gloriæ, & Iesu sū & sanctæ carnis expiantis peccatum impiorum ho

minum, & statim. Quem enim carbonem vidit Propheta immūdis suis labijs admo ueri, significationem habebat Dominicæ car

carnis purgantis ab omni impietate conscienciam eorum, qui eam comedunt. Audi Ana

stasium, qui auctocensu, & per hūc calcu lo ignitum, sanctissimum Christi

corpus in Eucharistiā, & per forcipem, quo ab Altari extractus in os accipien

tis immittitur, purissimam Deiparam per quam panem vitæ accipimus, sic in

telligit. Hunc carbonem Dei Verbi prius descripsit, ac figuravit ille quoque carbo,

quem vidit Isaías in medio esse forcipe, & purgare eius peccata: forceps autem Christi per duas pinnulas eum tenens, est inteme

rataeius Mater & sanctissimum eius cor pus. Hæc Anastasius. Iam vero ad em phasim ac mysterium; quo pruna, sive calculus ignitus, id est carbunculus, qui prunam refert; a Domino signatè calcu lus candidus appelletur: an in um inten de. Porro tunc temporis cum Ioannes scripsit is iudicibus in ferēdis suffragijs mos erat (vt ad hæc verba luculenter ostendit P. Franciscus de Ribera) vt al bis calculis ad absolvendum, nigris ad condemnandum vterentur: vt satis cō stat ex Ovidio lib. 15. Metam. fere ini tio.

Ribera. Mos erat antiquus, niveis, atrisque la

Ouidius.

pillis His damnare reos, illis absoluere culpa.

Tunc quoque sic lata est sententia tristis

& omnis

Calculus immittit ater in

vnam.

Is ergo sensus verbis Domini apud Ioā nem subest, vt Eucharistiā dignè acci pere, perinde sit, atque accipientem à peccatis absolutum, ad vitam æternam designari, quemadmodum ex persona Ecclesiæ Sacerdos calculum hunc can didum in os communicantis immittēs inquit. Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, vnde hæc verba sic effert Ribera. Vincē Ribera.

ti, & nequaquam cedenti Nicolaitarum turpitudini, ego calculum candidum appo nam, id est dignus à me vita & eternæ iudica bitur: reliquos damnabo, quieis paruerint, Quod ultimum ijs qui non ambulant per viam vinearum, qui raro aut nun quam ad Eucharistiā accedunt, benè quadrat.

His egregie concinit, quod subiicit Dominus, & in calcu lo nomen novum scrip

tū, quod nemo novit, nisi qui accipit. Quæ

verba de nomine filij hæredis instituti, sic accipit indidem P. Ribera. Inde hoc

ductum videtur, quod forte nomina absolvendorum, aut damnatorum scribeban

turolim in calculis, aut certe (vt Erasmus inquit) nomen eius, cui in comitiorum suffragijs favebatur in calculo scribebat. No

men hoc, quod se daturum promittit, est vt ego existimo Filius (id est heres) Dei, quo

nomine beati omnes appellantur. Pergit multis post modum afferēdis, vt modò ego præfatā cogitationē ex testamen

ti ratione omnino firmē, cū in Euchari

VI.

Idem.

1. Cor. 11
vers. 25.
Anselm.

August.

VII.

Ammon.
Rupert.

Apoc. 22
vers. 15.

flia testamētū esse Domini, quo hæredes regnī cœlestis instituuntur; aperte si me affirnauerit Dominus inquiēs. *Hic calix novū testamentū est in meo sanguine,* 1. Corint. 11. vers. 25. sub hoc sensu hęc verba accipiente Anselmo, hunc in modum. *Dicitur testamentū in sanguine eius quia munit,* & defendit nos aduersus calumniam hostis antiqui, ne cœlestem hæreditatem possit nobis anferre, sicut litterae illae, que vocantur testamentum hæredem muniunt aduersus calumniatorem, netollat ei hæreditatem. Hac Anselmus: videant ergo fideles; quā ratione cœlestem hæreditatem accipere, & ius ex testamēto ad illā habere debeant, & certosibi persuadeāt, vt nihil ipsis utilius, nihil adeo necessarium esse, vt filii, & hæredes Dei habeantur, quam ad Eucharistiam xpelæpius accedere; ita nihil magis fore timendum, quam fœse ab Altari separare: Quæ fuit mens Augustini in Catenā S. Thomæ ad cap. 6. Ioannis: vbi agens de virtute eternæ inquit. *Hac autem non habet, qui istam carnem non manducat,* nec istum sanguinem bibit. Nam tē poralem vitam, sine ullo alio habere homines posunt: eternam vero omnino habere non possunt. Quod sic plusplus explicat: Non ita est hæc eſca, quam sustentandæ huius temporalis vita causa sumimus, nam qui eam non sumperit, non viuet, neque tamen, qui eam sumperit viuet: fieri enim potest, vt morbo, vel senio, vel aliquocasu pluriunt, qui eam sumperint, moriatur, in hoc vero cibo, & potu, id est corporis, & sanguinis Domini, non ita est: nam qui eam non sumit, non habet vitam. & qui eam sumit, habet vitam, & hanc utique eternam. Hac August.

Hinc opportunè redeo ad verba Domini. Operamini cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam eternam. Hunc enim Pater signavit Deus: vt iuxta constructionem, seu expositionem Ammonij, & Ruperti referentium pronomendemonstrativum hunc non ad Christum, sed ad panem, quasi is à Deo Patre dicitur signatus, idem etiam sensus illi subsit, nimirum. hunc panem filios, & hæredes, qui in domo Patris ad capiēdam hæreditatem manent; à canibus qui foras eiiciuntur (dicente Ioanne Apocalypsi. 22. vers. 15 foris canes) discrimina re, nam vt alius panis, filius alius canibus

impertiur: ita alia sunt alimenta filiorum Dei; alia alimenta filiorum seculi: ita quidem Corinthiis dicebat Paulus 1. Cor. 10 epist. 1. cap. 10. vers. 10. *Quæ immolant vers. 10. gentes, dæmonijs immolant,* & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmonorum. Non potestis calicem Domini bibere, & demonorum. Sed quare? Sanè quia calix Dominis signatus est, vt non nisi filii, & hæredibus propinetur, quin possint de illo, dæmones, & qui eos sectantur bibere; quemadmodū, nec de calice Babylonis (Apocalypsi. 17. vers. 4.) filii Dei bibent: sub hoc sensu capiente Paulum, Clemens. Alexand. lib. 1. Pedagog. cap. Clem. A. 1. hunc in modum. Nolo ergo vos fieri lex. B. participes demoniorum dicit Apostolus eorum inquit qui servantur, & eorum, qui pereunt, separata sunt alimenta, & paulò post: Sed non est consentaneum, vt sint mensa demoniorum participes, qui in vino, ac spiritali nutrimento digni sunt habiti. & c. Res est ergo præclara, & maximè experitas sublatas ad veritatem oculis divino illi, qui in alto est, adhærente cibo. Hac Clemens vbi omnino observa illa: Eorum qui servantur, & eorum qui pereunt separata sunt vers. 4. alimenta, cibus scilicet divinus electis, & in vitam sernatis: mensa vero demoniorum, quæ saeculi homines voluptibus, delicijs, & malis cupiditatibus pascit; iis qui pereunt. Vnde compone calicem Domini, qui ab ipso mysterium fidei, dicitur, vt tradit Ecclesia, cum calice Babylonis, de quo citato loco loannes: Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: & in fronte eius nomine scriptum Mysterium, vt videris quanu separata sint alimenta, & mysteria eorum qui seruantur, & eorum qui pereunt; dum illi de calice, in quo est mysterium fidei: hi de calice Babylonis pleno abominatione, & immunditia bibunt.

Ego, vt hinc grande habes documentum, ad Eucharistiam frequentandam: ita etiam validum argumentum ad bene, aut secus sperandum de futura hominum salute: Bene quidem verum est, notanter dixisse Dominum Ioann. 10. Ioann. 10 vers. 14. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me me: & in & 27. VIII.

diuēm

I. Tim. 12.
vers. 19.
August.

Prospero.

August.

Sexta Sy-
nod.

IX.

didem vers. 27. Oves meae vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & vitam eternam docent, & non peribunt in eternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea: itidemque Paulum non sine allusione ad hæc Domini verba dixisse. Novit Dominus, qui sunt eius, epist. 2. ad Timoth. cap. 2. vers. 19. tum ut ex prefatis verbis nobis innuatur: oves Christi in tuto positas: vnde ibi August. in Catenâ S. Thomæ. De illis ovi- bus de quibus dicitur. Novit Dominus, qui sunt eius, nec lupus rapit, nec fur, tollit, nec latro interficit, securus est de nume- ro illorum, qui pro eis novit, quid dedit: tu etiam ut planum fias, quod à Prospero lib. 2. de vocatione gentium, dictum est. In remorissimo ab humana cogitatione se- creto præsinitio huius electionis abscondita est, & de nullo ante ipsius finem prænun ciari potest, quod in electorum gloriâ sit fu turus. Quare indidem August. paulo an tedixerat. Novit Dominus, qui sunt eius, novit prædestinatos, ipsi sunt oves: aliquando se ipsi nesciunt, sed pastor non vit eam: mul- tæ enim oves foris sunt, & multi lupi in- tus: sic ille, & eodem ductu lib. de ovi- bus, c. 10. O ve te putas: hircum te forte no rit Deus: Ve tamen vero, si quæ hac tem- nus diximus firma (ut putamus) sunt, & bonis cœiecturis agere licet; possumus etiam & nos quodammodo dicere. No- vimus, & nos per coniecturas, qui sunt Dei; novimus bonis argumentis dueti, iij de quibus bene sperari vita, atque iij de quibus timeri mors possit, cum vi- deamus virum stola candidâ indutum, iuxta altare milites ad stipendia ritæ per- cipienda accipientes divinitus discernen- tem; non secus, ac si Christi oves propria ipsius nota, & charactere consignet, & ab alienis, sive ab hircis neci destinatis discriminet. Pro hac cogitatione ita primum fideiubente Sexta Synodo ge- nerali Canone 101. Qui salutari passione cœlestem affectus est dignitatem, mandu- cans, & bibens Christum, omnino ritæ ap- plicatur aeternæ. Quid clarius? Deinde vero egregia visione cœlestium spiri- tuum eos qui dignè communicant in memoriali conscribentium ad vitam.

Et enim ut videris, quomodo & ve- teribus nova, & propheticis Euangeli- ca consentiant ad S. Maximum lib. de Ecclesiastica Mystagoga affirmantem,

Divinum illum Sanctum Dionysium per cupientem fideles ad frequentem Eu- charistiæ sumptionem allicere; solitu- ipso certiores facere, adeste in Altari sanctos Angelos eos, qui ad illud dignè accedunt in memoriali describentes, & inter domesticos Dei computates: Do- tibi Sancti Maximi verba, lunt illa. Bea- tus senex (S. Dionysius) nec adhortari ces- sahat oportere omnem Christianum beatæ Ecclesiæ vacare, & nunquam abesse à fa- cera communione, quæ in ea peragitur, prop- ter sanctos Angelos, qui in ea permanent, & eos, qui ingrediuntur semper describunt, & Deo aperiunt, & pro eis orationes fa- ciunt, & propter Sancti Spiritus gratiam, quæ in visibiliter quidem semper perma- net, maximè autem, & propriâ ratione tē- pores synaxis; & unumquemque eorum, qui inveniuntur, transmutat, & transformat. Hæc omnia ex sensu S. Dionysi, S. Ma- ximus, omnia pulchra, & suis locis sin- gillatim expendenda: modo ex illis ad rem obserua ista: Et eos qui ingrediuntur (ad sacrâ communionem) semper desci- bunt, & Deo aperiunt, ut velut indice eos Deo cōmonstrent: & vt caros, & ami- cos commendent, tantum non dicen- tes: Ecce Domine amicos, & familia- rest eslerâ vita insignitos: Quam vim habere videtur metamorphosis de qua dicit: Et unum quæque eorum, qui inveniū- tur, transmutat, & transformat: sacram videlicet Christi stolam, quæ ipse iuxta altare indutus dicebatur ipsis imponens, & cœlesti, & glorioso amictu induens, ut ipsummet Dominum repræsentare videatur. Pro quo audi Chrysostomum hom. 45. in Ioannem, qui ac si hæc om- nia ob oculos haberet, sic in primis tu de Angelis servantibus, tum de diris va- statoribus inquit. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, Angelos, & An- gelorum Dominum ad nos allicit: Dæmo- nes enim, cum Dominicum sanguinem in nobis rident in fugam vertuntur, Angeli autem accurvunt: Subinde vero, de felici transformatione, quæ ijs qui com- municant à Regio Christi indumento accedit; ita loquitur: Ut enim homo ser- uos auro emit, & ornat; ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt pa- ticipes, cum Angelis, & Archangelis, & sa- pernis virtutibus commorantur, ipsam regiam stolam induit ipsius Christi. Hæc

Chrysost.

ibi:

Idem.

ibi: Sed illud multo opportunius intitu-
to, quod persequimur, quod ipse met
habet hom. 3. de incomprehensibili natu-
râ Dei, hunc in modum: *Nam ut homi-
nes ramos olearum gerentes movere Reges
consueverunt, eoque arboris genere miseri-
cordiam commemorant, & humanitatem:
sic Angeli tunc pro ramis oleaginis corpus
Domini ipsum protendentes rogam pro ge-
nere humano, quasi dicant. Pro his Domi-
ne rogamus, quos tu adeò dilexisti, ut pro
eorum salute mortem obires: pro quibus ip-
se tuum largitus es sanguinem, pro quibus
corpus hoc immolaisti. Sic Chrysost.*

X.

Roman. 9.
vers. 21.

Sed ut aliquid, quod & nostræ con-
iecturæ, & illis Pauli verbis. *Novit Do-
minus, quis sunt eius, opportunum fuerit
afferamus: Audi ipsummet Apostolorum
ad Roman. 9. vers. 21. de arcane, & ob-
curissimo divinæ electionis mysterio,
sic differenter: An non habet potestatē
figulus lutrex eadem massa facere aliud
quidem vas in honorem aliud vero in con-
tumeliam. Quod si Deus volens ostendere
iram & notam facere potentiam suam sus-
tinuit in multa patientia vasa iræ apta in
interitum, ut ostenderet divitias glorie
sue in vas a misericordie, quæ preparavit*

Lect. Sy-
riaca.

*in gloriam, sive ut ell in lectione Syria-
cæ, quæ parata sunt Deo ad gloriam, ubi cū
electos vides vasa esse in honorem, &
quæ Deo ipsi ad gloriam parata sint: in
felices vero exitio destinatos, vasa dici-
m contumeliam, infamis, ac vilibus mini-
sterijs inservientia: vellem à te perqui-
tere, quid, domum aliquam ingrediens,
de vase auro, & pretiosissimo parato
Dominus domus ad gloriam coniecta-
res? hoc ne! vas in honorem? an vero in
contumeliam appellaveris? Credo equi-
dem, nec vanas fides: indubitanter te af-
firmaturum, vas illud in honorem esse:
Audi ergo quid de Eucharistiam acci-
piente, & Christum Dominum apud se
recondente dictum prius in figura, &
suinde a Cyrillo Alexan. explicitum fue-
rit: Sic enim habetur Exod. 16. vers. 33.*

Exod. 16.
vers. 33.

*Dixitque Moysés ad Aaron. Sume vas
vnum, & mitte ibi man, quantum potest
capere gomor, & repone coram Domino,
ubi notanter LXX. & PP. Graci. Acci-
pe vas aureum vnum, &c. Sanctus vero
Cyrillus Alexan. lib. 3. in Iohann. cap. 34.
ad fine in pulcherrimum hunc reddidit
ijs verbis sensum: Ex admiratione iam ex*

climauerim. O profunditatem dicitiarum
sapientie, ac cognitionis Dei! Incompre-
hensibilis nempe in Scripturis sapientia latet,
& magna profunditatis altitudo in ipsis
invenitur. Considera, oro, diligenter, quid
in hac ultima particula reconditum est. Nā

A quontam verum manna illo sensibili figura-
tus est Christus; necesse nunc docet, quæ
gloria, & virtute plenus est, qui Christum
in se ipso recondit, qui ESVM in corde per
veritatem, ac fidem reclam fixum firmiter
gerit. Audis enim? quomodo Vas aureum
per Aaron impletur manna & coram Deo
ad perpetuam conservationem reponitur?
pia enim sancta anima, quæ Christi fidem co-
cepit que totum in se ipsa cælestem thesa-
rum condidit, pretiosum atque aureum Vas,
& à Pontifice omnium Deo Patri offere-
tur, servabiturque in conspectu eius in ater-
num. Hæc S. Cyrillus Alexan. quibus ni-
hil illustrius, nihil opportunius, nihil
quod maius ad fidelium consolationem,
& spem futuræ glorie sit, dici potuit.
Sed adrem preme illud: Quæ gloria, &
virtute plenus ast, qui Christum in se ipso
recondit, nec non istud, pretiosum, atque
aureum Vas, & à Pontifice omnium Deo
Patri offeretur: vt ex his de vase in hono-
rem, & de vase in contumeliam haud
difficile possit dijudicare. Quid enim
dixeris vas in honorem? nisi pretiosum
& aureum? Quod dixeris paratum Deo
ad gloriam? nisi illud quod à Pontifice
omnium Christo, Deo Patri offertur?
Vt enim homo seruos auro emit, & ornat,
ita nos sanguine suo Christus.

D Enimvero sub hoc sensuapiendus
est Gregorius Nazianzenus orat. 17. ad
cives Nazianzenos timore percusso, &
ad Praefatum irascentem, cui signatè, ut
ad clementiam inclinaret, Eucharistia
sacrificium offert, eterim cū dicit: *Christum tibi offero, Christique pronobis
inanitionem & impatibilis passiones, &
clavos, quibus peccato solutus sum, &c.*
subdit: *Atque adeò mensam hanc, ad quæ
communiter accedimus salutisque mes ty-
pos quos eodem ore perago, quo hanc ad te
deprecationem oboeo: hoc, inquam, sacro San-
ctum mysterium, atque in cælum nos tol-
lens. Sic Gregorius: Vbi cuni aliquale
negotium fac esset Scholiastibus, Eliæ
Creensi in eam orationem, & Iacobo
Bilio in orat. de Lande Gorgonice, illa
vox typos, tanquam minus opportuna*

XI.
Nazian

E *expli-*

explicandæ verae, & realis existētio cor
poris Christi in Eucharistiā, eaq; de cau
ſa varia illi adhibeant explicationes;
illa nobis videtur expeditor, vt typos tā
Græcē, quam Latine pro symbolo, &
teſterā ſumatur: elegantique locutione
Nazianzenus Eucharistiā appellat fa
lutis ſymbolum, quo fideles gloriōſe,
tanquam amici, & affeclæ inſigniti ab
infidelibus discriminantur: ſicuti inpre
lio peculiari ſymbolo ſocij ab hostibus
& exploratoribus dignoscuntur, vt in
Marij exercitu Lardeus: in caſtris Syllæ
Apollo Delphicus, inter Cesarianos Ve
nus genitrix pro ſymbolis habebantur:
Cape ergo ō Christiane, certum ſalutis
tuæ ſymbolum Eucharistiā, illi addi
ctus, illi deuotus, illi ſtudioſe frequens
eſto: illam pro ſymbolo, pro teſterā pro
titulo, quo inſcribaris habeto; ne vnu
quā perdaris, aut pereas, ſed tāquā Deo,
& Dei vſui dicatus eius nomine inſcrip
tus ſerveris: quod ſi malofato perditus
aliquādo fueris, haud difficile inuenia
ris, ſicutum eſt illud enim ex Luciano in
ſectis de phialis tēplo dicatis, quæ deo
rum nominibus inſcribebantur: Ceterū
ignorantie cauſam vna eſſe arbitror, quod
nullo titulo inſcripta ſit deperdita phiala.
Ponamus enim amissam eſſe phialam, quæ
ſe Dei nomine, aut eius, qui illam templodi
catam conſecrauit foret inſignita, titulo,
minor in perſerutando labore defatigare
mur, & ea quæ in ſcriptiuncula notata fo
ret reperta, finem faceveremus exeundi. Si
ergo phiala ſine vas aureum Eucha
riſtā titulo inſignita.

XII.
Luc 15.
vers. 4.
Tertull.

Et verò pro hac cogitatione bonus
pastor fideiubere videtur, qui oves
ſuas Eucharistico charactere designat;
ne pereant; et ſi forte aliquando errave
rint, tā quas ovis, quæ perit; ab ipſo quæ
ſitæ inveniantur: vt in parabola ovis de
perditæ à pastore inventæ, & in hume
ros impositæ apud Lucam 15. vers. 4.
omnino vides: Ni mirum, quod ex Ter
tulliano lib. de pudicitia, ſæpius memi
niſſe me memini, vetus fuit in primiti
vâ Ecclesiâ mos ad noſtra etiam tem
poraperdurans, vt in calicibus Eucha
ristiæ dicatis bonus pastor ovem deper
ditam in humeros ſublatam baiulans
depingeretur. Procedant (inquit Tertul
lianuſ) ipſæ picturæ calicum vſtorum, &
poſt nonnulla. Cui ille, ſi forte patrocina

A bitur Pastor, quem in calice depingis, vt ar
gumento fit; hoc ſymbolo ſalutis fide
les, & ſeruari in columnis: & perditos à
paſtore dignati, & vt ſic dixerim, mi
nor in perſerutando labore defatigari,
atque inveniri: in quem tenſum inſflexe
ris, quod de Eucharistiā ſub imagine
botri illius ab exploratoribus terra pro
missionis ad illius fertilitatem oſten
dani delati, Numer. 13. vers. 24. dixit
Clement. Alexan. lib. 2. Pedagog. cap.
2. hunc in modum. Hoc ſignum eſt ijs,
qui ad quietem ex errore inſtituti ſunt: ma
gnus botrus, nempe Dominus pro nobis ex
B preſſus cum ſanguine vno Verbum ſciliſſet
aqua temperari voluerit. Nec dubitaver
im hanc doctriuam à fidelibus Eucha
riſtā ſtudioſis ad prouincias, & regna
dilatare, atque diſfundere, vt quæ Eu
charistiā pro ſymbolo habent, tutiſſi
mā quiete perſeruantur, & florentiſſima
aduersus omnium inimicorum inſidias
conſtant.

Num. 3.
vers. 24.
Clem. A.
lex.

C rediderim quidem, quando huc
evasimus: lectori iam nos criminis
arguere, quod non illico pro tanto ſalu
ti noſtræ argumento, & æternæ beat
itudinis teſterā Beatissimam Virginem
interventricem, patronamque feceri
mus; cum de ipſa dici debeat. Dux fe
mina facti. Ergo vt tam piæ, tanq; iuitæ
querimonix faciatuſ ſaris: illud ſume
re fuerit operæ pretium ex dictis in alte
rà parte de Mariâ forma Dei. Mariam
non incongrue librum vitæ dici, eſte
que, in quo electorum nomina conſcri
bantur. Nam primum quidem de ipſa
Dominus Iſaiam ſic admonuit cap. 3. Ifai. 8.
vers. 1. Sumetibi librum grandem, & ſcri
bi in eo ſtylo hominis, ad Mariam hac ver
bare referentibus PP. quos vbertim afferi
mus lib. de Mariâ immaculatâ conceptâ,
lib. 2. diſert. 2. ad not. 1. totâ: Deinde ve
rò ab Ecclesiſticocap. 24. vers. 32. cum
ipſe ſub varijs figuris, & imaginibus de
Deipara egilſet ſignate liber vitæ, hunc
in modum dicitur. Hac omnia liber vi
tæ, & teſtamentum Altissimi in huc ſen
ſum, ſic inſlectente hac verba Richardo
a S. Laurent. lib. 9 de laudibus Virgi
nis, his verbis. Hac omnia liber vitæ, hoc
eſt, horum omnium, quæ haclenus recenſu
mus ſimilitudinem continet B. Virgo, quæ
eſt liber vitæ. Hac inquam omnia eſt ipſa
B. Virgo, de qualocutus ſum ſub metopho

XIII.

Iſai. 8.
vers. 1.

Eccl. 24.
vers. 32.

Richar. à
S. Laur.

E

ræ florum arborum, aliorumque multorum est liber vita, beatis in patria; ac proinde ipsa est liber Beatorum. Hæc Richardus: iam vero quando, & quæ ratione in hoc Mariæ libro electi ad vitam fuerint conscripti animadvertere fuerit operæ pretium. Quæ de re: audi primùm quid de electis sorte felicissimæ ad vitam a Domino in lucem editis dixerit Salomon:

Cant. 5.
vers. 14.

Cant. 5. vers. 14. Venter eius eburneus distinctus sapphiris, ubi quod alibi ex Procopio obseruas me memini nullo modo ventris vocabulo externus, carneus que significatur venter, quippe longe ita imago tā à decoro pudicissimæ ipsæ loquëtis, quam ab eius instituto, sed sumpto contento pro continentí sermōnis de germanis Christi filijs, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Ioan. 1. vers. 13. sic

Ioan. 1.
vers. 13.

hæc verba effente Procopio in Exodum: Ventrem Christi nominat Sponsa Sæ

Procop.

ctorum chorūm, quem ipse in aliam lucem

LXX.

protraxit, & fovit: Vbi illud etiam ob-

Theodor.

terua LXX. in huius loci versione pro-

Nyssen.

ventereius eam vocem Græcè posuisse;

Catena.

qua a pluribus PP. vt Theodoreto, Ny-

Psephus.

seno, Catena trium PP. Pſello, & Apo-

Apon.

nion: nec non a Hieronymo in cap. 2. Eze-

Hieron.

chielis, & ab Ambroſio de obitu Valen-

Ambros.

tianiani legitur tabula eburnea, vt allusio-

Lecl. Sixti.

ne facta ad tabellam, in qua ab scripto-

Hebr. 12.

ribus antiquitus exarabuntur litteræ: in-

vers. 23.

telligentur cives Sanctorum, qui conscripti sunt in cælis, ad Hebræos 12. verl.

23. non atramento, sed digito Dei vivi:

à lectione vero Sixtiana, & alijs PP. ver-

Ephes. 1.

ti pyxis eburnea operta sapphiris, sive su-

vers. 11.

per lapidem lapphirum ducta similitu-

dine à pyxide reclusa, sive vaseculo, in

quo eorum suffragia seu sortes mitte-

bantur, qui ad munus aliquod erant as-

sumendi: plusplus è lectione eundem

vers. 11.

sensum exprimente, quod electi, vt for-

te vocati a Paulo dicuntur Ephes. 1. v.

11. In quo etiā. & nos sorte vocatis sumus,

prædestinati secundum propositum eius, & E

Colos. 1.

Colofent. 1. vers. 12. Qui dignos nos fe-

vers. 12.

cit in partem fortis Sanctorum in lumine:

Eccles. 9.

ita in pyxide, sive vaseculo operti, & co-

vers. 1.

signati sint, quin nemo norit, utrum odio

XIV.

vel amore dignus sit. Eccles. 9. vers. 1.

Eccetibi electos ad vitam, & sorte

vocatos prædestinatos secundum pro-

positum eius: iam eorum tessera, &

characi rem, extitit Canticorum lo-

code ventre sponsi obtenua dicente de

Maria sero Spōlo: Venter eius sicut acer-

vus tritici vallatus lilijs, Cant. 7. verl. 2

ad Mariam id referente, Ambroſio lib.

de institut. Virginis, cap. 14. hunc in mo-

dum. In eo enim acervus tritici & lily flo-

ris gratia germinabat, quoniam Christum

generabat granum tritici, & lilium. Gra-

num tritici secundum quod scriptum est. Amē-

amen dico vobis, nisi granum frumenti

cadens in terram mortuum fuerit, ipsum

solum manet: Sed quia de uno grano

tritici acervus est factus, completum est il-

lud propheticum. & convalles abunda-

bunt frumento, quia granum illud mor-

tuum plurimum fructum attulit. Hoc ita

que granum omnes homines perpetuæ cœ-

lestium munerum escâ saturauit. Consum-

matum est illud propheticorū eloquiū. Ci-

bauit eos ex adipe frumenti, & de petra

melle saturavit eos. Hæc omnia ex Am-

broſio, quibus omnino adstruit Virgi-

nē, quæ Mater fuit Domini, ipsumque

singillatim ad Eucharistiam instituen-

dam permovit (vt in superioribus vidi-

mus) itidem etiam fertilissimæ sege-

ris, acervique tritici electorum genitri-

cem fuisse: quæ ipsos cœlestis nuncris

escalaturavit: Ergo & venter Christi Sæ

ctorum chorūm in aliam lucem pro-

traxit, & fovit, qui ex Deo nati sunt, &

venter Mariæ eosdem met Dei filios in

lucem editos dum cibavit ex adipe fru-

menti, & de petra melle saturavit, in sa-

cratum electorum acervum collegit;

& salutis æternæ tessera consignauit.

Cant. 7.

vers. 2.

Ambroſ.

Ioann. 12.

vers. 24.

Psal. 64.

vers. 14.

Psal. 80.

vers. 17.

IN EVCHARISTIA A MARIA
futuræ gloriæ nobis pignus
datur.

AD NOTATIO VI.

ITA quidem dissertissimè absque
vñis ambagib⁹ in Eucharistiæ fu-
turæ beatitudinis nobis pignus da-
ri, canit Ecclesia: Quid vero, hoc
pignore maius⁹ pretiosius⁹ aut optabi-
lius esse posse in re tantæ; immo in re vñ-

quæ

Tertull.

qua non in compede, aut pileo vertitur
 (vt loquitur Tertull. lib. de penitentia,
 cap. 4.) Sed in eternitate premij, aut sup-
 plicij, salutis, & beatitudinis eterne pig-
 nus a Deo datum habere? Sed quid mi-
 rum? cum eademmet Mater Ecclesia
 dictura futura gloria nobis pignus datur;
 praemittat, mens impletur gratiae: quid
 enim fuerit mirandum? Deum ei glo-
 riā fore elargitur, quem gratia sua
 prius implet. Qui in hac vita se nobis ex-
 hibet (inquit Chrysostom. hom. 44. in Ioā.)

multo magis in futura. Enimvero huc

omnino it pignoris imago: benē id ob-
 servante Gregorio Magno lib. 16. Mo-
 ral. cap. 2. vbi cum dixisset pignoris ap-
 pellatione in Scripturā dona Spiritus
 Sancti significari, vt 2. Corint. 1. vers.

2. Cor. 1. 22. Quidedit nobis pignus spiritus, subij-
 vers. 22. cit de suo. Ad hoc enim pignus accipimus,
 vt de promissione, quae nobis fit, certitudine
 teneamus. Donum ergo Sancti Spiritus pig-
 nus dicitur, quia per hoc nostra anima ad in-
 terroris spei certitudinem roboratur. Sic
 Gregorius. Ergo vide vt prodigū illū
 ad domū patris: & bonam frugē rever-
 tentem quantabenevolentia pater ex-
 ceperit; quibus amoris signis adorna-
 verit: referente Luca cap. 15. vers. 22.

Dixit autem pater ad servos suos. Cito pro-
 ferte solam primam, & induite illum, &
 date annulum in manu eius, & calceamen-
 ta in pedes eius. Et adducite vitulum sagi-
 natum, & occidite, & manducemus, &
 epulemur. Mitto alia, vt cum Tertulliano

lib. de Pudicitia, cap. 9. annulum mo-
 do expendam: sic namque ille: Annul-
 lum quoque accipit tunc primum, quo si-
 dei pactionem interrogatus obsignat, atque

ita exinde opimitate Dominici corporis
 recessit, Eucharistiā scilicet: Sic ille, vbi
 oblerua opportunum nexū annuli, &
 Eucharistiā in mutuum fidei signum,

itidemque vt eodem pignore, & Dei,
 & communicantis corda coniungan-
 tur, & mutuā charitate copulentur: hāc
 significationem annulo reddente S. Ili-

doro Hispalensi lib. 2. de divinis offi-
 cijs, cap. 19. his verbis. Annulus sponse
 à Sponsodatur, vel propter mutuā fidei sig-
 num, vel propter id magis, vt eodem pig-
 nore eorum corda iungantur: unde & quar-
 to dīgō inscritur, quod per eū rena qua-
 dam sanguinis ad cor vsque co-veniat. Hęc
 Isidorus: ex quibus habes, in Euchari-

stia Deum homini oppigneratum ma-
 nere, mutuamque fidei pactionē in ea
 obsignatam intervenire; vt a cordium
 coniunctione futuram gloriam fiden-
 ter speret; qui annulum a Deo obtine-
 re meruit.

Vbi non omiserim in dubium ver-
 tere: quid maius? quid tutius fuerit? an-
 nulum in manu Dei esse: sicut & lecho-
 nias fuisse dicitur: Ierem. 22. vers. 24. &
 in Apocalypsi cap. 1. vers. 16. stellæ in
 dexteræ eius esse cincuntur, vt a pluribus
 id tubo sensu explicatur: an vero ho-
 minem Deum ipsum tanquam annulū
 in manu habere, quod perinde est, ac ab
 illo in Eucharistiā, in qua se ipsummet
 homini communicat, annulum accipe-
 re? Et vero et si utrumque denotet, ho-
 minem apud Deum gratia valere, sive
 gratia ipsius frui; minime dubitaverim
 præferre annulum Dei, sive annulum
 Deum in manu meā habere, quam an-
 nulum in manu Dei esse: testante Domi-
 no de lechonia ibi: Si fuerit Iechonias fi-
 lius Joachin Regini Iuda annulus in manu
 dexteræ meæ, inde e vellame eum: si videli-
 cet a rectitudine deflexerit, ad quē etiā

C modum accuratā locutione Dominus
 apud Ioan. 10. vers. 27. & 28. Oves meæ
 vocem meam audiunt, &c. Et non rapiet
 eas quisquam de manu mea, sic eam eluci-
 dante Maldonato. Quibus verbis nihil
 aliud, quam potentiam suam declarat, quā
 tum in se est, oves suas non esse perituras: ne-
 minem fortiorē esse se, vt eas de manu sua
 possit eripere: si percunt, suā ipsorum volū-
 tate, non ipsius infirmitate perire: vbi vi-
 des annulum in manu Dei ab ipsa evelli
 posse: & oves, et si de manu eius rape-
 re quisquam non valeat; at ipsa sua ip-
 sarum volūtate posse perire: At, inquis,
 sed quid maius, minusve in Dei annulo
 neā manu inserito inveniri valer? non
 ne ipsem annulus fese excutere de
 manu poterit? vel qui eo præditus est,
 non poterit in peccatum labi? Quo er-

E go præstantior erit, qui illum in manu
 accepit? Dixerim cogitationem non
 tam argutis, quam moralibus auribus
 excipiendam: Et quidem dum vim fa-
 cimus sensu, & significatione pigno-
 ris, cum in Eucharistiā Dominus se no-
 bis, tanquam pignus future gloria da-
 tur, non omnino incepte inde securita-
 tem salutis nostræ adornamus: quippe

H.
 Apoc. 1.
 vers. 16.
 Ierem. 22
 vers. 24.

Iean. 10.
 vers. 28.
 Maldon.

multo

S. Isidor.

multò securior à Deo, vt annulo nisi
inserto, & opignerato, quam à me ipso,
vt annulo in Dei manu posito; red-
dor: nam vt ego, quæ mea imbecillitas
seù malitia fuerit, perire velim, & de
manu Dei cadere: ipse, qui fæse per Eu-
charistiam meæ saluti oppignerabit, &
benignitatis suæ vestigia, & semen vi-
tae; necnon digitorum suorum signa in
me reliquit: suam veluti causam agens,
perditam orem queret, & per stigma,
& characterem investigans, ad caulas
suas tandem revocabit: In quem sen-
sum inflecto tum Augustinum serm.

August.

31. de verb. Domini, dicentem. Promisso-
rum suorum nobis Deus chirographum fe-
cit non debendo, sed promittendo debitore
se fecit. Non possum ergo dicere ei. Redde
quod accepisti, sed planè dicimus. Redde
quod promisisti: tum vel maximè veter-
em primævæ Ecclesiæ morempingē-
di in calicibus bonum pastorem cum
ove perditæ in humeros sublatæ, cùeūs

meminit Tertullianus lib. de pudicitia,
cap. 7. inquiens. Vbi est ovis perdita, à
Domino requisita, & in humeris eius ere-
cta: Procedant ipse pictura calicum vestro-
rum, si vel in illis perlucebit interpretatio
peccatis illis. Vbi omnino videris ex-
presum, quod ab Amos 3. vers. 12. dicitur.
Quomodo si eruat pastor de ore leonis
duo crura, aut extremum auriculæ sic eruat
tur filij Israel. Notante ad hæc verba S.
Eulogio Archiepiscopo Alexandrino
lib. 4. contra Novatianos, solitas oves in
aurestigmate designari: atque inde nos
moneri, non fore despiciendos pecca-
tores, qui Doministigma, & charac-
tem habent, cum inde ab eo investiga-
ri, & inveniri soleant: dicente Vate. Er-

Psal. 118
vers. 176
Psalmi 118. vers. 176.

ran sicut ovis, quæ perit. Quæ servum
tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

III.
Philip. 3.
vers. 12.

Quò quidem advoco Paulum non
semel huic rei valde opportunum: Nā
in epistola ad Philippienses cap. 3. versi-
o 12. sic optabat: Sequor autem si quomo-
do comprehendam, in quo & comprehen-
sussum à Christo IESV, quod perinde
fuit, ac si diceret; enitor comprehendere
Christum è ratione, ac modo,
quo me ipsum ille comprehendit, vt
videtur expreſſie Theophylactus in-
quiens: Hoc est, ipsum me insectatus est
Christus, comprehenditque fugientem,

A & retraxit, obstringor itaque, & ipse tan-
dùm hunc persequit, quoad comprehensum
detineam: Sed fuerit opera pretium ab
codem Paulo editcere modum, quo à
Christo tam ipse, quam nos omnes cō-
prehensi sumus. Ergo ipse in epistol. ad
Hebreos c. 2. vers. 16. notanter inquit.
*Nusquam enim Angelos apprehendit, sed
semen Abraham apprehendit:* ubi maximè
obſervādum est Græcum verbū, quod
respondet Latino, apprehendit, quod
propriè significat, manum in pignus ini-
cere. Hinc ergo cape modum, quo Pau-
lus Christum comprehendere volebat:
vt occurreret ad resurrectionem, quæ est
ex mortuis (vt immediate ante dixe-
rat) nempe vt in ipsum tanquam in pig-
nus manum iniiceret, quo sibi velut ex
iustitia, & iure Christum obstrictum te-
neret: vt nobis documento sit, eum qui
digne ad Eucharistiam accedit, eo mo-
do Christum comprehendere, vt in ip-
sum tanquam in pignus manū iniiciat,
quo futuram gloriam velut in manibus
habeat. Quem planè sensum habere di-
xeris Augustinum serm. 34. de verbis Do-
mini, dum occasione illius suspirij adi-
cumbente cum Domino apud Lucam
14. vers. 15. editi. Beatus qui māducat pa-
nem in regno Dei, & parabolæ de Eucha-
ritiâ ab ipso Domino tunc propositæ,
inquit. Vnde autem tanquam occasio nata
est Domino, vt de istâ cœnâ loqueretur?
Dixerat unus de discubentibus, in conve-
nio enim erat, quo fuerat invitatus. Beati
qui manducant in regno Dei panem.
Quasi in longinquitate suspirabat, & ipse

D panis ante illum discubebat. Quis est pa-
nis de regno Dei, nisi qui dixit? Ego sum
panis vivus, qui de cœlo descendī. Hęc
August. vt dixerit: Quid suspiras in lon-
ginquâ? Ecce vita æterna, & panis reg-
ni Dei antete est, iniice manus in pig-
nus, quod ad regnum omnino te per-
ducet: ita quidem opportunitissime S.
Thomas opuscul. 58. de Sacramento A.
laris cap. 23. intulit inquiens. Si ergo cor-
pus Christi sumptum pignus est vite æter-
ne, & pignus non dimittitur, donec id pro-
quo impignoratur, accipitur, profecto per
hoc ad vitam æternam perducimur. Quæ
omnia Chrysostomus lib. 6. de Sater-
dotio, ita confirmat: Animæ corum, qui

E hoc Sacramentum in fine vite suscipiunt,
ab Angelis propter assumptionem illud Sacra-
mentum

*Hebr. 2.
vers. 16.*

*Græca Le-
ctio.*

*Luc. 14.
vers. 15.
August.*

S. Thom.

Chrysost.

mentum hinc recta in cœlum deducuntur viæ: eorum vero corpora satellitum more stipantibus Angelis custodiuntur in vitam æternam. Hæc Chrysostomus.

IV.
Cant. 2.
vers. 3.

Hinc planè sacra Sponsa sibi met dicit gratulabatur, Cant. 2. vers. 3. inquietus: Sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, quæ de Eucharistiæ fore accipienda Gregorius Nyssenus, Rupertus, Anselmus, Philo Carpatius, Psellus ibi, & Ambrosius epistol. 62. ad Irénæum, Auctores sunt: Sed quando? rogo, hanc umbram desideraverat Sponsa? sive quando ipsi venit in mentem? ut de ipsa coniectaret? Sanè quando in primâ illa in susflatione vitæ a Deo acceptæ huius divini pignoris umbram, sive pignus in ligno vitæ in paradiſo positi accepit: subtiliter de hac de re differente Ambrosio lib. de paradiſo, cap. 5. vbi occasione arboris vitæ in medio paradiſi collocatae, sic inquit. Erat autem vita, sicut Apostolus dixit, abscondita, cum Christo in Deo.

Collos. 3.
Aubros.

Homo ergo si ve in umbrâ vitæ erat, propter figuram futuram, quia umbra est hac, quæ nunc nostra vita in terra, si ve in quodam pignore vitæ erat, quia habebat in susflationem Dei. Habebat ergo pignus immortalitatis, sed in umbrâ vitæ positus absconditam vitam cum Christo in Deo vulgari quodam tactu, & aspectu videre, & capere non poterat. Hæc Ambrosius, tam subtilia (fateor) quam difficilia, sic enim est, ut nulla sine difficultate subtilitas sit, vt inquit Seneca epist. 59. Sed enim sic ex his nucleus excutio, vt sit sensus, non umbrâ umbræ, non pignus pignoris; sed vitam, quæ abscondita erat cum Christo in Deo, quæ videlicet adūbrabat lignum vitæ, hanc desideratam ab sponsâ, illam scilicet, quæ in Eucharistiæ continetur, quamante Christum, vulgari quodam tactu, & aspectu videre, & capere non poterat: In hunc sensum accipiente S. Thomâ citato loco verba Proverbiorum cap. 3. vers. 18. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, hunc in modum. Sicut in paradiſo fuit lignum vitæ ita per Sapientiam Dei, qui est Christus, vivificatur Ecclesia, cuius nunc Sacramento corporis, & sanguinis, vitæ æternae accepit pignus. Hæc S. Tho-

Seneca.

Prov. 3.
vers. 18.
S. Thom.

ma: Ergo Sponsa, quæ iam diu non habet umbrâ umbræ, sed sub umbrâ vitæ est in Eucharistiæ consistentis esse desi deraverat, cum tandem sub ipsa confedit, opportune dixit: Et fructus eius dulcis gutturi meo: quippe quæ manu in pignus futuræ gloria iniecta, ipsam iam beatitudinem prælibavit, vti Drogo serm.

Drogo.

A

B

C

D

E

de Dominicæ Passionis Sacramento à nobis alibi adductus efferebat Vatis verba de Eucharistiæ labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, Psal. 127. verl. 2. hunc in modū. Labores manuum tuarum manducabis, & iam beatus es, & bene tibi erit in futuro, obserua, & iam beatus es: Unde? à pignore scilicet, & gloriæ prælibatione: ita quidem Basilius in id Psal. 33. Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: opportunè dicebat. Quoniam nunc ex parte cognoscimus, & per speculum & in enigmate veritatem videmus: veniet autem quaque tempus, quando huiusmodi sua uitatis prælibatio, & qualiscumque gustus ad perfectam pertingat fruitionem: ita Basilius: Preme illud: Huiusmodi suavitatis prælibatio, cuius? certe non altius, quam Divina, atque ideo fructus dulcis gutturi ruminanti, & secum cogitanti. Quod si tantam dedit huic vita escam (ita Augustin. in verba Psal. 110. vers. 4. escam dedit timentibus se) si Verbum carnem factum peccator iustificandus accepit, quid in futuro seculo iustificatus accipiet? Sic Augustinus.

Basilius.

August.

Ita quidem Dominus apud Lucam cap. 11. vers. 4. sub imagine illius, qui

V.
Lnc. 11.
vers. 4.

ibat mediæ nocte ad amicum petitorum ab eo panes, in hunc modum nos ad insistendum spei, & ad diuinam opem cum omni fiduciâ postulandum admonebat: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum medianocte? Et dicit illi. Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod apponam ante illum: Quæ verba in peccatorem, qui cum aliquando, malo fato, à Dei obliquo deflexisset; denuo ad bonam frugem se recipiens ad Dei ianuam pulsat, vt Eucharistiæ panem peccator iustificandus acciperet. Sic eleganter inflavit Tertullianus lib. 4. contra Macionem, cap. 41. Amicus autem etiam offendit, magis creatoris est homo, quæ Dei

Tertull.

Marcio-

Marcionis: ita que ad eum pulsat, ad quem illius erat, cuius ianuam norat, quem habere panes sciebat, cubantem iam cum infantibus, quos nasci voluerat. Hæc Tertullian. Ex quibus non absimilem Augustini illusioni ratiocinationem sic facile conficies: Si Amicus etiam si offendat, meritò ad Deum pulsat, quod ad illum panes habentem ius habeat; qui infans illius est, & ab eo debeat enutriri, accepto iam ab ipso vitæ pane, qui futuræ gloriæ pignus est, quomodo ius non habebit? vt manducet panem in regno Dei? In quam sanè sententiam Petrus Venerab. lib. contra Petrobrusia nos hereticos, ad articulum 4. ad finem, in ipsamet panis imagine opportunè vim facit, vt sicut ille corporalem vitam sustentat: ita & cœlestis panis in præsentivita sumptus; æternæ vite pignus, & causa sit. Audi. Ut igitur (inquit) vita æternæ spiritualiter, & invisibiliter mundo in presenti collata corporaliter, & visibiliter in futuro conferenda signaretur data est caro Christi sub specie panis ad comedendum, datus est sanguis Christi sub ratione hominibus ad bibendum, vt sicut pane, & vino ad ritam mortalem principiter homines vivuntur, sic ad vitam immortalem, quæ est ipse Christus, corpore Christi, & sanguine hic spiritualiter: post modum vero tam spiritualiter, quam corporaliter in æternum pascantur. Hæc Petrus Venerab.

Petr. Venerab.

VI.
Psal. 15.
vers. 5.

Srias.

Mat. 20.
vers. 2.
Psal. 115.
vers. 4.

Sed & huc facit Vates Psal. 15. vers. 5. accuratà locutione Domino inquiens Dominus pars hereditatis meæ. & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi: Quo in loco primum obserua, Ariam Montanum veterum rituum apprimè peritum, adnotare, allusum hinc fuisse a Davide ad morem celebrandi patrum hereditatis epulo, calicisque communicatione, atque id innui signatissimis verbis Domini, quibus duos illos discipulos supernas sedes ambiētes interrogavit. Potestis bibere calicē? Matth. 20. v. 2. nec non eiulde Davidis Psal. 115. v. 4. Calicē salutaris accipiam, vt hinc dixerit Vates, alacri calicis communicatione hereditarium nobis ius ad coeleste regnum, & Dei fruitionem obtингere, quod in illo epulo, & calice futuræ gloriæ nobis pignus detur: Vnde signatissimis subiicit: Tu es, qui restitues heredita-

tem meam mihi, vbi notetur verbum restitues, quod indicat rem iure debitam reddi: tantum non dicens David: illius suavitatis prælibationem iure optimo ad perfectam fruitionem nos terre, quin possit nobis hereditas æternæ denegari. Quam itidem vim habet, dici Dominum, partē esse hereditatis, quasi ab eius communione communem cum ipso habeamus hereditatem, quin pars à parte sive, vt sic dixerim à comparte polsit avelli: dicente Paulo ad Hebreos 2. vers. 14. Quia ergo pueri communica verunt carni, & sanguini, & ipsi similiiter participavit eisdem: & huc intendente Augustino in lib. Meditationū, cap. 15. Hæc tota mihi est spes, omnisque fiducia: est in ipso Iesu Christo uniuscuiusque nostrum portio, caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat ibi me regnare credo: vbi caro mea glorificatur, ibi mea gloriosum esse recognosco: vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio. Hæc Augustinus instituto facile aptanda.

Nec verborum dicere, Dominū pro hac cogitatione fidelubere cum apud Lucanī cap. 22. vers. 29. discipulos post Eucharistiæ institutionem, sic allocutus dicitur: Ego dispono vobis, sicut dispositi mihi Pater meus regnum: vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: Etenim cum tam latinum verbum dispono, quam Græcum huic respondens propriè referatur ad dispositionē oeconomicam, scilicet legalem, vt alibi ostendisse me memini, indicat Dominus, peculiari dispositione, & ratione oeconomicā in regni cœlestis hereditatem suos instituisse: quæ quidem ea fuisse videtur, vt paclum epulo, & calicis communicatione firmaretur: opportune id affirmante Severo Græco in Catenā Græcā Corderij ad ea verba hunc in modum. Talium bonorum plenaerit mensa, de qua participabunt illi, quibus testamentum dispositum, vt edant, & bibant in mensa eius, eo quod perseveraverint cum illo in intentionibus pane quidem cœlesti, qui alimentum est animalium Sanctorum enutriti: vino vero novi geniminis veræ vitis potant, quam ipsamet Deus universorum excollens novum, inde illa dignis germen propinabit. Hæc Severus: Vbi vides à mensa Eucharistiæ ad mensam cœle-

Hebr. 2.
vers. 14.

August.

VII.
Luc. 22.
vers. 29.

Græc. Ieron.

Severus.

Cyril. A
lex.

stem, transitum quasi legalem, atque iuridicum fieri: ut cum semel ad priorē Dominus convivantes exceperit, quasi ex pacto convento teneatur, illos ad posteriorem transmittere: ita indidem in eādem Catenā adnotantē S. Cyrillo Alexand. his verbis. Sed ex his, quae sunt apud nos, spiritualia designat, nam prærogativa quādam funguntur apud Reges terrae, qui eis quasi convivēt et confident. Ex humano ergo iudicio ostendit, qui apud cū primis honoribus afficiendi sint. Sic Cyril. Alex. Necaliter August. in Psal. 137

Mat. 20.
vers. 28.
August.

vbi premens verba Domini apud Matthæum 20. vers. 28. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, cum præmisisset: Quid nobis ministravit? nisi quod hodie manducamus, & bibimus? Inde sic intert. Cum ergo Dominus Angelorū nobis ministraverit, non desperemus nos futuros & quales Angelis: Hęc August. dixit vero modestissimè non desperemus, qui fidenter dixerat numero præced. Hęc tota mihi est spes, quod modo comparatio cum Angelis maiorē in verbis moderatione in exigebat: fidentius ergo Chrysostomus in suā Lycurgiā Sacerdotem, sic Deum orantem inducit. Ut si (Eucharistiā) à sumentibus in lotionē animarum, in remissionem peccatorum in communionem Sancti Spiritus in Regni cœlorum impletionem, in fiduciam coram te, non in iudicium, non in condemnationem. Ita ille.

VII.

Fuerit vero hīc magnopere adnotādum, quā nō longo intervallo ob Augu-
stissimum Eucharistiā mysterium lex
gratiæ, & Euangeliū tempus cunctis re-
tro sacerulis excellat, quippe ut ante
Christum, & iustis promissa beatitudo,
& ipsis spes salutis fuerit: at quidem pig-
nus future glorię, quod nos in manibus
tenemus, ipsi non habuerunt: Vnde de
Hebr. 11. illis signate dixit Paulus ad Hebræos
11. ver. 13. Iuxta fidem defuncti sunt om-
nes isti non acceptis repromotionibus, à lon-
geas aspicientibus, & salutantibus: Vi-
de, quantum inter illos, & nos interfit,
cum id quod ipsi non accepta repromo-
sione à longe aspicerant, & salutabant
nos in eis, in pignus manu teneamus.
Quem quidem nucleus adhibuit Ve-
nerab. balduinus in allegorijs Gotfridi
Exod. 16. Tilmani illi imaginij Exod. 16. ver. 22.
vers. 22. In die sexto colligebant cibus duplices, id

est duo gomer per singulos homines, vt sit sensus, peculiarem qicī texti: hoc est ætatis gratiæ prærogativā esse à Christi corpore, & mensā duplicatam annona-
tum spei, tum etiā pignoris future glo-
riæ accipere, cum in antecedentibus
mundi ætatis sola spe iusti frueretur.

Baldwin.

A iustitiam fidei ab exordio mundi per quin-
que ætates usque ad Christum omnes iusti
habuerunt, & hoc est unum gomer, quod
per singulos dies usque ad sextum colligtur.
A nobis autem in sexta ætate, quasi
in sexto die ante Sabbathum, hoc est ante
requiem animorum duo gomer colliguntur,
quia æternæ vitæ spem habemus, & pig-
nus, id est ipsum auctorem, & consumma-
torem fidei nostræ Iesum Christum. Pergit
Balduinus totam imaginem penitus
elucidare, inquiens: Sexto autē die unū
gomer colligitur, & consumitur, alterū
colligitur, & servatur. Spes quippe vitæ
æternæ, quae in praesenti habetur cum hac
vitadeficit. Cū enim plenè videbitur fra-
tres, tun omnino evacuabitur spes. Alterū
autem colligitur, & seruat. Panis
scilicet vitæ æternæ, qui nunc comeditur.

C Colligimus quidem, dum per gratiam hu-
ius Sacramenti, quotidianis profectibus id
agimus, vt in futuro plenius māducare vla-
leamus. Servamus autem, quando in con-
digna huius Sacramenti veneratione us-
que in finē perseveramus. Hęc Balduinus
a S. Maximo in lib. de Ecclesiastica My-
stagogiā, cap. vlt. sic omnino firmata.

S. Maximus.

Quæ dona in hac vitā per gratiam secun-
dum fidem credimus nos participaſſe, hęc
in futuro seculo re ipsa ac veritate, vt est
fidei nostræ spes, quae fallere nos non potest,
neque qui promisit frustrari, si mādata pro
viribus servaverimus, credimus partici-
paturos: à gratiā secundum fidem ad gra-
tiā secundum speciem translati: cum Chri-
stus Iesus Salvator noster nos ad se traducet
omnibus vestigijs mortalitatis abla-
tis: & donatis nobis archetypis mysterijs,
quae hic obscure per symbola ostensa fuerāt.
Hęc per opportune S. Maximus.

Illud iam tandem pro coronide mo-
nendum, vt si quidem Eucharistiā, tan-
quam futuræ gloriæ nobis pignus datur:
quia per hoc anima nostra ad interioris spei
certitudinem roboratur (vt dicebat Gre-
gorius) hac mente iubuti summopere
curemus, hanc tam gloriosam spem tā-
tumque


VIII.


tumque, ac tam pretiosum pignus omnistudio, omni modo vereri, atque custodire, ne videlicet peccatis, aut malis saeculi voluptatibus implicati à tali spe cadamus, sive eam pro terrenis bonis oppignoremus. Enim vero (quod alio intentum observasse me memini in epist. ad Philipp. tom. 2. c. 3. ver. 12. notat. 2. num. 3.) Imperatoria leges plenter cavebatur, ne spem præmiorum, quæ athletis in certaminibus proponebantur, divendere, aut tanquam in pignus supponere possent, ita omnino decernentibus Imperat. in l. Spem eorum,

I. spē eo- C. quæ res pignori obligari possunt. Quod rum, C. si rationem petas. Reddunt eā Budæus quæ pig- in prioribus adnotationibus ad Pandenori, &c. etas, & Hugo Donellus: ne videlicet Budæus. athletarum animus, qui spe præmij mi- Donellus. re refici consuevit, illa sublata, aut sub luce maligna oppignerationis positâ, a certando deficeret. Ergo qui pro æterna vita certamen inire decrevisti, eius pignus manibus tene, nec illud ullara-

tionem dimiseris, aut peccatis intervenientibus oppigneraveris, ut hanc spē alectus bonum certaine certare studeas. Quod si malo fato tantam spem in pignus dæmoni, aut mundo dederis, eam quam primū tibi restitue: Bonus siquidem Dominus prioris hospitij, & pignoris a se dati memor non deditur sese iterum in pignus futuræ gloriæ opponere: In quem sensum per allegoriam traxit Hugo Card. Lazarum à Domo ob antiquam amicitiam, & hospitium denuo ad vitam suscitatum: sic enim ille in cap. 6. Ioannis. Dominus Lazarum suscitavit, qui erat hospes eius, & de longinquo venit, ut eū suscitaret, id est ergo sperarent, qui se mortuos fuisse propter peccatum timent, & non propter hoc dimittant sumere, dum vero non sit in voluntate, vel conscientia mortalis noxa, ita 3. Reg. 15. Elias filium hospitis suscitavit. Hac Hugo Card. Vide quanti sit, Domini aliquando pura conscientia hospitem excepisse,

Hugo
Card.





LIBER III:

DE SANCTIS- SIMO EVCHARISTIAE Mysterio.

DISSERTATIO I.

DE POENITENTIA AD EV- charistiam necessariò requisita.

*ANTE EVCHARISTIAM; PECCATORVM
pœnitentia, lachryma, & Sacramentalis Confessio necessa-
ria, ut ab ipsis congrua ad suscipiendum Christi corpus
dispositio, & convenientia subfit.*

ADNOTATIO I.

I.

Cant. 1.
verj. 1.

VM Eucharistia pu-
rissimum illud oscu-
lum Spōsifit, de
quo anima quæ
Christi Sponsa esse
meruit, inquit Cā-
tic. 1. verf. 1. *Oscu-
letur me osculo oris sui*, iure ei à Paulo
præscribitur. *Probet autem se ipsum ho-*
mo: id est, examinet, disquirat, diliudi-
cet: an lethali sit criminis obnoxius, vt
doleat, pœniteat, intimo dolore confi-

ciatur, & eriminum maculas in cōfes-
sionis Sacramento veris lachryminis
eluere conetur: vt si de pane illo, & ca-
lice bibat: sic id est examinatus, diudi-
catus, & verè pœnitens, vt tanto oscu-
li honori idoneus quodammodo vide-
ri posset: ita quidem ad præfata Cātico-
rum verba Bernardus cum de osculo
dixisset: *Est quippe manna absconditum,*
*& solus qui edit, adhuc esuriet, est fons sig-
natus, cui non communicat alienus, sed jo-
lus, qui bibit, adhuc siet: subiicit ad rem*

Bernard.

tam

tam modeſtè, quam opportunè. Mini me ergo ſibi arroget mei ſimilis anima onerata peccatis, ſuēque ad huc carnis obnoxia paſſionibus, quæ ſua vitatem ſpiritus nee dum ſenſerit, internoruī ignara, atque intex perta penitus gaudiorum. Ostendo tamen ei, qui huiusmodi eſt locum in ſalutari, ſibi congruentem: Non temere aſſurgat ad oſſe reñiſſimi Sponſi, ſed ad pedes ſe veriſiſimi Domini mecum paſvida iaceat, & cum pu bliano terram tremens, non cœlū aſpiciat, ne confuſa in luminaribus cœli facies aſſuetatenebris opprimatur à gloriā, atque in ſolitis re verberata ſplendoribus maiestatis denſioris rurſum cœcitate caliginis ob volvatur. Pergit ſubinde, & ſeſe plus hunc in modum explicat. Non tibi queſtiue es, ò talis anima, nō ſibi ille locus vilis, aut deſpicabilis videatur, vbi ſancta peccatrix peccata depoſuit, induit ſanctitatem. Ibi A Ethio piſa mutavit pellem, & in novum reſtituta candorem, iam tunc fiducialiter, veraciterque reſpondebat ex probrantibus ſibi verbum. Nigra ſum, ſed formola, &c. Miraris; quā nā id arte potuerit? vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe, ſe vit amare, & de intimis viſerib⁹ longa ſpiritia trahens, ſalutaribus intraſe ſucessa ſingulibus felleos humores evomuit. Hæc Bernardus. obſerva extrema hæc verba: felleos humores evomuit, quæ op portuna ſunt illis Pauli: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: ni mirū vt felleis humoribus in ſtomacho reſiden tibus; cibus ſalubriter non ingeritur fel leo humore; & cibo ad invicem repugnantibus; ita proſuſus criminis, niſi pur gentur, & non ſolum lachrymis eluan tur, ſed etiam per Sacramentalē Cōfessionem, vt praescribit Concil. Tri dent. Sessione 23. cap. 7. foras pellātur, & evomantur, cœleſtis cibi adiutum in tercludunt. Subdit Bernardus. Huius er go beatæ poenitentis exemplo; proſternere tu, ò miſera, vt definias eſſe miſera: proſterne re, & tu in terram, amplectere pedes, pla ca oſculis, riga lachrymis, quibus tamen non illum laves, ſed te, & fias vna de grege ton ſarum, quæ aſcendunt de lavacro: ita ſa niē vt ſuffuſum pudore, ac mero re vultum non ante ſuſtollere audeas, quam audias, &

Conc. Tri dent.

Bernard.

Lucae 7. vers. 48.

II.

Pulchrè illud. Riga lachrymis, quibus

tamen nō illum laves ſed te, vt videlicet lota, & munda oceurras puritatis, & munditiæ fonti: Ita notanter dicebat Vates Psal. 118. vers. 130. Exiſtus aqua Psal. 118 rum deduxerunt oculi mei, quia non cuſto dierunt legem tuam: quippe vox exiſtus, ut alibi iam monaſiſe me meminai, Græcæ Exodus, propriè ſignificat, ſive principium foeminaſum cum pōpa, & præclaro comitatu in publicum egressus, ſine etiam illuſtres excuſus militariū copiarum, ſublatiſ ſignis, acieque un de quaue inſtructa: vt apparet ex libro ſacro, cui titulus Exodus in quo agitur de exiſtu Iſrael de Agypto, ad quem alludens Dominus, apud Iſam 52. vers. B 12. dixit: Quoniam non in tumultu exhibi tis; nec in fugiā properabitis; præcedet enim nō Dominus, vt argumento fit: lachry mas quæ peccatorum maculas munda turæ ſunt, vt obvia in occurran Domi no in Euchariftiā, gloriōſe, & cum pōpa, & apparatu exire; præſertim cū luū omnino ministerium hac ratione ex pleant; alijs incasum exituræ: de quo ſcīratiocinatur Chryſoſt. hom. 12. in epist. ad Colloſ. hunc in modum: Tunc enim cernitur vniſeuinsque virtus, quā do ducitur ad aptam muneriſ ſuī functionē, quando autem ad alieni nequaquam, vt vinum datum eſt ad lēcītā nō ad ebrietatem; panis ad nutritionem, &c. ſicut ergo ea vituperantur, ita etiam lachrymæ. Lex feratur, vt in ſolis preceptis, & admo nitionibus, ijs vti liceat, & vide quomodo reſerit etiam aptanda: Sic ille, vt hinc vi deris, nullū omnino lachrymarū viſum eſſe, niſi indeſtēdis culpis, quod vel in de plānum facies, quia tunc cerritur vniſeuinsque virtus, quando ducitur ad aptam muneriſ ſuī functionē (v.g.) inde coniicis colyrium ad oculorū in dičinam aptum; non verò ad manuum pedumve dolorem, quod pedibus ap plicitum levamen non affert: oculis ve rò appoſitum medellam infert: ad quē plānissime modum, vt lachrymæ pro pecunia amissa, aut fratre mortuo inutiiles ſunt, quæ mortuū ad vitā nō revo cant, nec illata dama na refaciunt, ita pro peccatis effusa, ipſa profecto delēt & velut oculis colyrium, medicinam anima afferunt: eaque ratione cum pōpa, & hilaritate exeunt ſuum effectum ſorituræ: Vnde iterum Chryſoſtus Idem. hom.

hom. 30. in Genesim de Davidis oculis exitus aquarum deducentibus. Quid illis oculis formosius? qui perpetuo lachrymarum imbre, tanquam margaritis ornantur: ita ibi, & hom. 22. ad populum, ipsas Davidis nomine rationem reddit: *Dedisti mihi oculos, ut videam lucem tuam: Ego autem male his prospexi, errauit aliquando male intuitus, male fenestras aperui: propterea lachrymis ipsas abluo, sic enim oportet lugere, & oculum male conficiatum lavare.* Hæc Chrysostomus, multo melius ex Vatis sensu de Deibonitate, & lachrymarum efficacitate sentiens, quam Philo Hebreus, qui libro de mercere meretricis non recipienda in sacrario, ambigens, an criminum macula eluiposcent, dicebat: *Quod si mulieris amatoribus suis obsequentis prophana dicuntur munera; quanto magis scortantis anima, quæ se postravit construpadæ vinolentia guls, voluptatù studio, ambitioni, avaricie, alijsque vitijs innumeris, quorū macula, an unquam elui posset nescio, sic ille.* Sed nos scimus, quia peccatores stiletes Deus exaudit, & maculas eorum eluit. Si tamen eorum oculi exitus aquarum deducant, quia non custodierunt legem Domini, & omnem vitæ pravitate abstergere studeant: scitè monente S. Eligio hom. 14. de cœna Domini. *Caro Agnorum cum ægis panibus, & lacturis agrestibus est edenda, ut cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris infelixibus, affligamus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentia abstergat à mentis stomacho per verso amorem, & pravitatem vietæ, ut festinanter Pascha comedendo solum patriæ cœlesti anhelemus, & de peioribus ad meliora pergentes, tenebrosam Ægyptum relinquamus.* Hæc ille, & alia alibi appingenda.

Ergo à vultu pudore, & mærore suffuso, à fletu ardentis, & lachrymis igne amoris gelu cordis solventibus dulcis tandem promeretur, atque conficitur Angelorum panis: in quem sensum opportunè inflexeris cum Philippo Abbatte epist. 8. ad Gregorium propositum illud conviuis suis a Sâsone de Leone ab ipso dilacerato ægnigma. *De comedente exiit cibus, & de fortie egressa est dulcedo,* Iudic. 14. vers. 14. maximè si cù Ambrosio lib. de Elia, hæc verba legeris *Exiit dulcedel labore, seu tristitia, vt qui*

cum Psalte Psalm. 6. vers. 7. dixerit. *Laboravi in gemitu meo labavo per singulas noctes lectum meum, itidemque, quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam, Psalm. 101. 10. v. 10. pro labore gemitus, & pro pane cineris dulcissimus ei Eucharistie P hilipp. panis obtingat: ita quidè Philippus, qui Abb. cum premississet. Quod autem in vinea Domini Sabbath laborantem fructus dulcissimus prosequatur, si laborans strenue, & gnariter exequatur propositum, fortissimus ille Sâsone elegantis protestatur problemate, quod nō à Philisteis sed à te, tuique similibus spiritualiter enodatur. De comedente exiit cibus, & de forte exiit dulcedo, subiicit ad rē. Comedit quippe peccator conversus cinerem tanquam panem cibatur pane lachrymarum, manducat panem doloris, cum excessus præteritos humiliiter deflere, & fletu irriguo illos aboleret satagit. De hoc autem comedente procedit cibus, quia qui panem comedit humiliū peccatorum meretur sublimium Angelorum pane refici. Panem, inquit, Angelorum nāducavit homo: & ego (inquit) sum panis vivus, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum. Hæc Philippus. Nec omittenda, quæ subiungit præfatum ægnima illustrans huc in modum: *Quia verò gravis, & laboriosa, & luctuosa est comedio peccatoris, dulcis, & iucunda creatoris est refectio: idèo cum dixisset Sanson: De comedente exhibet cibus, subiunxit, & de fortidulcedo, quia scilicet, qui fortiter in presenti comedenter panem luctus, capiet dulces fructus panis Angelici. Sic ille, edoctus, opinor, à Macario seniori hom. 25. in hunc sensum inflectente verba Davidis Psal. 41. vers. 4. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, ut dixerit: lachrymis peccata deflentibus, cœlestè ego panem promererit studeo,* ita enim Macharius: *Nā lachryma, quæ verè, & summa contritione, & angustia cordis effunditur per agitationem veritatis cum ardore viscerum cibus est animæ, qui paratur ex pane cœlesti.* Ita Macharius. Sed omnium elegantissime Cyprianus ferm. de cœna Domini, sic inquit. *In huius præsentia non super vacue mendicant lachrymæ veniam, nec unquam patitur cōtriti cordis holocaustū repulsam.* Quoties te in conspectu Domini video suspirantem, Spiritum Sanctum nondubito aspirantem:*

Philo.

S. Elig.

III.

Iudic. 14. vers. 14.

Psal. 7. vers. 7.

Psal. 101. 10. vers. 10.

Abb.

Macar.

Cyprian.

cum intueris flentem, sentio ignoscetem. Ita
Cyprianus.

IV. Cui cogitatione per opportunè subs-
Ambros. cripsit Ambrosius lib. 7. in Lucam cap.
de Magdalena, non contentus affirmare, pœnitentis lachrymas Eucharistiam
promereret, sed etiam ipsum metum Domini
num ad se allicere, & gressibus eius viā
sternere: Audi illū. Bonæ lachrymæ, quæ
non solum possunt nostrum lavare delictū,
sed etiam Verbi cœlestis rigare vestigium;
vt gressus eius nobis exuberent. Bonæ la-
chrymæ, in quibus non solum Redemptio
peccatorum, sed etiam iustorum refectio est.
Hæc Ambrosius: obserua in illis primū
id: Verbi cœlestis rigare vestigium; velut B
sumptu imagine à terrâ; quæ ab irriga-
tione fructū fert: vt videlicet vestigia
venturi ad nos Domini, quæ peccatum
siccaverat, imosterilitatem ipsis attu-
lerat; pœnitentia lachrymis irrigata,
benigna, & fertilia reddantur, vberes
misericordiæ proventus afferentia:
Deinde: preme hæc: Non solum redemp-
tio peccatorum, sed etiam iustorum refectio
est, quasi in lachrymis ipse metu cœlestis
cibus, & animæ refectio sit: quod perin-
de sit animam videre suspirantem, ac
Spiritum Sanctum aspirantem: pecca-
torem flentem, ac Dominum ignoscē-
tem: imo & reficiētem: Ut hinc denuo
cum Vate gratulabundus dixeris: Exi-
tus a quarum deduxerunt oculi mei, quia
non custodierum legē tuā. & cū S. Lauren-
tio homil. 1. de pœnitentiâ, hunc cum il-
lis sermonē milceas. Ocale ad te recur-
ro tibi imputo, exue quod implicasti, tu me
vulnerasti, tu me jana, tu me polluisti, tu
me purifica: ablue quod inquinasti: erige
quod elisisti, corripe quod evertisti, absolve
quod per scandalum obligasti, & statim.
Punge venam cordis tui pœnitentia simu-
lis, & de imo corde, atque de intimâ men-
te educas aquam vivam in capite profuen-
tem. Fiat caput tuum fons remissionis, &
flu vius indulgentia: gemini ri vi currant,
fluantque tibi ambo oculi pariter sanitas
vorem, ac indulgentia imbre. Vult enim
indulgentissimus cognitor, ut fletus pur-
get, quod vius polluit, & quod fædavit
cupiditas, reformet compunctionem. Hæc ille,
& alia.

V. Placet verò hæc opportunà histo-
Vite PP. riola confirmare, quæ habetur in Vitis
Patrum lib. 1. num. 16. vbi de Episcopo

apud quem duæ fœminæ, impudicitia
fuerant notatae, & accusatæ dicuntur.
Quod cum ipsi post divinam illam, at-
que terribilem consecrationem, dum
accederent singuli ad participanda san-
cta mysteria per vultus eorum cerne-
ret animas, quibus una quæque subiace-
ret peccatis: & peccatorum quidem ho-
minum videret facies nigras, quosdam
verò ioptorum, tanquam ab æstu exustas
facies habentes, oculos autem rubeos,
ac sanguineos, alios autem eorum clara-
ros facie, cædidos verò amictu, & alios
quidem quos dum acciperet corpus Do-
mini, illud exurebat eos, & incende-
bat: alios autem, quibus sicut lumē ef-
ficiebatur, & per os ingressum omne
corpus eorum illuminaret, accedenti-
bus ad communionem duabus illis mu-
lieribus, quæ accusatæ apud ipsum fue-
runt (propter quas quidem ad hanc pre-
cem, & prævidentiam venerat) videntur
etiam ipsas clarum habentes vultum,
& honorificum, candida vero stolæ cir-
cumamictas. Deinde verò cum & ipsæ
participatæ fuissent mysterio Christi fa-
ctas fuisse velut à lumine illustratas.
Pergit Scriptor: Rursum Episcopus ad so-
litam precem cōuertebatur, supplicans Deo,
& discere cupiens modum revelationum,
qua ipsi demonstrata fuerant. Adhuc autem
Angelus, & de singulis interrogare
præcipiebat. Sanctus vero Episcopus de il-
lis duabus sciscitabatur mulieribus. si ve-
ra esset illa prima accusatio, an falsa? At
vero Angelus affirmabat, vera esse omnia,
quæ dicta de illis fuerant. Episcopus quo-
C que ait ad Angelum. Et quomodo in per-
ceptione corporis Christi splendide erat fa-
cies earum, albam autem stolam habebant,
lumine quoque fulgebant non parvo? At
autem Angelus eò, quod resipuerunt de acti-
bus suis, & discedentes ab his, lachrymis,
& gemitibus, atque elemosynis pauperum
per confessionem dñi vinum meruerunt nu-
merum: de catero in his malis nunquam am-
bulare promittentes se. siquidem de priori-
bus delictis veniam mereantur. Hæc om-
nia ibi, de quibus merito dixeris cū Pau-
lo 1. ad Timoth. 1. vers. 15. Fidelis ser-
mo, & omni acceptione dignus. Quare
quia Christus Iesus venit in mundum pec-
catores saluos facere, & sanguinem suum
pretiolum in remissionem peccatorū
suderit; atque itidem ea propter nobis

1. Tim. 1.
vers. 15.

Iumentum reliquerit, ut peccator, qui ad Deum rediens cinerem tanquam panem māduauerit, cibatus pane lachrymarum cœlesti subinde Angelorū pane refici mereatur, & Angelicum splendor vultu referre.

VI.

Videbatur quidem mente tantisper evagari Sponsa cum dicebat: *Indica mihi uti pascas, ne vagari incipiam:* Unde severiori illa oratione castigata ab Sponso. *Si ignoras te: egredere & abi: ad mentem redienstur turris more suspirare, ac gemere didicit: eaque de causa deinde maiori in pretio, ut potè speciosior, & gratiæ habita: attestante Sponso: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis,*

Cant. 1.
vers. 10.
Origen.

Cant. 1. vers. 10. obseruante ibi, Origen hom. 2. & genas verecundia sedent esse: & apud LXX. non haberi, pulchræ sunt, sed signatæ factæ sunt: nempe quasi de novo pulchriores à rubore, & lachrymis factæ, ex quibus totam sententiam sic ipse elucidat: Postea quam austeriori comminatione usus est Sponsus ad Spōsam: protestatus ei, quod nisi cognosceret se ipsam, exitura esset in vestigijs gregū, &c. Erubuit super austernitate præcepti, sed & rubor verecundia diffusus in vultu speciosas effecit genas eius; & multo quā fuerant pulchriores. Hæc Origenes: Quibus adiunge Lectionem Tigurinam reponet id loci: Pulchræ sunt genæ tuæ prop̄ termargaritas: id est propter defluentur per genas lachrymas, quæ margaritis pulchriores, & prætiosiores habentur attestante Chrysostomo hom. 30. in Genesim de Davidis lachrymis, quibus peccatum eluere satagebat. Quid illis oculis formosius? qui perpetuo lachrymarū imbre, tanquam margaritis ornantur. Ita ille.

Lect. Ti-
gurina.

Chrysost.

VII.

Isai. 6.
vers. 6.

Lect. He-
brae.
LXX.

Fuerit verò valde consentanea huic cœlesti visioni, illa, quæ Prophetæ Isaiæ cap. 6. vers. 6. oblata est de carbone ignito, quo ipsius labia purgata dicuntur: Nimirum illi lectionum varietati, quæ eundem & carbonem, & lapidem pretiosum facit (nam LXX. & ex Hebreo Pagninus legunt: *Et in manu habebat carbonē, quem forci psumpsit de altari, Vulgatus vero in manu eius calculus, quem Hieronymus carbuculum lapidem pretiosum esse, sic affirmat ad id loci: Calculus iste potest nō carbonem significare, ut plerique existimant sed carbunculum lapi-*

dem) iis sensus accommodatus esse potest; vt qui ob peccatorum nigredinem carbo erat, penitentia dolore incensus, & in Altaris Eucharistia ignem injectus: ab Altari carbunculus, scilicet calcus ignitus, pretiosius scilicet lapis, & gemma evaserit, vt in prædictis mulieribus manifestū apparuit, quartū prius ob crima nigra facies lachrymis, & gemitibus accedentes ad Altare; in perceptione corporis Christi splendidè erat facies earum: & lumine fulgebant nō parvo. Nā quid illis oculis formosius? qui perpetuo lachrymarum imbre, tanquam margaritis ornabantur? In hunc quidem sensum inflecentibus frequenter PP. verba Psalm. 95. vers. 6. Confessio & pulchritudo in conspectu eius sanctimonia, & magnificientia in sanctificatione eius: De quo præter Augustini commentarium, & excusum, nec nō Euthymij, Nicephori, & aliorum expositionem, audiēdus est Bernardus epist. 113. Sophiam virgi Bernard. nem, sic opportunè commonens. *Ama confessionem, si affectas decorem. Confessio- ni iungitur decor, iungitur pulchritudo.*

Psal. 95.
vers. 6.

Habes utrumque. Confessionem, & decorem induisti, & confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Re vera ubi confessio, ibi pulchritudo, ibi decor: Si peccata sunt, in confessione lavantur, si bona opera, confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus cōtribulatus, cum Dei beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Bonum animæ ornamentum confessio, quæ & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatoriæ: Pergit ita in eandem sententiam. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe tanquam qui non sit perit. Eccles. 17. confessio, Eccles. 17. vers. 26. Confessio vers. 26. igitur peccatoris est vita, iusti gloria. Et necessaria est peccatori, & iustum nihilominus decet. Hæc opportunè Bernardus ibi.

Psal. 103
Psal. 50.

Omnino verò ad rem idem Pater serm. 1. in Vigilia Nativitatis, pulchritudinem nasci Christum Filium Dei in Bethleem Iudea, ut Corpus Dominicum in Eucharistia suscipiendum, cum Sacramentali confessione, in qua peccata lavantur, & quæ peccatorem purgat omnino coniungantur, quod ut Bethleem domus panis: ita Iudea confessio interpre-

Eccles. 17.
vers. 26.
Matth. 2.
vers. 5.

tetur

Bernardus. *Etenim cum præmisisset Bernardus. Abominationes Ægyptiorum immo-
la Deo tuo: Considera denique, quod in Be-
thleem Iudea nascitur, & sollicitus esto, quo-
modo in Bethleem Iudea inveniaris; & iam
non in te quidem suscipi deditur. Be-
thleem quippe domum panis, Iuda sonat co-
fessionem: Tu ergo si Divini verbi pabulo
repleas animas tuam fideliterque, et si non
digna, certè quanta potes de votione susci-
pias panem illum, quide cœlo descendit,
& dat vitam mundo, Dominicū videlicet
corpus Iesu, ut veterem utrè corporis tui,
nova illa resurrectionis caro reficiat, & su-
stineat: subiicit. Bethleem factus es, dig-
nus planè susceptione Dominicā, si tamen
confessio non defuerit. Sit proinde Iudea
sanctificatio tua: confessionem, & decorum
induere, quam maximè stolam in ministris
suis Christus acceperat. Ita Bernardus,
qui in eundem sensum afferens Paulum
ad Roman. 10. vers. 10. dicentem: Cor-*

Rom. 10.
vers. 10. ad ROMAN. P. O. VEN. T. O. dicentem. Cor-
de creditur ad iustitiam: ore autem confessio
fit ad salutem: ita monet: Sit ergo in
corde iustitia, & iustitia, quæ ex fide est.
Hæc enim sola habet gloriam apud Deum:
Sit etiam in ore confessio ad salutem; & se-
curus iam suscipe eum, qui in Bethlœm Iu-
dæa nascitur Iesum Christum Filium Dei.
Hactenus ex Bernardo. Ex quibus pla-
nè vides: minimè à domo panis pecca-
tores arceri, cuni non modo in Bethleem
Dei filius nascatur, sed etiam in præse-
piâ medio duorum animalium recli-
netur, quasi iplamet animantia bruta
ad convivium sui corporis invitent: Si
tamen confessio nō defuerit, vt lachrymis,
& gemitiis per confessionem divinū
mereantur numerum; & è brutis inter
animalia rationalia censemantur. Sic e-

Ambros. nim primum prælepe ad Eucharitiam refert Ambrosius lib. 2. in Lucam. *Hic est Dominus, hoc præsepe, quo nobis divinū mysteriū reuelatū est, irrationabiles gētes pecudum more intra præsepio vivētes, alimoniae ubertate pascēdas.* Deinde ve-

Petr. Cel-
lens. *ro Petrus Cellensis qua ratione pecca-
tori, qui ob peccata animal, ob penitē-
tiam rationis compos evasit è Salvato-
ris præsepio panis cœlestis ministrādus
sit; sic aperit lib. de Panibus, cap. 3. Pane
nostro animali, quia rationale est, ministre-
mus, sed non fermentatum, quia corruptū,
& abominabile est factum in studijs suis.
Nec apponamus prius azymum, sed quod*

A animale deinde quod spirituale. Nam ut indecens est vinum novum mittere in utres veteres. sic stomacho iniquitate corrupto, & dentibus putridis propter mendacia laborum, panem a zymun, qui corruptionem non vidit, cum periculo anteponimus. Probet enim se prius homo, & sic de pane illo, id est a zymo edat. Iudas buccellam quidem panis a zymi accepit, sed medius crepuit: Vnde post modum in hanc sententiam subiicit. Est odor mortis in morte: est odor vita in vitam. Aut purgat, aut necat: si sanabilis es, curat te, si insanabilis, agritudinem augmentat. Medicina est, moribus si curabilis est apta medicina, quasi qualis oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt: contraria vero importune sumentur, ut quis sine reverentia, & sine delectu panem sanctum accipit, plus ei sua irreverentia oblit, quam cibi sanctitas proficit. Hoc uille.

B

CObserua illa. *Morbus sicurabilis est, apta medicina: Si tamen dispositus cura-
tioni accedas, vulnere quod sanguine
fluebat per contritionem, & cofelio-
nem alligato: dicente Vate: *Quis anat
contritos corde, & alligat contritiones eo
rum, Psal. 146. vers. 3. vbi Hieronymus
vertit: Plagas eorum. Alij ex Hebreo
fascijs, & linteis ligat, ut sanguinem re-
stringat. Caldæus verò: qui adducit sani-
tatem morbis eorum, vbi opportuniè Au-
gustinus. Qui cor non conterunt, non san-
tur. Quid est enim conterere cor? &c. Sacri-
ficium Deo spiritus contribulatus cor con-
tritum, & humiliatum Deus non spenit,
& post pauca. Sanat contritos corde, sanat
humiliatos corde, sanat conscientes, sanat se-
ipso pumentes, in se severum iudicium exer-
centes, ut possint esse illius misericordiam
sentientes. Ita Augustinus, & post plura
in hanc sententiam pergit explicare ea
verba, *alligat contritiones eorum, inquiēs.*
*Quae sunt ista alligamenta? Temporalia Sa-
cramenta. Alligamenta medicinalia sunt
contritionis nostræ et Sacramenta interim tæ-***

Ecclesiasticis nostris Sacramentis in cunctis corporalibus, quibus habemus consolationem. Ergo ut apta medicina Eucharistia, & in remissionem peccatorum sit, ad ipsam hominem contritum corde, confitentem, & in se esse verum iudicium exercetate accedere necesse est: ita quidem ad Eucharistiae convivium videris invitari insipientes, & parvuli: dicente Salomone *Prov. 9.* nomine Sapientiae Divinæ, *Prover. 9. vers. 4.*

IX

Psal. 145
vers. 3.

*Luc. 14.
vers. 23.
Ambros.
Heeron.
Schild*

August

*Prov. 9.
verf. 4.*

*Luc. 14.
vers. 23.
Ambros.*

*Basilius.
Nyssen.*

*Luc. 9.
vers. 11.*

*1. Cor. 11.
vers. 30.*

vers. 4. *Siquis est parvulus veniat ad me, & insipientibus locutus est. Venite comedite panem meum, & bibite vintu, quod misericordia vobis: itidemque pauperes, ac debiles, eacos, & claudos.* *Lucæ 14. vers. 23.* notante Ambrosio per huiusmodi morbos corporis, langores animi designari. At enim verò ea lege, ut prius per medicinalia Sacraenta eorum cōtritiones, sive plagæ alligatae sint: sapienter observatibus Basilio, & Nysseno in Capitibus benedictionis Eucharistiam adumbrantibus turbas pasceret indeferro, eo rum ægrotos curavisse præmittente id ante convivium, *Lucæ cap. 9. vers. 11.* Excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indegebat sanabat: sic namque iij PP. ibi: *Post hæc obserua, quod cum discipulis panes benedictionis esset traditus, ut eos turbis apponenter, ægrotos curaverit, ut sani effecti panum benedictionis participes redderentur.* Qui enim adhuc agritant, non possunt panes benedictionis *I E S V accipere:* ita Basilius advocatam in hunc sensum Paulum de ijs, qui irreverenter ad Eucharistiam accedunt dicentem, *i. ad Corinth. 11. vers. 30.* Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, ad animæ agricultudines referens, hunc in modum: *Verū si quis, ut accidit, temere panem Domini, aut calicem sumpergit: infelix fit, atque imbecillus, aut etiam ut sic dicam dormiens ex gravedine, quæ ex huius panis virtute profigitur: plane quia quemadmodum dicebat Petrus Cellensis.* *Vt quis sine reverentia, & sine delectu panem sanctum accipit, plus ei sua irreverentia obfit, quam cibis sanctitas proficit.*

EIVSDEM ARGVMENTI.

DE CONSCIENTIÆ MVNDI- tie, & Sacramentali confessione ad Eucharistiam necessaria.

ADNOTATIO II.

L.

Continuamus præcedens institutum de Sacramentali cōfessione, quæ Eucharistiæ præambula debet esse; ut hæc sit apta accedenti ad ipsam

medicina, quemadmodum bona illa vidua, que pane subcinctio vescebat, cinerem tanquam panem, matriculat, lachrymis, & gemitibus tamen Christi mortem, quam peccata suadeflens (ut Droggo serm. de Dominicæ Passionis Sacramento, scite huc intentus aiebat. *Gemitus edit.* Quare? quia vidua est, quia mortuus est eius spousus, qui lavit et à peccatis suis)

Drogo.

A ad Eucharistiam reverenter accedat, non verò tanquam inmundus, & rapax corvus aehuc carne vespertinæ infarctus Christi corpus audacissime rapere presumat: Rapuit quidem de Christi corpore sanitatem felix illa mulier sanguiflua, de qua Matthæus c. 9. vers. 20. Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimentie eius. Dicebat enim intrase (Syriacus in anima suâ) si tetigero tantum vestimentum eius salva ero: led bene sanè rapuit; quemadmodum violenti rapiunt regnum ecclorum, Matth. 11. vers. 12.

Matt. 9.
vers. 20.
Lect. Sy-
riaca.

B Quidenim fuerit retro accedere, nisi verecundè dolenter, & cum oris rubore accedere? ut furaretur quidem saltem retro, & occultè, sed devote, & reverenter: Sapienter id pensante Chrysologo serm. 33. & 34. nam cum mulieris anxietatē sic prius descripsisset. Non tantum duo maria confunduntur fluctibus suis, quantum mulieris huius animus anxipti cogitationum cumulo iactabatur, subiicit post nonnulla. Interhæc bella cogitationum solam salutis viam mulier, curam ut furaretur invenit, ut raperet tacita, quod petere non valebat, & prosuâ verecundia, & pro reverentia prestaturi; & quæ non merebatur corpore, corde pervenire ad medicum, &c. Sciens hanc fraudem non solum veniam, sed & remedium præstaturam: præsertim cum furantis lucrum quereret, & ei, cui auferebatur, nullum generet detrimentum. Pium latrocinium, quod ministrâ fide attrahente committitur. Ita ibi Chrysologus: ut inde moneamus; quantâ cum fide, quantâ cum reverentia, & cordis contritione ad Eucharistiam debeamus accedere: in qua tota Divinitatis virtus inhabitat. Vnde serm. 34. sic ipse ad rem nostram excludat. O quid ista mulier vidit inhabitare in interioribus Christi, quæ in Christi fimbriâ Divinitatis totam vidit inhabitare virtutem! O quam docuit mulier, quantâ sit corpus Christi, quæ in Christi fimbriâ

Chrysol.

C C

E

tantum esse monstravit, & statim: *Audiāt Christiani, qui quotidie corpus Christi attingunt, quam de ipso corpore sumere possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi simbriā sanitatē.* Hæc Chrysologus de pio fidei latrocino, & de verā cordis contritione, quā corpus Christi à fidelibus attingitur: at enim ipse priori sermone eos, qui tepidā fide, & negligenter ad Eucharistiam accedunt sic castigat. *Miseri, qui cotidie corpus Domini tractamus, & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur. Nō Christus infirmantibus, sed fides deest, nā multo magis modo in nobis manens poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem preteriens sic curarit.*

II.
Chrysol.

I. Cor. II
vers. 30.

Matt. 22
vers. 10.
& seqq.

Acrius vero eodem serm. 34. in corvum, qui temerario ausu mensa Domini cæte ingerit, sic invehitur. Sed quod nobis stendum est, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina ipsa retorque tur in vulnus. Hinc est, quod Apostolus tāgentes indignè corpus Christi taliter admonet, & deplorat. Qui enim tangit indigne corpus Christi iudicium sibi sumit. Et quod inde temeritas infirmitatē capiat, unde fides accipere debebat sanitatem, rursus intulit. Propterea inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiūt multi. Item dormientes mortuos dicit, quos luget in viuō corpore iam sepultos. Hæc ille: & quidem recte, cum Eucharistia benè sumentibus sit odor vita in vitam, indigne verò accipientibus odor mortis in mortem: Id quod nobis infelix ille, qui carrens veste nuptiali importunus irruit convivio Christi, manifestè ostēdit. Audi factum: & quod hic locus communis sit, eum penitulatius illustrare placet: Sic ergo primū Matthæus cap. 22. vers. 10. convivij magnificentiam declarans. Et egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt malos, & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discubentium. Deinde vero de Rege convivas perscrutante subiicit: *Intravit autem Rex, ut videret discubentes, & vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali; & ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obtumuit. Quidinde. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus, & pedibus eius, mitrite cum in tenebras extreiores, ibi erit fletus, & stridor dentium.*

Hæc omnia cum audis: non in gratijs an bigis: cur miser iste semel in convivium introductus, subinde è convivio turpiter eiectus gravi suppliciopunitus fuerit? Nam si id in causa fuit, quoā vestem nuptialem non attulerit: id est virtute, & conscientiæ puritatem: bitariam huic rationi potest occurri, tūm, quod ad hoc nuptiale convivium tam mali, quam boni vocati sunt, signate dicente Matthæo: *Congregaverunt omnes, quos invenerunt bonos, & malos: Dixerit ergo ille, iam siquidem malum me agnovisti; cur me ad convivium vocali: tūctiam, quod is conviviū, sine ueste nuptiali ingrediens, àianiore convivas excipiente, liberaliter admisus fuerit opportune id observante S. Cyrillo Hierosolymitano in p̄fatione ad Catecheses his verbis de ipso sic locutus. Vester capiens minime decorā ingressus accubuit admittiebat enim ostiarius. Obiecerit ergo itidem illi: Ecquid me, quē sine uestis nuptialis ornatu carentem vidisti, in triclinium excepisti? cur ingressum non prohibuisti? cur nō statim mihi fortes occlusisti? An id circa vocatis nos ad nuptias, ut spoliaretis? Iam si tuo errore hūc sum introductus; magis errabis, si me eiceris, & erit novissimus error prior priore: nam turpius eiicitur, quā non admittitur hospes: Est enim miseri perdidisse, quam non accepisse: & matutus dedecus: parta amittere, quam omnino non paravisse: (sic prius Tertullian. lib. de p̄nitentia, cap. 7. & posterius Sallustius in Iugurtha affirmarunt) verum enim vero his omnibus sapienter obviam it indidē ipse Cy- rillus musitanti sic respondens. Esto: Hieros. ostiarius non prohibuit propter liberalitatem eius, qui exhibuit convivium. Ignorabas qualit amictu ingrediendum esset ad convivium? Sit ita sanè. Sed cum iam intra veras, vidisti splendida discubentia uestimenta? nonne, & te oportuit, vel ex ijs, quæ cernebas discere? Nonne opportunè te ingredi fuerat necesse, ut opportunè exires, nunc autem importune intrasti, ut importune eiiciaris. Hæc S. Cyrilus. Observa illa. Sit ita sanè, sed cum iam intra veras, nonne, & te oportuit, vel ex ijs, quæ cernebas discere? Ut dixerit: Bene quidem est: te, malus cum esles ad convivium fuisse vocatum, sed discere de-*

S. Cyrill.
Hieros.
Iudic. 14
vers. 15.

Tertull.

Cyrill.

Hieros.

bebas, ea lege ad Eucharistiam malos invitari, ut malitia per pœnitentiā deposita mundo corde ad ipsam accedat, non vero ut in peccatis persistant.

III. *Origen. S. Thom.* Expresit id quidem enucleatissimè Origenes in Catenā S. Thomæ his verbis. *Nuptiæ scilicet Christi, & Ecclesiæ sunt impletæ: dum vestiti Deo; qui ab Apostolis sunt inventi recubuerunt ad epulandum in nuptijs, sed quoniam bonos, & malos oportuit quidem vocari, non quidem ut mali permanerent mali, sed ut deponentes vestimenta contraria nuptijs indueret nuptialia indumenta: Sic ille: Omnia ad rem, tantum non dicens: Nō equidem infelix ille turpiter è cōviuio electus, & in tenebras exteriores damnatus est, quod dum vocaretur malus esset, sed quod ad Eucharistiam vocatus, in malitia persistit; qui cœlestē cibū māducaturus: puritatem animæ afferre debebat: nam ut oportuit malos etiā vocari: ita etiam illi non debuerunt malo permanere, sed per pœnitentiam, & confessionem nuptialia indumenta accipere. Vocavit quidem Deus bonos, & malos: minime nescius humanæ fragilitatis peccatis obnoxiae. Prospexerat enim (ita Tertullianus lib. cont. Gnosticos cap. 6. & alias Deus imbecillitates conditionis humanæ; aduersarij infidias, rerū fallacias seculiretia etiam post lavacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursus post salutē, qui vestitū obsoletassent nuptiale. Vnde quidē bonus Dominus, & indulgēs hac de causa pœnitentiæ illis, & Sacramentalis cōfessionis remedium providit; ut obsoletum nuptiale vestitum, cum novo commutarēt: *Expoliantes* (Syriaci exuentes) veterē hominem cum actibus suis, & induentes novū. *Collos. 3. verl. 9.* sed enim nihil tale homo ille cogitavit: vnde pergit Origenes. *Ingradiens autem invenit quandam, qui non mutaverat proprios mores: vnde sequitur: Vedit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali. Nec mirum tam cito in eius oculos immundam hominis illius uestem incurrit: benè obseruante S. Maximo serm. in vigilia Nativitatis: Quanto candebat aliorum sanctitas tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas: qui potuerat minus dispuicuisse forsitan si in consortium iustorum minime se dedisset: ita Maximus. Adhuc tamen**

mi iudicis, per Ecclesiasticam disciplinam
à Sacramento cœlestis panis interim sepa-
retur. Veretur ante oculos imago futuri
iudicij, vt cum alijs accedunt ad altare Dei,
quò ipse non accedit, cogitet, quam sit con-
tremiscenda illa pœna, quæ percipienti-
bus alijs vitam aternam; alijs in mortem
aternam præcipitentur. Hæc ille, & alia
valde opportuna pro Pauli sententia.
Quod si nos metipos diuidicaremus, vitæ
scilicet nostræ rationem ineuentes in-
dignos nos participatione corporis, &
sanguinis Domini iudicaremus: non uti
que iudicaremur; dignas de nostra teme-
ritate pœnas Domino sumente.

B Infelix quidem in hunc sensum
per allegoriam opportunè S. Pacianus
Barcinonensis parenæsi de pœnitentia,
tom. 3. Bibliothecæ Veterum PP. tem-
eritatem illam Ozæ arcam Dei con-
tingentis, tam dirâ vltione à Domino
punitam. Sic enim Sacer textus 2. Re-

III.

2. Reg. 6
vers. 14.

C guni 6. vers. 16. Extendit Ozæ manum
ad Arcam Dei, & tenuit eam, quoniam
calcitrabant bobes, & declinaverunt eam.
Irratus est indignatione Dominus contra
Ozam, & percuisset eum super temerita-
re, qui mortuus est ibi, iuxta Arcam Dei:
Quæ hunc in modum Pacianus solito
aptat instituto: Qui tacenti Deo veluti
neficii pollutam animam, & profanum
corpus ingeritis, audite quid fecerit Do-
minus tunc; deinde quid dixerit: Cum po-
pulus Hebræorum Hierosolymis Arcam
Dei reportaret ex domo Aminadab Israe-
litæ. Ozas, qui inexploratâ conscientiâ
latus Arcæ attigerat: occisus est: &
tamen ille non ut aliquid ex ea sumeret, sed
ut declinantem ad lapsum vitulum conti-
neret, accesserat: Tanta infuit cura divinæ
reverentie, vt audaces manus, nec ob au-
xilium sustineret: Ita Pacianus primū, sta-
tim subdens. Antiquane sunt ista, &
modo non sunt? Evolvite Apostolos, &
novella cognoscite: In prima Corinthio-
rum Paulus haec intulit. Quicumq; man-
ducaverit, aut biberit calicem Domini
indignè, reus erit corporis, & sanguinis
Domini: Hæc modo Pacianus, subinde
iterum audiens: Apud quem illa in
primis pende, quæ potissimum è re
nostrâ sunt. Qui tacenti Deo, veluti nefi-
cienti pollutam animam, & profanum cor-
pus ingeritis: Hæc enim, cum quia

qui ad Eucharistiam accedit, cibum potius, qui ingeritur, quam convivantem faciunt: ut dixerit Deo manducaturo cibum pollutæ animæ, & profani corporis ingeritis: Deinde observa, quod de Oza in huius figurā dixerit: *In explorata conscientia, quin se ipsum probaret, examinaret, exploraret, discuteret: Et id quidem non ut aliquid ex ea sumeret: Tanta infuit cura in vine reverentiae: tantum non dicens, si ille, qui exterius tantum, & auxilium latus accessit: quod non reverenter accesserit, tam duram pœnam subiit: quid rogo pati debet, qui ad Eucharistiam, in qua Christus comedit, & comeditur inexplorata conscientia, nec expiata, sed delicti potius sibi concius accedit?*

III.
Conc. Trident.

Ne vero allegorijs detenti præcipuum Pauli institutum, & scopum pretermittamus ille quidem probationē hanc, & explorationem conscientiæ eius, qui ad sacram Eucharistiam accedit, de Sacramentali confessione; quam lethalia peccata expiantur, omnino intellexit; ut Concilij Tridentini PP. Session. 23. cap. 7. his verbis docuere. Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscientia peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque premissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accede re debeat. Et quidem opportune, id omnino indicibus sanguine, & aqua ex Christi latere profluentibus: hoc est Pœnitentia Sacramento cum Eucharistiæ coniuncto, ut ad cœlestem mensam loti, ac puri, tanquam cibi mundissimi a Christo edendi accederemus: In quem sensum Ambrosius lib. de benedictionibus Patriarch. & Chrysostomus homilia ad Neophytes, signata in verbis Iohannis (cap. 19. vers. 34.)

Ambros.
Ioann. 19
vers. 34.
Chrysost.

Paulinus vero epistol. 30. itidem inquit: *Illa Petra, que de latere lanceæ perforato aqua fluxit & sanguine, ut pariter nobis salutiferos funderet fontes aquam gratiae, & sanguinem Sacramenti. Sed opportunitatem Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 16. retenta Vulgati lectione*

A
B
C
D
E
W.
S. Ignat.
M.

ait. *Quia qui sanguinem crederent, aqua lavarentur, qui aqua se lavissent, etiam sanguinem potarent. Hæc illi: ubi in aqua lotione, veram expiationem, & mundationem ab omni culpa lethali debes intelligere; ne videlicet ad instar Pilati te laveris: qui accepta aqua lavit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, Matth. 27. vers. 24. id ad Sacerdotes male, & facte se lavantes referente Hugo Cardinal. ad ea verba, hunc in modum: Sacerdotes in fine Missæ manus lavant aqua, hoc ipso facio dicentes: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Sed in multis aqua illa reatum non tollit de manibus eorum, scilicet neque de manibus Pilati tulit. Unde dicitur Iaia 1. vers. 15. cum multipli caveritis orationem, non exaudiem; manus enim vestrae sanguine plena sunt. Hæc Hugo.*

*Probat autem se ipsum homo, & aqua Pœnitentia, & Confessionis ritus, & recte emundet conscientiam suam; ut innocens sit à sanguine iusti huius, nec aliter huic Christi mensæ ab ipso manducandus præponatur, quin peccatis mortuus accedat: ut suo modo dicere ipse posset, cum inclito Martyre Ignatio (ut ipse de se inquit in epistol. ad Romanos) *Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar: Nam si secus feceris, & ad Christum in Eucharistiæ volueris, non lotus accedere: audies ab illo: si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius: Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum portabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Psal. 49. vers. 12. hæc verba de Eucharistiæ Sacramento propheticè à Davide dicta explicantibus PP. Chrysost. Augustin. Zenone Veronensi, Helychio, Lyra, Dionysio Cartusian. Turrian. Genebrardo, & alijs apud P. Lorini ibi, quæ expositio omnia substat ex translatione Aquilæ, in qua pro sacrificium laudis, est vox Eucharistia, ut inibi Agellius obseruat: lam pende singula verba: Si esuriero, quibus innuit Dominus incovivio Eucharistiæ ipsu esse, qui verè & propriè māducet, & qui digne cōmunicaturos esuriat, ut famem suam restinguat: Deinde observa, quæ subiicit:**

Matt. 27
vers. 24.
Hug. Car
den.

II.

S. Ignat.
M.

Psal. 49.
vers. 12.

Chrysost.

August.

Zeno M.

Helych.

Lyra.

Dionis.

Turrian.

Genebr.

Lorin.

subiicit: *Nondicam tibi: Quà ratione?* quia esui aptus non es, qui non es nō or-
tuus peccato, & concupiscentijs eius,
sed vt taurus, & hircus pollutam vi-
tam agis: Nunquid ego Agnus imma-
culatus: *Manducabo carnes taurorum,*
aut sanguinem hircorum potabo? Et non
potius iterum dixerim, quod esurienti
Petro multitudine animantium im-
mundorum in lenteo oblatā suggetsi.

Act. 10.
vers. 13.

Occide, & manduca. Actuum 10. vers.
13. Ergo immola Deo sacrificium laudis:
Accede immolatus: mortuus peccato,
mundus à crimen: benè lotus aquà fa-
lutari: monente in hunc sensum Apo-

Rom. 1.
vers. 1.

stolo: ad Roman. 12. vers. 1. *Obsecro vos*
permisericordiam Dei, ut exhibeatis cor-
pora vestra hostiam viuentem sanctam, ra-

Gregor.
Magn.

tionabile obsequium vestrum: Pro cuius
commentario huic instituto per oppor-
tuno audi Gregorium Magnum lib. 4.

Aug. 10.
vers. 1.

Dialogorum cap. 55. *Neceſſe eſt, ut cum*

hac agimus nos metipſos in cordis con-

tritione maſtemus, quia qui Paſſionis Domi-

nica mysteria celebraamus, debemus imita-

ri, quod agimus, vnde concludit. Tunc er-

go verè pro nobis hostia erit Deo, cum nos

metipſos hostiam fecerimus. Hæc Grego-

rius. Sed Augustin. lib. 2. qq. Euang. op-

portune hæc firmat inquiens. Dominus

noster Iesu Christus, qui vult paſci mini-

ſterio ſeruorum ſuorum hoc eſt in corpus

ſuum, quaſi maſtatos, & manducatos traſ-

ferre, credentes etiam hic paſcit Sacra-

mento Paſſionis ſuæ: Audiſi maſtatos traſ-

ferri?

V.

Fecit quidem ſe iſum hoſtiam pro-

digis ille ad bonam frugem ſe recipiēs

cum in cordis contritione maſtatus

magna animi ſummiſione Sacra-

mentum Confessionis prænuncians dice-

bat: *Pater peccauī in cœlum, & coram*

te, iam non ſum dignus vocari filius tuus,

Lucæ 15.
vers. 21.

Lucæ 15. vers. 21. In quæ verba Gre-
gorius Nyſſenus in Catenâ Græcâ cum
prius dixiſlet. Hæc figura pœnitentium

Nyſſen.

est, hæc ſunt illorum verba. Post modum
inquit. *Confide igitur illi, qui te in Deo*

genuit, audacter ostende illi, quæ ſunt re-

condita animi arcana, detege ipſe, & hono-

ris, & valetudinis tua rationem habebit.

Ita Nyſſenus: Vis videre? Audi quæ ſub-
iicit Dominus. *Dixit autem Pater ad*

ſervos ſuos. Cito proferte ſtolam primam,

& induite illum. Et adducite vitulum fa-

ginatum, & occidite, & manducemus, &
epulemur. In quæ verba Basilius in eadē
Catena. Stabat (inquit) pater, & filij ab
errore reditū expectabat: ipſum abſoluit,

A & procul adhuc exſiſtent occurrens ceci-
dit ſuper collum eius, & amicis oculis ex-

cepit per pœnitentiam iam purgatum, eū
que primā ſtilā induit, veterem nunc ho-
minem exutum cum operibus ſuis, & de-
dit annulum in manus, mortis ſanguine

ablutas: En peccatorem probante m-
ſe, & peccata expiantem, & in cordis
contritione maſtatum; à Domino ab-
ſolutum: Sed obſerua illud per pœniten-
tiam iam purgatum: & illud manus mor-

B tis ſanguine ablutas, quæ veram lotio-
nen, & emundationem ostendunt: iam
tunc quid? Adducite (inquit) vitulum

faginatum, vbi Cyrill. Alexandrin. indi-
dem: Sed quis vitulus ille faginatus?
Christus utique, qui immaculatus Agnus

peccata mundi tollens immolatur, atque
eomeditur: Cuius particeps fiunt, quot
quot à peccatis reſurgunt: ita Cyriſſus, &
ad eius gustum Titus Bostrenſis in Lu-

C cam: Illum inquam vitulum adducite,
qui pro terrarum orbe immolatus, eisque
qui verà pœnitentiā ducūtur donatus eſt.
Hoc eſt tremendorum mysteriorum par-
ticipem illum facite. Hæc Titus: Ecce tibi
hominem digne ad Euchariftiam acce-

D dentem, qui veteri homine exuto, ſto-
la primā, & ueste nuptiali in cōviuij lo-
cum ingreflus ſit, cui vitulus faginatus
cū totā divitiarū ſupplectile donatur.

Iam denuo obſerua boni Patris ver-
ba: *Māducemus, & epulemur: quibus omi-*
nino significat, iſum in Euchariftiā, &
pascere, & paſci, & invitare, & invita-
tū, & eum qui convivatur, & cōvivam
eſſe: māducemus inquit, tā egoquā filius
pœnitens, qui & cælesti mensa dignū,
& cibū mihi aptū, & ſuavē ſemetiſum
fecit: vbi omnino vides Dominiū a cō-
muſicantibus aliter, & aliter paſci: dū
ab ijs, qui inexplorata conſcientiā, nec te-
le diiudicantibus ſumitur, tāquam car-

E *nibus taurorum, & ſanguine hircorum*
cibatur: ab eo autem qui in ſpiritu hu-
nilitatis, & animo contrito ſordibus
expiatuſ accedit, ſuavifimè reficitur:
pulchrè id obſeruante Drogone Ho-
ſtienſi ſerni. de Dominicæ Paſſionis Sa-
cramentiſ, tom. 2. Bibliothecę V. PP. in
Helia Prophetā, tum à corvo, animali

Cyrill. A-
lexan.

Titus.

VI.

3. Reg. 17
vers. 3. quidem immundo, tūm à viduā honestā sustentato: sic namque primūm Dominus, 3. Regum 17. verl. 3. *De torrente bibes corvisq; praecepit, vt pascat te: Deinde indidem v. 9. Wade in Sarephtha Sidoniorū, & manebis ibi: praecepi enim ibi mulieri vidua, vt pascat te, nimirum vt hēc verba in p̄sens mysteriū inflectat Drogo, Dominum sic alloquitur. Pascit te corvus: pascit & vidua, sed vidua p̄ane sub cineritio, corvus carne vespertina: Peccator corvus est: ita Drogo. Quid vero corvo dixerit Dominus? Nunquid manducabo carnes taurorum? Quod si ipse tanquam corvus mensæ se ingerat, & immundus p̄esummat ad Christi Sacramēta accedere, quæ alius nō dignè sumit, nisi qui mundus est: nec Christum patet, nec pascetur a Christo: Cui cogitationi benè adtipulatur Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 8. vbi cūm p̄enitisset. Si quis ergo elapsus de corpore Christi factus membrum meretricis, vel diaboli p̄aumpserit: non dubium quin ob iudicium excipiat, & cum Iuda culpa societur obnoxius, tamquia corruit, quam quia in conscientiā damnatus aūsus est, sine p̄enitentiā, & correctionis venia sancta mysteria temerare: statim rapaci corvo sumenti, quod suum non est, sic occurrit: Nec intelligit miser, quod nunquam caro Christi, nisi de manu eius, & sublimi arā, vbi Christus Pontifex futurorum honorum pro omnibus assistit, iure accipitur, ita ille: Vides vt corvus contra ius rapiat, quod non nisi de manu Christi, & sublimi arā iure accipitur?*

VII.
Iob 20.
vers. 14. Imo vero, non effugiet in rapina peccator: Ecclesiastic. 16. vers. 14. Nam vt est apud Iob 20. vers. 14. Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus: divitias, quas devorauit, evomet, & de ventre illius extrahet illas Deus: sub hoc sensu capiente hæc verba Hugo Cardinali, in hunc modum: Divitias, id est corpus Christi, quas devoravit evomet, & de ventre eius extrahet illas Deus, quia non vult Dominus manere in sentinā diaboli, Sic Hugo: compoens ibi priora verba. Panis illius vertetur in fel aspidū, cū illis Pauli. Iudicium sibi manducat, & bibit. Verum vt redēamus ad Pacianum, ipse p̄afato loco ad hæc Pauli verba magno verborum pondere clamat. Intremuistis? An non? Reus erit (inquit)

Hugo
Card.

Pacian.

corporis, & sanguinis Domini. Humanæ animæ reus non potest absolvi, Domini corporis violator evadet? Qui manducat (inquit) & bibet indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. *Evigila peccator: time in visceribus p̄sens iudicium, si quid tale fecisti.* Hæc ille. Et vero quando ipse evigilare nos admonet, obseruo in hīce Pauli verbis stylum iudiciale, & locutiones è foro petitas: *Reus erit, inquit, & iudicium sibi manducat, imo vero ipsi verbo, iudicium, in Græcospectatum (et enī grima) nescio quid terrible in esse: vt hūc denuo ad-*

*vocemus in persona Domini (vt expli-
cabat Chrysostomus ad calcem p̄e-
dentis adnotationis) verba Psalmis P̄al.
37. vers. 12. Rugiebam à gemitu cordis
mei: vt ostenderet magnitudinem gemitus,
eo quod quemadmodum leo p̄sdam deside-
rans, deinde non inveniens, rugit, itidem-
que, quod Sapientia ad Eucharistiam
invitans magno clamore vtatur (qui
quidem in utramque partem, sive p̄em-
ij eius, qui accedit, vt vidua, sive sup-
plicij corvi rapientis, qui carne pasci-
tur, & pascit, omnino valet) ait vero Sa-*

*lomon de Sapientiā Proverbior. cap. 9.
vers. 2. Misericordia vinum, & proposuit men-
sam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad
arcem, vbi LXX. habent. Convocans cum
excelsa p̄edicatione ad craterem. Cui iec-
tioni hærens Origenes in Catena Græ-
ca in Psalmi. 3. ait: In magnis Dei decretis
semper existit magnus Dei clamor. Qua-
propter, & Sapientia ipsa, apud Salomo-
nem cum clamore magno dicit: Venite, &
comedite. Sic Origenes. Quem sane cla-
morem magnum audire mihi videor,
non solum cum accipio à Domino.
Qui māducat me, viuet propter me, Ioan-*

*6. vers. 58. sed etiam cum audio Ioan-
nem 13. vers. 21. dicente de Domi-
no: Turbat us est spiritu (Syriacus. In-
frenuit spiritu) & discubentibus, &
manducantibus illis protestatus est, & di-*

*xit: Amen, Amen dico vobis, quia unus
ex vobis tradet me: itidemque cum Pau-
lus intonat: Quicumque manducaverit
panem hunc, vel biberit calicem Domini
indigne; reus erit corporis, & sanguini Do-
mini, 1. Corinth. 11. vers. 27. & statim.
Qui manducat, & bibit indignè iudicium,
sibi manducat, & bibit, non dijudicans cor-
pus Domini.*

Psal. 32.

vers. 34.
Chrysost.

Prov. 9.
ver. 2.
LXXX.

Origenes

Ioann. 6.
vers. 58.

1. Cor. 11.
vers. 27.

Sanè

Communicantem, esse Christi cibum. 341

- VIII. Sane si rem examinas, & de ea PP. cōfialis, omnino noveris, forem hūc stylum, quo Paulus utitur: immane proditionis crimen in indignè accedente arguerē: ita efferente hāc verba Hieronymo lib. i. aduersus Iovinianum: Quē qui indigne comedetur: reus erit violati corporis, & sanguinis Domini, quæ videtur explicatis Cyprian. ser. de lapsis, inquiēs Domini corpus in vadū, &c. Vis infertur corpori, & sanguini Domini. Explicatius S. Thom. S. Thom. in cōmentario inquiens, Reū esse corporis, & languinis Domini, perinde esse, ac si dicatur: Mortis Domini pœnas dabit, hoc est, ac si Christū occidere punietur secūdū illud ad Hebr. 6. v. 6. Rursum crucifigentes sibimet ipsis Filiū Dei. Sed exactiorē huius rei rationē investigemus: Quare ergo mortis Domini pœnas dabit? cur vim inferre dicitur eius corpori? Respōdet Theophil. quod frustra, & inaniter videatur effundere sanguinē Domini: Ut enim (inquit) qui tum pupagerūt Christū, sanguinē eius, non ut biberent, effuderunt, verū ut effunderent, sic indignē bibens, nihilque inde cōmodi referens frustra, ac temere profundit sanguinē: sic ille. Sed id non tam ad reū violati, & occisi Domini, quā ad prodigiū, & stultū tanti doni æstimatorē spe-
Sheodor. Etare videtur: Addit plusculū Theodor. inquiens, ad instar Iudæorum eum ignominia, ac dedecore afficiunt, qui sanctissimū eius corpus immundis manibus accipiūt: (priscis illis tēporibus Eucharistia à sumente manibus excipiebatur dexterā sinistrę superposita, vt constat ex S. Cyrillo Hierosol. cathesi 5.) & in ospoliatū, & incestū immittunt: ita ille, sed ad huc percōtari quis potest, cur id fuerit? reū esse violati corporis Domini, cū ipsum dū inviuis erat tangi, & atrectari, ab eo, qui peccato gravi esset obnoxius, lāthale crimen nō fuerit, vt hūc S. Thom. intētus docuit S. Thom. 3. p. q. 8. art. 4. Quare inibi ipse lāthale crimen eius, qui indignē accedit ad corpus Christi cōfereat: Quod quicūque hoc Sacramētū sumit, ex hoc ipso significat, se esse Christo unitū, & mēbris eius incorporatum; quod quidē sit per fidē formatā, quam nullus habet, cū peccato mortali; & ideo manifestū est, quod quicūque hoc Sacramētū cū peccato mortali sumit, falsitate in hoc Sacra-mente committit; & ideo incurrit sacrile-
- Hieron. A. B. C. D. E. gīa, tāqā Sacramēti violator, & propter hoc mortaliter peccat. Sic S. Thom.
- Bene quidē, sed etiā opportunē eum violati corporis, & quasi occisi Domini dixeris reū, qui venenopeccati infectus fese in cibū Domino manducādū proponit, & vt dicebat Pacianus tacenti Deo velut nescienti pollutā animā, & prophānū corpus ingerit; quēadmodū reus læsæ maiestatis habetur, qui Regi in cibum venenū ingerit, & tāqā tantū criminis reus punitur, et si Princeps ob detectā fraudē in columnis evaserit. Quæ quidē videtur suis Ambr. mens lib. i. de Virgin. cū ait. In proditore Domi-nus hoc gravissimū invenit, quo eius condēnaret persidiā, quod gratiæ & vicē non representaverit, & conviuīs amicūi, venenū malitiæ miscuerit: ita ille. Et quidē pulchritū venenū malitiæ convivio, in quo Christus pascebatur, & pascebatur, cibus erat, & cōviva immixtū à Iuda asserit: Ut hinc plusplus appareat, quā im-mane crīmē sit corpus Domini indignē manducare: quare preme Græcā vocē enoxos, pro quā posuit Noster reus, quā proprievertas obnoxius ea siquidem inuitur perinde illū violati corporis, & fusi sanguinis Domini criminis obnoxiū esse, ac si reapse immixto veneno necē Domino intulisset. Quo iverint Domini voces, atq; rugitus. Verūtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mēsa. Luc. 22. v. 21. vbi notanter adverbio, ecce, & voce de præsenti tradētis, nō tradi-turi v̄sus est Dominus, vt Iudā lā tradentē ipsum morti, cū indignē mandu-cabat corpus suū ostēderet, itidēque apud Ioan. 13. v. 18. Qui māducat mecum pa-nē, levabit cōtra me calcaneū suū, quæ Va-tes prænunciaverat Psal. 40. v. 10. Ete-nim homo pacis meæ, in quo speravi, qui e-debat panes meos, magnificavit super me supplantationē: ostēdens nō sinedolore, & elulatu insidias ipsi in cōviuio pos-itas, & mortē sibi à luda paratā: vnde no-tanter Ioan. 13. v. 17. inquit: Et post buc-cellā intrauit in eū Satanas: ad quæ verba Hieron. (citatū à S. Thom. in Caten. ad c. 14. Marci) Vnūquodq; animal ad simile sibi iūgitur. Nimirū de diabolo no-tanter dixit Dominus homicidiā esse, Ioan. 8. v. 44. Vos ex patre diabolo estis, Ioan. 8. & desideria patris vestri vultis facere, ille v̄rs. 44. homicida erat ab initio.
- C. A. b. prof. B. C. D. E. L. 22. v. 21. Joan. 13. v. 17. Psal. 40. v. 10. Hieron.

- X.
Psal. 68. vers. 23. Concinit his Vates Psal. 68. vers. 23. de Iudæ & eius in impudetia socijs prædixisset: Dederunt in escam meam fel, & insiti mœa potaverunt me aceto: subiicit supplicium è vestigio illis obventurū. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalū. Quæ de sanctissimâ Eucharistia, & de ijs, qui indigne ad ipsam accedunt optimi Autores accipiunt, è quibus Agellius, qui litteralissimus inter omnes est, sic inquit. *Animaduerte autem, nū mensa Christus dici possit, cum ipse sit Sapientia, quæ dicit: Venite, edite meum panem, & bibite vinum, quod miscui vobis. Prov. 9. vers. 1. & Panis item vivus, qui de cœlo descendit: Cuius caro verus est cibus, & sanguis verus est potus: Ita ille, ut sensus Vatis sit, Dominum esse in mensam hominibus apposuisse, vt illis & cibus, & conviva esset, qui tum eos manducaret, tum etiam ab illis manducaretur: cumque ipsi ad hanc mensam mundo corde, & corpore accedere debuissent, vt dulcis eius palato esca fierent, è contrario quidem convivio amicitia venenum, & fel malitia misceuisse: ob quod flagitium debita illis poena, eaque gravissima inficta est, vt iniusta retributione mensa hæc in laqueum, & ruinam eorum conversa fuerit: qui quidem sensus auctore Lactantio lib. 4. c. 18. his verbis reddiderunt Oracula Sibyllina in hunc modum. Hospitalitatis autem huius soluent mensam, cum nimis illis in dignam retributionem vertitur, vt qui venenum apposuit, venenum edat (vt inquiebat August. Buccella Dominica venenum fuit Iudeæ) & qui laqueum, & captionem paravit, laqueum devoret: vt hinc cū ludam videris laqueo se suspendisse, non id mireris, tanquam rem novam, quippe qui iam laqueum, & iudicium in visceribus habebat (vt dicebat S. Pacianus) equibus cōsequens videbatur, vt extraheret: Nec fuerit in his verbis prætermittendum pro voce scandalum reposuisse Symmachum Græcam vocem, quæ supplicium quod sumitur in vindicationem honoris læsi significat, Ergo. *Erigula peccator time in visceribus præsens iudicis, si quid tale fecisti, & Ambrosium serm. 33. monentem auscultat: Serpens cum venerit ad bibendam aquam, priusquam bibat, ex-**
- Atra fontem evomit venenum suum, & postea biberit; ita & nos quādo ad Altare Domini communicaturi accedimus, deponamus venenum pessimum: hoc est, iracundiam, avaritiam, cupiditatem, superbiam, sacrilegum, fursum, luxuriam falsum testimoniū, discordiam, perjurium; hæc sunt animalium venena: ista prius repellamus à nobis, & sic ad Altare Domini corpore, & sanguine eius satiemur: ita Ambrosius. Qui statim eandem tententiam pro rei gravitate sic inculcat. Mundemus corda, & corpora nostra ab omni vicio malo, vt casto corpore, & mundo corde, & cum securâ conscientia ad Altare Domini possumus accedere.
- B. ACCE DENTI IN DIGNE AD Eucharistiam, tum grauissimum, tum etiam præsens exitium immittenre.
- C. ADNOTATIO V.
- D. **B**ENE omnino pendit Vener. Baldinus in allegorijs Gotfridi Tilmani verba Pauli. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Nam cum ad priora verba premens ad verbum, indigne, dixisset: Non dicit, nō dignè, sed indigne. *Quis enim vsque quando dignus? Vel quis dignè accipiat? quantumcumque sit iustus? quantumcumque sit perfectus? Magis est dignatio Domini, quam dignitas servi: subiicit ad sequentia. At cum iniustus accipit, periculum augetur: indignitas peccatoris, & indignatio iudicis. Iudicium enim sibi manducat. Quare iudicium sibi manducat? Quia magis iudicem, quam Salvatorem manducat, non dijudicans corpus Christi. Proinde Paulus corpus suum castigat, & in servitutem redigit, ne reprobis efficiatur. Quo suo metu grauissime paritania corda nostra percudit, vt amplius timeamus. Quid enim faciet virgula deserti? Vbi contra miscit cedrus paradisi? Hæc ille. Pende illa. Magis iudicem, quam Salvatorem manducat, vt in felix ille suimet præsentis exitij auctor, & artifex sit: omnino exprimens*
- I. Baldun.

Lactant.

August.

Pacianus

Symmac.

Ambros.

Sapien-

Sap. i. v. Sapient. i. vers. 16. affirmā-
tem. Deus mortem non fecit, nec lētatur
13. & 16 in perditione vi vorum: impia autem mani-
bus, & verbis accerſierunt illam: nec non
vetus adagium, accerſitum malum, vt di-
xerit Apostolus; eos qui indignē ad Eu-
charistiam accedunt, suummet iudicē
ob alia peccata supplicium retardan-
tem, & ad puniendum nolentem acce-
dere, quasi de industria, & datā operā,
& accurato consilio advocare, & in-
crimīnum cognitionem, & iudicium
etiam renuentem adducere. Quod vi-
detur exp̄sile lectio Syriaca. quē Pa-
uli verbas effert. *Condemnationē animæ*
ſuæ edit, & bibit, tantū nō inquiēs: Pau-
lus ipſem et ſe cōdēnat, qui iudicē, &
gravi iniuriā lacēſitū cognitione per-
*acta in domum ſuam ſententiam mor-
tis prolaturum inducit. Quo ſanē in lo-
co, & flagitiij enormitatē denuo inſi-
picere, & imminens ē vicino discriminē
expendere erit operæ pretium.*

II. Et verò præter ea, quæ de veneno in
præced. adn. diximus, obſerua pro ex-
crabilis flagitiij magnitudine empha-
ſim, qua Paulus illud videtur exp̄ſisie

Hebr. 10 ad Hebr. 10. v. 29. dum inquit. *Quanto*
vers. 29. *magis putatis? deteriora mereri ſupplicia,*
qui Filium Dei conculcaverit; & ſanguinem
testamenti pollutum duxerit, in quo
*ſanctificatus est, & Spiritui gratia contu-
meliam fecerit? Quæ de ijs, qui ad Eucha-
riatiam indignē accedunt Dionysius A-*

Dioyn. A-
lex.
Chryſof.
Theoph.

lexan. in ep̄lt. contr. Paulum Samosate-
num, Chryſotomus, & alij PP. inter-
pretantur: *Audiamus* (inquit Chryſo-
tomus) *qui indignè ſumus particeps my-
ſteriorum: audiamus qui indignē ad men-
ſam illam accedimus.* Pende vero in Pau-
lo, & imaginem conculcandi, & phra-
ſim illam Spiritui gratia contumeliam fe-
cerit. Quo enim vivaciore penicilo
extrema contumelia, & contemp-
tus, quam in imagine conculcādi, exprimi
valeat? quippe quod vilissimum
est, aut vilissimum haberi volumus;
non manibus, sed calcibus proteri-
mus: & nullam (inquit ibi Chryſotomus)
rationem habemus eorum, quæ con-
culcantur: *Quod plusplus explicit* A-
postolus subdiens ſanguinem testamē-
ti pollatū duxerit: vbi Chryſotomus.
Quid est communem? (sic ipſe legit) id est
*immundum: Vt vero tota Pauli ſen-
tē*

Chryſof.

tia emphatic subsiftat obſerva, ipſum
ſtatim non dixisse ſtri contumeliam gra-
tia ſpiritus, ſed notāter ſpiritui gratia;
quali de ipsa Christi Divinitate loquatur
que gratiam largitur, & in Eucharifta
Sacramento reipsa percipitur, vt inquit
ibi Iustinianus: *Quo tenui Cyprianus*
*ſerm. de cœnā Domini, inquit. Tu ſi tem-
plum Spiritus Sancti vias ſi intra reſa-
crarum Dei deturbas, & fadas ſi cum ca-
lice Christi de calice dæmonorum commu-
nicas: contumelia eft, non religio, iniuria
non devotio. Sic ille.*

Cyprian.

III.

A Iam hinc conculcandi contume-
liam cum Divinitate coniunge, vt im-
manitatem flagitiij, quod in ipſum Deū
facie ad faciem impudentiſſimè perpe-
tratur: melius pendat: Obſerua ex Mar-
co cap. 14. vers. 65. & Luca cap. 22. v.
64. nefarios illos ſatellites, qui Christo
Domino in domo Principis Sacerdotū
ſacrilegio furore illudebant; non primū
id aufos, quam faciem ipſius obducto
velo obnubilarent, quippe verbiſ Mat-
thei 26. ver. 67. Tunc expuerunt in facie
eius. & colaphicum occiderunt: alij autē
palmas in faciem eius dederunt: dicentes.
*Prophetiza nobis, Christe, quis eſt, qui te
percussit? Signate Marcus, & Lucas ad-
didere, ceperunt velare faciem eius: Sed
quam ob cauam? Num, ne illi ſeſe ab
ipſius oculis abſconderent? nec ab eo
illufores agnoſcerentur? Minimè, quo-
niā oculi Domini multo plus lucidiores
ſunt ſuper ſole circuſpicientes omnes vias
hominum, & profundum abyſſi. Eccles.
23. ver. 28. Sed ea potius ratione: ne il-*

Marc. 14.

ver. 65.

Iuc. 22.

ver. 64.

Matt. 26

ver. 67.

C D li in tantam faciei maiestatem, atque
ſplendorem furere viderentur, imò ve-
ro eius cognitionem diſimularēt: acu-
tē id adnotante Beda in cap. 14. Marci
hunc in modum. *Non ut eorum ipſe ſee-
lera non videat, ſed ut à ſe ipſi, ſicut quon-
dam Moysi fecerunt, gratiam cognitionis
eius abſcondant.* Hec ille. Ex quibus peio-
rem tortem, & impudentius flagitium

Beda.

E eorum, qui indignē ad Euchariftiā ac-
cedunt fore dixeris; qui in Christi facie
ſive in ipſius Divinitatem nullo obdu-
cto velamine foedo ore conſpuere non
verentur: De quo audi Petrum Bleſen-
sem ſer. 38. vbi post plura de veteri ſenſi.
Sacerdotum munditia: in hanc ſen-
tiam ſic ratiocinatur. *Quicumque enim
ad Altare Domini accedit iniquinatus lu-*

Petr. Bleſ-
ſem ſer. 38.

xurias,

xuria, iuxta Filium Virginis idolum ponit
veneris (allusione a Petro facta ad An-
tiochum Epiphanem, qui tempore Ma-
chabaeorum templum violenter ingre-
sus Idolum Iovis Olympici in eo iuxta
Arcam testamenti posuit. Quis acra il-
lius verba Sacramenti ore immundo pro-
fert, in faciem Salvatoris spuit. Et cum in
os immundum sanctissimam carnem im-
ponit, eam quasi in lutum platearum proicit.
Hæc & alia Blasensis.

IV.
Psal. 40. vers. 10. A quo non abit epitasis verbi, magni-
ficandi, quo usus est Dominus cum de-
luda ad Eucharistiæ peccato obnoxio
accedente dixit Psalm. 40. vers. 10. Qui
eudebat panes meos magnificavit super me
supplantationem: nam primum in agro

magnificandi supplantationem non tam
ad crimen proditoris, quam ad indig-
num accidit ad Eucharistiæ referendam
videtur, ut videlicet edendopanem
Dominicum supplantationem magni-
ficaverit: Quod omnino expressit Le-
ctio Symmachi: Comedens panem meum,
ut sensus sit: Christum à luda supplantatum,
cū ipsum hostibus impius ille vedi-
dit; opportunè supplantandi imagi-
ne significatà proditione, clanculum,
& fraudulentem facta: at enim verò cū
post traditionis crimen, indignè ad Eu-
charistiæ accessit: magnificasse sup-
plantationem: id est illam subinde atro-
ciorem fecisse, quia nimurum impudē-
ter, & invercunde in ipsam Christi fa-
ciem, & Divinitatem facie, ad faciem
iniurius fuerit: Quod itidem expressit
Dominus apud Ioannem 13. vers. 18.

inquiens. Levavit contra me calcaneum
suam, vt dixerit: iam me ille conculca-
verat, & pedibus obtriverat, cum me
vendidit: sed non contentus eo crimi-
ne, grauius illud commisit accedens in
indignè ad Eucharistiæ mensam; tunce
nimil usus es, tum maiore impetu, tum
etiam non clam, sed aperta vi me pro-
terere dum altius, levavit calcaneum, ad

Ambros.
Cassiod.
Cyprian.
Isidor.
August.

me conculcandum: Quòd it lectio Ambrosij, Celsiodori, in id Psalmi, Cypriani, in Symbolo, Isidori de Passione, cap. 12 quæ habet ampliavit super me supplanta-
tionem, sive calcaneum, vt legit August.
vt atrox proditoris facinus maius in-
cremen ab indignè Eucharistiæ sum-
ptione acceperit, hoc est (vt explica-
tius dixerim) ut comedens panem Domi-

nium Iudas protecerit in peius, & am-
plius deliquerit ingentem contumie-
lianam Christo irrogans. Quæ omnia egre-
giè expressit Ambrosius, qui utramque
lectionem, magnificavit, & ampliavit
complexus, sic inquit: Vtrumque nobis
exposuit Dominus, quod movere nos pos-
set dicens in Euangelio. Qui manducat
me cum panem, levavit super me cal-
caneum, &c. Et ego vidi aliquem puer,
athletam cum elisisset ad veriarum fron-
tem ei percussisse calcaneo, quod signum fue-
rit, quod insultaverit victo. Hoc est,
quod ait: Magnificavit super me sup-
plantationem. Quo verbo insultantis ia-
ctantiam declarauit. Hęc Ambrosius, vbi
vides in pudentissimum ludam indig-
nè ad Domini mensam accedentem,

B & calcaneum in Christi frontem levā-
tem, ipsimet Divinitati iniurium, &
contumeliosum extitisse dicente Apo-
stolo. Caput Christi Deus, 1. ad Corinth.
11. vers. 3. vnde pergit Ambros. Leva-
vit etiam Iudas calcaneum, quasi luctator
insolens, & superbus, quo caput percutie-
ret Salvatoris, sed caput Christi ferire non
potuit, quia caput Christi Deus. Sic ille.
Quo planè sentit Cypria. lib. sive sermo-
ne de lapsis, generali oratione de ijs, qui

C Domini corpus nō exacta poenitentia
accipere presumunt dicebat: Oneras ad-
huc crimen, & cumulas: & paulò ante:
adductis Pauli verbis: Reus erit corporis,
& sanguinis Domini, subiicit. Spretis his
omnibus, atque contemptis, vis infertur
corpori eius, & sanguini, & plus modo in
Dominum manibus, atque oredelinquant,
quam cum Dominum negaverunt. Hęc
ille ingenti observatione digna.

D Ijs proxima sunt, quæ David vatici-
natus est Psal. 21. vbi cum vers. 27. de
ijs, quidigne, & reverenter ad Christi Sa-
cramento accedunt præmisit. Edent
pauperes, & saturabuntur, & laudabunt
Dominum, qui requirunt eum: viuent cor-
da eorum in seculum seculi, quæ sic ex-
plicuit Agellius: Hic de mysteriorum sump-
tione, & communicatione loquitur: dein-
de quida mysteria dignè sumentibus pre-
stent exponit viuent corda eorum, &c.

E Ille namque panis vitæ est, quem nisi man-
ducaverimus, non habebimus in nobis vi-
tam: subinde vers. 30. de hominibus sa-
culo addictis, & illius peccatis implici-
tis, ac proinde indignè communican-
tibus

Ambros.

1. Cor. 11
vers. 3.

Cyprian.

V.
Psal. 21.
vers. 37.

Agellius

Psal. 21.
vers. 30.

Agellius

tibus, subiicit: *Manducauerunt, & adoraverunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram: quasi illi externa adoratione contenti; quin de animo expiendo curare studeant, ad Altare accedant: iudiciū inde sibi manducaturi: vii hēc verba in hunc sensum inflexit ibi idem Agellius inquiens: Sensus autem hic mihi videtur esse totus huius versus: illi quidem pauperes manducabant, & saturabantur, & laudabant Dominum: hi vero divites, & superbi, quamvis manducando, nec saturantur, ne claudent, ut qui in iudicium sibi manducent, tamen adorabunt Deum, cum post mortem omnes homines in conspectu eius cadent, anteacte vita, & indignæ huius mādicationis præcipue rationem reddituri.* Hæc Agellius: Et vero, ut apposite hæc dicantur, malum tamē phrasim illam, *manducandi, & adorandi* cōreferre, ut is manducationis modus cōtumeliasit (ut dicebat Cyprianus) nō religio, iniuria, non devotio, quasi indignè communicantes externāllā adoratio-ne, & specie religionis omnino videantur exprimere impium illum Regē Herodem dicentem: *Vt ego veniens adorem eum,* Matth. 2. vers. 8. hæc illius verba huic instituto scitè accommodante Chrysostomo homil. 7. in Matthæum, vbi cum dixisset. *Etsi Magus fortis, nihil te ad hunc Regem introire prohibebit, modo ut adoratus, atque honoratus Dei Filium, & non quasi conculcatus ad venias: modo ut honorem ipsum cū gaudio, ac tremore offeras. possunt enim utraque hæc pariter convenire: opportunè hinc admonet. Sed cave ne Herodi efficiaris similis, & dicas: vt & ego veniens adorem eum: Cumque veneris interime re coneris. Huius etenim similes sunt, qui indignè abutuntur communione mysterij. Reus eit etiam (inquit iste) corporis, & sanguinis Domini: Vt specie quidem adorare videantur, quantum vero in ipsis est, interimunt eum, quem adorare se simulat. Et statim: *Ttimeamus igitur, ne quādo speiem supplicum, atque adorantium geramus, opere vero existamus inimici.* Hæc & multo plura ibi Chrysostomus.*

VI.

Ioan. 13. vers. 27. Iam hinc ut flagitijs enormitatem, ita commeriti supplicij gravitatem obserua: cum de luda à Ioanne dictum audis: *Et post buccellam introiuit in eum Sa-*

thanás, cap. 13. verl. 27. Sed quomodo? aut quā ratione? in ipsum introiisse tūc dicitur? qui ab ipso iamdiu possidebatur? ita enim paulò ante de codem dixit idem Ioannes verl. 2. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Iscariotes. Sanè, quod ab eo irreverēter, & indignè accepto Domini corpore, Christus qui paulatim, & sensim à luda discedebat, tunc quasi ab hostie in ipsum irruente omnino diffugerit, unde totus statim dæmon in vacuum habitaculum introivit, diram in illius animam punitionem desperationis executurus: ad eum quidem nodum, quo de Saule à Dei spiritu deserto, & à malo dæmonie occupato scitè dicebat Basilius Seleuciensis orat. 14. Spiritus autem gratia à Saule transflata spiritui nequam habitationem concedebat. Quale enim anima diversorum Saul preparabat, talem suscepiebat habitatorem. Deseritam igitur à gratiâ, nec habitatam Saulis anima natus dæmon proprium sibi effecit domicilium. & aduentus sui notas eventu rerum dedit. Sed id potissimum in luda à Chrysostomo, & Cypriano observatum audi, ille enim hom. 82. in Matthæum cū præfatam difficultatem movislet, inquiens. Quomodo autem Matthæus, & alij duo cum primum de proditione pepergit, captum à diabolo dicunt, Ioannes vero ait, quod post intinctum panē ingressus sit in eum Satanás? Non aliter quippe Ioannes, quam ceteri dicit. Cœnà enim ait facta, cū diabolus rā in cor Iudei immisisset, vt enī traderet. Quomodo ergo dicit, quod post buccellam introiuit in eum Satanás? sic scitè eam dissolvit. Quia non subito, neque sub uno momento sed sensim diligenter factio periculo hominem ingreditur, quod & hic factū esse intelligimus, sensim enim ad eum accedens, & pulsans, postquam aper-tum sibi habitaculum esse cognoverat, totus deinceps hīc spiravit, & planè ipsum superavit. Hæc ille, vt dixerit, per alia criminata sensim, & quasi per partes in animam Iudei dæmonē introiisse; post acceptam vero buccellam, cum desertani omnino à bonohabitatore, anima qui sensim ab ea discesserat, invenislet, totum cum dira virium tuarum potestate in illam irruisse, vt extrema ruine & desperationi obnoxianū faceret. Cōcinit huic sensui Cyprianus term. de co-

Ioan. 13. vers. 2.

Basilius
Selleuc.

Chrysost.

D

E

na Domini, inquiens. *Vbi sacrum cibum mens persula tetigit, & sceleratum os pa- nis sanctificatus intravit, parricidalis vim tanti Sacramenti non sustinens, quasi palea de area exsufflatus est, & præcepit cu- currit ad proditionem, & pretium ad des- perationem, & laqueum: ita Cyprianus.* Notanter monens a sacro cibo mente perfidâ accepto præcipitem ludam in laqueum, & desperationem cucurris- se.

VII.

Nec caret emphasi illud, quasi palea de area exsufflatus est, ut extrema ruina, & omnimoda separatio à corpore Chri- sti significetur: nimirum in Ecclesiâ, & triticum cum palea, & boni, cum ma- lili permixti sunt: Domino benignè sus- tinente, ut palea in triticum; & mali in bonos convertantur; sicubi autem de area exsuffletur palea, perinde est, ac palmitem à vite excitum igni deputa-

Hieron. rī: Vnde Hieronym. in cap. 14. Marci de Iuda, sic decernit. Et Iudas bibit, sed non saturatur; nec sicut extinguit ignis in ferni, quia indignè sumit mysteria Christi.

Basilius. Cui cogitationi subscriptit Basilius ser- mon 1. de Baptismo, monens, ab eo, qui indignè ad Eucharistiam accedit Chri- sti veste: n, de quā tanquam ipsius mem- brum agnoscebatur, auferri, hoc est à Christi corpore, tanquam putridū mē- brum separari, sic namque ille. Quis por- rò is noster vestitus? Christus certè, quod Sanctorum indumentum? utique Domi- nus noster Jesus Christus: quanticumque enim in Christo baptizati es sis, Christum induisti; que ab ihs auferet Dominus, qui per peccatum fœde proculcant ipsius cor- pns, & ipsius sanguinem testamenti, com- munem esse ducunt, & immundum. Hæc ille: Vbi obseruatu digna fuerit hæc Ba- silij mens: Perinde quippe fuerit ab in- dignè communicante Christum aufer- ri: ac dixisse eadē omnino de te Apo- stolum. Non relinquitur pro peccatis ho- stia. Terribilis autem expectatio iudicij, ad

Hebr. 10. vers. 26. vt sit sensus illum quasi paleam exsufflari de area, & ex- tremo damnationis supplicio esse vici- num; non quod illi omnis, salutis adi- matur spes; qui dum invivis est, salutē consequi potest æternam; sed quod in tanti flagitijs pœnam vberiora gratia auxilia ipsi denegentur: attestate in eadē epistola cap. 6. vers. 4. Paulò: Im-

possibile est enim eos, qui semel sunt illumi- nati, gustauerunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt Spiritus Sancti: gusta- verunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque facili venturi, & prolap- si sunt, ruribus renovari ad pœnitentiam: rur- sum crucifigentes fibimur ipsis Filii Dei, & ostentui habentes. Quo in loco phra- sis illa *impossibile est*, non perinde acci- piēda est, quasi res sit, quæ fieri nequeat & actu sit impossibilis: sed eo sensu, quo impossibile appellavit Aristoteles lib. 1. de calo, cap. 1. quod *non bene*, *nec celeriter, nec facile fit*, ut velit Paulus, eos qui gravioribus criminibus feci in- quinaverunt signatè verò, qui ad Eu- charistiam indignè accessere, non sine magna difficultate resipitcere, & sanio ra consilia spectare, quod eorum culpa detestabilior, & impudentior sit, qui Dei Filium concilcaverunt.

Aristot.

Quo autem modonon sit difficilis eorum resipientia? quos malus dæ- mon totus possidet; & in quos plenum ius habet: ut hinc bene docuerit Chry- softomus salubrius homini esse, ener- gumenum fore, id est demonem in cor-

C pore suo recipere, quam immundacō- scientiâ suscipere Christi corpus: sic e- nem ille homil. 60. ad populu Antioch. Dicam aliquid terribilius, non tam graues energumenos intusesse, quam istos, ut ait Paulus, ut Christum cōculcent, & sanguinem testamenti communem existimēt, & gratiam Spiritus afficiant contumeliam, de monium enim paciente peior est, qui post- quam peccavit, accedit. Ita Chrysofto- mus. Et quidem recte, cum peius sit, dæ- monem in anima, quam in corpore re- cepisse, nec dæmonem sensim, sed to- tum introeuntem, & totis malignita- tis suæ viribus animam punientem; ut non sine magna difficultate resipiscat:

Enim verò cum proprium sit insignium peccatorum teste Paulo cauteriatam habere conscientiam, ut inquit 1. ad Ti 1. Tim. 4. moth. 4. vers. 2. Cauteriatam habentium vers. 2. conscientiam: hoc est indelebilis quo- dammodo peccatorum notis affecta, & sensus dolore carentem: ut inquiunt Ambrosius, & Theodoreetus: Sicut enim cauterium immutari non potest (inquit Ambrosius) ita nec eorum animus eme- dari, pergit Theodoreetus: Locus caute- rij morte affectus priorem sensum amittit: Theodore-

VIII.

Chrysost.

D

E

id

Hebr. 6. vers. 4.

id quidem signatè potest indignè cōmunicantibus aptari, de quibus experientia constat, magnè difficultate refi-
plicere, & sensum amaritudinis peccati quodammodo amittere de quibus Cyprianus lib. de oratione Dominicā do-
lenter inquit. Dei præcepta contemnunt,
agere pœnitentiam nolunt: ante admissum
facinus improvidi: post facinus obſtinari:
Pro hac cogitatione omnino fideiubē-
te præfato loco Hieronymo, dū poſt
citata verba de luda illum, & ei ſimi-
les cum Lunę maculis, quæ indilebiles
ſunt, hunc in modum componit. *Hic*
Hieron. *macula in Lună ostenditur, quæ nunquam*
deletur. Luna Ecclesiæ merito cōparatur.
Sed à sole certis modis ſuſcipit lumen; id
est à Christo, qui permanet in eternum. Sunt
enim in Ecclesiā, quos ſacrificium nullum
emundat, ſed eos cogitatio inſipiens perdu-
cit ad culpas, qui ſe cōnoſe crudelitatis fe-
tortibus miſcuerunt. Hec Hieronymus de
ijs qui iudicium, ſibi manducant, & bi-
bunt non dijudicantes corpus Domini;
non quidem, quod nequeāt relipſi-
cere, & ad bonam frugem reduci, ſed
quod id ab illis, nec cito, nec bene, nec
facile faciat: ut de re impotib[us] dice-
bat Ariftoteles.

IX.
Lect. Sy-
riac.
Pauli, quæ pro ijs verbis. Iudicium ſibi
manducat, & bibit absolute reponit: Cō-
demnationem animæ ſu[e] edit, & bibit, vbi
vides, iudicium nō ſub lite, aut dubiū,
ſed ad cōdēnationē v[er]que quaſi perda-
ctum: ut perinde sit, ac illud iam iudica-
tus eſt, loan. 3. vers. 18. Verum enim ve-
ro illud in his Pauli verbis egregiam vi-
detur habere epitasim, quod non fue-
*rit contentus dicere, iudicium ſibi man-*D*
ducat, quin etiam addiderit: Et bibit, ut
ab illo iudicium, & condenatio non
solum manducetur, ſed etiam bibatur.
Quare? Planè ut significaret, indignè
accidentem ad Chriti mensam, non
qualencumque coademptione n[on], ſed
eam, quæ ē veltigio celer, & citissima
ſit, ſibi accersere ſuperinducentes, ſibi ce-
lerem perditionem (ut monet Petrus 2.
epit. 2. vers. 1.) ut cœco impetu ad in-
teritum ruere videantur: acutè premē-
te in hunc ſenſum Græco Auctore in Ca-
tena Græca Corderij in cap. 22. Lucæ
Auctor Græcus. potus imagine m[od]is verbis. Solet nimi-
*rum in communi viētu liquidum alimen-**

tu[m] ſicciorum ciborum eſſe vehiculum: ita
ille: A quo non abit viatici ſimilitudo,

quam iſdemmet Pauli verbis affixit

Inibi Chrysostomus hunc in modum.

Quid dieſis queſo? Tantorum bonorum cau-

ſa, & que vitam exhibet iudicium ſit? Mi-

nime propter eius naturam, ſed propter ac-

cedentis voluntatem. Quemadmodū enim

prætentia eius, qui magna illa, & arcana

nobis affert, niſi accipiatur, magis dannat;

ita myſteria maioris punitionis præbet via

tica, hiis qui indignè cōmunicant. Sic Chry-

ſolt. viatici imagine monens; indignè

cōmunicantem necellaria cibi, pecu-

nari & aliorum ad iter mortis celereiter,

& expeditè confiendum ſibi præpara-

re. Cuius rei cumpluraſ. Cyprianus lib.

de lapis. divina vindicta exemplar refe-

rat: illud eſt Inſigne: Ea (inquit) quæ atra

te pro vœta. & in annis adulteroribus con-

ſtituta ſacrificantibus nobis latenter obrep-

ſit, non cibum, ſed gladium ſibi lumens &

velut quædam venenala lethalia inter fau-

ces. & pectus ſanguinem admittens angu-

& anima ex extuante concludi poſt modi-

capit. Et preſuram nō tam perſecutionis,

ſed delicti ſui paſſa palpitanſ, & tremens

concidit: Impunitum diu non fuit, nec oſ-

cultum diſimulat a conſcientie crimen.

Quæſi felleraſt hominem Deum ſenſit ulo-

rem. Hec Cyprianus. Audi: Non diu im-

punitum crimen: Deo ē veltigio ab indi-

gnè cōmunicante poenas expoſcen-

te. Quid ni autem diſerimus? infelices

iſto vicino obnoxios eſſe ſupplicio,

quod iſpis ab Angelis divina indigna-

tionis ministris plerumque inſigit: in

hanc ſententiam capiente Patchacio

lib. de Sacram. corpor. & ſang. cap. 8.

Pauli verbā quæ ijs iubiacent. Ideo in-

ter vos multi imbecilles & dormiunt mul-

ti: dum ſic inquit. Apoſtolus de ijs. qui in

dignè ſumunt non adiudicantes corpus Do-

mini: propterea imbecilles ſunt, & dor-

miant multi: Dormiunt inde multi non

ſomno pacis ſed ſomno mortis quia miniſte-

rib[us] eorum, qui ad hoc poſtiunt, Angelorū

perimuntur. Pergit. Imbecilles vero ſie-

bant, quia varijs langoribus ideo cruciabā-

tur, quidam ut cerrigerentur; quidam ve-

ro, ut iam inciperent torqueri, ut metu eo-

rūm ceteri ſanarentur: Alioquin plaga, &

infirmitates nūnq[ue] am in populi Chriti rā-

tum crebreſcerent, preſertim cum de ijs,

qui ex Ægypto inſigra Sancte Dei Eccle-

Chrysost.

Cyprian.

Pafchaf.

1. Cor. 1. 1

verſ. 30.

(si e grediebantur, lectum sit, nullum fuisse infirmum. Hæc ille, edocitus omnino à Chrysost. hom. 5. in epist. 1. ad Timoth. Ad illum: ut subijciam, quæ inibi talibriter monet Paschalias inquiēs. Verū tamen, quia sepe gravius peccantibus di- vina patientia, licet præsumant indignè, parcit ad tempus, & expectat ad pænitentiam; non ideo securitas subrepatur, quia the-

A jaurizat sibi contemptoriam in die iræ, & peccata in Deum magis accumulat. Cer- tus sit enim, quia vltores Angeli, nec se- mel indignè communicanti parcerent, nisi bonitas Christi, in cuius iudicio pendet omnia, & cui commissum est, ut signum ponat suo rum in frontibus, gladii suspendet, & re- moveret interdum momentaneam mortem. Sic Paschalius omnino audiendus.



DISSERTATIO II.

DE EXACTISSIMA PURITATE, quæ præambula ad Eucharistiam esse debet.

*ACCEDENTEM AD EVCHARISTIAM, VEL
minimas venialium peccatorum maculas eluere, atque
expurgare debere.*

ADNOTATIO I.

I.



*Psalm. 25.
vers. 6.*

VIS unquam sacra facturus; ad Altare Deitatis stupidus, aut parum attentus accessit, qui manus pri- mum non laverit? Curigitur in ipsam et sacramenti mysterij celebrationem ex- tremos denuo digitorum articulos ex præscripto Ecclesiæ lavare iubetur, ore professus: *Lavabo inter innocentes manus meas. & circundabo altare tuum Domine:* Psalm. 25. vers. 6. Occurrit dubitationi ipsem et Dominus ante Eucharistiae in stitutionem discipulorum pedes lavas; Petroque mysterium ignorantis respon- dens. *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pe-*

B des laveret, sed est mundus totus, Ioan. 13. ver. 5. id est ut inibi explicat Augustinus, qui lotus est, mundus est præter pe- des; ideo ut munditiam exactam con- sequatur, & totus mundus fiat, indiget ut pedes laveret: ubi acutè à nonnullis a- pud P. Maldonatum ibi num. 45. obser- vatum est, Christum ad consuetudinem eorum allusisse, qui in balneis se lavat, qui toti quidem loti, & mundi exeunt etiam pedibus, sed qui a pedibus terram calcant statim eos inquinare, cum cæ- teras sint mundi; ideo que oportere ite- rum lavare pedes. Quæ (vt Augustinus, Cyprianus, & Bernardus, apud eudem Maldonatum num. 34. interpretatur) Bernard.

*Ioan. 13.
vers. 5.*

*Augst.
Maldon.*

C des laveret, sed est mundus totus, Ioan. 13. ver. 5. id est ut inibi explicat Augustinus, qui lotus est, mundus est præter pe- des; ideo ut munditiam exactam con- sequatur, & totus mundus fiat, indiget ut pedes laveret: ubi acutè à nonnullis a- pud P. Maldonatum ibi num. 45. obser- vatum est, Christum ad consuetudinem eorum allusisse, qui in balneis se lavat, qui toti quidem loti, & mundi exeunt etiam pedibus, sed qui a pedibus terram calcant statim eos inquinare, cum cæ- teras sint mundi; ideo que oportere ite- rum lavare pedes. Quæ (vt Augustinus, Cyprianus, & Bernardus, apud eudem Maldonatum num. 34. interpretatur) Bernard.

*Augst.
Cyprian.
Bernard.
Maldon.*

veniali

Apoc. 22. vers. 11. venialium sordes referēda sunt, vt qui iuslus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc, Apoc. 22. v. 11. & qui à sordibus ablutus est, lavetur adhuc: id quod tum David significavit, cū dixit:

Lect. Hebræo. *Lavabo inter innocentēs manus meas,* cū in Hebræo sit: *Lavabo in innocentia manus meas*, eo sensu quo initio Psalmi dixerat. *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum,* tātum non dicens, et si ad altare in innocentia ingressus sim, quēadmodum qui à balneo lotus, & mundus quis exit; adhuc tamē quia aliquid pulveris mundani, venialis delicti mihi inter ipsa fortasse sacra adhesisse vereor, iterū, atque iterū *lavabo in innocentia manus meas,* tum vel maxime ipsamet pedum lotio, potius quā alterius partis à Christo facta, non obscure significat, quōd pedes ultima, atque infima pars hominis sint, & debemus per poenitentiā nō solum summa quæque flere peccata, sed ad ultimas, infimasque conscientiæ partes descendere, intinas quale animi nostri cogitationes excutere, atque purgare, vt inquit ibi Maldon. ex S. Cyprian. ita id confirmās: *Supradiximus* (inquit Cyprian.) *semel lotos baptismate eodē lavacro* ulterius non egere, sed hoc lavacru cotidianis est excessibus institutum, & igitur retractatio, usque ad novissima veniens, & omnia debes opera, atque cogitatus singulos perscrutari, & affectus per vitia discurrentes vagam, instabileque animam per inaniae vehentes corrigere, & lavare, ne q̄; quidquā in vitā prætermittere indiscussū quod gemitibus, & suspirijs non fuerit expiatū. Hæc Cyprian. Quæ paulo inferius Maldonatus ad Eucharistiā hūc in modum aptat ex Christi sensu. *Sensus igitur est, eū qui lotus est, totum fuisse iā mundatum, non opus esse, vt aut iterum baptizetur, aut ut remissa iam illi peccata iterum remittantur, tantum videndum, ecquid pulveris, id est venialis; ecquid luti, id est mortalis culpa pedibus colgerit, vt paenitentiam agat, vt probet se ipsum, & fidei pane illo edat, & de calice bibat.* Hæc ille. Pro quibus enucleatissimè fideiuit Divinus Dionysius Areopagita rē velut acu tangens lib. Ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. hunc in modum verba & sensus Davidis exponens: *Eos qui ad Sacramenta cœlestia confienda accedunt,*

Maldon.
Cyprian.
Dionys.
Areop.

eā oportet esse munditia, vt ipsas quoque animas extremas imagines purgatas habeat, vt qui iam ante lotus est, nullā altam nisi tantum extremitatū suarum lotionem adhibeat. Hæc & alia statim afferenda Dyonisius. Apud quē vides; cur qui cœlestia Sacramenta confecturus est extrelos digitos lavet, usque ad novissima, veniens, vt videlicet accuratissimè puritati omnem operam navet, quin minutissimis sordibus parcat. Nec alter Cyril. Hierosol. si 5. quem videsis.

Quō quidem ire dixeris ea Domini verba, quæ Petro hanc lotionem recusanti dixisse fertur: *Quod ego facio; tu nescis modo: scies autem postea.* Ioann. 13. v. 7. Quibus omnino indicavit, vt benè ibi Maldonatus; Petru, tunc non intellexisse, quā adductus ratione Dominus, eius aliorumque discipulorum pedes lavare vellet; & si intellexisset, non fuisse recusatum; quōd in hac lotione preter id, quod apparebat, esset mysterium; nec enim tantæ molis erat, sordes pedum mundare; quid namque referebat pedes habere sordidos, cum ipse docuisset; ne manum quidem, aut oris sordes quidquam obesse posse? Matthæi 15. vers. 11. Quid ergo est? *Scies postea: nisi dicere: cum ad cœlestis convivium Eucharistiæ te statim noveris invitatum: tūc enim nulla quidem quantumvis exacta purgatio, & accurata lotio; nimia tibi esse videbitur: cum lavare tenearis in innocentia ipsa manustuas, vt purior, & purgatior accedas.* Opportunè in hunc sensum affirmante Chrysostomo homil. 60. ad populum Antiochenum. *Quo non opertet igitur esse puriorē? talifruētem sacrificio? quo solari radio non splendiōrem manum carnem hanc dividentem?* Os, quod ignis spiritali repletur, linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? *Cogita, qualis insignitus honore qualis mensa fruaris.* Quod Angeli videntes horrescant, neque liberè audent intueri propteremicantem inde splendorem, hoc nos pascimur. Ita ibi Chrysostomus. Ecce ergo, cur Dominus, vel minutus pedum Petri sordes lavans; ipsi Eucharistiam post modum accepturo dixerit. *Quod ego facio, tu nescis modo, qui ignoras, quali mensa statim*

II.
Ioan. 13.
vers. 7.
Maldon.

Chrysost.

Chrysost.

fruiturus sis: Scies autem postea, cum se deris ad mentem Potentis. Vnde tur sum Chrysost. hom. 61. ad populum sic monet. Attendamus igitur nobis ipsis talibus frumentis bonis, & cum aliquid turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quopiam huiusmodi vi tio, consideremus, quibus facti sumus digni: talisque cogitatio nobis irrationalitatem motuum sit correctio. Hæc ibi Chrysost.

III.
1. Cor. i. 1
verj. 29.

Et vero cum ipse hæc de re multis in locis multus sit: illud videtur maximè opportunum, quod habet ad Pauli verba de indignè accendentibus ad Eucharistiam: *Iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini, 1. ad Corinthior. 11. verl. 29.* premens verbum, dijudicans, hunc in modum. Et quomodo iudicium (inquieres) sibi manducat non dijudicans corpus Domini? *Hoc est nō in vestigans, nō consideras, vt oportet magnitudinem propositorum; non reputans muneris magnitudinem: si enim didiceris diligenter quis sit propositus, & quis cuise ipsū exhibet, nullius alterius indigebis ratione; sed hoc tibi ad omnem sobrietatem sufficiet, nisi sis ignorans.* Ita ille: Et quidem recte id ad omnem sobrietatem, vt qui recte perpendit tanti Domini magnitudinem in quod omne pretiosum, & divinum concurrit, omnimodam puritatem, & ab omni labore munditia in adhibere necesse sit, vt eo dono dignus censeatur. Vnde in hanc cogitationem ipse homil. 61. ad populum Antiochenum, Ecclesiasticum illius ævi ritum expendit; quo Diaconus alta voce ijs, qui ad sacram missam accedebant, in clamabat. Sancta, Sanctis, subdens. Cum enim dixerit, Sancta, Sanctorum: hoc dicit: Si quis non est Sanctus, non accedat: non simpliciter dicit à peccatis purus, sed Sanctus. Non peccatorum tantum liberatio, verum & Spiritus presentia Sanctos facit, & bonorum operum divitiae. Nolo vos tantum à cœno esse liberatos; verum & candidos, ac splendidos. In quam statim sententiam opportune adducit, quod Daniel cap. 1. verl. 3. de pueris Regi Babylonie assertibus inquit. Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, inquiens. Nam si Rex Babylonius ex captivitate delicens adolescentes pulchros specie, & decoros aspectu sum

A pfit, multo magis, & nos sancta mens & affilentes regia specie pulchros esse decet, aureum animæ mundum habentes, vestem puram, calceamenta regia, decorum animæ cultum, aureum ipsis ornatum esse indutum cingulum veritatis: talis accedit. Hæc ibi & eadem hom. 17. in epist. ad Hebreos, in Morali: vbi pende vocem illam, Sancta, Sanctis, quæ idem valet, ac munda mundis, pura ab omni macula; (quippe Agnus ille est, Sanctus, innocens, impollutus, ad Hebr. 7. verl. 26.) puris, & omnis macule expertibus, vt videlicet capitum, & corpori sanctissimo; sancta membra apte, & opportune congruat. B Cui cogitationi bellissime subcripsit S. Dionysius Areopagita prefato cap. 3. de Ecclesiast. Hierarchia hunc in modum iuxta recentem translationem Coderij de Domino locutus: *Nostri secum unificam communionem benefice excogitavit, ea quæ in nobis humilia sunt divinitatis suis uniens excellentijs, vt & nos ipsi tanquam membra corpori per eiusdem imaculata, ac divinae vita identitatem congruamus, ne corruptibilibus necati passiblibus, divinis ipsis sanissimisque membris in congrui, vitaque in capaces existamus.* Hæc Dionysius. Quæ omnino expriment Sancta, Sanctis congruere.

Ad Heb.
7. v. 26.Dionys.
Areop.

Chrysost.

Et quidem recte id ad omnem sobrietatem, vt qui recte perpendit tanti Domini magnitudinem in quod omne pretiosum, & divinum concurrit, omnimodam puritatem, & ab omni labore munditia in adhibere necesse sit, vt eo dono dignus censeatur. Vnde in hanc cogitationem ipse homil. 61. ad populum Antiochenum, Ecclesiasticum illius ævi ritum expendit; quo Diaconus alta voce ijs, qui ad sacram missam accedebant, in clamabat. Sancta, Sanctis, subdens. Cum enim dixerit, Sancta, Sanctorum: hoc dicit: Si quis non est Sanctus, non accedat: non simpliciter dicit à peccatis purus, sed Sanctus. Non peccatorum tantum liberatio, verum & Spiritus presentia Sanctos facit, & bonorum operum divitiae. Nolo vos tantum à cœno esse liberatos; verum & candidos, ac splendidos. In quam statim sententiam opportune adducit, quod Daniel cap. 1. verl. 3. de pueris Regi Babylonie assertibus inquit. Pueros in quibus nulla

Daniel 1.
vers. 3.

Chrysost.

esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, inquiens. Nam si Rex Babylonius ex captivitate delicens adolescentes pulchros specie, & decoros aspectu sum

D E manet macula: Audi primum de omnem malitia, & omnem dolu, & simulari, & invidias, & omnes detractiones, deinde vero subiecte. Sicut modo geniti infantes rationabile, sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescat in salute, quæ de Eucharistiæ capienda esse iam dudu ex PP. & melioribus interpretibus firmavimus. Pende ergo imaginem ab infantibus recenter in Christo genitis despici tam: neque enim Apostolus cum infantibus loquitur, aut cum fidelibus recenter in fidei Christianæ in lucem editis, sed ea similitudine ab infantibus recens baptizatis, qui cœdidi, & splendidi salutari lavacro omnis macula expertes evadunt, fideles admonet, nō aliter, atque

IV.
1. Petr. 2.
vers. 1.

Tertull. que illi puros, & immaculatos se exhibere oportere, vt rationale, & cælesti Eucharistiæ lac sugant, vt vel hæc ratione videatur Tertullian. lib. de Baptismo, c. 16. Eucharistiam cum Baptismo componere, sive etiam baptis̄mū illā appellare, cū inquit. *Proinde ut nos faceret aquā vocatos sanguine electos hos duos baptismos de vulnere perforsi lateris emisit.* Quia qui insanguinem eius crederent, aquā lavarentur, quia aquā la vissent sanguinem suum potarent: Sic ille: notanter d̄os baptismos, inquiens, vt Eucharistiā eā ratione baptis̄num appellaret, vt vellut aquā baptis̄mi lotos ad ipsam accendendum foret: quare non capio Tertullianum, quasi tantummodo dixerit cū bono Scholiaste Ludovico de la Cerdā, quos Deus alit, vt filios, atque vt infantibus vice lactis propinat ē pectorē suo sanguinem sugendum, genuisse prius est opus: Sed etiam vt velit aquam Baptismatis, hoc est puritatem & que, ac baptismalem præcedere debere Eucharistiā: ideoque fideles tanti tamq; divini doni esse capaces, quia aqua lavissent: de quo rursum diuinus Dionysius Areopagita post verba iam citata inquit: *Oportet enim nos, si ad communionē eius ad spiramus, divinisimam eius in carne ritam contemplari, atque sanctā ipsius impeccantiam imitando ad Deiformē, & immaculatum statum contendere.*

Dionys.
Areopag.

V.

Lucæ 15.
vers. 22.

Enim vero sensum cōmunem cū his habere dixeris prodigi illius ad domū paternā redditus, & conviviuū ipsi de vituli saginati carnibus à Patre exhibitū: sic namque Lucæ 15. vers. 22. cum dixisset pater ad servos. *Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum in manu eius, & calceamēta in pedes eius:* his dictis subiunxit. Et adducite vitulū saginatum, & manducemus, & epulemur: Pende singula, quæ exactissimam partatem divinæ mensæ necessariam significandam adibrant: Nam vitulū saginatum Christū Dominum in Eucharistiā fideles pascentem Augustinus, Hieronym. Amb. Beda, Euthym. Tertullian. & nemo non ex PP. & interpretibus, significare docent: Ergo (inquit Pater): *cito proferte stolam primam* Vbi bene obseruat Maldonatus Græcē cum emphasi legi: *Stolam illam primā,* quæ si certam, quandam, & eximiā vestē

Tertull.

designet. *Tanquam dicat* (inquit Maldonatus) *proferte vestem illam omnium, quæ domi sunt pretiosissimam;* quæ illo, aut illo loco recondita est, ita Maldonatus. Sed quam rogo? *Primam omnino: illā vide licet innocētiā, quā homo perdidera* in Adamo, vt apud eundē Maldon. August. Hieron. Beda, & Euthym. interpretatur, quibus Ecclesia subscriptibit Sacerdoti celebraturo præscribens Dominū orare cū sacra vestimenta induit. *Redde mihi Domine stolā immortalitatis,* quam perdidī in prævaricatione primi parentis, vt nimis ad altare accedēs illā innocētiā, quā homo perdidera in Adamo, & quæ in baptismo restituitur omnino defera. Nec aliud quidē, & sponsanulus in manu (de quo adnot. seq.) & calceamēta in pedibus tinniunt: hec enim tum à præfata pedū exactissimā lotione, nec hilū differunt: tum etiā eadē omnino, cū illis sunt, quæ Agnū māducaturi habere iubebantur dicēte Oraculo: *Et calceamenta habebitis in pedibus.* Exod. 12. v. 11. scitè namque Nyssenus lib. de vita Moysis, eadē re agens, inquit. *Ne igitur spinis in hoc arduo viuēdi itinere pedes lēdātur, nō nudis pedibus, sed durioribus calceis cōmuniti itinerare debemus.* Spinæ autē, quæ pedibus infixa, nō solū retinet, retardat q; verū etiā enecant, peccata sunt, à quibus durities calceorū defendit; cōtinētissima videlicet, tenuis, ac dura vita, quæ devitat, at q; frāgit spinarū acumina, quibus à parvo, tenui q; principio ad interiora rūq; peccata hic ingrediuntur. Hec ille: observa illud, à parvo tenui q; principio, vt videris; ideo huic prodigo calceamēta signatè attributa, vt ipsius pedibus nihil terreni, ac sordidi pulveris adhæret; nullā vel levi spinæ peccati pūctione lāderētur. Vnde opportunè Amb. lib. 2. de p̄nitentia, cap. 3. vtraquæ calceamenta, & exēuntis de Ægypto, & prodigi huius ad Eucharistiā dignè accedētis, sic inter se cōmittit: *Celebratus enim Pascha Domini, epulatur Agnū, teatū debet ad versus omnes incursum bestiarū spiritualiūq; mortis serpētis habere vestigium.* Sic Ambrosius. Iā vero totam hāc cogitationē firmat Tertullianus lib. de pudicitia, cap. 9. vbi versans hāc prodigi parabolā, & de ipso porcos pascentes inquiens: *Inter errores, & illecebras, & libidines seculi, vbi fame veritatis cōpulsus*

Maldon.
August.
Hieron.
Ambros.
Beda.
Euthym.

Exod. 12.
vers. 11.
Nyssenus

Ambros.

Tertull.

tradidit se principi huius aevi. Ille eum p̄fecit porcis, vt familiari huic dæmonum pecus pasceret: vbi nec illi compo-
asset vitalis esca, simulq; alios videret in opere di vino abundantes pane cælesti: ita dæmū concludit. Recordatus patris Dei, satisfacto redit vestem pristinā recipit, statum scilicet eum, quem Adam transgres-
sus amiserat. Anulum quoque accepit tūc primū, quo fidei pactionem interrogatus, obsignat, atque ita exinde opimitate Domini corporis vescitur, Eucharistiæ scilicet. Hæc opportunissimè Tertullianus. Apud quem preme apposita adverbia illa: atque ita exinde, vt dixerit, tunc quidem: quasi non antea, sive non alio modo; itemque quæ sitam hanc locutionē opimitate Dominicī corporis, quæ pulchrè iauuit, Eucharistiæ mensam opimam, pingue, fertilem, atque opiparā omnino esse ijs, qui à peccatis etiā levibus purgati, lotique ad eam accedunt: eos vero, qui non adeò exacte mundati cōmunicant: velci quidem corpore Christi; sed hæc peculiari opimitate, atque pinguedine non perinde frui.

VI.

I. Cor. 5.
vers. 8.Chrysoſt.
S. Thom.
Leo Mag
nus.

His Paulus, qui vt Eucharistiæ studioſiſſimus, ita eius mētionē, quāvis data occasione faciēs, appositè adſtipulatur. ad Corit. 5.v.8. etenim cū p̄misif-
set. Expurgate vetus fermentū, vt fitis no-
va cō/persio. ſicut eſtis azymi: etenim Pas-
cha noſtrū immolatus eſt Christus, quibus tantū non monet, quidquid veteris fer-
menti, quantumvis parū id ſit, omnino abolete, atq; reiſcite, vt novus homo,
& nova maſta ſitis: etenim perinde vo-
bis persualum eſſe debet, vos azymos,
& fermēti expertes eſſe, ac olim ſigni-
ficabatur cū veteres Hebræi paſchalē Agnū, cū azymis ſacrificabant: etenim Christus, qui novū ac noſtrū Pascha eſt, pro nobis, noſtrāq; ſalute, ac vitali nu-
trimento ſacrificatus eſt, vt quod Agnus Paſchalis, quaſi typus ſignificabat, ipſe exprimeret; inde hunc in modū infert: Itaque epulemur, nō in fermento veteri, ne-
que in fermento malitiæ, & nequitia, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis. Quęverba ad Eucharistiā referunt Chryſoſt. ibi hom. 15. Leo Mag. ſer. 14. de Paſtione, S. Thom. opusc. 58. de Sacram. Altar. & alij plures PP. apud Cornelii ibi, & res ipſa perſe loquitur: vt dixerit Paulus: Quēadmodū in illo vetere epulo, cum

Agnus paſchalis immolabitur, fermentū penitus abolebatur, vt indicio eſſet, quidquid pravū, & vitiosum primæva parentū noſtrorū labes in humānā na-
turā invexit, fore abiiciēdū; ita modo verū Agnū māducaturos omnimoda vi-
ta puritate, cui nulla peccati labes, aut A macula ſubſit, p̄dictos eſſe debere: vbi in fermenti imagine obſerva: omnino monere Paulū, vel cād Eucharistiā adhibendā animi munditiā, quę vel mai-
niā peccati labē careat: nā vt ipſe im-
mediate ante monuerat modicū fermē. Grac. Et-
ti (Gracē, & Syriacē paululū fermēti) to Syriaca le-
tā maſſā corrūpit: Id quod etia in verbo, cōcio. expurgate, obſervavit Chryſoſt. inquiēs Chryſoſt.
B Et nō inquit purgate, ſed expurgate, vt ostendat diligentia adhibendā, ut neque re liquiae, neque minima illius umbra ſuper-
fit. Hæc ille: Quibus adiunge, quod de Saule; cui ad divinū ſpiritu ſuſcipiēdū non nihil pristini fermenti ſuperfuit, Na-
zian. orat. 7. ad patrē ſuū p̄fente Baſilio hunc in modū inquit: Quid de Saule exiſtimamus? Nā & vñctus eſt, & ſpiritu perceperit, ac tunc ſpiritualis erat (non enim de eo ſecus dixerim) &c. Quonia autē ſpi-
rituſe totū utendū nō p̄ebuit, nec purē, atq; integrē, vt oraculū ferebat, in aliū ri-
rū mutatus eſt, ſed pristini improbitatis fo-
mitis, praviq; ſeminis nō nihil ſupererat, atque in eocū ſpiritu caro conſigebat, quid omnes illius calamitates tragicā oratione perfequi neceſſe eſt? Hæc Gregorius.
C Fuerit verò in his Pauli verbis itidē D obſervandum: alluſionē eſſe ad festum azymotū, quaſi Christus Dominus, vt verus Agnus in cruce, & in Eucharistiā immolatus, & ſacrificatus initiauerit nobis ſolemnitatē azymorum, vt azymī, & puri velcamur azymis, id eſt Eu-
charistiā, quā de hoc nomine appella-
vit Leo P̄otifex Nonus in epift. 24. ad Michaelem Constantin. in qua imita-
tus Cyprian. epift. 54. dicētē. Idoneus eſ-
ſe nō potest ad Martyriū, qui ab Ecclesiā nō E armatur ad præliū, & mens deficit, quam non recepta Eucharistiā erigit, & accedit, ipſe ſic inquit: Martyrum exercitus noſtris azymis ſaginatus afferens itatim in exemplū fortissimos Hispanos Laurē-
tium, atq; Vincentium: Qui quidē Pau- liſenſus oninno ſirmat, Sancta Sanctis, & pura puris, Eucharistiā ſciliſet ani-
mos omnis maculę expertes exigere.
D VII.
E Leo P̄ot.
Ita

Ita quidem tum Ecclesia in præclaro hymno de Resurrectione, & vocem & sensum expr̄s̄it canens.

*Iara Pascha nostrum Christus est
Paschalis idem victimā.*

*Et pura puris mentibus
Sinceritatis azyma.*

Richard. Tum etiam Richardus à Sancto Vi-
à S. Vict. store in declamationib⁹ ad Bernar-
dum in hunc sensum Paulum egregie
inflexit primum inquiens. *Quid mi-
rum? si eos qui iam Azymi ex parte erant,
ex parte non erant, & mediante novā cons-
persione ex toto azymi fieri volib⁹; quid
in quaam nimirum si eos ad azyma comedē-
dum invitab⁹: Deinde vero omnino ad
rē ait: *Nunc ergo illud atēde obsecro, quā
sit consequens, quam ve cōventiens, ut qui
de se ipso fecit tibi cibum tuum: tu illide te
ipso facias cibū suum.* Ad mensam dvit⁹
sedēsli? attende, quę tibi apposita sunt,
& vide, quia te oportet talia præpara-
re. *Prov. 23. v. 1. Vult Apostolus nos fieri
nova conspersio, & de cōspersione panis abs-
que fermento: & merito etenim Paschano-
strum immolatus est Christus.* *Efficiamur
itaque nova cōspersio, ut veniat Christus
in nobis, unde possis suis epulis reſci.* Hęc
Richardus: Quę eadem sunt cum illis,*

Cyprian. & pura puris mentibus sinceritatis azyma, vt qui Agno purissimo, & inconta-
minatissimo in Eucharistiā vescitur pu-
rum, & incontaminatum sese ipsum met
in cibū exhibeat. Audi hęc de re Cypria-
num ser. de cœnā Domini, huc Euchari-
stiaē institutionē, veteri Paschati, sive
Agni typici manducationi responden-
tē pulchrē revocantem: etenim cū di-
xilicet: *Finē igitur legalibus cœri monijs im-
positurus parari sibi voluit Pascha, & ex
consuetudine legis ea quā eri, quę solēnitatis
exigebat: agnū assūm, panes azymos, &
laēcas, agrestes, subiicit ad rē.* Nō oportet
eſe fermentatos noui testamenti ministros
puras, sincerasque mentis sanctū quā erit cō-
vivium: in veru Crucis boni odoris affatio
omnē excoquat carnalitū sensuum crudita-
tem, & induret solidetque mētis affectus;
nec in Ecclesiā sanctā sacrificio illa sit ma-
tula, sed pura simplicitas, & innocentia vi-
te. Hęc Cyprianus, vt omnino videris,
quod sibi Pascha parari Dominus vo-
luerit, vt videlicet in Ecclesiā sanctā
sacrificio nulla sit macula: & quam op-
portunē à Chrysostomo orat. in S. Eu-

*statum, dictum ut. Quoties accedis cum
pura conscientiā Pascha celebras: nō cum
ieuna veris, sed cum sacrificij illius parti-
ceps fueris, necnon ab An. brof. lib. 1. de
Abel, & Cain, c. 8. Pascha Domini tran-
stus est à passionibus ad exercitium virtu-
tis.*

Ambros.

A Concludam si præclarūni à virtiſ spi-
ritualiſ acceptū dederim monitu-
vt quem veracupiditas tenet fructuū
vberimorum, qui ex cœleſti mensa ca-
piuntur: is nō cōtētus apparatu illo om-
nino necessariō, quo probans fe ipsum
homo à gravioribus culpis expers, acce-
dere iubetur, strenuā subinde det ope-
ram levioribusculpis, & occultioribus
expurgandis, coercēndisque animi af-
fectionib⁹, quę erumpunt per ſēpe no-
bis, aut imprudentib⁹, aut diſſimulati-
bus. Nimirum, vt illas nos coercere,
ac diligenter inlectari studuerint us vix
dici potest, quā aptiores, & magis ido-
nei reddamur divinę luci, quā immittit illa ſedes Agni Regia, vnde quaque

B radios beneficentia ſuā ſpargēti: ac dig-
niores, qui in purissimā, & excellenti-
ſimam Dei familiaritatē, & cōgref-
ſum veniamus. Quā de re opportunē, ſi
quis aliis, diſſeruit Petrus Cellen. lib. 5.
epiſt. 11. vbi idem quod persequimur a
Moyle delineatum Pascha ſub præfato
ſentū de Christo Domino, tanquam de
Paschali victimā, itidēque de cœclī Eu-
charistiā cibo capiēs, ſic priuū inquit:
*Siquidē hic pannus, id est Pascha in exte-
riori facie plurimi nitoris exhibet, ſed val-
de ampliora intrinſecuſcōtinet, & cariora
pignora. Rubet igitur purpureo colore propter
Passionē: rutilat hyacinthinā ſpecie
propter Reſurrectionē: ſed obſcurus eſt pro-
pter ſputorū, & alaparu & flagellorū, &
ceterarū iniuriarū coſervationem: albet
vnica nube propter innocētia integritatē,
& peccati immunitatē: Ecce colores: colo-
res cingentes Pascha gloriouſū, & delicatū
animi palliū, quo meltus amiciūtur paupe-
res ſemicincti, quā diuities purpurā, & biſ-
ſo induti. Deinde verò de eximia purita-
te, quā ad Eucharistiā accederedebem⁹,
ſic loquitur. Revoluere autē illas pretio-
ſas margaritas, quę ſigillatur in ſigillo iſto
aureo, quiſ accedet, niſi mūdas habuerit ma-
nus? niſi oculos colubinos? niſi labia purga-
ta niſi abluto totō homine interiori & ex-
teriori ſacredordi fluminis baptiſmate.*


VIII.

*Petrns
Cellens.*

D D
E E

Petr. Cel-
lens.

Ex quibus ingentes Eucharistia thesau-
ros, animæ inferendos ita persequitur.
*Quia ergo vobis sunt manus tornæ, les peri-
obedientiæ, oculi clari per pudicitia, labia
stillantia myrrhæ primæ per accusatione rea-
tuum vestrorum, & ad scurrilia æternam
clausuram, applicate pannum Paschalem,
& expendite thesaurum absconditum, ut
exinde captivus mutuet redemptions;
mortuus resurrectionem; peccator iustifica-
tionem; afflictus consolationem, religatus
solutionem, anathematizatus absolutio-
nem: Sanctificate ora vestra sanctis horum
oculis. oculos tangite his smaragdis, singu-
los sensus exhilarate singulis benedictionib-
us. Quæ omnia tibi ænigmatibus ve-
luti implicita, sic statim explicat, atque
elucidat. Sed quæ sunt pignora? tam cara
pro pretio; tam efficacia pro remedio; tam
rara pr numero; tam sancta pro merito;
tam perpetua pro ævo; tam amabilia pro be-
neficio? Pignora fratres mei, ista, ore pudi-
co, timore debito nominanda, & amplecte-
dasunt caro. & sanguis Agni incontami-
nari Iesu Christi: ossa, nervi, medullæ, car-
tilaginiæ, cutis, corium, & quæcumque
membra in corpore Iesu de sacris suis visce-
ribus edidit virgo Virginum. Hæc Petrus
Cellensis: signate ineffabilem Eucharistiæ
excellentiam, sive pro eximiâ, quæ
requirit munditiæ, sive pro efficacitate
ad medicinam Virginis Virginum assig-
nans.*



EIVSDEM ARGUMENTI.

EXIMIA CHARITATIS OPVS
esse; ante Eucharistiam exactissimâ
puritate mundari.

ADNOTATIO. II.

I.
Psal. 25.
vers. 8.

PRÆFATÆ tam exactæ mun-
ditiæ, tamque accuratae purita-
tis causam opportune reddit
Vates; post præfata verba: La-
uabo in innocètiâ manus meas, subijciens:
Domine dilexi decorum domus tuæ, & lo-
cum habitationis gloriae tuæ: quæ sito ver-
bo, dilexi, quod amorem, cui iudicium

et ratio subest significat; innuens do-
mum, id est animam, in quam ipse met
Dominus ingressurus, & habitaturus
est, ea pulchritudine cōdecoratam ei-
se oportere, vt nullâ vel levi labe sor-
decat, vnde quod de templi pulchritu-
dine, sic inibi inquit Agelius. *Decorem
domus Dei vocat splendorem illū, & ma-*
*iestatem augustam templi, aut tabernacu-
li, cuius aspectus iucundissimus erat, atque*
pulcherrimus, ut ex illâ specie quodam
*modo inhabitantis Dei maiestas autem cō-
cipi, ac pœnc oculis conspici posset; ad ani-
matū Tēplū fideliū ad Eucharistiâ acce-
dentium referridebet: sub hoc omnino*

Agelius.

Asensiū prænunciante Domino, Levitic
26. vers. 12. & referente Paulo, 2. ad Co-
rint. 6. vers. 16. *Vos estis templum Deti vi-
vi, sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo*
*in illis; & in ambulabo inter eos, & ero il-
lorum Deus: vt videlicet in hoc Dei vi-
vi animato templo nihil omnino sit*
*quatumvis leve, quod ipsius oculos of-
fendat: Cui cogitationi opportunè cō-
gruit; quod dicitur tū de templi pavi-
mento omni lapide pretioso strato, tū*
de exteriori tecto: cui innumeri clavi-

*Levit. 12.
ver. 12.
2. Cor 6.
vers. 16.*

Culi aurei inerat, vt affirmat Iosephus,
ne quævis avicula insideret: quæ nimis
decorem dominus, vel leviter deturpare
posset, vt inde de omnimoda puritate
non modo oris, & manuum, sed ipsa-
rummet cogitationū ad monerentur:
vnde subiicit indidem ex persona Dei
Paulus. *Propter quod exite de medio eo-
rum, & separamini, dicit Dominus, & im-
mundum ne tetigeritis. Et ego recipiā vos:*
quādo scilicet à vobis è puritate in Eu-
charistia receptus fuero: ita quidem di-
xit Paschalias lib. de corpor. & sanguini
Domini, cap. 21. *Quisquis recte vult com-
municare, sic vivat, ut templum Spiritus
Sancti semper esse queat.*

Paschas.

Sed quorsum? inquis hæc, aut quam
ob rem eximius iste decor, & pulchri-
do omnimoda in eo, qui ad Eucharistiæ
accedit signate exigatur? Retu-
lit id quidem opportunissime id est Pas-
chalias in prologo ad librum de corpo-
re, & sanguine Domini, ad spirituale cō-
nubium, quod in Eucharistiâ inter Chri-
stum, & animam intercedit; quod hæc
tanquam Sponsa accuratisimâ pulchri-
tudine splendere debeat, vt sponsi am-
plexibus digna censeatur. Audi illum.

II.

E Sed quorsum? inquis hæc, aut quam
ob rem eximius iste decor, & pulchri-
do omnimoda in eo, qui ad Eucharistiæ
accedit signate exigatur? Retu-
lit id quidem opportunissime id est Pas-
chalias in prologo ad librum de corpo-
re, & sanguine Domini, ad spirituale cō-
nubium, quod in Eucharistiâ inter Chri-
stum, & animam intercedit; quod hæc
tanquam Sponsa accuratisimâ pulchri-
tudine splendere debeat, vt sponsi am-
plexibus digna censeatur. Audi illum.

Quo-

Quoties liber (inquit) recumbis, inter Angelorum frequentiam admiseris. Vbi Spōsus, & Sponsa duleibus delitiarum fruuntur muneribus, & Rex totius creature cotidie ingreditur, vt videat discumbentes, si vestem, in quā renatisunt, habeant nuptialem. Hæc ille: vbi vides; notāter in Sponsa Christi ad cœlestē conviviu accedente eam animi puritatem desiderari, quæ in baptismo percipitur (vt adnotat. p̄ced. dicebamus) & quæ Angelicam puritatem æmuletur, cum ini bi inter Angelorum frequentiam admisceatur: ne illi obijciatur: *Amice cur hūc intrasti non habens vestem nuptialem?*

Ephes. 5. vers. 27. 2. Cor. 11 vers. 2.

*in quā renatus es. Id est: cur tanquā Spōsa nuptura accedis, quæ Sponsæ vestē, id est decorē non habes: imo nonnullis, et si levibus, fōrdibus sc̄atea: cū Dominius dilexerit Ecclesiam, & se ipsum tradiderit in Eucharistiā pro eā, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam nō habentem maculam; aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata: Ad Ephes. 5. verl. 27. quod ad singulos fideles idenīmet Paulus singillatim retulit, 2. ad Corint. 11. verl. 2. inquiēs. Despondi enim vos vni viro, virginē castā exhibere Christo: vbi facile vides, qualis sit Sponsa habitus, sive vestis nuptialis; illa sc̄ilicet, quæ nec maculā, nec rugā levium fōrdium habet; opportunē rationem reddente Augustino lib. 50. homil. hom. 50. hunc in modum. *Hæc minima fordes nostrū decus ita extermīnat, vt ab illius Sponsi speciosi formā p̄filijs hominum castissimis amplexibus separēt.* Hæc August.*

III.

Pende obsecro extrema hæc Augustini verba. *Ab illius Sponsi speciosi formā p̄filijs hominum castissimis amplexibus separant, vt in illis duo oberves: alterum, minimas hasce fordes, et si totam animā pulchritudinē, quæ in Dei gratia, atque amicitia subsistit, non corrumpt, eius tamen venustatem, atque illud elegantissimum decus, quod Dei similitudinem imitatur quodammodo deturpare, sive etiam extermīnare (vt inquit August.) Quod quidem cœlesti connubio multū officit, quippe hoc magnam inter coniuges exigit similitudinem: eam sc̄ilicet quæ Sponsa perinde, ac speculum fuerit, in quo Sponsi facies conspiciatur, vt iam alibi*

offensimus ex verbis Genes. 2. verl. 18. de Eva tanquam speculum è regione viris posita: *Faciamus ei adiutorium simile sibi,* vbi ex Hebraeo propriè transferas contra ipsum, sive è regione ipsius, ex Chaldaeo vero: *Adiutorium quasi eum.*

Lectione Chalda.

A *Vnde quidem Basilius lib. de vera Vir-*

ginitate, & Gregorius Nazianzen. orat.

defuco, Virgines ad Christi coniubium

aspirantes ad eam anima quæstissimā

elegantiam, cui nulla macula, nulla ru-

ga subfet, omnino vrgebāt; ne ab Spō

sæ cælestis culmine, ac dignitate cade-

rent: sic namque ibi in prīnis Basilius.

Basilii us.

Virginem formabat: Diuini oris effigie

dignis virtutum coloribus à capite, usque

ad pedes ornare pro viribus nitimur, &

pot nonnulla: Quasi Det simūlachrū ex

animā, & corpore virgo in terrā formata

est. Mysticè ergo sabbatizet, non pedem, nō

manum, non oculum, non altū quodlibet

membrorum, sed ne animū quidem ad cor

rumpendam naturalem pulchritudinem,

moveat, sed persistat, vt p̄claradimina

majestatis effigies solida, atque immobilitis

ad omnem imaginem, ad omnem tactū sem

per, ac iugiter in petrā stans; ne quis, sive

per oculos sive per aures, sive per alium

quemlibet sensus subrepens, aut animā in-

ditas moveat figurās Dei, aut confusis pri-

miti vis formis suas ipsi licenter insculpat.

Ex quibus indidē tandem monet. In nullā

parte oportet Virginē adulterā esse; non lin-

guā, nō auribus, nō oculo, non alio omnino

senſu; imo neq; cogitatione, sed corpus qui-

dem velut templum quoddam, aut thala-

num Sponsi habeat p̄paratum. Hæc Ba-

D *filius, quæ ad decorē domus in quā*

Dominus excipiendus est, omnino per-

tinent: Eodem vero sensu Nazianze-

nus Sponsa in Christi, sic conimonefa-

ciebat. Illud velim non ignores; rugam ti-

bi vnam turpiorem esse, quā maxima vul-

nera ijs, qui in mundo vivunt: nec entū tā

ntabilem, ac conspicuam in fōrdidis, quā

in puris vnius coloris vēribus labes aliquā

fuditatem habet. Ita ille: Ex quibus iam

vides quaslibet, vel minutā fordes, aut

rugas spiritus opportūnae susceptioni

Christi in Eucharistiā multū obesse;

eaque ratione magnopere enīdū,

vt eas eluamus, quō divinā pulchritu-

dinis similitudinē aſſecuti cœlesti eō

iugio idonei simus: Vnde quidem huc

vndeque intentus Dionysius cita-

Dionys.
Areop.

to loco: Praefata verba de accuratissimâ spirituali manuum lotione, vt qui iam ante a lotus est, nullam aliam, nisi tantum extremitatum suarum lotionem adhibeat; subiicit. Per quam profecto supremâ munditiam illud consequitur, vt castissimo in habitu divinis speciei constitutus ad Divinæ bonitatis imaginē prodeat vinculis omnibus mortalium affectionum liber, atque expeditus. Sic Dionysius: planè vt fidelis anima cum Sponso specioso præ filiis hominum in Eucharistiâ Sacramento cœlestis connubium initura, in habitu cœlestis speciei, atque divinæ similitudinis, quæ vestis nuptialis est; constituantur; vt è ratione iustum, atque legitimum ineatur coniugium; quin praefata rugæ; aut sordes eiusmodi futuræ Sponsæ decus exterminantes ab illius Sponsi speciosi formâ præfilijs hominū castissimis amplexibus separant.

IV. Cui cogitationi firmandæ opportu-

Ioan. 20. plexus; sed in oscula pedum Domini a-

vers. 17. pud Ioannem cap. 20. vers. 17. cum ab ipso Domino serio prohibita audivit.

Noli me tangere. Non enim ascendi ad Patrem: vbi primum Glossa.

Hic innuit (inquit) quod pedes eius amplecti voluit. Deinde quis cum admiratione nō am-

Luce 7. bigat? cur ab amplectendis Domini pe-

vers. 38. dibus arceatur, quæ olim lachrymis co-

Ioan. 12. pitrigare pedes eius, itidemque de oscu-

vers. 3. lari, & capillis suis tergere. Luc. 7. v. 38. Ioann. 12. vers. 3. sed nec Magdalena so-

lum: cum & ea quæ sanguinis fluxum pa-

tiebatur ipsum tetigerit; nec ipsa omnino, sed turbæ etiam inibi eū premeret, vt fugesserunt, tunc discipuli dicentes:

Turbe te comprimit, & affligunt, & di-

cis, quis me terigit? Luc. 8. vers. 45. Be-

Luce 8. ne quidem in hæc Domini verba Cy-

vers. 45. rillus. Reconditus huius sermonis sensus est, vt ad illum investigandum incite-

mur. Dixeris forsitan; aliâ quidem ratio-

nē esse corporis Christi ante Passionem

suam, quam post ipsam; vt quāvis sem-

per fuerit Divinitate delibutum, & vn-

ctum oleo latitie præ participibus suis, à passionis tamen excellentissimâ dignitate, & merito, peculiari subinde ratione consecratum; reverentiùs obser-vandum, maioremque ipsi cultum, & honorem exhibendam fuisse: dixit nāque notāter de ipso Paulus ad Hebræos 2. ver. 10. Decebat enim eum propterquæ omnia, & per quem omnia, qui multos si-los in gloriam adduxerat, auctorem salu-tis eorum per passiones consummare: vbi ex Græco verbo, quod respondet Latino, consummare, benè legeris, cōsecrare, qua-si ex Passione corpus Christi consecra-tum, & divinum effectum fuerit: Sed il-lud est multo opportunius, quod præ-fato loco assertus Cyrilus ad veram cor-poris Christi cōsecrationem in Eucha-ristia id referens, quasi multum quidē interstit inter externum corporis Christi contactum, & ipsius in Sacramento Altaris communionem: vt inde in Mag-dalenâ fideles edoceret, summa subinde puritate ad ipsum accedendum fore, quin aliquid terreni pulveris, aut mundanarum fordiū Christum com-municaturo subsit: Quam doctrinam Cyrilus ex ipsiusmet Domini verbis, Nondum enim ascendi ad Patrem meum, ita confirmat. Quia ergo nondum spiritū miserat; idèo à tactu suo Mariam prohibe-bat dicens. Nondum enim ascendi ad Patrem meum, id est nondum Pater perme Spiritū Sanctum ad vos misit, vt dixerit Cyrilus ex sensu Domini. Nondum fideles idoneos esse corpori Christi accipiendo,

D quod nondum accepissent Spiritum Sa-ctum, qui ipsos ab omnibus maculis etiam levissimis erat emundaturus, quippe hoc proprium spiritus Divini munus est, vt nullas omnino sordes quantum-visleves in animâ, quam possidet residere patiatur: vt opportunè Bernardus serm. 1. de Spiritu Sancto, iam alio lo-co à nobis adductus, sic inquietabat. Quid à te querit, qui tant à sollicitudine te qua-sifit, nisi sollicitum ambulare cū Deo tuus? Hanc sollicitudinem non facit, nisi Spiritus Sanctus, qui nec minimam paleam intra cordis, quod possidet habitaculum pa-titur residere, sed statim igne subtilissimæ circumspectionis exurit spiritus dulcis, & suavis. Sic Bernardus. Pro quā quidem cogitatione egregie fideiubet Diony-sius præfato cap. 3. lib. de Ecclesiast. Hie

Hebr. 2.
vers. 10.

Left.
Græca.

Cyrill. A-
lex.

Bernard.

rarch.

Dionys.
Areop.

V.
Cyril.
Alex.

Isai.4.
ver.2.
seqq.

Lectio
Hebr.
LXX.

rarch. vbi eos referens, qui sacerdā com-
munione olim censebantur minus dig-
ni, inter eos singillatim annumerat,
qui cum sacerdotali, & virtutis obnoxia vi-
ta nuncium miserunt: *Nondum tamen*
à visis, habitu, amore que di vino, eo que pū
rissimo purgatis sunt: subdit etiam: At-
que secundum hos ijs, qui non omnino uni-
formes, & ut legis phrasē utar, non omni-
no immaculati, & incotaminati sunt. Hec
Dionysius.

Pergit vero post plura in hanc senten-
tiam Cyrilus. *Hinc Ecclesia regulā ac-*
cepit. Prohibemus enim à sacrā mens à ca-
techumenos, quamvis veritatem tam cog-
noverint, & fidem magnā voce confitean-
tur: Quia nondum locupletati Spiritu San-
cōfō sunt, qui habitat in ijs, qui baptismate
consummati sunt. Vnde cum baptis̄mum re-
ceperint, quia Spiritus Sanctus habitare in
illis creditur, à tactu, & communione sa-
lutaris Christi corporis non prohibentur:
Idecirco & accendentibus ad benedictionem
mysticam, ministri ministerij magnā voce
clamat: Sancta Sanctis: solis sanctificatis
Spiritu tactum, & sanctificationem corpo-
ris Christi congruere significantes. Hæc
Cyrillus Alexan. A quibus libenter ma-
nuducimur; vt ealſaiæ verba cap. 4.
vers. 4. quæ de Christo Domino ab om-
ni bono interprete accipiuntur, signa-
tè ad ipsum in Eucharistiā, tanquā sub-
llimem & salutarem Ecclesiā fructum
appositè, & congruenter referantur.
Sunt ista. In die illa erit germen Domini
in magnificentiā, & gloriā, & fructus ter-
ra sublimis, & exultatio in his, qui salva-
tifuerint de Israel. Et erit. Omnis, qui re-
lictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusa-
lem, sanctus vocabitur; omnis quis scriptus
est in vita in Ierusalem. Si abluerit Domi-
nus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ie-
rusalem laverit de medio eius in spiritu iu-
dicij, & spiritu ardoris: Et vero vt singu-
la persequi, & nostro instituto aptare
non vacat: ita hanc appositam divino
huic fructui percipiendo conditionem
non possumus non expendere: Si ablue-
rit (inquit) Dominus sordes filiarum Siō,
in spiritu ardoris, scūt ex Hebrao ha-
bent Tigurina, & aliæ lectiones in spiri-
tu incendijs, vel vt legunt LXX. In spiri-
tu combustionis: qui videlicet. Nec mini-
mam paleam intra cordis, quod possidet ha-
bitaculum patitur residere, sed statim igne-

A *subtilissime circumspectionis exurit: Vnde*
ad hæc Haīæ verba iterum Bernardus serm. 2. de Spiritu Sancto, exclamat.
Veniat spiritus tuus bonus, qui sordes ab-
luat, & infundat virtutes in spiritu iudi-
cij, & spiritu ardoris Dei. Quam aptè ve-
rò hæc purissima sordium ablutio Di-
vino spiritui in Eucharistiā tribuitur,
cum & ipse fidellum animas divino cō-
nubio idoneas disponat; & cœlesti huic
Eucharistiæ mysterio confiendo in-
cubet: vt pulchrè docuit S. Basilius in
Lithurgia inquiens. Quam reverenda est
hora illa dilectissima cum spiritus vivus,
& Sanctus ē supernis cœlorum sedibus des-
cendit, atque incubat, manetque super hæc
Eucharistiam propositam. Hæc Basilius.
A quo edictus S. Petrus Damianus so-
pulc. 18. aucto censu dixit. Planè sicut petr. Da-
concipienti Deifice Virgininon virile se-
men influxit, sed virtus Sancti Spiritus
obumbravit; ita nunc in Altari positum
Sacramentum, eadem Sancti Spiritus vir-
tus est, quæ vivificat. Sic ille! Ergo vt
Omnipotens Deus gloriosæ Virginis
corpus, & animam, vt dignum Filii sui
habitaculum effici mereretur; Spiritu
Sancto cooperante præparavit, omni-
moda donorum suorū plenitudine ip-
sam ornando; ita quidem tunc fideles
dignum Christi Domini templum, &
habitaculum fiunt, cum abluerit Do-
minus ipsorum sordes in spiritu ardoris,
sive cōbustionis: vel minutissimas
culpārum paleas exurens.

B *Iam his omnibus consentanea sunt,*
quæ ad præfata verba Ioannis de Mag-
dalena habet Ambrosius: vbi primū ob-
seruans, ipsam tunc à Domino mulie-
ris nomine appellatam, quod non ple-
nè credidisset inquiens. Quæ non credit
mulier est; & adhuc corporei sexus appel-
latione signatur. Nam quæ credit, occur-
rit in virum perfectum in mensuram etat-
is plenitudinis Christi. carens tam nomi-
ne, & culti, corporis sexu, lubrico inveteratis:
Deinde cum id non ad gravem, sed ad
veniale culpam, sic referat: Ergo ve-
niabilis error mulieris, quæ licet dubitare
non debuit, Christi corpus per gloriam re-
surrectionis assumptum, doceri tamen ges-
tit à Christo, & fidem suam ita de vota pro-
mittit: hinc dubio proposito ita respon-
dit. Non igitur tangi Dominus fastidit à
femina, cuius & Maria pedes vñ-
guento,

Bernard.

Basilins.

Petr. Da-

VI.

Ambros.

guento, nec tacitum deditur, sed profectum docet, quia non omnes possunt Christum tangere resurgentem, quem tetigerunt in hac vita, & corpore commorantem. Vbi omnino vides veniabilem culpam, & pulverem sacerdoti, à quo virtutis profectus impeditur, fidelem animam minus idoneam ad Eucharistiam facere; donec in spiritu ardoris, & combustionis hæsordes abluantur. Vnde tandem cōcludit Ambrosius monens. Qui vult Christum tangere, sua membra mortificet, & resurrecturo similis induat viscera misericordie, non ambigat renunciate terrenis: Ita ille opportunè, vt dixerit, quod alibi latius persequimur, hominem ad Eucharistiam sāculo mortuum, id est terrenis affectibus exutis, & minutis etiam sordibus emaculatis; hoc est venialium culparum paleis combustis, atque non secus, ac homines è mortuis ad vitam cœlestem resurgentes accedere debere; illa videlicet animæ pulchritudine ornatum, quæ Deo similis evadat. Quod paulò ante hęc verba indicaverat Ambrosius inquiens de Magdalena. Prohibetur autem tangere, quia non evacuaverat lubricum sāculi, carnis ambiguum, non dum vitam vixerat Christi. Illam scilicet vitam, quæ Christi vita conformis est; quæque omnia quantumvis levia peccata cavet: ita quidē dicebat Dionysius Areopagita superius adductus. Oportet nos, si ad Christi apiramus societatem, divinam ipsius in carne vitam assidue intueri, sanctamque ipsius impeccantiam imitari, & subinde itidem de Divina communione locutus. Perque hanc beneficam clementiam ad sui, honorumque suorum participationem genus humanum invitantem, dum modo divinissime ipsius vita coniugamur, pro virili illam imitando: nam sic vere confortes Dei, divinarumque rerum participes redemur. Hæc Dionysius.

Sed iam eò tandem redeo, vnde num. 2. profectus sum, & alterius oblationis, quam in verbis Augustini de minutis sordibus promisi, fidem solvo: Ergo ille de his affirmabat, & animæ pulchritudinem deturpare, vt iam vidimus, & divinis Sponsi amplexibus magno impedimento esse. Quod planè ipsam Spōsa omnino significavit, cum cælesti Spōlo eius cubiculum in-

trare exoptanti; illa non tam osium ipsum aperire, quam ostij pessulū removisse, sic dicitur: *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Cant. 5. vers. 6.

A At cur, quod facilius erat, non dixit: Aperui osium dilecto meo; sed signate pessulū ostij? Faciliis quidem solutio, si ad vocē Sponsi pulsantis ad ostiū animū intēris: sic nam ipsa præmisserat v. 2. *Vox dilecti mei pulsantis.* Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cinni mei guttis noctium: quibus in verbis animæ teponem, & ab eo minuta errata velut guttæ noctium dimanantia significari latius ostendimus ex verbis Vatis Psalm. 118. vers. 28. *Dormiavit (seu stillavit) anima mea p̄ ræ tedium: tū ex Ambrosio ser. 12. in Psal. 118. ad hęc Canticorum verba dicente: Est ergo anima, quæ habet ianuā, est, quæ habet portas. Ab hanc ianuam venit Christus, & pulsat, pulsat & portas. Aperi ergo illi, vult ergo introire; vult Sponsam in venire vigilatam. Noli ergo bono amatori facere moras: cito recedit; & tu somno torporis tui vide ris exclusi se pulsantem: excludis eū cū desideriosus es, cū piger, cū somnolentus. His repagulis Christus excluditur, & si castus, & si sobrius sis; care ne negligēsis. Hæc Ambros. qui notāter delidiq; atq; torpori attribuit repagula, Christū excludentia: quod et si anima casta, & sobria sit, hoc est à lethali criminē immunis, si tamen negligēs, & minutis sordibus obnoxia fuerit, et si non omnino, tamē quodammodo videtur excludere spōsum, ne videlicet in intima cordis penetralia ingrediatur: hoc est ne illis castissimis amplexibus a se exoptatis perfruatur: Hac ergo ratione Sponsa opportune ad Sponsi mentem, & gustum pessulum ostij, sive repagula minutarū sordiū removere studet; ne bono amatori moras faciat, nec ab intimo cordis penetrati excludat: Benè in hunc sensum hæc Sponsæ verba inflectente Richardo à S. Victore, hunc in modum:*

B *Replicat Spōsa, quomodo, vt Dilecto fruat tur minimas negligentias caverit, quæ offendit ipsius provocare potuerunt: in locutione scilicet inutili, vel superflua, vel cogitatione; in commido corporali, vel libertate vagā, quæ per pessulum, id est serā intelligi postunt: sera enim cum parva sit,*

Psal. 118
vers. 28.
Ambros.

Dionys.
Areop.

VII.

Richard.
à S. Vict.

*C*angusta latitudinem tamen ostij concludit, ut nisi illa reservata patere non possit: ita hæc minima nisi rescindantur, nondignatur Dilectus, ita venire ad animam, ut perfectè ad eam intret, & perfectè gratia eam repleat: Vnde concludit. *P*arvæ negligentes obscurant animam, & impedimentum facit una amplioris gratiae. Hæc omnino ad rem Richardus: Igitur prudens Sponsa, quæ ab ipso amplexibus separari nolit, serio & diligenter minima errata rescindat; in spiritu excisionis: Vnde quideni hæc Sponsæ verba transtulerunt LXX. Super manus seræ, notante ibi P. Martino del Rio, sic id fore efferendum: *A*d motis ad pessulum manibus aperui, ut introducerem: nec est ab ipsa non negligenter, & olcitanter, sed utraq; manu, quod Proverbialiter dicitur de ijs, qui summo conatu quidam agunt: repagula faulæ remota, ne minimis minor cura videretur adhibita; cum minima non sint, quæ bona maiora impediunt.

Nec minus apposite Chrysostomus hom. 8. in epist. 1. ad Corinthios huc retulit Pauli verba 1. ad Corinth. 6. vers. 17.

*Q*ui adhæret Deo, unus spiritus sit: super cumeo: & 2. ad Corinth. 11. vers. 2.

*D*espondit vos uni viro virginem castam exhibere Christo, vbi Græcè pro despundi,

*G*ræca Lect. Chrysost. propriè etiæ agglutinavi, premēs locutiones adhæredi, & agglutinādi, quæ indicat omnimodā cū Christo cōiunctionē, quin mediū aliquod interueniat, quod ipsam impedit: hinc observans, minima quæque peccata huic perfectè cōiunctioni impedimento esse; ac proinde nec minima ea esse censenda; nec minimum quidem de illis fore curādum:

*A*udi illum: *E*nī vero cum præmisset. *N*on solum ergo Christo adhæreamus, sed etiā agglutinemur; *N*am si disiuncti fuerimus, perimus. Nā quile (inquit)

(Psalm. 72. vers. 27) a te elongant peribunt. *E*t ergo agglutinemur, & agglutinemur per facta, & opera. *N*am qui ter-

*v*erat, inquit, mādata mea, ipse in me manet. *E*t enim per multa exempla nos unit.

*C*onsidera autem. *I*pse est caput, nos autem corpus. *I*nter caput, & corpus non potest nullum esse interstitium. *I*pse est fundamen-

tum nos & dīfīciū. *I*pse est vītis, nos palmītes. *I*pse est Sponjus, nos Sponja: *I*pse est pa-

*s*tor nos oves. *I*lle est vita, nos qui ingredi-

*m*ur. *N*os rursus templum sumus. *I*pse est, qui inhabitat, ipse est primogenitus, nos fratres. *I*pse est hæres nos coheredes *I*pse est vita, nos viventes, *I*pse est Resurrectio, nos resurgentes, *I*pse est lux, nos qui illuminamur. His ita præmissis; hæc ad rem nostram subiicit. *H*æc omnia indicant unitatem, nec sinunt aliquid vacuum esse intermedium, ne minimum quidem. Nā qui parum avscerit, multum etiam procedes abscedet. *C*orpus enim si ab ense accipit disiunctionem, interibit, & edificium, etiā parum dehiscat dissolvetur: & palmes si à radice fuérunt parum abscessus fit inutilis. Vnde tandem sic concludit. Quam obrem hoc parum, non est parum, immo vero est feci totum. Quando ergo parum deliquerimus, aut etiā pigri, aut socordes fuerimus, ne illud parum negligamus. Hactenus ex Chrysost. Quò facit, quod alibi in illis Pauli verbis ad Rom. 8. vers. 35. *Q*uis nos separabit à charitate Christi? *Tribulatio? An angustia? &c.* obseruavimus Roman. 8. ver. 1. 35. Lectio Græca. Græcum verbū cum emphasi significare, sciungit, ab ea scilicet cōiunctione, & unitate, quæ non sinit aliquid vacuū esse intermedium, nec nullam, vel levē disiunctionem patitur.

EVCHARISTIAM CRVCE FVIS
se conditam, ut inde moneamur ad il-
lam non nisi mundocrucifixos
accedendum nobis
esse.

ADNOTATIO. III.

NON Facile à PP. & inter-
pretibus dirimitur dulcis il-
la inter Filium, & Matrem
in nuptijs Canà orta con-
tentio, in quā hæc deficiente vīno Filiū
interpellavit: *V*īnum non habent: ipse ve-
rò respondit: *Q*uid mihi, & tibi est mu-
lier? *N*on dum venit horæma, Ioann. 2. à
vers. 4. Et verò cum hæc verba varios
explicatus à PP. redditos habeant: ille
nobis accommodatus videtur, qui &
Irenæo M. & Severo in Catena Græca
Corderij maximè placuit: dū vterque

S. Iren.
M.
Pater in Deiparae verbis suspicatur; ipsam occasione praesentis convivij, vi-
niique in eo deficiens Sacratissime Eu-
charistiae institutionem expetuisse: Fer-
vore quodam ducebatur Deipara (inquit
Irenaeus lib.3.adversi.hæres.cap.18.) bi-
bendi sanguinis Christi: Cui purissimo de-
siderio ea videtur ratione occurrisse
Dominus; quod nondum eius Passio-
nis, & crucis hora pervenierit; à qua cō-
dimentum, saporem, atque efficacita-
tem Eucharistia erat acceptura: totam

hanc cogitationem, sic aperiente Seve-
ro. Volens itaque Christum (Deipara) ad
misericordiam inflectere dixit. Vinum nō
habent: ita ut parum abesse, quin ipsi præ-
cipere mysticum illud mysteriorum vinū
depromere. Quo circa illi: I E S V S respon-
dit. Quid mihi, & tibi est mulier? Non
dum venit hora mea: quā scilicet præstā-
tius illud, mysticumque vinum depromā:
non inquit tempus est, donet crucem susti-
nuero: sanguinemque meum liba vero. Hęc
ille. Ad cuius gultum Gaudentius tra-
ctatu 9. qui eft de Nuptijs Canà Galileę
inquit: Meritò tunc inter initia signorum
Matri respondit: Nondum venit hora
mea: tanquam si diceret. Quid tā præpro-
presa est tua, o mulier petitio: cum hora Pas-
sionis mea nondum ad venerit. Sic Gaudē-
tius. Et quidem idemmet Ioannes, qui
ex persona Domini dixit: Nondum ve-
nit hora mea: ipse de suo adveniente iam
hora, & cœna ad institutionem Eucha-
ristiæ paratā, curavit edicere: Sciens,
quia venit hora eius: cum dilexiſſet suos,
qui erant in mundo in finem dilexit eos: se-
ſe scilicet illis manducandum, & bibē-
dum tradens, vt frequenter PP. & inter-
pretes exponunt: Ioann. 12. vers. 1. vt

grande nobis hinc detur documētum:
Eucharistiā, vt Passione, & cruce Do-
mini confectam, & cōditam fuisse; ita
à nobis exigere, vt ad illam nō nisi pec-
catis mortui, & proprijs concupiscentijs
cruci affixis accedamus.

II.
Psalm. 1.
vers. 2.
Hugo
Card.
Quò iverit David de Christo Do-
mino, vt Chrysostomus, & alij inter-
pretantur prædicens Psal. 1. vers. 2. Et
erit tanquam lignum, quod plantatum es-
tus decursus aquarum, quod fructum da-
bit in tempore suo: quā verba Hugo Car-
din. de Eucharistiā, sic accepit. Quod
fructum suum, id est carnem eſibilem dabit
in cœna: sic ille cum videlicet venit ho-

ra eius dedit fructum in tempore suo:
Sed observa Caldæum Paraphrastem

Caldæum

ibi pro: Dabit in tempore suo, reponere,
cuīus fructus maturescet in tempore suo:
Quia signate cœlestis hic fructus decur-
sibus aquarum Passionis suæ (cum intra-
verunt aquæ, vsque ad animam eius. Psal.

Psal. 68.

68. vers. 1. Cum proxima erat tribulatio;

vers. 1.

quin esset qui adiuvaret, Psal. 21. v. 12.)

Rupert.

Exod. 7.

irrigatus, maturandus erat: Audi hæc
re Rnpertum sic appositè disserentem

lib. 3. in Exodum cap. 7. Adhac, inquā,
non ante Passionem suam Dominus noster,

sed in ipso suā Passionis articulo hoc fecit:
iam enim venditus erat, iam tradebatur,

iam tristis erat anima eius, vsque ad mor-
tem, iam parebat, & emptus erat, iam fa-
ctus in agonia, & orans sanguineas guttas

desudabat: iam se propter certitudinem mor-
tis instantis, in mundo non eſe dicebat: vt

nimirum tot afflictionibus, doloribus:
& sanguineā irrigatione fructus matu-
resceret: Vnde pergit obseruare Ruper-
tus, Dominum, et si sapientius huius Sacra-
menti meminisset, & de ipsius necessi-
tate longius disseruisset; at ipsum non

nisi in ipsomet mortis, & Passionis ar-
ticulo illud condere voluisse, vt suam

opportunitatē, maturitatem, & virtu-
tem haberet: ita enim ille: Vnde, & hoc

notandum, quod cum alijs locis panis hu-
ius, id est suum est eſum necessarium comen-
davit, dicens: Niſi manducaveritis car-
nem Filij hominis, & biberitis eius san-
guinem, non habebitis vitam in vobis:

Niſquam tamen nobis ostendit, quomodo
posset, vel deberet hoc fieri, niſi in horā il-
lā, qua tradebatur, que ut iam dictum est

in angustia Passionis huius, opus, res, &
virtus est Sacramenti. Haec tenus ex Ru-
perto. Nec minus luculenter Cyprian.

Cyprian.

lib. 4. epist. 3. inquiens. Quomodo ad po-
tandum vinum veniri non potest, niſi bo-
trus calcetur ante, & prematur, sic nec nos

sanguinem Christi possemus bibere, niſi Christus
ante calcatus prius fuisse, & pressus,

E & calicem prius biberet, quam bibentibus
propinaret. Hæc Cyprianus. Quæ om-
nia sacrificium illud in sartagine frixū

de quo Levitici 2. vers. 5. omnino cō-
firmat, inflectente id per allegoriam
Glossa probata S. Thomæ 3. part. quæ-
stion. 81. art. 3. hunc in modum: Crux

S. Thom.

super omnia fortis carnem Christi, que an-
te Passionem non videbatur ei apta, post,

apram

aptam fecit, ita Glossa: vbi videtur allus ad verba illa iudiciorū: Durus est hic sermo, & quis potest eū audire, Ioan. 6. v. 61.

II. *Gesit præclarum huius mysterij typum teste August. lib. homiliarum homil. 28. tom. 10. bona illa vidua, ad quam à Deo missus est pascendus Helias, 3. Reg. 17. vers. 12. Quæ cum à propheta sustentationis suæ fuisse admonita illis verbis. Affer mihi obsecro, & bucellā panis in manu tuā; respondit. Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, ut comedamus, & moriamur: Quæ verba sic int̄ pre-*

3. Reg. 17. vers. 12. sentem inflectit Augustinus. Mulier typum gerebat Ecclesiæ, & quia duo ligna crucem faciunt, quæ rebat moritura, unde semper esset victura, & paulò ante. Processit ergo, ut faceret sibi panem, colligere duo ligna: ita Augustinus: vt dixerit, hoc modo a nobis conficiēdum esse, atque sumendum Eucharistia panē colligēdo, preferendo, & ferēdo primum crucem Domini, & veram affectuum mortificationem, ut quāramus moritari, unde semper simus victuri. Quod idem Augustinus repetit serm. 201. de tempore, subiiciens: Namquicunque corpus Christi dignè manducare voluerit; necesse est ut moratur præteritis, vivat futuris:

*Drogo. Sed hæc Venerab. Drogo Hostiensis term. de Dominicæ Passionis Sacramēto luculentiter diffundit, dum & viduæ statum ad Christi Domini mortē, qui anima Sponsus est sic refert, ut Passio nis eius memoriam, & vestigia ipsa in se circūferat; & ligna crucem in ipso Viatico insertam significare hunc in modū asserat. *Gemitus edit. Quare quia vidua est: quia mortuus est Sponsus, qui la vitam a peccatis suis, hoc est à nigredine corvi (alludit ad corvum à quo antea pascebatur Helias) Spōsus enim mortuus est. Vnde etiam in memoria eius duo ligna colligit, ut faciat sibi, & filio eius, hoc est spiritui modicum Viatici. Hæc ille: ergo ut facias tibi modicum Viatici gemitus edere, & duo crucis ligna colligere, & ferre, & velut botrū calcari necesse est: nā Eucharistia botrus calcatus, crux collecta, & passio Christi in te impresa, & expressa esse debet.**

III. *In quā sententiam notanter à Domi-*

*no famia morituro, & mentæ accun-
bente audiis, apud Luc. 22. v. 15. Deside- Luce 22.
rio desideravi hoc Pascha manducare vo-
biscum antequam patiar. Sed quare? An-
tequam patiar. Sane ut virtus, & causa*

*institutionis Sacramenti significetur, ut videlicet, eos qui ipsius corpus acce-
perāt, arctissimā unione secū cōiunctos
ad crucē, & passionē ferret, ut simul cū
ipso cruci affixi Pascha celebrarēt, hoc
est rit̄e, & recte ad divinā mensam ac-
cessisse, & fructū illius perceperile cōmō-
strarēt: vt dicebat Augustinus de eo qui
dignè manducat, necesse est, ut moria-
tur præteritis, & vivat futuris: & cum
Christo Domino recubente à mēsa ad
cruce eat. Hæc omnia perstringēte Pas-
chatio in epis. ad Fudegardū h̄uc in mo-
dū. Cū sūts antequam pateretur, hoc verū Pasch.*

*manducaret Pascha, quatenus per hoc ante
quā se daret in pretiū, nos in illo, & ille in
nobis vnu essemus corpus, & ideo in cru-
cenos cum illo simul crucifixi sumus, &
in resurrectione simul cōresuscitati. Hæc
Pasch. Quā omnino cogitationē aliter
expressit Eutych. Patriarcha Cōstant.*

*C in Catena Græcā Corderij ad prafata
verba Lucæ, nō contentus videlicet si
Christus Dominus à mēsa ad crucē i-
verit: illū in ipsamet mēsa, & cōmunione
se ipsū mactasse sic asserit. Mys-
tica illa cœna est de quā Lucas ait: Desiderio desi-
deravi hoc Pascha manducare vobiscū
antequā patiar. Ergo antequā pateretur,*

Eutych.

*Paschacomedit, mysticū nēpe, nā sine Passio-
ne Pascha nō dicitur. Semetipsū igitur mys-
ticè immolavit, quādo intercœnādū in ma-
nus suas accipies panē benedixit, ac fregit,
antitypo, siue figuræ se ipsū immisces: ita
Eutych. obseruilla: semetipsū mysticè in-
molavit: similiū sese affectu, & deside-
rio addicēs morti: ut videris, quā sit cō-
iuncta mors, & crux cū Eucharistiā: nā si-
ne Passione Pascha nō dicitur. Hinc Theo-
phyl. in illud Pauli. Quotiescūq; enim mā-
ducabitis panē h̄uc, & calicē bibetis, mor-
tē Domini annūciabitis donec veniat, 1. ad*

*Cor. 11. v. 26. sic nos cōmonefacit: Eo 1. Cor. 11
affectu debetis esse imbuti, cū sumitis Eu- vers. 26.
charistiā, perinde quasi in illa ipsā Christi Theoph.
effetis resperā, adeo q; cœna, eidē q; accūbe-
retis thoro, & à Christo ipso acciperetis sa-
cerdū iisud: illaenim ipsa est cœna; & illa ipsā
mortē annūciā: Atquomodo annūcia Basilio.
mus: Dixerim cū Basilio: si à mēta, &
cœna ad crucē iverimus, hoc est, si n.ū.*

do sumus crucifixi, & mundus nobis: ita enim ille in regul. brevior. regul. 234. Mortem Domini annunciamus, cum mori- mur peccato, vñimus Christo, seu cum no- bis mundus crucifixus est: & nos mundo.

V.
Genes. 22
verl. 2.
Rupert.

Quò opportunè facit Ruperti moni- tū lib. 6. de Trinitate c. 32. vt qui ad Eu- charistiam accedit, personam & ani- mum Patriarchæ Abrahæ voluntate, & affectu Iaac filium suum immolatis praferat: Sic enim ille. Quemcumque ad sanctum altare Divina vocat gratia, &c. Eo ipso quod eligitur, vel vocatur ad tale munus. Profecto illi iubetur, vt tollat fi- lium suum, quem diligit Iaac, eumque in

S. Laur.
Iustin.

terra visionis in holocaustum offerat. Sic Rupertus. Similiter S. Laurentius Iusti nianus fer. de Eucharistia, inquiens: Est enim Altare supra quod sacro sanctum Chri- sticorpus mysticè immolatur, mons spiri- tualis sublimis, atque præcipuus, in quo Patriarchæ Abrahæ sacrificium offerri iu- betur: Ita Laurentius. Quod è iverityt ad altare accedens sibi dictum existi- met. Tolle filium tuum unigenitum, quæ diligis Iaac, & offer mihi illum, Genet. 22. verl. 2. hoc est, primogenitum dilec- tionis tuæ circa hæc terrena immola- redebes: quin aliam dilectionem præ- ter divinam præferas: Iaac tuum id est risum tuum, delicias, cōmoditates, & delicata omniagladio mortificationis iugulare teneris: Nam sine Passione Pas- chanondicitur: in hanc etiam admoni- tionem inflectente S. Eligio hom. 14. tom. 2. Biblioth. veterum PP. lactucas agrestes, quæ in Agno Paschalis cele- bratione adiungi præstribebantur, Exo di 12. verl. 8. huc in modum. Caro etiam Agni cum azymis panibus, & lactucis agrestibus est edenda, ut cum corpus Re- demptoris accipitur, nos pro peccatis no- stris cum fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentie absterget à mentis stomacho perverse amorem, & pravita- tem vitæ. Hec Eligius. Et quidem rectè: pervertæ, & carnalis vitæ amorem à

S. Elig.

mente abstergeduni monet, vt immo- lato Iaac, qui noster est risus, omnem affectum, & totum dilectionis impe- tum in Christū Dominū transferamus.

Est hic plane sensus Divinæ Sapien- tiæ ad panem hunc cœlestem mandu- candum fideles invitantis. Audi. Sa- pientia adiscavit sibi domum excidit co- lumnas septem immolavit victimas suas,

VI.

Prou. 9.
vers. 1.

Proverb. 9. vers. 1. vbi pro extremis his ce verbis Tertullianus in Scorpiano, Tertull.

c. 7. legit. Sophia iugularit servos suis: subditque cum exclamatione: Obonam matrem! Opro & ipse in filios eius redigi,

vt ab ea occidari: iam deinde victimis im- molatis, sive iugulatis filijs: At sit ancil- las suas, vt vocarent ad arcem, & ad me- nia civitatis: Venite comedite panem meū,

& vinum, quod misericordia vobis: Sed obser- va eandem. Sapientiam ab Ecclesiasti- co, cap. 4. vers. 12. oppositâ locutionis

serie induci filijs suis vitam inspirantē, sumpta à nutricibus imagine, quæ cum laete infantibus vitā inspirant: sic enim

B Ipse, Sapientia filijs suis vitam inspirat: vt vtræque locutione inter se composita

noverimus: vitam in Eucharistia signa- tè victimis immolatis, sive filijs iugula- tis inspirari, nec aliter Christum Domi-

nū corporis, & sanguinis sui nō ensani nobis proponere, quām morte cum vi- ta conluncta, sive morteni inferens, &

vitam inspirans, vt peccatis mortui, insi- tie vivamus, 1. Petr. 2. v. 24. itidēque,

C vt qui vivunt, iā non sibi vivant, sed ve- teri vitæ, & secularibus affectionibus

mortui, ei vivant, qui pro ipsis mortuus est, 2. Cor. 5. v. 15. vt præced. adi. ot. Gre- gorius lib. 4. Dialog. optimi cap. 55. mo-

nebat. Necesse est, cū hæc agimus, nos mer- ippos Deo in cordis contritione mactemus,

quia qui Passionis Dominae mysteria ce- lebramus, debemus imitari quod agimus. Tunce ergo verè pro nobis hostia erit Deo,

D cū nos ipsis hostiā fecerimus. Hæc Grego- rius: Quā planè ratione cum ad hæc cæ- lestem menlam Dei Sapientia fideles

invitasse dicitur apud Matth. 22. v. 4. signatè dixit: Tauri mei occisi sunt: quod de Martyribus, sic accepit Hilarius apud

E Matt. 22
vers. 4.
S. Thoni. in Catena. Tauri glorioſa Mar Giez. M. tyrum species est, quia confessione Del, tan

Hilarius quam hostia electa sunt immolati, vt vide- licet Martyrū ex ēxemplo proposito ab illis disceremus nos ipsis hostias facere, vt

dignè ad mēlā cælestē accedamus.

Fuerit vero in hanc rem egregius Bernardi locus fer. 3. in Psalmum. Qui

habitat: Vbi adeò sibi persuasū habuit,

non aliter nos, nisi immolatos, & im-

molationem Christi, & Martyrum ex-

primētes ad Eucharistiā accedere debe-

re, vt māducare carnē Christi perinde

esse affirmet, ac Christi passionibus cō-

municare: Audi ipsum. Quid autem est

Ecc. 4.
vers. 12.

1. Petr. 2.
vers. 24.

2. Cor. 5.
vers. 15.

Matt. 22
vers. 4.

Giez. M.

Hilarius

VII.

man-

manducare eius carnem, & bibere eius sanguinem, nisi cōmunicare passionibus eius? Et eam conversationem imitari, quā ges- fit in carne? Vnde & hoc designat illibatim illud Altaris Sacramentum: ubi Domini cum corpus accipimus, ut sicut videris il la panis forma in nos intrare sic no verimus per eam quam in terris habuit cōversationem, ipsum intrare in nos ad habitandum perfidem in cordibus nostris. Hæc ille. Ut vero sensus Bernardi cōstet, & eluceat: observa in illis verbis, ut sicut videris il la panis forma in nos intrare, &c. omnino ad spexile ad Christi Crucis suffixi effigiem in hostiā consecrata (vt solet) impressam, quā veritas corporis Chri- sti inibi existentis significatur: vt sic di- xerit Bernardus, ab externā Christi cru- cifixi imagine, sive potius ab ipsomet Christo Crucifixo verē, & reaiter in nos intrante, addiscendū nobis esse eādem, quam ille in terris habuit conuer- sationem imitari debere. Cui Bernardi cogitationi concinuit, quod accepta ho- stia, ante ipsam calicis lumptionem di- cere nobis prescribit Ecclesia ex Davi- de Psalm. 11. vers. 3. Quid retribuam Do- mino pro omnibus, quā retribuit mihi? Ca- licem salutaris accipiam & nomen Domini in vocabo: Quibus verbis tum sāculo, & nobis ipsis renunciare, & mortifica- tionem Domini in corpore nostro iugi- ter circunferre monemur, tum etiam nos ipsis, quasi ex pacto inito hostia corporis Christi accepta Domino of- ferre videmur: quippe calix Domini ibi eius Passionem, & mortem designat: ip- so Domino interpretante apud Matth. 26. vers. 39. Transeat à me calix iste, & Matth. 20. vers. 22. Potestis bibere calicē quem ego biberimus: nec alio tentu ci- xerit idem Vates: Calix meus inebrians, quā præclarus est! Psal. 22. v. 7. vbi nota- ter calix dicitur inebrians: qui nos a no- bis ipsis disiungit, sive ab affectibus car- nis exire compellit: ita capiēte sacram- hanc ebrietatem, Cyprianus. de cœna Domini, cum ait: Quam religiosa est hu- ius potusebrietas, per quā accedimus Deo, & quae retro sunt oblitū ad anteriora extē- dimur, non habentes sensum huius mundi, sed divitis purpurati delicias contemnen- tes Crucis hæremus. Hæc Cyprianus: ob- servahæc: cruci hæremus, vt videris, quo modo dignè communicare perinde

tit, ac cruci hærcere, atque Eucharistiam crucem collectam esse.

Sed præfata verba Davidis. Quid re- tribuam Domino, &c. per opportune in- hanc rem elucidavit Venerab. Petrus Abbas Cellensis lib. de Panibus, c. 1. cō- ponens illa cū verbis Salomonis Prov. 23. v. 1. Quando federis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuā. & statue cultrū gut- turis tuo, tūc vt norā te reponut LXX. Mitte manū tuā, sciens, quod oportet te talia præparare, quæ de Eucharistia in- terprerantur f. equenter PP. & explana- tores: August. tract. 47. & 48. in Ioann. Ambros. lib. 1. oficiorum, cap. 13. Chry- sol. in Psal. 22. &c. alijs. Sic namque Pe- trus. Clamat in abundantia saturitatis, & suavitatis suæ pauper ille amicus divitiae, qui in convivio discumbebat. Quid (in- quis) retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Sed scire debuerat, quod sapientis art. Cum federis ad men- lam Principis: diligenter attende, quæ Petr. Cel- apponuntur tibi, sciens quia oportet te lenj.

talia præparare. Cānem ergo pro carne re- pone: pro sanctâ sanctificatam, pro castâ ca- stigatam & castificatam pro integrâ, im- pollatam. Sanguinem quunque pro sanguine: pro sanguine scilicet profuso in arâ cru- cis effusam in rubore confessionis: pro pa- ro impurum, pro bono malum pro que- to turbidum. Pellem etiam pro pelle, sicut Iob ait: id est patientiam, & imitationem mansuetudinis Agni incontaminati Iesu Christi rependere debemus. Hæc Petrus Cellensis: quibus nihil melius, aut op- portunius dici potuit ad dignā retribu- tionē Domino in Eucharistiā reddēdā,

& debitā ad illā animi, & corporis præ- parationem exprimendā, & exsequē- dan: Expende tecum singula, vt ego in memoriā revocē, quæ īperius dicebat Rupertus de tempore, quo Dominus Rupert: Sacramentum Eucharistiæ instituit: In ipso scilicet Passionis sue articulo, cum iam tradebatur, cum tristiserat anima ei- ius usque ad mortem; cum factus in ago- niâ, & orans sanguineas guttas desuda- bat; cum iam propter certitudinem mor- tis instantis in mundo non esse dicebat: Ut iuxta hæc tuam itidem retribu- tionem adornes, sciens, quod te talia oportet præparare: orationem pavorem tristitiam pro peccatis; sudore sangui-

VIII.

Prov. 23. vers. 1.

LXX.

August. Ambros. Chrysost.

Basilius.

nis, ut peccato usque ad sanguinem resistas adversus illum repugnans; eaque affectionum mortificationem, ut iam non in mundo esse videaris. His apposite adstipulatur Basilius in *Regul. breuior. interrogat. 23.* inquiens. Oportet igitur accedentem ad corpus, & sanguinem Domini, non solum purum esse à quo vis inquinamento carnis, ac spiritus; ne ad iudicium edat, & bibat; sed ostendere in vita memoria eius, qui pro nobis mortuus est, in eo quod mortificatus est peccato, & mundo, ac sibi ipso, & Deo vivere. Hæc Basilius. Ad cuius gustum Venerab. Balduinus in allegorijs Gotfridi Tilmani in id Pauli 1. ad Cor. 11. Qui manducat, & bibit indignè, cum dixisset: Non dicit, non digne, sed indignè: Quis enim usque quaque dignus? vel quis dignè accipiat? quantumcumque sit iustus, quantumcumque sit perfectus. Magis est dignatio Domini, quam dignitas servi. At cum iniustus accipit, periculum augetur, indignitas peccatoris, & indignatio iudicis, subiicit post nonnulla alibi appicta à nobis scū appingenda. Proinde Paulus corpus suum castigat, & in servitatem redigit, ne reprobis efficiatur: Quo suo metu grauissimè pavititia corda nostra percudit, ut amplius timeamus. Quid enim faciet virgula deserti? ubi contremiscit cedrus paradisi? Sic ille Pauli penitentiam, & mortificationem ad Eucharistia præparationiem referens.

IX.

Huc proculdubio spectat nuptialis illa vestis in illo infelici ad nuptias temere intrante desiderata: cui dictū est à convivatore. Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestē nuptiale? Matth. 22. v. 12. Nimirum si Christi nuptias, & diē despontationis eius recolis; ille omnino ipse est cum à Salomone Cant. 3. v. 11. iuxta expositionem Ambrosij, Bernardi, Richard. à S. Victore, & aliorum PP. spinis coronatus, plagis lividus, sanguine madidus, verberibus excoriatus inducit illis verbis. Egredimini, & videte filie Sion Regé Salomonē in diadema te, quo corona vit illum Mater sua in die desponsationis illius, & in die latitiae cordis eius, it idem que si vestis nuptialis fornax

Cant. 3. vers. 11.

& speciem requiris: hanc affirmat August. apud Maldonatū ad verba Matth. eam esse, quæ vesti, quā Sponsus gestat ad similis sit: Sicut videmus Regis pueros certi, atque insignis coloris habere vestes,

Matt. 22. vers. 11.

D

qui Regis color appellatur, ex quo Regis effe pueri cognoscuntur. Ex quibus evincitur Christi convivas tūc ueste nuptiali induitos ad cœlestē mentem accedere, cū veteris Adæ pelle detracta, & candido vellere patiētię, & mālvetudinis, & imitationis Agni incontaminati pro nobis A morte obeuntis induiti veniūt: pulchrè Petr. Cel. hæc pèsstante prafato loco Petro Celenſi his verbis: In pelle ista venies ad nuptias nō depellitur, sed intrare, & superius ascendere cōpellitur. Vnde convivam sic monet: Retribue igitur cōvina Christi pelle pro pelle: imò secundū legem oculum pro oculo dentē pro dente livorem pro livore; animam pro anima. Quid enim pro te, aut tibi facere potuit Deus, quam ut anima ponneret? Vade ergo, & tu fac similiter. Exemplū (inquit) dedi vobis, ut & vos ita faciatis. Haecenus ille. Quę omnino sibi dicta existimavit S. Laurent. Iustinian. tractatu de incendio Divini Amoris: cū inquit: Scio quid faciam, Dei mei intrabo vulnera: & in eius dolores, & opprobria transformabor, quantum potero. Eius passione opprobrijssimā induat tāquam uestimentum regale, & nihil requirā, nisi quæ sunt conformia huic passioni: cetera vero abieciam quasi sterlus. Quis autē creatura rum post me amplius audeat clamitare, si fuero hac ueste indutus? Tum Christi Passio pro me, si necesse fuerit, cōtra omnia militabit. Hæc S. Laurent.

C

His opportūne aptaveris accuratam, sive exquisitam. Mensa veteris testamenti fabricam, de quā Sacerdix scriptor, Exod. 25. vers. 18. Facies, & mēsam delignis sérīm habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitū, ac semiſsem, sive ut Hebrae, Chaldaea, & Græca habent: Cubiti, ac dimidiū altitudo eius: nam mensam hanc cælefestem Eucharistia mēsam significare frequēs PP. sentētia est: & unus pro multis, sic inquit Rupert. lib. 4. in Exodū c. 7. Quę est hac mensa post Proprietatoriū parata in tabernaculo Domini? nisi mēsa corporis, & sanguinis Domini, initiu habens à Passione Domini nostri Iesu Christi. Sed in hac mēsa strūturā maxime notanda est, imperfecta illa, & inchoata dimēſio altitudinis cubito ac semisse, sive dimidiū cubito cōſtant: cur enim nō omnino integrū cubitū implēvit? sed dimidium? Crediderint, luceni-

Petr. Cel.

Laurent.
Iustin.

X.

Exod. 25
vers. 18.

hæc

*Collos. 1. hæc accipere à Paulo ad Collos. 1. vers.
ver. 24. 24. dicente. Adimpleo, quæ desunt passionum Christi in carne mea, dum illis eadē*

imò, & maior difficultas subest: Quid enim fuerit adimplere passionem Christi? sive supplere (ita enim Græcè) quod illi deest?

Fuit ne imperfecta? aut semi-plena? vel diminuta? imò verò abūdās, & superefluens mensura, & copiosa apud

eum Redemptio: Quà ergo ratione adimplenda? vel supplenduni quod illi deest dicitur? Composuit hæc verba Chrysostomus serm. 11. in epist. ad Philipp. cù.

illis eiusdem Apostoli. Configuratus mortieius: ad Philipp. 3. vers. 10. & vtraque

Chrysost. sit explicat. Configuratus (inquit) mor-

ti eius, id est particeps: etenim quemadmodum ille ab hominibus malè acceptus est,

ita & ego: propterea dixit: configuratus: & rursus alibi: Adimpleo ea, quæ de-

sunt passionum Christi in carne mea, id est vexationes, & calamitates huiusmodi

reddunt imaginem quadam illius mortis. Hæc ille, vt dixerit, passionem Christi

reapte plenissimam, & perfectissimam ex se ipsa, & in se ipsa esse: sed eiusdem

quidem fore conditionis, vt nobis per poenitentiam, & imitationē sive ima-

ginem quandam mortis eius debeat applicari; alioquin nobis incōpleta, nec

plena erit: Quod explicatiū docuit

Ambros. Ambrosius in Psal. 37. eundem his Pau-

li verbis sensum tribuens; ac illis curva-

tus sum usque finem, quæ in manibusha-

bebat, hunc in modum: Ideo ergo, & nos

non perfundorū satisfaciendum à nobis es-

se cognoscimus. Curveamur usque in finem;

id est, non solum Christofidem, sed etiā pas-

sionum nostrarū perseverantiam deferen-

tes, & gaudeamus in passionibus nostris, si-

cuit & Christus gaudebat in passionibus

suis, quas ille suscipiebat pro servulis, nos

subeamus pro Domino: Hic ergo finis, vt

adimpleam, inquit, quæ desunt tribula-

tionum Christi in carne mea. Hæc Am-

brosius. Ergo hinc imperfectæ illi, sive

dimidiata mensæ dimensioni, sic oc-

curredimus, vt ipsa completa, & integra

reddatur ex imitatione passionis Christi., & veste nuptiali mortificationis,

quam gestare debet, qui ad mensam Eu-

charitatis accedit, vt conviva Christi

pelle pro pelle, livorem pro livore,

animam pro anima Christo retribuat;

nec perfundorū tanto debito satisfa-

ciendum potet, sed passionum perseve-
rantiam deferat.

~~~~~ ? ~~~~~ ? ~~~~~ ? ~~~~~ ?

EA ANIMI PURITATE, AD EV-  
CHARISTIAM ACCEDENDUM; AC SI  
STATIM MORS OBEUNDA NO-  
BIS ESLET.

## ADNOTATIO. IV.

B Chrysost. sit explicat. Configuratus (inquit) mor-

ti eius, id est particeps: etenim quemadmodum ille ab hominibus malè acceptus est,

ita & ego: propterea dixit: configuratus: & rursus alibi: Adimpleo ea, quæ de-

sunt passionum Christi in carne mea, id est vexationes, & calamitates huiusmodi

reddunt imaginem quadam illius mortis. Hæc ille, vt dixerit, passionem Christi

reapte plenissimam, & perfectissimam ex se ipsa, & in se ipsa esse: sed eiusdem

quidem fore conditionis, vt nobis per poenitentiam, & imitationē sive ima-

ginem quandam mortis eius debeat applicari; alioquin nobis incōpleta, nec

plena erit: Quod explicatiū docuit

Ambros. Ambrosius in Psal. 37. eundem his Pau-

li verbis sensum tribuens; ac illis curva-

tus sum usque finem, quæ in manibusha-

bebat, hunc in modum: Ideo ergo, & nos

non perfundorū satisfaciendum à nobis es-

se cognoscimus. Curveamur usque in finem;

id est, non solum Christofidem, sed etiā pas-

sionum nostrarū deferentes, & gaudeamus in

passionibus suis, quas ille suscipiebat pro ser-

vulis, nos subeamus pro Domino: Hic ergo

finis, vt adimpleam, inquit, quæ desunt tri-

bulationum Christi in carne mea. Hæc Am-

brosius. Ergo hinc imperfectæ illi, sive

dimidiata mensæ dimensioni, sic occu-

pedimus, vt ipsa completa, & integra

reddatur ex imitatione passionis Christi., & veste nuptiali mortificationis,

quam gestare debet, qui ad mensam Eu-

charitatis accedit, vt conviva Christi

pelle pro pelle, livorem pro livore,

animam pro anima Christo retribuat;

nec perfundorū tanto debito satisfa-

I. N OTANTER à Domino di-  
ctum est: Matthæi 5. vers. 8.  
Beati mundi corde, quoniam

ipsi Deum videbunt: itidem

que à Paulo ad Hebræos 12. vers. 14. Pa-

cem sequimini omnibus, & sanctimo-

niam, sine quæ nemo videbit Deum: vt in

de commoneamur, Augustinus illum il-

lam Dei faciem, vt à mortalibus con-

piciatur, & que purissimam; atque acu-

titissimam oculorum aciem exigere: dū

illis, quævis licet levissimæ forde inqui-

natis inaccessibilis Divinitatis splendor

obsistit; quod nec in illuminacies, quæ

vndeque munda non est, intendere

valet; nec divina ei imago ita ingeri, vt

ipsi impressa, conformis refluet, docē

te Paulo 2. ad Corinth. 3. vers. 18. Nos

autem gloriam Domini speculantes ( vbi

ex Græco fonte Theodoretus, & alij:

speculi vicem gerentes ) in eandem ima-

gem transformamur. Qui enim in specu-

lum, quod non sit omnino mundum fa-

cies imprimi, sive exprimi possit? Vo-

cavit quidem sapienter S. Paulinus epi-

D E. stol. 9. Purgatorij pœnam, ignem sa-

pientem inquiens: Ignis ille sapiens trā-

seunt nos per examen suum non se vero ar-

dore ambiet puniendos, sed vt commendato-

sus scipiens blando lambet attacū, vt

possimus dicere: transivimus per ignem,

& aquam, &c. Et quidem ignem ego

sapientem illum dixerim, qui Dei Sa-

pientiam id est Christum, quem Tertullianus lib. 4. contra Marcion. c. 35.

Verum elimatorum humanarum macularū

appellavit, electos quos cōmendatos

ad purgationē suscipit, sic examinat, vt

ab eis omnē fōrdiū rubiginē à carnis fra-

gilitate contractam severè absterget:

quò ipsi divinæ faciei consciendi

Matt. 5.  
vers. 8.

Hebr. 12.  
vers. 14.

I. Cor. 3.  
vers. 18.

S. Pauli-  
nus.

Philo.

omnino idonea fiant: quid enim hoc officio sapientius? quid hac severitate blandius, atque benignius fuerit? quæ summae felicitati maturos, & maioris beatitudinis capaciores facit. Et vero cum animas in Purgatorio vna ex parte poenâ damnia afflictas, hoc est divinæ visionis fratre carentes; ex alia vero Angelorum visitatione (ut pie cōiecta mus) recreatas novimus; nō incōgruè in hāc rem accōmodabimus, quod Philo lib. de insōnijs, meditatus est inquiēs. *Purgatissimas quidem mentes solus Deus omnipotens infensibiliter, in visibili terque dignatur invītere. Sic enim legimus in quodam oraculo viro sapienti reddito in ambulabo in vobis: & ero Deus vester: Eas vero, quæ adhuc lauantur, nondum ab iesis omnibus sordibus cōtractis ex eorū pore intervisunt Angeli: Ex quā meditatione: sic infert Philo. Da igitur operam, o anima, ut sias Dei domus sacra fanēta: robustare dedita ē debilissimā: potēs ex impotente, ex imprudente intelligēs, ē delirā sapientissima. Hactenus Philo. Illud vero mirabile, non latuisse, quodāmodo id Aethnicum Senecam, qui more suo sapiens de animā à corpore separatis censuit in consolatione ad Marciam cap. 25. Nō est cur ad sepulchrum filij tui curras pessima eius, & ipsi molestissimā istic iacent, oīsa, cinevesque, nō magis illius partes, quam uestes, aliaque tegumenta corporum. Integer ille, nihilque in terris relin quens fugit, & totus excessit paulumque supra nos commoratus dum expurgatur, & inherentia vitia situmque omnis mortalis ævi excutit: deinde ad excelsa sublatus inter felices currit animas, excipitque illum cœtus sacer. Hactenus ille.*

II.

Hac omnia ideò diximus, vt ex illis adstruamus, non aliter de puritate ad Eucharistia n̄ necessariacensendū esse: imò vero idem met bonis fidei usloribus datis dictū volumus, predicta Pauli verba ad Hebreos hūc referēte Chrysostomo homil. 8. de poenitentia hunc in modum: *Rogo, obsecro, deprecor, atque omni cum instantiā expeto, omne deponentes peccatum sic ad mensam hanc accedere. Pacein, inquit, lequimini cū omnibus, & sanctificationem, sine quā nemo videbit Deum. Qui autem videre dignus non est; neque communionē dignus est Dominicū corporis. Hac notanter Chylo-*

Chrysost.

*mus eandem præparationem, sive puritatem ad communionē sacramentalē, atque ad visionem beatificā Dei desiderans. Nec aliter Domini verba accepit August. tract. 26. in loan. vbi a-*

August.

*gens de eo, qui indigne ad Christi Sacra mēta accedit, subiicit: Quæ alius nō dig- nesumit, nisi qui mundus est, de quibus di- titur. Beati mundo corde, quoniam ip- si Deum videbunt: Sic ille. Sed & alibi Chrysost. rē auget, & Eucharistiæ sum- ptione pluris, quodammodo, quā di- vinum conspectum facere videtur, vt ab omni sorde mundemur: ita enim ille hom. 24. in 1. ad Corinth. Animad- verte, quod omnium maximū, atque per- picuum in terrā non conspicaris solum, sed tangis, neque solum tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis, subiicit. Astre- ge ab omni sorde animum. Præparamente ad horum mysteriorum susceptionem. Ita Chrysost. Quibus omnino concinit per pulchra a Hieronymo adhibita exposi- tio ijs Pauli verbis ad Ephesios 5. vers. 29. Nemo enim in qua carnem juā odio ver. 29. habuit, sed nutrit, & fovet eam; vt sensus sit; carnem nostram, quæ Deum visura*

Chrysost.

*C est, & nutriendam, & sustentandā cor- pore, & sanguine Christi, atque vt eius obtutu digna sit, severius in officio cō- tinendam, & austeriori disciplina eru- diendam, & castigandam: Sic namque Hieronymus ad ea verba: Magis itaque ad tropicam intelligentiam sermo refera- tur, & dicamus, quod illam carnem, quæ visura fit salutare Dei, animadiligat, & nutrit, & foveat, eā disciplinis erudiēs, & cœlesti saginans pane, & Christi langu- ne irrigans, vt refecta, & nitida posset libe- ro cursu virum sequi, & nulla debilitate, & pondere prægravari. Sic Hieronymus.*

Hieron.

*Ad quæ verba observa, tum nexum vi- sionis divinæ, & sacræ corporis Domini communioris, tum etiam eā ratio- ne carnem severiore disciplinā coercē- dam, & ab omni cupiditate saceruli ab- ducentam fore, vt cœlesti pane digne saginari, ac proinde salutare Dei pura- mente videre mereatur: id namque sibi vult Hieronymus inquiens: Eam disci- plinis erudiens: Sic Hieronymum expli- cante S. Petro Daniano lib. 6. epistol. Petr. Da- 181. Ad hoc enim homo de sacculo magiste- rio disciplina submittitur, vt rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat*

aperæ

*asper & correctionis lima detergat. Capē iam Hieronymi sensum, & ab eodisce; non luxu, aut blandicie, sed magisterio disciplinæ nutriendam, fovendamque carnem, ut digna sit, quæ Eucharistiæ pane saginetur: dum asper & correctio- nis lima rubiginem à sæculo lenocinan te cōtractam, severè detergit, ut perinde sit ad Eucharistiam in exilio, atque ad Dei visionem in patriâ accedere: ac proinde firma subsistat Chrysostomi sententia. Qui videre dignus non est; ne que communione dignus est Dominici corporis.*

*Chrysost.*

*III. Quò mirè facit proposita ab Augustino dubitatio apud Venerab. Alge- rum lib. 1. de Sacramento corpor. & Jan- guinis Domini, cap. 8. Cur in oratione Luce 11. Dominica Lucæ 11. vers. 5. dicere mo- vers. 5. neamur. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie, cum cottidie, & hodie diversimodam habeant significationem: & alterum ad præsentē vitā, alterum id est hodie ad ēternitatem referatur: Cū trā- fierit vita ista (inquit) nūquid petemus pa- nem cottidianum? Tunc enim non vocabi- tur cottidie, sed hodie. Nunc vocatur cot- tidie, quando transit dies, & venit aliis- dices. Nunquid vocabitur cottidie, quando erit ēternus unus dies: ita ille: Qui ergo (inquis) haec coniunctio diei transeun- tis, & ēterni subsistat? ut in transeunte diem; ēternum diem petamus dicen- tes: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. Sed facile respondetur: Bene qui- dem cottidie peti, quod in cœlo hodie dicitur; quod non aliter compositi, at- que dispositi in præsenti ad Eucharistiæ accedere debeamus; ac si ad ipsam in mensa cœlesti per ēternitatem duratu- ra perveniendum, atque a terrâ ad cœ- lum nobis è vestigio transeundū foret: In qua sentētiā Chrysostom. lib. 3. de Sacerdotio, sic luculenter loquitur: Id circa necesse est, Sacerdotem siccum purum, ut si in ipsis cœlis collocatus fuerit, & inter cœlestes illas virtutes medius staret. Reddit rationem in initio nostro tatis opportunam: Nam dum conspicis Deum immolatum, Sacerdotem sacrificio incum- bentem, ac preces fundētem, tum vero tut- bam circunfusam pretioso illo sanguine in- tingi, atque rubefieri, etiam ne inter mor- tales verjari atque in terris consistere cen- ses? An non potius è vestigio in cœlos trā-*

*ferris? An non carnis omnem cogitationē abiiciens nudo animo mente pura circuns- picis, quæ in cœlo sunt. O miraculum! O Dei benignitatē! Ita Chrysostomus. Et quidem recte, & communicante ad cœlos transfert: & vt eum pro dignita- te ibi collocet, iure & carni curā abij- cere, & nudo animo, & mentepura in- terelle Eucharistiæ postulat.*

*A*

*Huc quidem omnino facit Euange- licum monitum: Sint lumbi vestri præ- cincti, & lucerne ardentes in manibus ve- stris & vos similes hominibus exspectanti- bus Dominum suum quando reverteretur a nuptijs, ut cum venererit, & pulsaverit con- festim aperiant ei. Lucæ 12. v. 35. vbi nō dubium, quin Christus nos moneat, ut bonis operibus inhærentes omni die, omni hora parati simus ad ipsum, sive tanquam iponsum, sive tanquam iudi- cem in hora mortis excipiēdum. Quo iverint, & lumbi præcincti, qui viatorū habitus est, & lucerne ardentes, quas ja- iam morituri in manibus habemus. Vnde subiicit. Beati servi illi, quos cum ve- nerit Dominus invenerit vigilantes. Sed ad rem, compone quælo hunc viatorū sive motientium habitum cum præcep- to filijs Israel exituris de Ægypto, & Agnum manducaturis a Domino, sic dato. Exod. 12. vers. 11. Sic autem come- detis illum: Renes vestros accingitis (vbi Chaldeus Paraph. iisdem verbis, quibus Dominus apud Lucam, transfert. Lum- bi vestris sint accincti) & calceamenta habe- bitis in pedibus tenentes baculos in mani- bus, & comedetis festinanter. Est enim Pha- je, id est transitus Domini: ut noveris ad Agnum immaculatum in Eucharistia manducandum non aliter, quā ad mor- tem obeūdam compositos, & paratos esse debete: ita id observante primum Ambros. lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 8. Ideo partes nostri festinantes manduca- bant Pascha succidi lumbos, & pedes suos calceamentorum exuentes vinculis,*

*C*

*D*

*E*

*IV.  
Lucæ 12.  
vers. 35.*

*Exod. 12.  
vers. 11.  
Chaldeus*

*Ambros.*

*Auctor  
Op. Imp.*

*& tamque omnis corporeum deponentes, ut essent parati ad transitum. Neconon Chrysostomo sive Auctore Operis Im- perfecti apud Matthæum hon. 52. hic in modum. Propterea Iudei exituri de Ægypto expediti, & præcincti Agnū ius- si sunt manducare, & ad exundum para- ti, ostendentes nobis quomodo. quicūque no- strū Agnum Eucharisticum manducat:*

Chrysost.

*ita debent semper esse expediti, quasi cotidie exituri de mundo. Ita ille satis disertè: A quo & indubitatus Chrysostomus & Gregorius Nyssenus eadem Exodi verba penitentes non eunt. Chrysostomus enim hom. 83. in Matthæum hæc habet. Si Iudei stantes calecati, & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebat, quāto magis nobis vigilādū est: illi ab Ægypto in Palestinā erat profecturi: & ideò viatoris habitū habebat: tu de terrā in cœlum a censuris es: ita Chrysost. Nyssenus vero lib. de vita Moysis, post alia in hanc rem inquit: Patet hoc viatoris habitu, & apparatus significari, quasi quibusdam in volucris, planè cognoscendam esse vitam nostram, quod nimis ad visendum obiter hoc avum accedimus, & simul, atq[ue] nati sumus, necessitate quādam compellimur, ad quē præparatos nos esse vult pedibus, & manibus, & reliquo que ad iter apparet. Hæc Nyssenus, que ut ipse generali sententiadixit videatur, at pro te natà de Agni manducatione, quam in manibus habebat in Eucharistia mysterium inflectenda sunt. Nec omittendus interior sensus, quem calceamentis hunc in modum adhibuit*

Abulensis.

*Abulensis ad id loci: In suis, quod calceamenta haberent, quando comedenter Agnum, quasi statim recessuri essent: & non supereret eis forte tempus ad hoc post cibū sumptum. Ita ille omnino ad rem.*

*Sed & hoc signate indicat illa ipsa hora in quā Agnus erat manducandus: præscribente Oraculo. Immolabit eum multitudine filiorum Israel ad vesperam,*

Exod. 12 vers. 6.

*Exod. 12. vers. 6. Verum ut huic cogitationi viam substernam, in eam ad locutionem: quā primum creationis diem, sic expressit Moyses Genes. 1. v.*

Gen. 14. vers. 5.

*v. 5. Et factum est vespere, & mane dies unus: ambigente de eā Basilio hom. 2. in Hexameron. Quam ob causam? non dixit primum diem, sed unum, ubi magis conveniebat allaturum ordine secundum diem, & tertium, atque quartum, eum qui omnes anteibat, primum appellare diem non unum: Et quidem cum ipse ad figuram æternitatis hæc unitate figuratae acutè retulerit: ego vero cōtrariā ratione ad mores conuersus potius dixerim: unū diem illum appellatū ablata primi nūcupatione, ut nobis crastinū diei memoria auferretur de uno tantum die cogi-*

*tantes quin secundum, aut tertium diē nobis promittere possimus, cum nesciamus quā horā Dominus noster venturus sit: Lucæ 12. vers. 40. Ex quā observatione dixeris cum S. Antonino 1. p. tit. 14. immolationem Agni ad vesperam factam omnino indicare: è cordis contritione, atque animi puritate ad Agnum Dei in Eucharistia accipiendo, accedendum nobis esse; ac si in vita perā, & in illa ipsa hora in quā Dominus venturus est, essemus cōstituti. Audi Antoninum. Sumatur Eucharisticus Agnus ad vesperam. Signat quod cum tantā de uotione debet sumere quis, & humilitate, ac si in vesperi suo: id est in fine vite suæ acciperet. Hæc ille. Quibus omnino consentaneum videtur, quod Ambro-*

Lucæ 12. vers. 40.

*sius in superioribus adductus ex cogitat de Magdalena pedes Domini osculari prohibita illis verbis Ioan. 20. vers. 17. Noli me tangere: ea omnino de causa quia non evacuaverat lubricum seculi, carnis ambiguum, nondū ritam vixerat Christi.*

Joan. 20. vers. 17.

*C. Quod plusplus postmodum explicans, subiicit. Qui vult Christum tangere, sua mēbra mortificet, & resurrecturo similis non ambigat renūciare terrenis. Hæc Ambros. omnino ad rem monens, non aliter ad Christum in Eucharistia tangendum, & accipendum, debere nos accedere, quam evacuati corporeis cupiditatibus, & non modo mortiētibus, sed etiam resurrecturis similes, spoliati carnis ambiguo, & terrenarum rerum amore.*

*D. Videris quidem accuratā in hunc sensum locutione advocationis suis ad hoc cœlestē convivium illos, qui in exercitibus viarum vicitabant; sic enim Dominus apud Matthæum 22. vers. 8. ministros, qui vocabunt ad convivium instruebat: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui in uitate erant, non fuerunt digni: Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inuenieritis, vocate ad nuptias, sive ut habet lectio Syriaca: Vocate ad convivium: Vbi primo observa, quā de causā, qui prius fuerant vocati ad convivium, rato dono tēcē indignos exhibuerunt? Sane quod ipsi nihil minus, quam de morte, & de futuro iudicio, & de æternā vita cogitarent: qui in terrenabona, & saeculares cupiditates omnes cogitationes, & curas collocata shabebant: Alius*

VI.

Matt. 22. vers. 8.

*E. Lect. Syriaca. Vocate ad convivium: Vbi primo observa, quā de causā, qui prius fuerant vocati ad convivium, rato dono tēcē indignos exhibuerunt? Sane quod ipsi nihil minus, quam de morte, & de futuro iudicio, & de æternā vita cogitarent: qui in terrenabona, & saeculares cupiditates omnes cogitationes, & curas collocata shabebant: Alius*

Matt. 22. vers. 5.

*in villam suā: aliis verò in negotiationem suam: Ideoque notanter illative subdidisse Dominum: Ite ergo ad exitus viarum: sed quare ad exitus, & non potius ad introitus viarum; cum vrbe discessu ri initium viæ potius, quam exitum capiant? Sane ut arcana locutione eos Eu charistiā digni censeātur, qui ad ipsam tanquam exituri de hoc mundo accēdunt: quos videlicet nulla tangit sacerdotalis cupiditas; sed toto desiderio ad supernam patriam anhelant: Scitè hanc cogitationem exprimente Alberto Magno serm. 74. hunc in modūn: Illi qui junt in exitibus viarum, mortem suam iugiter prospiciunt, & qui se credunt cotidie morituros, & certe tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur, quicunque enim mortis suæ efficaciter recordantur, student esse patientes, continentes, & obedientes. Hæc Albertus. Quod si penitus premis imaginē eius, qui in exitu viæ est; eam omnino de eo capies, qui iamiam moriturus animam exhalat. Pende ergo, & attentissima cogitatione animo volue si reapse Eucharistiam in eo vitæ, siue mortis articulo acciperes, quātā tollititudine animum à terrenis lordinibus mūdare, quātā cordis devotione in spiritu humilitatis, & animo contrito ingentem vim lachrymarum profunderes, quam liberaliter illatas tibi remitteres iniurias; quam libenter non tantum aliena restitueres bona, sed & propria in eleemosynas, & pauperum levamen erogares: & dictum tibi exultima, eodem prorsus modo, cum sanus, & valens es, ad Eucharistiam tibi esse accedendum.*

VII.  
Psal. 77. v. 26. &  
27. *Quod planè ipsummet, Viatici vocabulum de quo Eucharistia a Vate, Psal. 77. v. 26. & ab eo à PP. appellatur, manifeste firmat: sic enim ibi David: Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Panem Angelorum manducavit homo: cibaria misit eos in abundantiā: ubi pro voce, cibaria, Græce est, episitismos, id est Viaticum: vt inibi observavit Agellius, qui & Græcum Autorem affert, sic explicantem. Cibaria sumereditur, qui iter facturus, cibum ad illud accipit: vt lub figurā eorum, qui in itinere erant, & ad terram promissam tendebant, à Vate moneamus, Eucharistiam à nobis, tanquam in exitu via,*

& vitæ politis fore accipiendam. Sed iuvat hac de re PP. Viatici imaginem elucidantes audire: & primum S. Gaudentium tract. 2. de manducatione Agni Paschalis, sic differentem de Eucharistia. *Hoc est Viaticum nostrum itineris, quo in hac via vitæ alimur, ac nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hoc saeculo recentes: unde dicebat idem Dominus. Nisi manucaueritis carnem meam, & bibetis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis ipsis. Hæc Gauden tius. Similiter S. Cyril. Alexan. lib. 7. de adoratione in spiritu, inquiens. Vides vim mysterij Christi in his splendescere? Libera vitæ enim nos gratis: postquam verò liberos nos fecit: apposuit se ipsum Viaticum concedens, ut & vivificam benedictionem participaremus, carnem, in quam suam & sanguinem: omnino vero ad nostrum institutum Clemens Alexan. lib. 1. Stromatum, sic ait. Qui in verbis veritatis germanè & sincere sunt educati accepto aeterna vita Viatico sublimes in cœlum efferrūtur. Sic Clemens. Ex quibus facile colliges, non tantum ultimam con munionē, qua infirmis in ultimo vitæ discrimine constitutis datur, Viaticum dici, & esse, quod ad æternam vitam iter facturi accipiunt, sed toties, quoties ad Eucharistiam accedimus, Viaticum nobis dari, si in verbis veritatis germanè, & sincere educati sumus, ut ea animi præparatione corpus Domini accipiamus, ac si tunc animam ageremus.*

VIII.  
Clem. Alex.  
3. Reg. 17. vers. 12:  
*Præfert quidem huius cogitationis, atque mysterij opportunam imaginem, vidua illa Sareptana, ad quam Elias aëdis missus est, 3. Reg. 17. vers. 12. dum Propheta alimoniam petenti respondit. Vivit dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere posset farinæ in hydriâ, & paululum olei in lecyro. En colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi, & filio meo, ut comedamus, & moriamur: ubi præter id, quod ex Augustino in superioribus obseruavimus in duabus illis lignis Crucem Domini referentibus: observa in hac imagine Eucharistia cœlestem panem tum à Cruce confici, dicente vidua, ut faciam illum mihi: tum etiam tanquam Viaticum accipi, ut anima Christo suo Sponso commoriatur, hunc sensum huic historię reddente Ven-*

Albert.  
Magn.

S. Gaud.

S. Cyril.  
Alexan.

Psal. 77.  
v. 26. &

27.

Agellius  
Græc. le-  
ctio.

Græcus  
Auтор.

rab.

Drogo.

rab. Drogone serm. de Dominica Passio-  
nis Sacramento, hunc in modum. *Gemi-*  
*tus* edit. Quare? Quia vidua est, quia mor-  
tuus est Sponsus, qui lavit eam à peccatis  
suis. Vnde etiam in memoriam eius duo lig-  
na colligit, ut faciat sibi, & filio suo, hoc  
est spiritui sue modicum Viatici, & moria-  
tur cum Sponso suo. Hæc Drogo. Pulchre  
id, ut faciat sibi, & spiritui suo modicum  
Viatici, ut anima mundo crucifixa, &  
carnis affectibus exuta, moriatur cū Spō-  
so suo: En aptam ad Eucharistiam dilpo-  
sitionem: vt comedamus, & moriamur,  
tanquam accepturi Eucharistia Viatici-  
cum ad iter cœlestis patriæ confiden-  
dum, ut proinde terrenis curis expedi-  
ti ad ipsam accedamus. Et quidem me-  
rito terrena deponimus, qui cœlestia  
accipimus; & pusillis renunciamus, qui  
immenso bono incumbimus. Quare  
observa, quid de hoc Viatico dicebat  
Vates: *Cibaria misit eis in abundantia*, ac-  
sidiixeris, ut explicat Agellius. *Abunda-*  
*tissimum illis præparavit, atque reposuit*  
Viaticum: ut quantum de cœlesti dono  
recipis, tantum de sacerdotalibus bonis  
detrahas, quia tanto Viatico donaris:  
quippe sapienter de sâculo, id est de bo-  
nis terrenis dixit Ambrosius lib. de fu-  
gâ sâculi, cap. 7. Exinanit, cum replever-  
it, cum exinaniverit replet, priorem hu-  
ius thesis partem confirmante Seneca  
in consolatione ad Helium cap. 9. vbi  
cum dixisset. *Angustus animus est, quem*  
terrena delectant, ad illa abducendus est,  
quæ ubique æquè apparent, ubique æquè  
splendent, subdit. Et hoc cogitandum est,  
ista veris bonis per falsa, & pravè credita  
obstare. Quo longiores porticus expedie-  
rint, quo altius turres sustulerint, quo la-  
tius vicos porrexerint, quo depressius as-  
tutios specus foderint, quo maiori mole fa-  
stigia cœnationum subvexerint; hoc plus  
erit, quod illis cœlum abscondat: vt dixe-  
rit hæc omnia bona, cum animum re-  
pleverint, ipsum veris bonis exinanire  
quæ impedimento sunt, quo minus cœ-  
lum capiat: Quam itidem sententiam  
ipse Seneca Viatici vocabulo expref-  
fit eodem libro, inquiens: *Eo tempore lu-*  
*xuria prolapsa est, ut maius Viaticum exsu-*  
*lit, quæ olim patrimonium principum fuit.*  
Sane ut terrenū Viaticū cœleste Viati-  
tū exinaniat, & cœlū nobis, & cœleste  
convivium abscondat: Ergo magis erit,

sitterreno Viatico exinaniti; cœlesti re-  
pleamur: aufscultantes S. Valeriani mo-  
nito homil. 3. de arcta, & angusta via.

S. Valer.

*Exoneremus ante omnia corda nostra im-*  
*pia contagione, ut fructus possimus nutri-*  
*re iustitiae: debet enim ex integro terrenis*  
*actibus abrenunciare, qui vult cœlestibus*  
*mandatis satisfacere. Nam sicut homo nü-*  
*quam in virtus bene servitzita nec occupa-*  
*tus bene commendata cœsedit. Hæc il-*  
le.

IX.

Agellius.

iam vero pro coronide, ut huius ad-  
notationis finem cum eius initio con-  
iungamus: Vide quam pereopportune  
sit persecutus S. Thomas Viatici appel-  
lationem, & sensum, dum 3. part. quæst.  
73. art. 4. inter varias Augustissimæ Eu-  
charistia significationes, quas affert:

S. Thom.

B hanc illi signatè reddit, quod celestem  
beatitudinis, ac divinæ fruitionis men-  
sam designet: Audi illum sic differen-  
tem: *Tertiam significationem habet respe-*  
*cetū futuri, in quantum scilicet hoc Sacra-*  
*mentum est præfiguratiū fruitionis Dei,*  
*quaerit in patria, & secundum hoc dici-*  
*tur Viaticum, quia hic præbet nobis vim*  
*illuc perveniendi; & secundum hoc dici-*

C turetiam Eucharistia, id est bona gratia,  
quia gratia Dei vita æterna, ad Rom. 8.

Hæc S. Thomas. E quibus sumo hæc:  
*Hoc Sacramentum est præfiguratiū frui-*  
*tionis Dei, quaerit in patria: componēs*  
illa, cū præfatis Apolloli verbis de san-  
ctitate, & puritate sine quæ nemoridebit  
Deum; ut accedere ad Eucharistiam  
perinde sit, atque ad Dei frutionem ac-  
cedere: & quemadmodum hæc omni-  
no requirit animum carnis vinculis ab-  
solutum, & terrenis lordinibus liberum;

D ita Eucharistia exigat hominem velut  
animam agentem, & ad æternam pa-  
triam, terrenā sarcinā depositā, anhelā-  
tem: Pro quo S. Thomæ sensu ipse met  
Dei Filius fideiubere videtur, qui utrā-  
que, & Eucharistiæ, & divinæ fruitio-  
nis mensam eadem, & verborum, & re-  
rum pompa adornavit: dum æque ter-  
renis, ac cœlestibus cœivis præcinctū  
fese ad ministrandum obtulit: dicente  
nimis de Christo Domino Eucha-  
ristiæ discipulis daturo, Evagelistæ: *Po-*

E *nit vestimenta sua, & cum acceperet lin-*

*teum præcinxit se, Ioan. 13. ver. 4. itidē*

*que Luca cap. 12. ver. 37. cum ipsum-*

*miet inducit cœlestis gloria cœivium*

Ioan. 13.

vers. 4.

Lucas 12.

*vers. 37.*

Ambros.

E

Seneca.

dispo-

*Lucas 14.  
vers. 16.*

diponentem, affirmante: *Præcinctus se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis: Quid videlicet eadēmet hēc mensa, cum illā sit, Dei filio sese in utraque homini communicante: Unde Tertullianus lib. 4. contr. Marcion. cap. 31. occasione cœnæ de qua inquit Dominus, apud Lucam 14. vers. 16. Homo quidam fecit cœnam magnâ: scite inquit. Utique cœna parata vita æterna saturitatem figurat. Iam vero cum utraque mensa, eadem cœnæ sit, ac eundem cœlestem panem habeat: obserua quid ante cœnam Eucharistia præmisserit*

*Dominus subiçiente Ioanne: Et misit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linœo, quo erat præcinctus: Ut significaret, ea qui deniratione Eucharistiani vitæ aternæ saturitatem figurare, quod ad illam eximia puritas, & à terrenis fôrdibus munditia, & sanctitas, sine qua nemo videbit Deum necessaria sit: non secus, ac si communianti esset statim addi vinam fruitionem cundum.*

Tertull.

(?)



### DISSERTATIO III.

## DE BONORVM OPERVM strenuitate, & fervore spiritus, qui Eu- charistiam debet præcedere.

*AD EVCHARISTIAM OMNI IGNAVIA, ET  
torpore discesso, incitato & ardenti animo  
accedendum.*

### ADNOTATIO I.

I.  
*Chrysost.*



ST. Et hæc sagita è Chrysostomi pharetra, qui homil. 83. in Matthæum, cū præmisset. O quot modo dicunt. Velle formam, & speiem eius, velle vestimenta ipsa, velle calceamenta videre? Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Vestimenta eius desideras videre; ipse vero te ip-

B sum tibi tradit, non ut videas solū verū etiam, ut tangas, & in te habeas. Inde sic monet. Nemo igitur nauseans accedat; nemo remissus, sed excitati, ac incensi, ac ferventes omnes accedant. Nam si Iudei stantes, calceati, & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebant, quanto magis nobis negligendum est. Nam illi ab Ægypto in Palestinam erant profecturi, ac ideo viatoris habitum habebant: tude terræ in cœlum ascensurus es. Vigilandum igitur es. Sic Chrysost. Enim vero,

qui

qui ea Domini verba, & sensum Eucha-  
ristiam instituere parantis: Desiderio de-  
sideravit hoc Pascha manducare vobis cum,

*Luc. 22.* *Luc 22. vers. 15.* attentius introspexe  
*vers. 15.* sit: sensum communem cum illis eiusdem  
*Luc 12.* Domini habere dixerit apud eundem  
*vers. 49.* *Lucam cap. 12. vers. 49.* Ignem veni mit-  
tere in terram; & quid volo, nisi ut accen-  
datur? quippe hunc ignem Hieronymus

de ipsomet Christo Domino capien-  
dum existimat, ut his verbis sese eum  
esse ostendat, qui à Malachia, *cap. 3.*

*Malac. 3*  
*vers. 2.* ita prænunciatus erat: ipse enim  
quasi ignis conflans, & quasi herba fullo-  
num: & sedebit conflans, & emundans ar-  
gentum, & purgabit filios Levi, & colab-  
bit eos quasi aurum, & erunt Domino offre-  
rentes sacrificia in iustitia. Et placebit Do-  
mino sacrificium Iuda, & Ierusalem, sicut

dies seculi, & sicut anni antiqui. Vnde  
tum vtraque verba ad Eucharistiæ, que  
sacrificium institutæ Domino maxime

placens (vbi Hebraicè est *Domino dul-  
cescit*) merito referas; quasi ipsam idèò  
Christus Dominus ardèti desiderio de-  
sideravit instituere, ut ignem igne ex-  
cuteret, & humana corda per hoc aptil-  
sum instrumentum inflammaret, &  
ardenti dilectione ignita redderet: sa-  
pienter id considerante S. Laurentio Iu-  
stiniano lib. de triumphali Christi agone,

*S. Laur.* *cap. 2.* vbi cum pèdens ardentissimam  
*Iustinian.* Domini charitatem, quæ morti proximus,  
mortis immemor, memor salutis  
nostræ hoc Sacramentum instituit, di-  
xisset. Mirares! proximus erat Passio-  
ni, noveratque quantas ferre debebat contu-  
melias, & tamen exhilaritate cordis se no-  
luit continere, quin desideriorum suorum  
estus exprimeret: Hinc magnanimitas,  
hinc charitas, hinc Redemptoris declara-  
tur Divinitas: subiicit post nonnulla: Ut  
igitur ignem igne, desiderium desiderio, &  
amorem excitaret amore, inquit. Deside-  
rio desideravi hoc Pascha, manducare  
vobis cum, antequam patiar. Hæc B.  
Laurentius. Pulchre, ignem igne, &c. vt  
adstruat, & Eucharistiam ignem, & eum  
qui ad ipsam accedit, ignitum esse opor-  
tere, desiderio scilicet ferventem, & ar-  
dentis charitate æstuantem, ut divino  
igni excipiendo idoneus cœleatur: nec  
enim acceditur ignis in materia, quæ  
non sit bene disposita, & certa quædam  
ratione temperata.

Cuius quidem rationis vis adèò pu-  
pugit S. Anselmum, ut affirmaverit: id  
esse cōmunicare fide ardēti ad Eucha-  
ristiam accedere: ita enim ipse lib. de Sa-  
cram. Altaris, part. 2. cap. 8. Tunc enim  
communicamus, cum fide ardente, que per

II.

*Anselm.*

A sà Domini, qualia ipsi sumpsimus, videli-  
cet, ut sicut ille totum se præbuit pro salu-  
to nostræ; sic nos totos fidei eius, & charita-  
ti exhibeamus necessitate salutis nostræ.  
Sic Anselmus: Preme illud. Tunc enim  
communicamus: tunc verè cum Christo  
communione in habemus: ut siquidem  
ipse ignis est, & sese nobis ignem exhibe-  
bit, ignem itidem ipsi ardēti dilectio-  
nis rependamus: Secus quidem, et si cō-  
municemus non communicamus, cō  
scilicet modo quo Dominus ignem in  
nobis voluit accendere, ut ignem igne  
desiderium desiderio, & amorem exci-  
taret amore. Enim vero hæci plamet ig-  
nis imagine ad Eucharistiam fideles ut  
gebat S. Ephrem lib. de non scrutādā Dei

*S. Ephrē.*

naturæ, hunc in medium. Participa im-  
maculato corpori Domini tui fide plenissi-  
mæ, certus quod Agnum ipsum integrum  
comedis. Ignis immortalis sunt mysteria  
Christi. Ignem & spiritum manducandum  
& bibendum præstitit nobis carne vestitis,  
corpus scilicet, & sanguinem suum: ut in-  
de moneamur ei, qui igne & spiritum

*Chrysost.*

manducandum, & bibendum nobis ex-  
hibuit corpus, & sanguinem suum, vi-  
cissim nos ignem charitatis, & fervore  
spiritus reddituros: ita quidem Chryso-  
stomus præfato superius loco dicbat.  
Quæ igitur re mundiorum esse non oportet  
eum qui hoc sacrificio participatus est?  
Quos radios solares nō deberet exceedere ma-  
nus illa, quæ hanc carnem pertractat. Os,  
quod igne impletur spiritualiter lingua, quæ  
eruentur hoc admirabili sanguine? Ita  
ibi: & homilia de S. Philogonio ad finē  
cum dixisset: An nescitis, quod haec men-  
sa plena est ignis spiritualis. Et quemadmo-

E dum fontes aquæ r̄im exundant, ita hac  
flammas quandam habet arcanam? Inde  
opportune monet. Neigitur accesseris  
stipulam afferens, non ligna, non fænum, ne  
augeas incendium, exurasque animam ad  
communionem accedentem sed accede fe-  
rens lapides pretiosos, aurum, argentum,  
quo puriore reddas materiam multoque  
cum lucro discedas. Hæc Chrysostomus.

Tan-

Apoc. 3.  
vers. 18.

III.

Prov. 30.  
vers. 15.

Bernard.

Laur ent.  
Iustini an.

Daniel 9.  
vers. 23.

Leff. Gra  
ca.

Tantum non dicens, ad Eucharitiam, que ardens fornax est, ut s. Catherine Senensi monstratum fuit, non frigidè, & oscitanter accedendum, sed cum ardenti charitate, quæ à Domino, *aurum ignitum* appellatur Apocalyp. 3. vers. 18. vt reponamus in mensa Domini qualia sumimus; & totos nos fidei eius & charitati exhibeamus.

Inest vero (si advertis) præfatis Domini verbis Eucharistiam, & ignis, & desiderij appellatione exprimentis pulcherrima epitasis, quæ altera altera vicissim explicat, in eo & vim addit. Qui enim affectum summe insatiabilem, & effrænem aptius expresseris, aut exhaustias, quam aut ab ignis imagine, qui a Salomone inter ea, quæ insaturabilia sunt recensitus, *nunquam dicit sufficit*, Prov. 30. v. 15. aut à desiderij natura, quam ipsa vox Græca *pozος*, id est desiderium bellè exprimit: nam præterquā quod (vt de ea ad illaverba Pauli ad Philipp. cap. 1. vers. 8. *Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos: observare me memini*) æquè significat desiderium, ac aquilegiū, quod vt ad aquilegiū omnes undeque aquæ vicinæ cofluunt, ipsas illo adie attrahente; ita desiderium teū amor (ita Bernard. ser. 83. in Cant.) ceteros in se omnes traducit, & captivat affectus: desiderium itidem ac ignis insatiabile est, quod nec finem, nec modum habet: de quo S. Laurentius Iustinianus lib. de disciplina Monastice conversationis, cap. 6. sic pulchrè differit: *Parum operatur, quamvis multa agat, quin non amplius agit affectu, quam actu. Non meruit secreta scire cœlestia Propheta Daniel, quia ieiuna vit sed quia concupivit dicente Angelo: Ego veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es.*

*Daniel 9. vers. 23. Et quis potest verbis propalare Sanctorum desideria? Sed experitiorunt amantium affectus. Quam sapientia desiderio patiuntur, dilaniantur, vruntur, accumbunt; quod si licet, non legius sustinerent actu, quam desiderijs cōcupiscant. Hæc ille: iam hinc pende rursum verba Domini: *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi ut accedatur?* Obseruans, Græcè sic hæc esse: *Et quid volo, si iam accensus sit?* Quod ita expressit Vulgatus; vt interrogatori respondeat: *Nisi ut accedatur, vt ex vtraque le-**

cione hæc subsilit sententia: *Si hic ignis ignem excusit; & iam in hominis corde accensus est; quid volo, nisi ut plusplus accendatur?* vt videlicet novo, & in desinenti desiderio, & inexpleibili aviditate in Eucharistiam feramur: ita quidem de divina dilectione dixit Salomon: *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.* Canticor. 8. vers. 6. vbi LXX. notater repotuerunt *Alceius, Alce ignis*, explicantes charitatis naturam, tum ab alis, & ab igne sursum tendentibus, tum vel maxime ab utriusque coniunctione: dum *Alce ignis, quæ magis se exerunt, & ad voluntum moventur, eo magis ex aëris percusione inflammat*: sit id observante Ambrosio ad hæc verba in Psal. 118. octonar. 19. inquietus. *Alce charitatis, Alce ignis, quibus dilectionis inflammata ardorem:* Quod omnino Eucharistiæ aptavit Petrus Blesensis in Carm. de Eucharistiâ ex præscripto illo manducandi carnes Agni astas igni, vt quemadmodum, quod astatum est sitim accedit: ita nos accepto corpore Domini novo desiderio poculū sanguinis sitiamus, & concupiscamus: ita enim ille.

*Sint desiderij post escas pocula magni.*

*Præsertim, quia carnes assas sumimus Agni.*

*Assa caro nobis facit ora magis sitiunda.*

*Quam teneræ carnes, quas mollis de coquit vnda.*

Vbi pro magnohoc desiderio, & in extingibili siti, quæ ad Eucharistiam accedere debemus obserua, id quod de divinâ benignitate notatum: est à Ludovico Blosio, in conclavi animæ fidelis, cap. 6. Monuisse nimirum benignissimum Dominum B. Metildi, vt lacram communionem perceptura desideraret, & optaret ad laudem, & gloriam Dei habere omne desiderium, omnemque amorem, quo vñquam cor aliquod erga Deum flagravit: & ita accederet: subditque Blosius addidisse Dominum: *Nam ego amorem illum in te attendam, atque suscipiam, non sicut est in te, sed sicut velles in te esse.* Omiram benignitatē humanæ infirmitati succurrentem! Itidemque divinam sa-

Cantic. 8.  
vers 6.  
LXX.

Ambros.

Petr. Blesensis.

Blosius.

spientiam, quæ sibi ipsi providit, ut decentius suscipetur.

**IV.** Prænunciavit quidem Regius Vates ardentissimum hoc desiderium, & debitum eius fervorem, qui accedit ad Eucharistiam Psalm. 41. vers. 1. & 2. inquietens. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarū; ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortē vivum, quando veniam, & apparerebo ante faciem Dei? Nempe ex una sitis & sicutientis cervi imagine vehementissimum desiderium cuncta desideria, & cupiditates in se complectens, & superans expressit: vel vide, quid sitiens præsertim febris ardore corruptus tam ardenter desideret, quam aquam; quā sitim extinguat? Offer illi quidquā aliud, quod aqua non sit, & tamen ex se desiderabile sit, & pretiosum. Nonne p̄ aquā omnino contemnet, & pro nihilo ducet? Iam cervi sitim ex Gregorio Nyleno tractat. 1. in Psalm. ad hæc verba expende: sic enim ille: Cupiditatis vehementiam, & violentiam siti comparat adducta sciculissimā, quæ in animalibus est natura, ut maxime nobis ob oculos ponat intensionem cupiditatis per animal, quod supra modum siti cruciat, & ardet: hoc autem animal cervus est; cui consuetum venenatarum bestiarum cibatu r̄tici & pinguis cere: calidi verò, & igniti sunt huiusmodi animalium succi, quibus in gurgitatus cervus fit necessario aridior, talium animalium succo, quasi toxicō infectum, & ob id vehementius appetit aquam, ut curet exortam ex huiusmodi pabulo ariditatem. Hæc Nyssenus. Sed omnino ad rem nostram in Vitis Patrum lib. 5. libello 18. num. 17. Abbas Pastor hæc Vatis verba de communicantibus, sic accipit: Scriptum est Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquatum, &c. Quoniam igitur cervi in solitudine serpentes plurimos glutinunt, & cum accensi eorum veneno fuerint ad aquas pervenire desiderant: ita & Monachi in solitudinibus habitantes acciduntur de monum malignorum veneno. & propterea desiderant Sabbatho Dominico venire ad fontes aquarum, hoc est ad corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, ut purgantur ab omni amaritudine de monum malignorum: ita ibi. Pulchre ergo Vates accedentem ad Eu-

Psal. 41.  
vers. 1.

Nyssen.

christiani componit cum cervo, quod is supra modum siti cruciat, & ardet, ut cupiditatis vehementiam, & violentiam explicet, quam adhanc mensam afferre debemus, ita id adnotante Ambrosio lib. de Elia cap. 10. Mensa ista (inquit) famis acquiritur pretio, & poculum illud inebrians sobrietate, & celestium sacramentorum siti queritur. Sic ille: Siti quidem illà, qua ad sacramentum accedens Christum, tanquam aquam vivam, & fontem vitæ plenissimum, atque suauissimum desiderans, in ipso penitus exsaturetur, cōquiescat, recreetur, atque perficiatur,

Ambros.

A in o vero, ut hunc fontem iterum, atque iterum sitiat dicente Hieronymo epist. ad Ctesiphontem. Omne quod habemus bonum, gustus est Domini; quanto plus bibo, tanto plus sit in fonte vita. Quatenus emphati Eucharistiæ intentus extulit hæc verba Græcus Apollinaris inquietens. Virum meum sitiuit deglutire Deum cor. Quo vehementi desiderio omnino innuitur, omnem alium cibū pra Eucharistiæ fastidio nobis esse debere: nec flocci facier das divitias, thesaurū gloriae existimationem, claritatem, & cetera omnia, quibus in lana hominum ambitio pretium fecit: Quo sensu & spiritu imbutus S. Laurentius Iustinianus (cuius doctrinae & pietati plura hæc in annotatione; inī & toto in libro appicta debemus) lib. de triumphali Christi agone, cap. 4. ad Donatum in Eucharistiæ conversione dicebat. Neque

Hieron.

D peto, ut aquā sapientia me potes, aut spiritualem illam mihi præbeas aquam, quam Samaritanæ mulieri pollicitus es dicens: Qui biberit ex hac, quam dabo ei, aqua fiet in eo sors aquæ salientis in vitam æternam. Hanc in presenti post pono, atque recuso; calicem exposco: quem in mensa positum conspicio tuos sanguine fæcundatum. De ipso propheticō ore dixi. Calix meus inebrians, quam præclarus est! Hunc postulo, hunc habere desidero. Hæc S. Laurentius Iustinianus. Cui divinus ille Christi Martyr Ignatius prævit in epistola ad Romanos inquietens. Non est in me ignis quidpiam amans, sed aqua vivæ saliens in me intus mihi dicit. Veni ad Patrem. Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius viæ panē Dei volo; panem cælestem, quieti

S. Laur.  
Iustinian.

E

S. Ignatius M.

caro Christi Filii Dei, & potum volo sanguinem illius, qui est charitas incorruptibilis, & vita eterna. Sic Ignatius.

V. Sunt vero duo in praefatis Davidis verbis huic cogitationi valde opportuna. Alterum: pro verbo desiderare Symmachum legere festinare. Quemadmodum festinat cervus, &c. recte ibi monente Agellio eundem utrique verbo sensum esse: Quia desiderium illud (inquit) non otiosum, & iners intelligentum est, sed actuosum, & efficax, & ad aquarū perventionē velox, & concitatū: Pergit: Id est igitur fere, desiderare ac festinare, quia festinatio, non sine desiderio pervenienti est & contra desiderium pervenienti festinationem, atque celeritatem efficit. Ex quo manifestū est, cur cervi potius, quam alicuius alterius animantis similitudo sumpta sit: nam & velocissimum est animal cervus, quod scriptura sepe commemorat, & velocitate cursus sitim appetet. Hec Agellius: Quia nostro intitutu-

Aug. st. to primum ex Augustino hic sic aptaveris. Quid est ut cervus? Non sit tarditas in currendo: impigre curre, impigre desiderafontem: Deinde vero ex Patchacio lib. decorpore, & sanguine Domini, cap. 22. ubi premens significationem Phale: sic monet: Etenim Phale, id est transitus Domini. Putas ergo charissime, quod lateat Deum illius conscientia, non dico, si criminibus est oboluta, verum ignavia si torpeat. Patet igitur, quod nisi desiderio cœlestis patrie ad superna, ubi Christus est in dexterā Dei Patris fide plenissimā, & spe certā; nec non charitate non facta festinus transeat, de Agni carnibus iure non comedit: Sic Patchacius. Ergo accede ad Eucharistiā, sicut cervus desiderat fontem, quia desiderans festinat, nō otioso & inertii desiderio, sed actuoſo, & efficaci, velocitate cursus sitim augens, sitim festinatione extinguens, ut iure carnem Agni comedas: Quo omnino facit accurata locutio vorandi, quā Agnus præscribitur inibi manducandus,

Exod. 12 vers. 9. Greg. M. Petr. Cellens.

Exod. 12. vers. 9. Caput cum intestinis vorabitis: monente Gregor. honil. 22. in Euang. In quo devorationis verbo, quid aliud, quam pigritiae nostrae torpor reprehenditur. Quā sane omnia per eleganter firmavit Petrus Cellensis lib. de Panibus cap. 13. ubi cum convivium filio prodigo à bono patre exhibitum def-

cripsillet; exclamanteque. O convivium pinguium paternā administrationē! O convivium medullatorum, & vindemias defœcata & mirabili congaudentium solemnitate: sic statim perquirit. Quid dabitur? Ut ad te intretur. Quid inquam dabo? ut ad te reniam, & me reficiam? Argentum & aurum non habeo, quod autem habeo, hoc tibi pro te do. Quid? palatum apertum, stomachum vacuum fauces esurientes, oculos præ inopia languentes, manus patentes pedes veloces. Hæc ille. Audis palatum apertum, & fauces esurientes ad agnum fervide devorandum? manus patentes, & pedes veloces? ut non sit tarditas in currendo, ut ad instar cervi velocitate cursus sitim augas.

A. Alterum: pro prædictis verbis. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus: Hieronymum legisse: Sicut areola præparata ad irrigationes aquarum: sic anima mea præparata ad te Deus: non multum variata imagine, nec sensu Vatis, qui Psalm. 142. vers. 6. dixit: Animam meam, sicut terram, sine aqua tibi: utraque siquidem verba ardenter itidem sitim denotant: inest vero præfatæ translationi Hieronymi illud acumen, quo indicatur; vehemens id, de quo agimus, desiderium, opportunissimā præparationem esse ad excipendas irrigationes aquarum gratiæ, & divinorum charitatum, quæ in Eucharistia effundere desiderat, qui desiderio, desideravit hoc Pascha manducare nobiscum:

C. dicente eodem Vate vno in loco. Desiderium pauperum exaudi vit Dominus, præparationem cordis eorum audivit aristua, Psalm. 10. vers. 17. & alibi Dei nomine. Dilata os tuum, & implebo illum. Psalm. 80. vers. 10. ut pro mensuratis, & ardoris desiderij fiat in anima areola irrigatio aquarum: & quanto plus desiderium intenderis; tanto maiorem munificentiam Dei experiaris in hunc sensum hæc verba inibi inflectente Hieronymo: Qui cum præmississet. Non desideremus Aegyptias carnes; non dicamus. Quam bene nobis erat in Aegypto cum manducabamus carnes in ollis, & allia, & cucumeres, sub iicit: Vis accipere Domini cibos? Vis comedere ipsum Dominum Deum tuum, &

D. Psal. 142 vers. 6. Psal. 10. vers. 17. Psal. 80. vers. 10.

E. Psal. 10. vers. 17. Psal. 80. vers. 10.

E. I. 2. Sal.

Hieron.

*Salvatorem? Audi quid dicat. Dilata ostium, & implebo illud. Dilata ore vestram; ipse est Dominus, & panis; ipse horatur nos, ut comedamus, & ipse noster cibus est: Quantumcumque dilata veris, tantum accipies. Non est igitur in mea potestate, sed in tua: Hoc est tu tibi mensuram munificientiae meae facis; dum haec ardori desiderij, & siti responsura est: unde emphasis habent extrema haec verba: Si volueris totum me accipies. Hac Hieronymus. Observa illud. Non est igitur in mea potestate, sed in tua: Hoc est tu tibi mensuram munificientiae meae facis; dum haec ardori desiderij, & siti responsura est: unde emphasis habent extrema haec verba: Si volueris totum me accipies, non dimidiarum quidem, aut ex parte, sed totum omnino, cum omni donorum suppelleotide.*

VII.

Psal. 118.  
v. 131.

*Præfato quidem aperiendi oris motu videtur obtemperasse Vates Psal. 118. vers. 131. inquietus: Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam: Nam vt desiderij vehementis, & quasi anhelantis indicium est oris apertio, & attractio spiritus, quasi præ concupitæ rei ardenti desiderio quis æstuans aperto ore spiritum sorbere videatur: ita etiam ad cibum, potumve expetendum apta haec imago fuerit: cum famescentes, & sitientes gestu quodam corporis, & oris hiantis escam ipsam, aut aquam ad se trahere velle videantur. Quare spirituali cervo ad aram Eucharistiæ sitienti opportunitè haec aptaveris, ut præ ardenti eius desiderio, suo velut iure panem cœlestem ad te trahat: ut signate in Eucharistiæ locum habeat, quod Hilarius generali oratione de Dei spiritu ab anima eius amore accensa attrahendo sic dixit ad haec verba: Non ultro ingruit Spiritus: expetendus est, attrahendus est, & infantium modo, quasi lac innoens hauriendum: ita ille. Nec in verbis Vatis fuerit omissa vis locutionis trahendi: quæ vim quandam denotat: nam tractus ut inquit Aristotel. lib. 3. physiæ corum, est species motus violenti: ut signate velit Dominus ab ardore desiderij trahi, & ut ipsi, qui desiderio desideranti venire in animam festinat: nova vis inferatur: & ut est in proverbio, calcar addatur currenti. A quo non it explicatio, quam adhibet Theodoretus verbis Pauli 2. ad Timot. 1. vers. 6. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ*

Hilar.

Aristot.

2. Tim. 1.  
vers. 6.  
Theodor.

*in te est: hunc in modum. Hortor te, ut animi tui promptitudine, & alacritate excites gratiam spiritus, quemadmodum enim oleum lampadis flamمام efficit vehementiorem, ita animi promptitudo, & alacritas gratiam attrahit Spiritus Sancti. Ita quidem sacerdapius viris sanctis ex historijs Ecclesiasticis reuelatum noyinius: Christum Dominum in Sacra Hostiæ specie infantis pulcherissimi in eorum ora, qui præ ardenti desiderio veluti hiantes, & attrahentes spiritum, ad cœlestem mentem accedebant; alacrem, atque festiuum introcitem; cum tamen ad illos, qui indigne panem vitæ manducare presumebant; renues ac invitus, & passibus retro actis adueniret: in illos verè qui tepide, & oscitanter accederent: pedentim, & lento gradu ingredi videretur: De quibus præfato loco Paschiasius cum premens significationem Phase dixisset. Transit ergo Christus in nobis de hoc sæculo ad Patrem: transcamus, & nos in illo, quia cum illo simul omnes, si eius membra connumeramur, una persona, & unum corpus sumus, subiicit: Qui autem adhuc resident per desidiam super ollas carnium, & negligentiam, non cum illo transiunt, neque festinat ad patriam. Idecirco nunquam Paschariæ celebrant.*

*Sed & huc opportunè retulit S. Cyriillus Alex. lib. 2. glaphyrorum præceptum illud de Agni carnis non nisi igni assis manducandis, Exodi 12. vers. 9.*

*Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni, huc in modum. Porro iubet eos edere carnis Agni assas igni, eo quod oporteat eos esse inflammatos spiritu, qui volunt ad communionem Christi accedere, ideo & Paulus iubet eos spiritu fervere: ad Roman. 12. vers. 11.*

*Hæc Cyrus: Quo in loco placet afferre illustrissimum exemplum Venerabilis illius foeminae Mariæ Diaz (quæ civis Vrbs Abulensis maximè gloriatur; cuiusque celebrem mentionem facit P. Ludovicus à Ponte, in vita P. Balthazaris Alvarez, c. 10.) quæ cum magno pietatis desiderio teneretur commorandi in eo loco ubi Divinam Eucharistiæ inde sinenter Venerari posset, facta ab Episcopo potestate sele in partem templi Sancti Emiliani recepit, ubi Dei præsentia pro optatis perfruēs,*

VIII.

Exod. 12.

vers. 9.

Cyrill. A.

lex.

Rom. 12.

vers. 11.

Ludovic.

à Ponte.

dies,

dies, noctesque integras in Augustissimi Sacramenti obsequium impendebat: eaq; de causâ pia, & devotâ licetia illud suu vicinu appellabat: Quo assiduo visu tantam rerum cœlestium, ac potissimum Eucharistie sensum, & scientiam, sibi comparavit, ut omnes qui eam adiret maximè demisarentur; & doctissimus quisque fateretur, nunquam planius, & explicatus, se audivisse exponi nostra mysteria: Nec mirum cum lese illi Bonus Dominus visendum daret, appareret illi in sacrâ hostia specie infantis venustissimi: & in calice velut vapor, qualis è receti cruce excitatur: sed illud omnino è re nostrâ est, quod tam incensa animi lætitia, tantoque spiritus, ac desiderij ardore ad sacram mensam accederet: ut quæ fractis omnino viribus, & pedum infirmitate laborans ad alia loco moveri non poterat, quin aliorum manibus deferretur: ad altare tamè ab animi promptitudine, & ardenterimo fervore abreptaper propriospedes iret; aliorum subinde adiutorio ad suæ habitationis locum deferenda; quasi huc intentus dixerit Salomon, Prov. 18. v. 14.

*Prou. 18.  
vers. 14.*

IX.


Ergo qui ad Eucharistiam accedit, quasi ingentis pretij thesaurum, & prædam accepturus omni devotionis alacritate ad cœlestem mensam accurrat Abrahamum imitatus, qui ad Angelos excipiendoz fervido animo prooperavit: ita enim Genes. 18. v. 2. Apparuerunt etres viri stantes prope eū, quos cū ridiſset, cucurrit in occursum eorū: In quæ verba Chrysostom. hæc opportune inquit. Currit, & volat senex. Videl enim prædam, quæ venabatur, & nulla infirmitatis suæ ratione habità ad venationem cucurrit; & non vocavit famulos, ne que imperavit puero, nihil querusticatis, neque desidie præstulit. sed ipse cucurrit, quasi diceret. Magnus thesaurus est, magna negotiatio, permemet ipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur tantum lucrum. Hæc Chrylottomus, quæ ad Eucharistiam accedenti dicta existimes, præsertim: cum ipsa & præda, & caro venatione capta dicatur, Psal. 110. v. 4. illis verbis: Escam dedit timentibus se; cū id & frequente expositione de Eucharistia accipiatur: & in Hebræo vox, quæ respondet voci, esca, venationem signi-

ficit, sive prædam ad cibum quæ sitam: ideo nulla infirmitatis ratione habità ad Eucharistiam curre, quasi ad illustre prædam, & venationem inò ad magnam thesaurum, & negotiationē. Huc advoco Ecclesię monitum, quæ in Misericordia sacrificio emphaticè, tanquam optima Mater accedentes ad mensum cœlestem, sic commonefacit, *Sursum corde*. Quod Anastasius Synaita oratione de *sacra synaxi*, tom. 6. Bibliot. Veter. PP. hunc in modum diffundit. Abscedite à cunctis vita & huius cogitationis. Valedicite omni corporearum rerum curæ. Tempus enim est, non vanæ occupationis sed attentæ, & intentæ orationis. Auscultate quid Diaconus vobis clamet. State decenter: state cum timore: Attendamus ad sanctam elevationem: inclinemus cervices, & cludamus cogitationes: occludamus linguam: impleamus mentem, ad cœlum ascendamus: *Sursum levemus animum, & corde*. Oculos animæ ad Deum extollamus. Transeamus cœlum: transeamus Angelos: transeamus Cherubim, & ad ipsum Domini thronum accurramus: ipsius Christi immaculatos pedes apprehendamus: ploramus, & ipsius misericordiam quasi cogamus. Confitemur in Sancto cœlesti, & intellectuali illius Altari. Hæc vobis denunciat, hæc vos obtestatur Sacerdos cum ait: Sursum corda. Et quid ad hæc nos respondemus. Habemus ad Dominum. Quid agis? Quid agis? Mens ad caduca hæc, & mortalia suspensa hæret, pecunisque opibus, & voluptatibus, & litibus foreſibus vacat, & dicas. Habeo ad Dominum. Attende, oro, ne forte non habeas sursum cor ad Dominum, sed deorsum ad diabolū. Hæc optime, & salutaliter Anastasius. Qui prius in hanc rem dixerat: Grandis est miseria nostra: etenim cum in omni oratione, & obsecratione spiritus ardere, eximiè autē tunc, cum immaculata mysteria peraguntur, & immolantur, cū timore, & tremore Domino adfistere deberemus in tali. & tantæ synaxi, neque hoc, quod nostri officij ratio exigit, præstamus sinceris precibus in spiritu cōtrito, & humiliato; sed res causasque nostras forenzes, multarūque & inanii rerū administrationes, cū ad sacrâ synaxim accedēdū est perficimus: illi iciliacet, qui in omni oratione, & obsecratione eximiè ardere debebamus ad Eucharistiam accedentes.

Anastas.

*Genes. 18.  
vers. 2.*

Chrysost.

CONTINVATIO EIVSDEM  
INSTITVTI.DE FERVORE SPIRITVS, QVO  
ad Eucharistiam oportet acce-  
dere.

## ADNOTATIO. II.

I.  
PaulinusApoc. 3.  
vers. 20.I. Cor. 11.  
vers. 20.Cantic. 5.  
vers. 2.

Aristot.

**C**VM Sapienter monebat Panlinus epist. 5. in superioribus adductus. Panem vivum, ac verum qui Christus est; a pingro operario manducari non posse; ideoque ex legis præscripto præcipi Pascha nostrum cum omni festinatio edere: notanter subiiciebat: *Vt inveniamur parati, & pulsanti Domino non timeamus aperire de conscientia somni, aut negligentiæ dignam metuentes;* quibus verbis signate quidem visus est alludere ad cœlestem Sponsum in domum animæ accedentis ad Eucharistiam intrare cū pientem: Sic enim ipse Apocalyp. 3. v. 20. *Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & coenabo cum ipso, & ipse mecum:* quæ ut de coenâ Dominicâ; hoc est de Eucharistiâ, vt ipsam appellat Apostolus 1. ad Corint. 11. vers. 20. *Iam non est Dominicam coenam manducare: accipienda sunt: ita omnino aninaudientendum est, eiâ domino dicta fuisse;* qui tepidus, & ignavus in Dei obsequio erat: ita siquidem ibi vers. 16. *Vtinam frigidus essem, aut calidus sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiat te vomere ex ore meo.* Vnde hæc sâne verba illis respôdêt Cant. 5. v. 2. *Vox dilecti mei pulsatis. Aperi mihi soror mea, amica mea, quia caput meum plenum est ror, & circinni mei guttis noctium,* quippe hæc ad animam in Dei obsequio tepidam, & negligentem notanter dici, illud plane suadet, quod conqueratur Sponsus, noctis rore madefactum: cum roris imago teponi adumbret, nam ut Aristoteles lib. 3. met. sum. 3. cap. 1. docet, ros non decidit, nisi ijs temporis

bus, in quibus tranquilla, & temperata nox est, quando videlicet, nec vehe mens frigus; nec magni austus sunt. Vnde de opportune Ambrosius serm. 12. in Psalm. 118. ad hæc verba inquit. *Ego anima, quæ habet ianuam: est quæ habet portas.* Ad hanc ianuam venit Christus, & pulsat, pulsat & portas. Aperi ergo illi, vult ergo introire: vult Sponsam invire vigilantem. *Noli ergo bono amatori facere moras: cito recedit & tu somno torporis tui videris exclusisse pulsantem.* Excludis enim cum desidiosus es, cum piger, cum somnolentus. His repagulis Christus excluditur: et si castus, et si sobrius sis: cave ne negligens sis. Maiores Christo facit iniuriam, qui ad venietem repellit. Hec Ambrosius, quæ pigrum, & negligentem acutissimè pungunt.

Ecce ergo Dominum ad eius ianuam, qui vna ex parte tepidus est, ex aliâ ad Eucharistiâ accedit, serio pulsantem, vt siquidem illi ianuam aperuerit intrabit ad illum, & coenabit cù ipso. Quod si inquiras, quo modo is, qui gravioribus sculpis obnoxius nō est; Christû extra cordis sui domû foris pulsantem habere dicatur? Respondet Ambrosius. *Excludis cum desidiosus es, cum piger, cù somnolentus.* His repagulis Christus excluditur. Verum enim invero iure rursum ambigitur: quâ ratione exclusus dicitur, qui per gratiam suam, quæ non nisi latali criminè violatur, intus in animâ sit? Itidemque dubitari potest, cur signatè apud eum qui ardore spiritus desidiam, & teponem iam excusiter coenare dicitur Dominus? hoc est illu corporis sui participem facere; cum etiam tepidi, ac negligentes communicare, nec sine fructu soleat? Verum his facile obviandum iveris: si observes: verum quidem esse, Dominum ab animâ non nisi per graviora crimina excludi: atq; ideo etiam in ea quæ tepida est, per gratiam suam inhabitare; quod blandæ illæ salutationes amice sororis, & columbe, sat is ostendunt: at enim vero nō im merito ab eâ eliminatum, sive exclusum conqueri, quæ ad eius dilectionis amplectus cordis penetralia nō omnino aperit, nec ipsum in totam domû libenter excipit: contenta solum ad angulum admittere, quin omnes animæ cellas; omnes sentuum ianuas ei ape-

riat;

# Cum spiritus fervore ad Euch accedendum.

370

Ambros. riat; cum tamen ipse totam habitacionem penetrare: & que animæ omni ex parte illabi desideret, qui ex toto corde, & ex tota anima diligi præscribit: id est dicebat Ambros. *Etsi castus, et si sobrius sis, eave ne negligens sis. Maiorem Christo facit iniuriam, qui ad venientem repellit:* Vnde quidem, & si cum anima tepida, & negligente Dominus, ut cum que cœnet; hoc est Eucharistiæ participationem faciat: at longe aliter cū ea, quæ tempore excluso ad Eucharistiæ ferventer accedit; cœnare dicitur: quippe tunc & ipse suavissime vescitur; & illam egregiâ divitiarum spiritualium suppellef file ditat, & donorum cœlestium suavitate reficit: Quæ omnia sapienter ad præfata Apocalypsis verba observavit P. Alcaçar primum inquietus. Sed quia sumnum est beneficium amici valde potentioris, amicitie causâ velle esse hospitem in domo eius, cui favet, & cum illo cœnare: ideo ut tepidum insui amore inflammet, promittit ei Christus. si tempore expellat, & serio velit solidarum virtutum studium amplecti futurum, ut Christus dominus, & ad mensam suam hospitem habeat: Deinde vero hæc plusplus explicat hunc in modum. Ex qua intelligitur, quamvis Christus vere ingrediatur in domum eorum omnium, qui ad sacrâ communionem accedunt, singulariter tamen apud eos dicit cœnare, qui solidarum virtutum fructu (quæ sunt Christo epule suavissime ipsum invitat. Quare in hac promissione rapido, si serio decernat, tempore à se expellere, & fervorem spiritus amplecti promittitur gratia ex ipsa sacrâ hymni ad virtutum solidarum fructum, qui buse undem Christum pascere, ac recreare possit: Addit Alcazar. Hanc vero aptissimam esse promissionem ad tepidum in amore Christi flammandum quis non videt?

III. Huc omnino faciunt, & caput Spō si plenum rore, & cincinni eius guttis noctium, hæc enim imagine opportunitissimè significatur: Dominum in anima tepidi non benè, seu accommodare, tanquam dominū domus, aut hospitem in ea liberaliter exceptum se habere: sed velut in angulo illiberaliter admisum: Hoc vt explicem: sum opimum illud ex Salomone Proverbiis 27. vers. 15. Tecta perstillantia in die frigoris & ligiosam mulier comparantur, quæ LXX.

transferunt. *Stillicidia ejiciunt hominem in die hic malide domo sua: similiter & mulier maledica de propriâ domo.* Deinde monstrò tibi tecta perstillantia apud Va tem Psal. 118. vers. 28. dicentem. Dor mitavit anima præ tædio confirma me in verbis tuis: vbi oblerva pro verbo, dor mitavit Hieronymum, Hilariū, & Ambrosiu, quibus plures ex trælatoribus Hebræis, & Græcis adhærent, legere, stillavit: pro voce vero Latina, tædio, Græce esse, accidia: hoc est tempor, negligencia, desidia, remissio, & terpor, vt indice ostendat Vates tecta perstillantia, quæ ejiciunt hominē de domo sua, id est, animam tepidam, & negligentem, præ animi remissione, & ignavia pluribus scatentem defectibus: quæ hotpitē Christum non liberaliter, atque magnificè excipiatur; sed potius ad angustum, & velut ad angulum domus redigat: Bernardo serm. de septem donis Spiritus Bern ard. Sancti contra septem vitia, sic hæc firmate. Triplex in commodum ejicit de domo inhabitantem, fumus, stillicidium & mala vxor: quando vero haec deerunt negligēti? Ita ille, & quidem rectè: nam tum à Salomone piger, cum acero, & fumo ita componitur, Proverbiis 10. vers. 26. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger ijs, qui miserunt eum: quod ex bedæ, & aliorum expositione de pigritia spirituali, quæ non secus, ac acetum, & fumus molestidentibus, & oculis sunt, Deo sit invisa, accipienduni est: tum etiam apte mala vxor appellabitur, quæ bonum Sponsum excludit: eique pulsanti ad fores moras facit: Excludis enim cum desidiosus es, cum piger, cum somnolentus. Ex quibus tandem iam habes, caput Sponsi plenum rore, & cincinnos ipsis guttis noctium a tectis, nimirum istis perstillantibus, & rimarū plenis animæ tepidæ, & negligentis, cuius desidia, & remissio multos defectus, & errata parit, hanc ita describē: Ber nardo serm. 32. in Cantica. Sunt qui in spiritualibus studijs fatigari, & versi in tempore, atque in defectu quedam spiritus positi ambulant tristes vias Domini, corde aente, & tædente accedunt ad quæque iniuncta frequenter murmurant longos dies, longas cōqueruntur, & noctes. Similiter & Gilleberto serm. 16 in Cantica ad finem: Qui vel tædij, vel desperationis mo-

Psal. 11  
vers. 28.

Hieron.  
Ambros.  
Hilar.

Leet.  
Græca.

Bernard.

Sancti contra septem vitia, sic hæc firmate. Triplex in commodum ejicit de domo inhabitantem, fumus, stillicidium & mala vxor: quando vero haec deerunt negligēti? Ita ille, & quidem rectè: nam tum à Salomone piger, cum acero, & fumo ita componitur, Proverbiis 10. vers. 26. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger ijs, qui miserunt eum: quod ex bedæ, & aliorum expositione de pigritia spirituali, quæ non secus, ac acetum, & fumus molestidentibus, & oculis sunt, Deo sit invisa, accipienduni est: tum etiam apte mala vxor appellabitur, quæ bonum Sponsum excludit: eique pulsanti ad fores moras facit: Excludis enim cum desidiosus es, cum piger, cum somnolentus. Ex quibus tandem iam habes, caput Sponsi plenum rore, & cincinnos ipsis guttis noctium a tectis, nimirum istis perstillantibus, & rimarū plenis animæ tepidæ, & negligentis, cuius desidia, & remissio multos defectus, & errata parit, hanc ita describē: Ber nardo serm. 32. in Cantica. Sunt qui in spiritualibus studijs fatigari, & versi in tempore, atque in defectu quedam spiritus positi ambulant tristes vias Domini, corde aente, & tædente accedunt ad quæque iniuncta frequenter murmurant longos dies, longas cōqueruntur, & noctes. Similiter & Gilleberto serm. 16 in Cantica ad finem: Qui vel tædij, vel desperationis mo-

Prov. 10.  
vers. 26.  
Beda.

Bernard.

in Cantica.

Sunt qui in

spiritualibus

studijs

fatigari,

& versi in

tempore,

atque in

defectu

quedam

spiritus

positi

ambulant

tristes

viás

Domini,

corde

aente,

& tædente

accedunt

ad quæque

iniuncta

frequenter

murmurant

longos

dies,

longas

cōqueruntur,

& noctes.

Similiter

& Gilleber

te

le obruitur, in quo nihil est vivide de votio  
nis fervidus spiritus, qui & si legis præcep-  
ta non deserat, & intra regulæ gremium se  
concludat frigido tamen, & moribundo la-  
guet affectu in opere sancto, nihil suave sen-  
tientis, totius illū ordinis tristis exanimat  
facies. Hæc ille.

IV. En ergo animam Sponsæ Christi  
nomini, & statum præferentem, ad cuius ipse fore capite pleno rore, & cin-  
cinnis eius guttis noctium pulsat; vt ip-  
si ostium aperiatur, id est vt in intima  
cordis penetralia, tanquam dilectus  
Sponsus excipiatur. Nempe, vt anima  
proprio amore, & eius concupiscentijs  
ex animo pulsis; quæ cum militant in  
menibris nostris, desides, & negligentes  
ad Dei obsequium reddunt; ostium  
patens, & liberum aditum Christo fa-  
ciat: scite in hunc sensum capiente Ve-  
nerabili Balduino in allegorijs Gotfri-  
di Tilmani ad cap. 6. Deuteronomij di-  
vinum præceptum Diliges Dominum  
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-  
mâ tua, & ex totis viribus tuis, & ex to-  
ta mente tua. Deuter. 6. vers. 5. hunc in  
modum. Nam quia amor mundi totum cor  
nostrum occupat, & omnes cellulas eius im-  
plet, de toto corde ejiciendus est amor mun-  
di, ut & princeps huius mundi ejiciatur  
foras, & ingrediatur amor totum cor sibi  
vendicans, vt in novissimis finibus cordis  
nostræ cognoscatur Deus, & reminiscatur,  
& convertantur ad Dominum vniuersi fi-  
nes terræ. Hæc ille, & eodem ductu præ-  
fato loco Ambrosius huc referens Va-  
tis verba. Tollite portas principes vestras,  
& elevamini portæ aternales, & introibit

Deut. 6.  
vers. 5.  
  
Baldu in.  
  
Psal. 23.  
vers. 7.  
Am brof.

Rex gloria, Psalm. 23. vers. 7. vt videli-  
cer Dominus non per rimam, aut per  
angustam portam, sed per ostium pa-  
tens, & ampliuni in animam ingredia-  
tur: etenim cum præmisisset. Habemus  
ergo animam nostræ ianuam, habemus, &  
portas de quibus dictum est Tollite portas,  
&c. subiicit. Si has fidei tuis portas velis  
attollere intrabit ad te Rex gloria trium-  
phum portans propria passionis: Ad hanc  
ianuam venit Christus, & pulsat, pul-  
sat & portas. Aperi ergo illi: vult ergo  
intrare: vult Sponsam in venire vigilan-  
tem: Hæc ille observa. Si has fidei por-  
tas velis attollere: ipsosum videlicet  
aditum, & regiam portam Christo ve-  
luti triumphum agenti faciens: eaque

A de causa animum amore mundi pur-  
gans, omnesque eius cellulæ mundas,  
vt novo hospiti spatio sum relinquatur  
habitaculum: Nam si de humanae sapientiæ  
dignitate dixit præclarè Seneca epi-  
stol. 88. Magna, & spatio sum est Sapientia,  
vacuo illi loco opus est: & post nonnulla.  
Hæc tam multa & tam magna, vt ha-  
bere possint liberum hospitium super va-  
cuæ ex animo tollenda sunt. Non dabit se in  
has angustias virtus; laxi spati res mag-  
na desiderat: expellantur omnia: totum pe-  
ctus illi vacet. Sic Seneca: Quid de Dei  
Filio in animum corporaliter intratu-  
ro dicemus? Respondet quidem Hilari-  
rus versans Vatis verba: Et ambulabam  
in latitudine, Psal. 118. vers. 45. Angusta  
peccantiū sunt corda, & hospitio Deum mēs  
pollutano recipit. Patulū enim domiciliū  
inconceptabili Deo opus est. Etid circa in la-  
titudine Propheta inambulat: ita Hilarius.

Seneca.

B Psal. 118  
vers. 45.  
Hilarius

C Et vero quoniam salus animæ dor-  
mitantis, & prætatio stillantis in eo  
consistit, vt excitetur, atque torpore  
excusso in pristinum fervorem rediga-  
tur: subiicit David, confirmame in verbis  
tuis: vt videlicet spiritus iste accediæ,  
& temporis meditatione divinorum elo-  
quiorum expellatur: anima illis velut  
baculo innixa, & sustentata: ita Bernardus  
præfato serm. 32. in Cantica, vbi cū  
post allata verba dixisset: Ergo ubi con-  
tigit tale aliquid pati, si misertus Dominus  
appropriet nobis in via quæ ambulamus,  
& incipiat loqui de cœlo, qui de cœlo est;  
ne non favorable quidpiam cantare nobis  
de Canticis Sion, narrare etiam de Civita-  
te Dei, de pace civitatis, de aeternitate pa-  
cis, de statu aeternitatis: dico vobis erit pro-  
vehiculo animæ dormitanti, & pigranti  
lata narratio, ita vt pellat omne fastidium  
ab animo audientis, & a corpore fatigatio-  
nem: subdit. Ante tibi aliud vel pati, vel pe-  
tere ille videtur: quia it. Dormitavit ani-  
ma mea prætatio confirmante in ver-  
bistuis. Et non cum obtinuerit clamabit.  
Quomodo dilexi legem tuam Domi-  
ne? Tota die meditatio mea est. Sunt  
enim quædam verba Verbi Sponsi ad nos,  
nostræ meditationes de ipso, & eius gloria,  
elegantiæ, potentia, maiestate. Non solum  
autem, sed & cum audiâmente versamus  
testimonia eius, & iudicia oris eius, & in  
lege meditamus die, ac nocte, sciamus pro-  
certo adesse Sponsum, atque alloqui nos,

V.

Bernard.

*ut non fatigemur laboribus, sermonibus delectati: Hæc opportunè Bernardus: inducens profectò Sponsum ad animæ te pidæ foræ pulsantem, dū ei in memoriā revocat beneficia, promissiones, iudicia; insuper & rationes ob quas toto corde amari debeat, elegantiam, potentiam, maiestatem, & quod potissimum est, ardenterissimum ipsius erga illam amorē; quo divinum Eucharistia sacramentū instituit. Quo mire facit eo in loco Apocalypsis vers. 18. Dominū ad ianuam huius Episcopitepidi, & p̄ accidia stillantis pulsantem, sic eū p̄emonuisse. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias: ubi Græcè verbum verbo reddas: *Aurum ignitum ex igne: id est ardente charitatem velut ignem excusum ab illo igne, quem Dominus desiderio ardenti desideravit Eucharistiam instituere, vt dicebat p̄æced. adonat. num. 1. adductus S. Laurentius lustinianus. Ut ignem igne desiderium desiderio, amorem excitat amore.**

*Quis enim ad huius amoris considerationem non ardeat? Si reclie caput nostrum intelligimus (inquit Chrysostom. hom. 45. in Ioann.) Et quam in nos presetulit charitatem, surgendum nobis est à sacramenta ignem spirando: ita quidem de Sancto Franciso refert S. Bonaventura in eius Actis cap. 9. Flagrabat erga Sacramentum Dominicī corporis fervore omnium medullarum stupore admirans maximo illam charissimam dignationem, & dignissimam charitatem.*

*VI. Verum enimvero, ille modus dicendi quo aurū ignitū à Deo fuerit obtinendū, observatione videtur dignissimus: Suadeo tibi ( inquit ) emere à me: Quid enim fuerit emere à Deo, & nō potius petere, & efflagitare? Num donorum suorū Deus venditor est? Subsistit quidem accurata locutio emendi, vt ea tepidus suis commoditatibus, & cupiditatibus, ac deliciolis adductus vellice tur, atque stimuletur ad hæc renuncian da, vt eorum dispendio charitatem ardenter obtineat: bene id adnotatibus PP. Ribera, & Alcaçar: quorum prior inquit: *Verbum eme, eleganter positū est, ac si diceret. Etiam cum voluptatum dispedio habere eam cura, etiam si dolores pœnitentiae perferendi sint, & abstinentiam tibi sit ab ijs, quæ iucunda sunt, quod enim emi**

*tur, non grātis possidetur, sed pretio: ita di clum est, ad Ephes. 5. vers. 16. Recimenter apud, quoniam dies mali sunt: Id est tempus etiam cum rerum temporalium iacturā habere quærentes ad beneficendum: Hæc ille. Quæ sic p̄æstrinxit Alcazar: Emptionis vero metaphora postulat, ut ad huius auri comparationem, omnino velut homo ijs carere, quibus ad matorem Dei gloriam privari necesse est: Ita Alcazar: Quibus concinit ea interpretatio dilectionis Dei ex toto corde, quam superius. 4. adhibebat Balduinus, vt quia amor mundi totum cor nostrum occupat. Omnes cellulas eius implet, de toto corde ejiciendus sit amor mundi, vt ingrediatur amor Dei totum cor sibi vendicans: Quod perinde fuerit, ac dispedio amoris proprij, & voluptatum scū commodatum cellulas cordis, sive sensus internos, ac externos implentis; emere amorem ignitum veri amoris Dei, qui totum cor sibi vendicit (v.g.) abstinendo ab inanibus gloriolis, à delicato, sive superfluo cibo, à vanis confabulationibus, à pretiosi temporis iacturā; & ijs, quæ amori proprio, & appetitui colentanea sunt.*

*D. Adstipulatur quidem his Paulus epist. 2. ad Timoth. cap. 1. vers. 6. ipsum sic serio admonens: imo & stimulans. Admoneo te, vt resuscites gratiam, quæ in te est: Vbi notanter, & magna cum emphasi; nec sine aliquā difficultate videatur monitum resuscites gratiam, quæ in te est: nam cum resuscitare sit; mortuū ad vitam revocare; quæ ratione dicitur, gratiam, quæ in te reapse est fore resuscitādam? nam si est: mortua nō fuit: Quid quod? sanctissimum Timothæū, quis divinæ gratiæ experte nunc fuisse, sine temeritate, aut errore valeat suspicari? Ergo observatum Græcū verbum, quod respondet latīno resuscites, propriè significare, ignem iani, topitū, & cineritus obrutum suscitare; tum nostrum vulgatum optimè vertit se resuscites: Nini irū vt is Pauli sensus sit: vide vt gratiam, quæ sensim tempore, & tempore languescit, & humana infirmitatis cinere, ac frigore, quasi sopitur, & extinguitur, inde tenenter suicitur, vt charitatis flamma in te reardeat: atque ideo eius ardorem magno conatu & studio fove, & ad augē: quæ sic ibi diffun-*

*Grac. lectio.*

*Cornelius*

*VII. 2. ad Tim. vers. 6.*

diffundit Cornelius: *Ad hanc rem folles, & flabella tibi sint oratio, meditatio, pialectio, alacritas, & vigilancia animi, studium, exercitatio, & conatus maior ad virtutes, ac præsentim labor, & zelus ad salutem populi tibi commissi diligentius, & ferventiū procurandam.* lā verò opportunè vulgatus hanc gratiæ, & charitatis excitationē resuscitationis verbo expressit sub intellecta propositio-  
ne affirmans; futurum esse ut gratiata-  
dem extinguitur, nisi his flatibus con-  
tinuò excitetur; vt perinde sit, gratiam  
excitare, atque resuscitare, quod alias  
moritura sit: ita quidem Chrysostomus

**C**hrysost. in id Pauli 1. ad Thesalon. 5. vers. 19. *Spiritum nolite extinguere, adducta lam-  
padis ardoris imagine id mouit huc-  
modum: Quomodo autem si quispiam in  
hanc lucernæ lucem, & aquam, & terram  
infundit, ignem extinguit, et si nihil horū  
fecerit, si oleum tamen exemerit, ita etiam  
in charismate seu dono gratiæ. Nam si ter-  
rena, & diffluentia rerum curam insper-  
seris, spiritum extinguis, & si nihil tale fe-  
ceris, aliunde autem irruerit tentatio vehe-  
mens, tanquam spiritus aliquis; & flam-  
ma non sit vehemens, aut multum habens  
olei, aut foramē non obstruxeris, aut ostiū  
non claueris pereant omnia. Hęc ille: ob-  
serva illud flamma non sit vehemens, aut  
multum habens olei, hoc est; si charitas  
ardenter excitata, & egregijs virtutū  
actionibus munita non sit; vt hęc ratio-  
ne irruentibus periculis internæ fragili-  
tatis, & externarum temptationum su-  
perior, ac robustior inveniatur: in quā  
tentiam usurpare sum solitus illud  
Senecæ Tragici de Hercule senescen-  
te, & sibi plus iusto indulgente.*

*Vinci Hercules cum potuit; tunc cœpit  
mori.*

Iam huic cogitationi omnino con-  
tentit horribilis illa in tepidum intor-  
ta comminatio: *Sed quia tepiduses, &  
nec frigidus, nec calidus incipiam te evo-  
mere ex ore meo,* Apocal. 3. verl. 16. Quo  
in loco etsi benè ab Alcazar, & alijs ob-  
servetur in verbo illo, *incipiam;* non pa-  
rum conferre ad incutiendum timorē  
tepidi; non solum faturū esse, vt evo-  
matur, sed etiam comminari Dominū  
futurum esse, vt cito evomatur: mihi  
maiор epitalis in Græci verbi, *mello,* sig-  
nificatione, quam adducit Ribera esse

videtur: dum ait, *valet idem quod debo:*  
vt tepidus ad cuius ianuā colectis Spon-  
sus iterum, atque iterum queribundus  
pulsavit, vt patentem ei aditum face-  
ret; nec tamen erigi, aut confirmari stu-  
duit, charitatem excitās; & bonis ope-  
ribus confirmans; debeat à Deo evo-  
mi, & extra peculiarem vberiorum au-  
xiliorum, & singularis providentia cu-  
ram ponit: quasi non sit è maiestate, &  
decore Dei, cum eo benignius, & fami-  
liariter agere: vt dixerit Deus: cum to-  
ties exclusus, & repulsi fuerint, debo  
quidem non diutius ad ianuam pulsantem  
stare, sed iratum discedere. *Quod*  
plane si, veloculis ipsis velis videre, ip-  
sis in Virgines illas faturas ad Sponsi  
ianuam pulsantes, quin fuerint excep-  
tæ, aut exaudite coniice. Matthæi 25.  
verl. 8. in ipsis si quidem ideo hęc minē  
in tepidum intortæ executioni manda-  
tæ sunt, quod in lampadibus, nec flam-  
ma vehemens, nec multum olei fuerit  
nec villa de excitanda flammā cura: nā  
acceptis lampadibus non sumperunt oleū  
secum: secus quidem ac prædentes, quæ  
aceperis lampadibus sumperunt oleum se-  
cum: hoc est de fovenda, & excitanda,  
charitate solitudinem habuerunt. Id  
quod signatè observavit Hieronymus

Matt. 25.  
verl. 8.

**H**ieron. in illis ipsarum verbis: *Quia lampades  
nostræ extinguuntur, inquietus: Quæ lam-  
pades queruntur extingui, ostendunt eas  
ex parte lucere, & tamen non habent lumen  
indificiens, nec opera perpetua: Vnde ita-  
tim tepidos pungens subiicit. Si quis igi-  
tur habet animam virginalem, & amator  
est pudicitiae non debet mediocribus eſe cō-  
tentus, quæ cito exoleſcunt, & exorto cau-  
mate areſcunt, sed perfectas virtutes sequa-  
tur, vt lumen habeat sempiternum, sic il-  
le; pulchrè illud: Non debet mediocribus  
eſe contentus: nam qui mediocribus cō-  
tentus est, de profectu non curat, nec  
de excitanda charitate solitus est, in  
quam sententiam Paschasi ibi hanc  
Virginum parabolam sensum commu-  
nem habere cum parabola talentorum  
scite existimat, vnde fatuas hasce Vir-  
gines cum servo pigro, & negligenti,  
ita componit. Cogitandum est quid in eo  
culpatur; cui non dicitur, quod mali ali-  
quid fecerit, licet malusdicatur, sed quia  
piger, & inutilis fuit, sicut & supra quin  
que Virgines fatuæ non ob aliud repellun-*

Paschasi.

VIII.

Apoc. 3.  
vers. 16.

Græc. le-  
ction.

*tur, nisi quia oleum secum non habuerunt.*  
 Hæc Paſchat. benè pendens servum pi-  
 grum, & nihil mali fecisse, & tamē ma-  
 lum fuisledici, quod qui de talento au-  
 gendo hoc est de charitate excitandā  
 non curavit; bonum Dominum è pene-  
 trali cordis exclusum capite rore ple-  
 no, & cincinnis guttis mortuū made-  
 factis ad ianuam pulsantem quin ei adi-  
 tum fecerit: illiberaliter habuerit. Nec  
 omittendum, quod in eandem parabo-  
 lam de virginibus fatuis aucto quidem  
 cenu inquit Salvianus Mysiliensis, ne  
 diocrem illam, sive exiguum lucem  
 perinde quidem, ac nihil esse, cū oleo  
 deficiente extingui necesse fuerit: Ete-  
 niam ille lib. 2. ad Ecclesiam Catholicam,  
 cum dixisset. *Ego sufficere parum nescio;*  
*imò parum non sufficere certo suo.* Si ali-  
 ter ipſe ſciunt, apud ſeipſas ſciunt. *Ego*  
*vnum ſcio, quod Deus dicit, extinctas fa-*  
*tuarum Virginum lampades operum bono-*  
*rum oleum non habentes: pote nonnulla*  
*fubdit: Ex quo intelligimus, id quod pa-*  
*rum est, quaſi nihil eſe, quia non ſatis pro-*  
*deſt illlico extinguedum lumen accendi,*  
*nec iuvat aliquid illucentere, quod in ipſo*  
*ortu habeat occasum, & ad hoc tantummo-*  
*do habere initium viventis, ut poſſit fine*  
*habere morientis. ita ille.*

IX.

Vbi cum fatuæ illæ Virgines ferò,  
 & inornatis, ac ſemi extinctis lampadi-  
 bus, ad Spōſi ianuam pulsantes illis ver-  
 bis: *Domine, Domine aperi nobis, acerbū*  
 illud reſponſum accipiunt. *Nescio vos:*  
 videris iustum illis talionem redditū,  
 quæ Boni Sponſo ad ipſarum ianuam  
 capite rore, & guttis noctiū pleno pul-  
 ſanti, & expectati moras fecerunt, quin  
 ipſi oſtium aperueriat: ut ipſe libens in  
 penetralia cordis intraret: meritoque  
 hac de cauſa Paulinum accedentes ad  
 Eucharistiā monuit, ut inveniamur  
 pari, & pullanti Domino non timea-  
 mus aperire de conſcientia ſomni, aut  
 negligentiæ digna metuentes: iam ve-  
 rò hæc omnia omnino confirmat ferti-  
 tatio illa, quæ Agnus manducari præ-  
 cribebat Exodi 12. veri. 11. Et come-  
 deſtis festi manter. *Eſt enim Phasē, id est trā-*  
*situs Domini: hunc tenſum haic præcep-*  
*to reddente S. Gaudentio tractat. 2. in*  
 Exodum: *Quod autem dicit cum festina-*  
*tione illū manducandum; præcipit, ne len-*  
*to corde, & ore languido Sacramentū Do-*

Exod. 12  
2. § 11.

Gaudent.

minici Corporis ſuwanus, & ſanguinis,  
 ſed cum omni aviditate animi, quaſi verē  
 eſurientes, & ſtiētes iuſtitia. Beati enim  
 (dicit Deminus I E S V S) qui eſuriunt,  
 & ſtiunt iuſtitiam quoniam ipsi ſatura-  
 buntur. Hæc Gaudentius.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

VT CÆLESTIS EVCHARISTIÆ  
 panis nutrimento vitæ nobis fit:  
 operatione, & diligentia  
 noſtra opus eſt.

### ADNOTATIO. III.

**N** OTANTISSIME A Domi-  
 no de te ipſo tāpius dicen-  
 te, *Pater meus dāt vobis panē*

II.  
 Ioann. 1.  
 vers. 32.  
 35. & 48  
 50.

*de cœlo verū. Panis enim Dei*  
**C** eſt, qui de cœlo descendit, & dat vitam mun-  
 do, Ioan. 6. veri. 32. & Iatim. *Ego sum pa-*

Hilarius

*nis vita, vers. 35. & 48. Similiter vers.*

*50. Ego sum panis vivus, qui de cœlo des-*

*cendi si quis māduca veritatem hoc pane, vi-*

*vet in aeternum: dictum fuit paulo ante:*

*Operamini non cibum, qui perit, ſed qui*

*permanet in vitam aeternam, quem Filius*

*hominis dabit vobis: Hunc anim Pater ſig-*

*navit Deus, quæ verba ad Eucharistiam*

*Hilarius lib. 8. de Trinitate, ſic retulit:*

*Signatum ſe à Deo ait, & hoc ideo, quia*

*vita aeterna eſcam Filius eſſet daturus, ut*

*per hoc potestas in eo dandæ ad aeternitatē*

*eſcæ intelligi poſſet, quia omnem in ſe pater*

*ne formæ plenitudinem ſignantis ſe Dei co-*

*tineret: At enim vero in illis maxin. ē*

*obſeruandum eſt: verbum operamini,*

*quo Dei Filius eos, qui ad coeleſtem*

*menſam accedunt, ad bene operadum*

*ſic vrget, quemadmodum Apoſtolus*

*de cibo corporali non niſi ab operante*

*capiendo dicebat 2. ad Theſſal. 3. veri. 2. ad The-*

*ſal. 10. Si quis non vult operari, nec manduet Sal. 3. 2.*

*& ſtatim veri. 12. Ut cum ſilentio operan-*

*tes ſuum pane manducent. Niſi ſum eà Luca 11.*

*omniuo ratione panis Eucharistiæ, qui veri. 6.*

*panis Dei eſt, panem noſtrū appellamus;*

*& ut noſtrum petimus: quia & a Deo,*

*& a nobis operandus eſt: dum & ipſe no-*

*bis benignè tribuit; & nos bonis operi-*

*bus promereri fludemus: bene id obter-*

uante

*Greg. M.* uante Gregorio Magno lib. 3. Moral. cap. 5. hūc in modum: *Ecce nostrum dicimus; & tamen ut datur, oramus: nosfer quippe sit, cum accipitur, qui tamen Dei est, cum ab illo datur. Et Dei ergo est ex munere, & nos ferit veraciter per acceptiōē.*

*Bernard.* Ica Gregorius: Bernardus vero ad rem: serm. in illa verba: *Beatus homo, qui inventus sapientiam; cum generali ad labores suscipiendo pātēns dixisset: Cum legatur Adam in loco voluptatis ab initio positus, ut operaretur: Qui sanum sapientis filios eius in loco afflictionis ad fertandum positos arbitretur? subiicit. Operemur ergo; sed cibum, qui non perit: operemur opus filiis nostra. Hec Bernard. Opportunis iūmē vero pro re nata P. Maldonatus, & Christi sententiam diffundit, & vim Græci verbi, quod respondet Latino, operamini, exhaustit hunc in modum:*

*Quod antea dixerat, quereris, nunc dicit operamini: Maiorem tamen vim habet: operandi verbum quam querendi, & illi quodammodo opponitur. Quærere enim hoc loco est, cibum nullo labore, sed ab alio suppeditatum habere velle. Hac enim ratione Christum illi sequebantur, ut ab eo otiosi & nihil agentes pascerentur; excepti ab eo multiplicationem panis. Exhortatur ergo eos, ut & alium querant meliore panem, & ut alia ratione querant, non otiosi non desides, sed laborates, ut quemadmodum primo homini dictum est, in sudore revultus tui vesceris pane tuo. Genes. 3. vers. 19. Hec Maldonatus, quibus nihil opportunius, & explicatiū dici potuit.*

*II.*  
*Philip. 2. 2. vers. 12. Græc. lectio.*  
Pergit vero sic premens verbum, operamini, ex Græco: *Hoc est ergazete. Operamini. Eodem enim modo dicit: operamini cibum, quod dicit Paulus ad Philippenses 2. vers. 12. cum metu, & tremore vestram salutem operamini: id est proprijs operibus, & diligentia, Dei adiuvante gratia meremini. Sic ille, quibus pulchre explicat, Eucharistiam panem Dei, & nostrum esse; nec viā tantū manu, sed duabus: Dei scilicet dantis immo & operantis; & nostrā, bonis operibus promerente fore fermentandum, & subigendum: nimirum cum & ex Maldonati observatione eodem Græco, & Latino verbo vrgemur a Domino, operari, hunc Eucharistiæ cibum, quo Paulus monebat salutem operari: & inibi*

Apostolus immediate subiicit: *Deum itidem esse, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bonâ voluntate: utrobiusque autem Græcum verbum, non ut cumque, sed cum energia, & efficacitate operari significet: facile videris, & Dei, & hominis manum cœlestem pararem operari: sicuti de cœlesti beatitudine, sive de æternâ salute ad quā Deo duce vocamur, in persona Ioannis baptista aspergitam in eremo vitam agen tis dixit Eusebius Gallicanus. Scivit, Eusebius, quod non sufficeret eligentis gratia, si non invigilaret collaborantis industria: In hūc sensum capiente lusto Orgelitano in id Cant. 3. vers. 1. In lectulo meo per noctes Cantic. 3. quæ si vi quem diligit anima mea, quæ si vi vers. 1. eum, & non inveni: præfata Domini verba ad Adam. In sudore vultus tui vesce Just. Ori gei. pane tuo, in hunc modum. Ait Dominus ad Adam: In sudore vultus tui, &c. Non enim, qui vitio quodam, vespere inertia resolvuntur, ad illius panis, qui de cœlo descendit eum citò per veniunt; sed qui Sanctis laboribus in vigilauerint; ipsi eum reperient: ita ille; nec minusopportune Iobius Monachus lib. 7. de Verbo Incarnato, cap. 33. apud Biblioth. Photij, hunc in modum: Postquam doloris, ac laboris expertem vitam precipitij sibi causam fecit Adamus: contrarijs utique medicamentis sapientissimus Medicus morbum curat, latâ lege, ut in sudore revultus, non corporalis tantum cibus sumeretur, verum & is quo (sic corrigenda vitiata lectio) spiritualis amor spirituale ador nat mensam. Sic Iobius: Et quidem recte, ut cum allusione ad Pauli monitū 2. ad Thessal. 3. vers. 10. Si quis non vult operari, nec manducet: operatio, & labor accendentibus ad panem cœlestem necessariâ ratione præscribatur.*

Ergo Eucharistiæ cibo manū nostrarum industriæ, & labore operando omnino aptaveris, quod Regius Vates Psalm. 118. vers. 119. de salute animæ cum metu, & tremore operanda sic dicebat: *Anima mea in manibus meis semper: vbi observa Hilarius, Augustinū, Chrysostomum, Hieronymū, & alios plures pro in manibus meis, legere in manibus tuis, quin sensus discordet immo aucto censu opportunior sententia subsistat, ut videlicet, & Deus sit, qui operetur in nobis nostram salutem; & nos*

2. Thes. 3. vers. 10.

III.

Psal. 118. vers. 119  
Hilarius  
Aug. ust.  
Chrysost.  
Hieron.

ipſi

ipso eandē animē salutē simul cum ipso operemur. Nam in primis Deus, si rem benē astimas, non fecus animam nostram in manibus suis habet, vt eam indesinenter perficiat; ac primi hominis corpori è luto formando omni sapientia, arte, & consilio invigilabat: dicente hāc dñe Tertull. lib. de Resurrect. carn. cap. 6. *Recogit a totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, sapientia, consilio, providentia, & ipsa in primis affectione, quæ linea menta ducta, bat, imo vero multo accurratius ei perficiendæ studet.* Pulchre id observante

Bernard. Bernardo serm. 16. in Cant. ad illa Spōse verba. *Osculetur me osculo oris sui: hūc in modum. Os ori applicuit iterato spirans in faciem meam spiraculum vita, sed sanctioris, quam prīmo: nam prīmo quidē in animam viventem creavit me secundo in spiritum vivificantem confirmavit me.*

Ambros. Vnde sapienter Ambrosius in Lucam eam fabri appellationem; quam Christo Domino in opprobrium ludati tribuerant; in bonum tensum huic cogitationi consentaneum, ita inflectebat. *Fabrum dixeris, qui mentes rigidas expolit, cogitationes superbas recidit, humilia facta jubilat: Vbi vides Davidem opportunè dicentem: Anima mea in manibus tuis semper: Deinde vero cum tam ipso, quam nobis invigilandum fuerit, vt nostram salutem operemur: è vestigio occurrit: nus re, & verbis dicentes:*

Hilarius. *Anima mea in manibus meis semper: Sic ex pendente Hilario hæc verba ibi. Totum quod vivit, Deo vivit, omnis eius sensus, & spiritus in Deo est: nullum tempus admittitur, quo subrepere legis possit oblio- ria. In omnibus operibus, & cogitationibus Deus cogitatur: lex in memoria est: in Dei manibus semper anima viven- tis est: Sic Hilarius. Nec hinc discesisti, quin totam hanc cogitationem pulcherrimo Chrysostomii testimonio firmavero: ipse enim hom. 83. in Matthæum pendens nimiam Petri animo sitatem in Passionis nocte dicetis: Etsi omnes scandalizat fieri in te: ego nunquam scandalizabor, Matth. 26. vers. 33.*

Chrysost. *quam ipse post modum malo accepto lapicis correxit: cum Actuū 13. v. 12. restituta ab ipso claudio illi ad speciosam portam sedenti sanitatem omnibus que in eum oculos coniicientibus di-*

xit: *Quid nos miramini? quasi nos à virtute fecerimus hunc ambulare, hunc in modum ratiocinatur. Magnum profecto dogmabit discimus, quia videlicet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Et quia nihil lucrari poterimus à superiori patrocino, si voluntas nostra repugnat, quorum alterum Petrus: alterum Iudas confirmat. Hic enim etsi præsidium Christi largum habuerit, tamen quoniam noluit attendere, nec quæ ab ipso erant conferre, nullam inde utilitatem cōsecutus est: ille vero et si bene animatus fuerat, diu in otium subtrahito auxilio stare non potuit: Ex his enim ducibus virtus contextur. Quibus tantum non dicit: animam tum in manibus Dei: tum in manibus nostris esse oportere. Vnde pergit monens. Quas ob res, vehementer rogo, atque obsecro, ne velitis cuncta ita Deo attribuere, ut ostendandum dormiendumque vobis putetis: nec rursus si vigilatis laboribus vestris rem totam effici arbitremini. Nam ne de C sudes, atq; resupinos iacere nos Deus vult, ac idèo non nihil à nobis petit, nec arrogantiā corrupti, ac idèo totum nobis non commisit. Hæc omnia ex Chrysost. là vero hæc eadem sensa Eucharistico pani, omnino aptaveris, vt & ipse in manibus Dei sit, qui nobis illū operatur, & tribuit; & in manibus etiā nolitis, vt ipsum bonis operibus promereamur. In quam sententiam castigata Pharisæorū superstitione scitè traxit Beda in Cate- na S. Thomæ eorum verba de lavandis manibus ad comedendum panem: Marci 7. vers. 2. etenim cum dixisset: *Spiritu- alia enim verba carnaliter accipientes, quæ Prophetæ de cordis, & corporis castigatio- ne præcipiebant dicentes. Lavantini mun- di estote, & mundamini, qui fertis va- fa Domini. Isti de corpore solū lavan- do servabant. Superstitiosa est ergo ho- minum traditio, semel lotos ob mandu- candum panem crebrius lavare, & à fo- ro, nisi baptizatos non comedere: subij- cit ad rem. Sed necessarium est eos, qui panem de cælo descendente participare desiderant, crebro eleemosynis, lachry- mis, & alijs iustitiæ fructibus sua opera purgare. Necessarium est etiam vt in- quinamenta, quæ ex temporalibus ne- gotiorum curis, qui spiam contrarierit subsequenti bonarum cogitationum, &**

Marc. 7. vers. 2.

Beda.

actum permundet iustitia. Hæc Beda:  
quibus pulchre adstruit: crebris eleo  
molynis, lachrynis, & alijs iustitia fru-  
ctibus subigendum, operadum, & pro-  
merendū panem de cœlo descendētē.

IV.  
Hæc quidem ipsam loci, in quo  
Augustissima Eucharistia instituta est

Luce 22. mirè confirmat: Domino de illo signa-  
vers. 11. tate pro rei mysterio curante: dum Petro  
& Ioanni, Luce 22. vers. 11. ita præ-  
scripsit. Dicetis patri familiā domus: di-  
cit tibi Magister. Vbi est diuersorum? Vbi

Pascha cum discipulis meis manducem: &  
ipse ostenderet nobis cœnaculum magnum  
stratum: & ibi parate: Notetur verbum  
illud cœnaculum, quod ita significat locum  
ad cœnandum idoneum, ut simul  
denotet eam domus partem, ad quam  
Icalis, sive cochleis ascenditur, ut ob-  
seruauit Festus; unde proprie mediam  
domus partem appellabimus, ad quam  
& descendens & ascensus sit, hinc acu-  
tissime eliciente Gregorio Nazianze-  
no; voluisse nos Dominum admonere  
in Eucharistia, & Deū ad nos gratię sue  
donis, & manu auxiliatrice descendere;  
& nos ad ipsum accipiendū ascendere  
debere bonū operū Icalis, & manu vir-  
tutū operatrice: audi Gregor. orat. 44.

Festus.

Nazian. dicentē: Atque ipse Iesu cū sublimioribus  
rebus discipulos initiat: mysteriū illis in  
cœnaculo impertit: ut illud indicetur: par-  
tim Deū ad nos descendere oportere, quē ad-  
modū olim in Moysi contigisse scimus: par-  
tim nos ad eū subvehi, sic que inter Deum,  
& homines cōsortiū iniri. Hæc ille: & qui  
dē recte: nā homine pedē ē terrā nō ef-  
ferente, nec manū operi admovente,  
quo modo creatoris, & creaturæ: cœli  
& terræ consortiū possit iniri? Hoc sa-  
ne cōpunctus acumine S. Laur. Iustin.

Laure nt.  
Iustian. lib. de triūphali Christi agone, c. 1. ad sacrā  
mensam accedētes sic ex præfatis Do-  
mini verbis admonebat. Construe quo-  
que tibi mente spirituale cœnaculū: & Do-  
mini Iesu in eo sedens iugiter recole passio-  
nē super iniquitatibus tuis cōpungere, &  
cordis innocentia, quantū vales illibatam  
custodi, quatenus advenienti Christo possis  
opponere anniculū Agnū sine macula afa-  
rum igni, nec non panes azymos cū lacturis  
agrestibus. In his etenim occupatus sta-  
super custodiā tuam, & quū Redemptorem  
tuum adesse cognoveris, reuerenter, humil-  
limeque occurras illi, atque corā ipso pro-

videns, horteris, ut ingrediantur ad te, di-  
cens quod paratasint omnia. Addit: Sic  
quippe fideliter, & in sensu cordis exer-  
cens, obedies verbo, neconon, & Apostolos  
imitaberis, de quibus legitur sic. Et fece-  
runt discipuli, sicut cōstituit illis Iesus,  
& parauerunt Pascha. Hæc S. Laur. pie  
& opportunè. Quibus sic subscriptit S.  
Paschasius epist. ad Frudegardū. In cœ-  
naculo hoc Pascha agitur, quia nisi qui as-  
tenderint, ista non capiunt.

Pascha.

A Subest quidē hoc monitum, Hilario  
interprete, ijs Davidis verbis Psal. 127.  
vers. 2. Labores manū tuarū, quia man-  
ducabis: beatus es, & benetibierit: quibus

V.

Psal. 127.

vers. 2.

B omnino adstruit Vates egregijs virtutū  
fructibus promerendū, & manducan-  
dum panē Eucharistiæ, ut & in præsen-  
ti vita fructuosus, & glorioſus in futurā  
nobis sit. Sed inibi primū obserua Græ-  
cam vocem, carton, quæ respondet no-  
stræ manū: significare fructus: ac proin-  
de Hilariu, Arnobiū, Cassiodorum, &  
Psalteriu Romanū, & Ambrosianū le-  
gere, labores fructuū tuorum: atque hinc  
hanc dubitationem overe Hilarium.

Lect. Græ  
ca.

Hilarius

Cassiodor.

Arnobiū

C Non consequitur sensus humanus dicit hu-  
ius intelligentiam: ex laboribus enim fru-  
ctus est: non ex fructibus labor. Deinde la-  
bor ministerium corporis est: fructus vero  
merces laboris. Ministerium autem corpo-  
ris incorporale est, licet corpore fiat. Nihil  
vero edere, nisi quod corporale est possum: Sed dubitatioi facile occurrit ex sub-  
limiori de Eucharistiæ manducatione  
sensu; ut per fructus bonorum operum  
quibus vesci debemus, & Eucharistiæ  
fructum; & beatitudinis præmium pro-  
mereamur: sic enim pergit. Non enim  
hic manducatio corporalis est, quia neque  
id, quod manducandum est, corporale sit,  
sed habemus hic cibum spiritualem animā  
nostrā in vitam alentem: bona scilicet ope-  
ra, bonitatis misericordiæ, pietatiæ, pa-  
nitientiæ, tranquillitatibus; in quibus nobis cō-  
tra corporū nostrorū vitia laborandum est.

D Horū laborū fructus in eternitate est, sed  
labor hic eternorum fructuum ante come-  
dendus eoque in vita hæc corporali anima  
nostra alenda est. Per cibum bonorum la-  
borum obinentes panem vivum, panem  
cœlestem ab eo, quidixit: Ego sum pa-  
nis vivus de cœlo. Haecenus Hila-  
rius: En fructuosam panis cœlestis  
manducationem: prævio bonorum

laborum

laborum cibo: egregiarum scilicet virtutum exercitatione: quibus iij qui ad Eucharistiam accedunt; sese disponunt, & ornant, ut iuxta Pauli dictum. Cum vers. 12. silentio operantes panem suum māducent.

2. Thes 3. ver. 12.

Porrò ad hanc operam Eucharistico cibo indefinenter navandam, tūm ex primæva eius imagine, sive vmbra tum etiam ex ipsam Eucharistiæ institutione signatissimè non emur: quippe ijs, qui Agnum erant manducaturi, præcinctos atque expeditos, & baculos in manibus habere præscribebatur:

Exod. 12. Exodi 12.v.11. sic premonente Domi-  
vers. 11. no: Sic autē comedetis illū. Renes vestros accingetis, & calceamēta habebitis in pedibus tenētes baculos in manibus, & comedetis festinante: Quæ sanè omnia ad indefessam virtutū, & bonorum operū exercitationē in veri Agni Dei mandatione nos aduocāt: pulchre id adnotātē S. Paulino epis. 5. hūc in modū. Pa-

nus verus, ac vivus Christus est, quē nō potest māducere piger operarius: quia idē est Pascha nostrum quod expediti atque præcincti. & firmiter calcari, nec depositis à manu baculis (id est operibus quibus niti mur nunquam remissis) cum omni festinātiā edere præcipimur: quia tempus breue est, & expedit nobis, sine curā esse, sicut Apostolus suadet propter instantem necessitatem, ut inveniamur parati, & pulsanti Domino nō timeamus aperire, de conscientiā somni, aut negligētiæ digna metuētes.

Hec optimè Paulinus: Obserua illa: Operibus quibus nitimur nunquam dimisis: Ut mon eatur piger operarius, ad Eucharistiam fruita niti, qui bonis operibus innixus non accedit non se cus ac claudus, sive infirmus, qui baculo non innititer: Et vero vmbrae corpus, & imagini veritas omnino consentit: ipsomet Domino in Eucharistiæ institutione præclarissima ardētis animi ad omnem virtutem tendentis

exempla nobis dante: ita id referente Ioanne cap. 13. ver. 4. Surgit à cœnā, & ponit vestimenta sua, & cum accepis sit linteum præcinxit se: Deinde mittit aquam in peluum, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergerelinteo, quo erat præcinctus: Vbi vides Dominum præcinctum, & quasi incitato, ardētique animo cuncta virtutum opera stre-

nuē exercentem: sic inibi in Catenā Graeca obseruante Ammonio hunc in Ammon.

modum: Considera; quomodo non lavando solum, sed etiam aliter humilitatem ostendit: Surgit a cœna, & linteo te

præcinxit. Neque his contentus, ipse peluim impletivit; & nemine altero iusso ipse

mer omnia fecit, exemplo docens, non remisse, ac frigidè eius modi opera: sed quam

diligentissimè facienda esse. Hæc Ammonius de Domino: Dixerim. Vade

& tu fac similiter; nec aliter ad Christicœnam accesieris, nisi incitato ar-

dētique animo egregia virtutum opera exsecutus: Vel cā quidem ratione, ut Domino in Eucharistiæ rup-

tiali veste induito, & Sponsalia tecum

luauissima celebrare cupienti opportune occurras; ut à Paschafio in id

Psalmi 44. Speciosus forma admoneris, ita enim ille. Illum fellamini decorem,

quo Sponsus vester Speciosus prædicatur. Tunc itaque benē servantur fædera

nuptiarum si ex veraque parte impendiatur amor castæ dilectionis, & pudor per-

vera castitatis, si respondeat in vicem

palebritudiniforma, & decori: si in vigiliet morum probitas, & diligentia castæ obseruationis. Sic Paschafius.

Paschaf.

Huc mirefacit peculiaris explicatio præfati loci, in quo sumus: Ope-

ramini non cibum, qui perit, sed qui per-

manet in vitam aeternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater

signavit Deus: Dum Rupertus vim fa-

cienſ in phrasis signandi obseruat, hunc

panem signatè ab alijs cibis discrimi-

nari, quod non nisi operantibus opus

Dei, hoc est virtutes, & opera bona con-

veniat, & à Deo detur: Audi illum.

Hunc enim cibum signavit Deus: hoc est à communibus cibis distinxit, ut cum

alios communes bonis, ac malis fecerit, solū hunc panem; hunc cibum, nunquam dare voluit, nisi dignis: id est operantibus

opus Dei, ita signavit. Ita clausis cæli

portis munivit, ut non cum cibis communi-

nibus patiatur à porcis, & canibus inven-

niri: Hæc Rupertus: vbi opportunè il-

VII.

Ioa nn. 6.

vers. 27.

Rupertus

lud: Clausis cæli portis munivit, ut pro-

cul, procul ab eo prophanus, & piger

operarius sit, quin impunè irrumpere

in sacrarium possit. Ita quidem Nicolaus Cabalilas lib. 4. de vita in Chri-

stostom. 14. Bibliothecar. Veter. PP.

Nicolaus

Cabalilas

2. Thes. 3.  
vers. 10.

præfata Genesis verba intudore vultus  
tui vesceris pane tuo; cum his Domini  
coniangens, opportunitate inquit. Sole au-  
tem exorto, radijsque per Sacramenta ubi-  
que diffusis nullam operum, laborumque  
humanorum dilationem perpeti par est; sed  
comedi panem hunc intudore vultus (no-  
strum, quia promobis factū: præterea quia  
solis ratione vienibus destinatus est,) &  
quod ait Dominus: operari cibum, qui  
permanet, quod est iubentis; ne otiosi, ne-  
que inefficaces ad hanc mensam veniamus.  
Si enim otiosos Pauli lex etiam mensā in-  
tereunte excludit: (Si quis laborare nō  
vult (inquit 2. ad Thessaloniken. 3.) nec  
manducet: quibus operibus ad hanc men-  
sam vocati egebunt? Sic ille.

VIII.  
Mat. 22.  
vers. 11.

In quam quidensentiam, quid  
hominī veste nuptiali non induito di-  
vers. 11. Etum fuerit audi: Amice, quomodo hūc  
intrasti nō habens vestem nuptialem?  
Matthæi 22. vers. 11. Nimirum præ-  
ter ea, quā in superioribus circa hæc  
verba plena manu adnotavimus: mo-  
do quid vestis hæc nuptialis significet  
explicare oportet ex PP. quippe Hiero-  
nymus, Chrysostomus, & Bernardus  
per vestem opera bona, & virtutum  
actiones intelligunt: Sic enim Hiero-  
nymus ibi: Vests autem nuptialis præ-  
cepta sunt Domini, & opera, quæ com-  
plentur ex lege, & Euangelio; no[n] que  
hominis efficiunt vestimentum. Simili-  
ter Bernardus serm. 2. in capite ieiunij,  
inquiens. Vests nostræ virtutes sunt.  
Bona vestis charitas, bona vestis obedien-  
tia est. Beatus, qui custodit vestimenta  
hæc, vt non ambulet nudus: Ad quem  
modum Gregorius dum manus, & pe-  
des in felicis huius quas ligatas in pœ-  
nam considerat, sic sapienter explicat  
homil. 38 in Euangel. Certe tunc ligat  
pœna, quos modo à bonis operibus ligavit  
culpa. Pedes enim, qui visitare agrum  
negligunt manus, quæ nihil indigentibus  
tribuunt, à bono opere iam ex voluntate  
ligatæ sunt. Iam vero Chrysostomus E

Hieron.

Bernard.

Gregor.

Chrysost.

Auctor  
oper. imp.

ta ergo veteris hominis sunt pannoſa, &  
ſordida opera carnis corruptibilia, & im-  
mundia: vſtimenta autem novi hominis  
sunt fortia, & decora opera ſpiritus incor-  
ruptibilia, & sancta: Ergo concludit Eu-  
thy mius: Inſte illum ejicit, qui ornatus  
non erat, qui videlicet animam suam in  
manibus suis non habebat, vt bonis eā  
operibus ex coleret, & ornata redderet

Vnde quidem rursum pigrum  
hunc operarium coelesti pani confi-  
ciendo manum non admovetem; nec  
Sponio occurrentem indutum veste  
nuptiali, sic indidem castigat Chryso-  
mus. Non cogitas quomodo in hos thala-  
mos invitatam animam ingredi oporteat  
in vſitu deaurato varietate circumda-  
tam: Varletate ſcilicet virtutum, atque  
bonorum operum: Hinc opportunè  
inferebat Auctor oper. imperfect. cita-  
toloco: Homo itaque aut secundum lo-  
cum eligat vſtem; aut secundum vſtem  
eligat locum: id est aut secundum opera eli-  
git professionem, aut secundum profes-  
ſionem faciat opera: Sic ille: Eaque vim ha-  
bet ea interrogatio: quomodo hūc intra-  
ſit? Notanter hūc in Sancta Sanctorum:

IX.

Chrysost.

Auctor  
oper. imp.Exod. 3.  
vers. 5.

Chrysost.

C in locum ſanctificationis: in ipsammet  
Domini mensam: Nam si Moysi ardē-  
tem rubrum vſluro dictum fuit. Ne ap-  
propies hūc: ſolue calceamentum de pedi-  
bus tuis: locus enim in quostas, terraſan-  
cta eſt: Exod. 3. v. 5. quā rogo puritatem  
quēque virtutum ornatum afferre de-  
beat, qui ipſummet Dominum rubo in  
ſidentem manducaturas eſt? Sapienter  
quidem hæc de re Chrysostomus ho-  
mil. in id ad Hebræos 10. vers. 26. Vo-  
luntariè peccantibus: ſic monet: Non  
eſt contentus ſi a peccatis liberſis; niſi e-  
tiam pulcher, & decorus ſanctitate acce-  
das: Vnde statim premens monitum  
illud: Sancta Sanctis, quod ante com-  
munionem præmitti tunc ſolitum erat  
pergit: cum ait Sancta Sanctis: Hoc eſt  
ſi quis Sanctus non eſt, non accedat. No[n]  
omnis, ait, liber a peccatis, ſed Sanctus. San-  
ctum enim non peccatorum modo liberatio  
a peccatis facit, ſed ſpiritus etiā praesentia,  
bonoruque operum abundatia. Addit. No  
lo enim vos a cœno liberari, ſed etiā albas  
eſſe, ac pulchos. Si enim Rex Babylonis cū  
adolescentes ex captiuitate deligeret, hone-  
ſta facie elegatiq; formæ ſibi delegit, &c.  
Hæc Chrysost. Pulchru quidem monitū,

quod

quod tamē ita condiendum, ac molliendum est; vt in ijs, qui frequētius ad Eucharistiam accedunt, exquisita hæc puritas, & bonorum operum abundātia, tanquam melius bonum desideratur: quin tamen is, cui tanta virtutū copia non subest; à cœno tamen peccato rum mundus, cum cordis contritione, & metu, ac tremore accedit, cœlesti pane fraudari debeat.

X.  
Verum enim verò pigro, & delicato operario, qui non studet diligentē operam navare, nec manū adhibere huic pani conficiendo; non desinam eum timoris scrupulum iniçere; quē Ruper-  
pus ijs, qui Dei opera curiosius rimatēt ambigunt; cur ipse suis manibus nostrā formationem aggressus non è solidiori materia, sed è fragili luto nos finxerit? Sapienter iniçit cum allusione ad

id Ierem. 18. ver. 3. vbi cum figulus in ducitur faciens opus super rotam dicitur. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt ficeret: hunc in modum lib. 2. de Trinit. cap. 20. Et nos cum legimus, quia formavit Deus hominem de limo terræ, non discutiendum nobis est; cur ita fecerit, sed potius illud timendum unicuique nostrū de Jē ipso; ne vas, quod fecit ipse dissipetur in manib⁹ eius: & hoc abiecito faciat aliud vas, sicut placuerat in oculis eius. Hac Rupertus. Quod idèò dixerim: vt inde pungamur ad manū operi admovendam, vt anima nostra, sive cibis vita noster, tum in manibus Dei, tū etiam in manibus nostris sit: ne nobis non simul operantibus salutem nostrā, vas quod facit ipse dissipetur.

Ierem. 18  
vers. 3.

Rupertus

## DISSERTATIO IV.

### DE MVTVA CVM PROXIMO charitate, quæ ante Eucharistiam acci- piendam, necessaria est.

*EVCHARISTIAM SACRAMENTVM PACIS,  
& unitatis, à lacte Mariæ signatè esse.*

#### ADNOTATIO I.

I.  
Lanfrancus.

**R**ECTISSIMĒ Lanfrancus aureo lib. de Eucharistiā contra Berengarium Ecclesiam Catholicam Eucharistiā misterium credentem, profitentē, & explicantem, sic inducit: Sic panem

C in carnem, & vinum credit conuerti in sanguinem, vt ramen salubriter credat, & reverente recognoscat Sacramentum esse Dominicæ Passionis Divinæ propitiationis, concordia, & unitatis & postremo assumptæ de Virgine carnis & sanguinis singula suis distinctisque modis. Hac ille: Vbi opportunitate necit in Sacramento Eucha-

ristiæ concordiam, & unitatem fideliū cum assumpta à Mariâ Virgine carne Christi; sanè quasi ipsa, amantisima filiorum suorum. Mater, & nutrix mutua ipsorum pacem, atque concordia exoptans; huic signatè intenta lac filio suo in Eucharistia fidelibus exhibendum dederit; vt tanquam eodem lacte nutriti, & collatanei mutuo ad invicem amore afficerentur. In quem planè sensum omnino inflexeris; quæ à PP. de Deipara panem hunc coelestem pinnante, fermentante, coquente dicuntur: nam primū Chrysologus serm. 99. parabolam fermenti, quod accep- tum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totū. Mat

*Mat. 13. vers. 33. ad Mariam sic refert: Quæ Maria huius fermenti implet typum similitudinem prefert, consignat figuram, dum de supernis suscipit fermentum Verbi, & humanam carnem in alvo Virginis, tñ in alvo Virginis cælestem totam conspergit in massam: ita ille, & eodem*

*Damasc. ductu loan. Damascen. in Menæis Græ Epiphani. cisdie 1. Ianuarij Ode 1. inquiēs. Quod Dominus carnis fermentum assumpit; hanc ille salutarem massam ex sanguine tuo virginale confecit: Deinde vero Epiphanius serm. de Deipara, ipsam & clibanum, intellectualē appellavit, & subinde esse clibanum dixit, ignem, & panem*

*Bernard. vitæ habentem. Dissertissimè vero Bernardus serm. 2. de Nativitate Domini, inquiens. Felix mulier benedicta in mulieribus in cuius castis visceribus superveniente igne Sancti Spiritus coctus est panis*

*S. Petrus iste: itidemque S. Petr. Damian. serm. in Damasc. Nauitat. B. Virg. Impar ergo est (ait) humanae linguae præconiū, quæ de intemera- tæ carnis sue visceribus cibis nobis protulit animarū: illū videlicet, qui desmet ipsos perhibet dices: ego sū panis vivus, qui de cœlo descendit. Si quis ex hoc pane manducaverit, vivet in æternū: ita Petrus. Damian. Etenim dum Dei Filiū à Mariā panē vitæ igne charitatis coctū consideras; eodē ductu fideles omnes tam ipsi Christo, quā sibi met inter se invicem vnitos, atque vnanimiter, & insepara- biliter ab Eucharistia cōiunctos existi- mare debes: manifestè id firmando Pau- lo 1. ad Corint. 10. vers. 17. ubi cū præ- vers. 7. misisset: Calix benedictionis, cui benedici- mus; nonne cōmunicatio sanguinis Christi*

*est: & panis, quæ frangimus no[n]ne partici- patio corporis Domini est? Subdit inme- diate. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes quide uno pane parti- cipamus: quæ verba sic translulit lectio Syriaca. Quemadmodū igitur unus est pa- nis ille, ita & nos unum sumus corpus: si- quidem nos omnes ex uno ille pane accipi- mus. Quibus verbis is subeft sensus; to- tā generis humani massam à Christi cor- pore in Eucharistia se cōmunicante in unū corpus veluti in unū panem fusile coagmentata: dū Maria Christū panē vitæ tam in cibam nostrum, quam in unione nostri fermentavit, vt Christo carni suam nobis ministrante to- tus subinde panis, sive corpus ab ipso in unum coagmentaretur: vt omnes poe- ne PP. ad ea Pauli verba adnotarunt:*

*Do pro cunctis Chrysostomū ibi, sic lo- quentē. Quid enim est panis? Corpus Chri- sti: quid autem sunt, qui sumunt? Corpus Christi: non multa corpora sed unum cor- pus. Quomodo enim panis ex multis gra- nis compositus, est unitus, vt nusquam ap- pareant grana, sed sint quidem ipsa, non ma- nifesta autem sit eorum differentia propter coniunctionem; ita etiam internos, dum Christo coniungimur. Hac Chrysosto- mus. Quibus addideris ea, quæ de reg- no cœlorum fermento comparato ha- bet Isidorus Pelusiota lib. 10. epist. 201*

*Iсидор. Pe- lusiот.*

*inquit. Unius corporis ex nostrā substan- tiā, atque à Dei genitrice Maria sumpti coagmentationi, quæ omnes homines, qui ab orbe condito extiterunt, ad novum ortū renovavit. Sic ille.*

*Vnde quidem videris Mariæ, quæ Mater Dei est; munus fusile, & carnem Verbo Dei vt homo fieret, ministrare, & corporis ipsius coagmentationi per fidelium omnium unitatem, & animo- rum coniunctionem inservire: Spiritu Sancto utrius ministerio signatè coo- perante: nam præter ea quibus insupe- rioribus abunde ad struximus Mariā ve- ram, germanamque cunctorum fideliū Matrem esse, sic ea dere opportunè dis- feruit Augustinus lib. de Sancta Virginite, cap. 6. tom. 6. Ac per hoc una illa fœmina, non solum spiritu, verum etiam corpore, & Mater est, & Virgo. Et Mater quidem spiritu, non capitum nostri, quod est ipse Salvator, ex quo illa magis spiritua- liter nata est, quia omnes, qui in eum credi-*

*derunt,*

II.

August

Lect. Sy- riaca.

Chrysost.

derunt, in quibus, & ipsæ est, rectè filij Spō si appellantur. Sed plane Mater membrorum eius, quod nos sumus, quia cooperata est charitate, ut fideles in Ecclesiā nascetur, qui illius capitum membras sunt, corpore vero Mater ipsius Capitis. Hæc Augustin. Seddum Mariam Matrem membrorum Christi vides, nosle oportet, ex Paulo, quæ & qualia, sive cuius conditionis hæc membra sint: ipso 1. Corint.

1. Cor. 12  
vers. 27.

12. verl. 27. monente: *Vos etsis corpus Christi, & membra de membro:* Nota verbum, *membra de membro:* quæ non minus elegans, atque emphatica, ac diffinis locutio est: nam de ea interpretibus ambigentibus, & varios ei reddētibus explicatus; ille omnino opportunus, è Græco fonte peritus fuerit, qui perinde ea verba accipit, ac *membra commēbra*, hoc est membra, quæ sibi invicem compartes, hoc est mēbra non singula, sive seorsim lumpa, sed cū connexione, & respectu ad alia membra, quē sensum commode explicaveris, tū ex verbis Senecæ illi concinētibus lib. 4. de beneficijs, cap. 18. *Fac nos singulos, quid sumus: præda animalium, & victimæ, & viuisimus, & facillissimus sanguis tum ex*

Seneca.  
Plutarc.

*Piatarcho lib. de occulte viuendo: sapienter affirmante: Est autem quisque nostrū obscurus, & ignotus, dum in vniuersi mole seorsim exiguius fertur: cum autem inter se coeunt homines adepti iam magnitudine effulgent, clarique ex obscuris sunt, & conspicui ex abditis: facti scilicet membra cōmembra inter se invicem coeuntia, & sese mutuo adiuvantia: Sub quo sen- su Augustin. lib. 6. qq. in Iosue acutè dixit. *Ostenditur, quā connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, ut non in seipsis singuli, sed tanquam partes in toto existentur: Verum quid Paulus eo in loco premiterit v. 13. observa: In uno Spiritu omnes nos in unū baptizatis sumus: ut videlicet divino spiritu hæc totius corporis cōcordia, & coagmentationē omnibus inter se concinētibus; sive sese cōstringentibus membris at signet, tantū nondicens: ne putetis singulos vos, singulos esse, id est membra, quorū quodlibet integrum sit, & completū, quod se solo subiicit, sed membra ex parte, sive partialia; quæ dum Divino spiritu animantur, vnum corpus efficiant, artissimā coniunctione alia alijs vni-**

August.

Quæ tanè omnia ad nostrum institutum S. Fulgentius lib. 2. ad Monin. um, cap. 10. on. nino refert: ubi cum in precedentibus capitibus differuerit; cur ad Sacro laetæ Eucharistiæ celebrationem, & communionem signate Spiritus Sanctus mittendus petatur? inibi adstruit in ea precatione Ecclesia Spiritum Sanctum pro Dei charitate lumi, quæ nunquam opportunius petitur, quam cum illud sacramentum celebratur, quod mystici corporis Christi adunationem infert: ut sicut per Spiritum Sanctum, id est per Dei charitatem corpus Christi prīmō conceptum est ex Sanctissimā Deiparā, ita corpus eius mysticum à Divina Eucharistiæ coagmentetur, & fiat vnum in charitate. Sed Fulgentium audire fecit opera pretium: Sic ergo ait. *Dum itaque Ecclesia Spiritum Sanctum sibi cœlitus postulat mitti, donum sibi charitatis, & unitatis, postulat à Deo conferri Quando autem congruentius, quam ad*

C *consecrandum sacrificium corporis Christi, Sancta Ecclesia, quæ corpus est Christi, Spiritus Sanctus depositat ad ventum: Quæ ipsum caput suum secundum carnem de Spiritu Sancto noverit natum. Sic enim Angelico Maria informature eloquio Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c. Hoc ergo factum est charitate diuinâ, ut ex ipso Spiritu corpus illius capitum esset renatum, de quo ipsum caput est natum. Et post plura in eandem sententiam subiicit: Ip-*

D *sa ergo gratia spiritualis per unitatem pacis, & charitatem, corpus Christi per dies singulos edificare non definit, quæ in rite ro Maria Virginis donum Sapientiae, quid est caput huius corporis fabricavit. Hæc omnia, & multo plura Fulgentius in eo capite. Sequenti vero eadē doctrinam firmās, & addēs sans inquit. Et propterea petimus, ut scilicet ea gratia, quæ factum est ut Ecclesia Christi corpus fieret, eadē gratia fiat, ut omnia mēbra charitatis manēte cōpage, in unitate corporis perseverent.*

E *Iam hæc manifestissimo Scripturæ testimonio; quod indidem etiam Fulgentius adducit, firmata videris: dum Actuum 2. vers. 42. vna ex parte inquit Lucas de Christi discipulis. Erant autem perseverantes in doctrinâ Apostolorum, & communicatione fractionis panis: vbi*

Fulgent.

III.  
Act. 2.  
vers. 42.

- Lect. Syriaca.* enucleatiū lectio Syriaca: *Et in fractio*  
*Fucharistie, ex alia vero indidem, cī*
- Actuū 4. vers. 32. vt ostenderet hanc gratiam*  
*spiritualem, quā per vnitatem pacis, &*  
*charitatem, corpus Christi ædificare*  
*per dies singulos non desinit: ait. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima*  
*vna, sive ut legit Cyprianus lib. 3. testi-*
- Cyprian. moniorum ad Quirinum: Turba autem*  
*eorum, qui crediderunt, anima, ac mente*  
*vna agebant; nec fuit inter illos discrimen*  
*vllum: vbi vides panis imaginē in hunc*  
*sensum à Paulo adductam, & à Chrysostomo elucidatam: ut quomodo panis ex*  
*multis granis compositus, est unitus, ut*  
*nusquam appareant grana, sed sint quidem*  
*ipsa, non manifesta autem sit eorum differē*  
*tia propter coniunctionē; ita fideles multi*  
*quidem numero, uno tamen animo,*  
*vno corde, & vna mente omnes predi*  
*ti essent, tanquam multa grana in uno*  
*pane coniuncta quin singulorum differ*  
*entia manifesta esset: Quō omnino fa*  
*cit: quod idem met Apostolus de recē*  
*ter baptizatis, quibus Eucharistia sta*  

*Galat. 3. tim dabantur (ut alibi traxi) sic inquit*  
*vers. 27. ad Galatas 3. vers. 27. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis: non*  
*est Iudas, nec Gracus: non est servus, nec*  
*liber: non est masculus, nec femina, omnes*  
*enim vos unum estis in Christo: quā verba*  
*sensum communem habent, tam cum*  
*illis Lucae, nec fuit inter illos differen*  
*vllum, quam cum granis panis, in qui*  
*bis propter vnitatem, & coniunctionē*  
*manifesta eorū distinctio non est: ut sa*  
*pienter hæc verba, sic explicat Hieron*  
*ymo in commentario: Cum quis semel*  
*Christum indutus fuerit, & missus in flā*  
*mam Spiritus Sancti ardore cäduerit, non*  
*intelligitur aurum sit, an argentum: quā*  
*dū calor massam sic possidet, unus igneus*  
*color est, & omnis diversitas generis, con*  
*ditionis, & corporum auferitur istius mo*  
*dis vestimento. Hæc Hieronymus: Sed*  
*hunc locum penitulatius explicavimus*  
*tom. i. in epist. ad Philipp. cap. i.*  
*vers. 27. adnot. i. num. 5. vide ibi.*

*IV.* Iis vero, quā ibi habentur, duplicata addimus modo obleruationem, tum Hilarij, tum Gilleberti obseruantium, multitudinis credentium adeo vnam animam, vnum cor esse, ut etiā vna omnino ipsis lingua insit; quod ut dicebat Paulus vnum in Christo om-

*A* nes sint: Etēnī Cant. 5. ver. i. invitāte omnes fideles Sponso ad Eucharistiā (vt PP. & interpretum expositio fert) illis verbis. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi:* hæc ipsorum in singulari responcio fuit: *Ego dormio, & cor meum vigilat: At ò boni; cur non vnuus, sed multi, invitati, & tanquam plu* res allocuti: non multi, sed vnuus omni- no in singulari personā respōdetis: *ego;* & *cor meum:* Sanè quod ijs, qui conve- nerant ad fractionem panis, & ad Eu- charistiæ convivium cor vnum, & ani- ma vna erat; nec multi iam, sed *vnum in Christo* cœlebantur: ita hæc verba pensante Gilleberto serm. 42. in Can- tica, vbi cum dubitasset. *Post hesternum capitulum; quā rationis consequentiā talis responsonis sermo infertur?* Tunc erat generalis in uitatio, hæc est responso, qua- si singularis: *ibiplures invitatur, hic vnuus respondet: ibidicitur inebriamini charis- simi: Hic, quā charissima est, quā Sponsa* *Gilleber.* *est dormire se refert: ego dormio: sic du* bitationi respōdet. *Quid mirum: si ad co* munem in uitationem responsum detur si in- gulare. Multi charissimi, sed omnium est cor vnum, & anima vna: ita Gillebertus, vt dixerit, vni cordi, vniique animæ sin- gulis non pluralis responso esse debet: Præivit vero in hæc obleruatione Gil- leberto magnus Hilarius in Psal. 127. codem ductu obseruans ei Psalmo hoc *Psal. 127* initium in plurali dedisse Vatem: *Bea* ver. 1. *ti omnes, qui timent Dominum, qui ambū* 2. *lant in vijs eius: statim vero verso ad sin* gularē terminationem, sive personā stylo subiecisse: *Labores manuum tuarū* quia manducabis: *beatus es, & benē tibi* erit: Quare? Quia videlicet extremis hisce verbis de cœlesti Eucharistiæ mēsa (vt interpretatur Hilarius) à quā omnes in Christo vnuū sumus, loquebatur Va- tes, vt doceret; omnes quidem, qui timent Dominum, & in vijs eius ambulant, ad id signate tendere, vt corporis, & sanguinis Domini participes sint: cū autem cœlestem hunc cibum mandu- caverint, iam vnuum in Christo factos esse; ac proinde iure sermonem ad plu- res antea factum, ad singularem subin- de numerum fuisse redactum: Audi Hi- *Hilartus* latum: *Sermo ad plures ceptus, ad vnum* refertur docens nos, omnes, qui in Christo crediderimus, vnum esse Apostolo ita cō-

*firmante. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu: ad Galatas 3. vers. 27. Hæc Hilarius.*

V. His coniunctus grauissima illa Christi de Iudæa proditore querimonia, Psal. 54. vers. 13. *Tu vero homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: & Psal. 40. vers. 9. Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplationem: quæ cum ab interpretibus de Eucharistiâ in ultimâ cœnâ Iudæ datâ omnino accipiuntur: notanter illud in quo sperauit. dictum observa, quod signate ad Eucharistiam respicit: ut explicat Agelius inquietus: Quem non modo mensæ, sed etiam supremi illius, & sacratissimi convivij participem fecisset, cui corporis, & sanguinis sui mysteria tradidisset: ut videlicet ab eo, qui Eucharistiâ acceperat, nihil omnino timendum foret, sed potius efficax auxilium sperandum. Quare expressit Dominus cum ait homo unanimis, quia videlicet ab Eucharistiâ vnum fuisset cum Domino factus, vnum cor, & vnam animam gerens: Vnde Christum lædens, se ipsum necessariâ ratione læderet: scite id observante Ambrosio lib. 3. officior. cap. 16. vbi cum præmisisset. Qui est unanimis: ipse amicus est, quod vnitatis animorum in amicis sit: inde itatim infert notanter post Eucharistiæ sumptionem hæc unanimis voce Iudæa fuisse à Domino increpatum: ut vel hæc ratione ipsum à proditione absterret; quæ quod vnam cum Christo esset, super ipsius caput recideret: vel de ipsa tanquam de proditoris damno doleret. Vnde sit tandem inquit Ambrosius. Itaque ad acerbandom peccati invidiam: non dixit. Tu servus meus. Apostolus meus, sed unanimis meus: Hoc est non meus, sed tuus proditoris, qui unanimem predidisti. Ita Ambrosius. Pulchritè tuus proditoris, qui Eucharistiâ conciliante unanimis, & vnu mecum eras.*

VI. Huc pertinet, quod sapientius inculcavimus ex Tertull. lib. de pudicitia, c. 7. ovem illam perditam, quæ in montibus, & solitudinibus errabat, Matthæi 18. vers. 12. signate à bono pastore in Mat. 18. Eucharistia inventam, & à via devia rever. 12. vocatam fuisse, ut vel ipsæ sacræ calicibus insculpta imagines demonstrat;

in quibus Dominus cum ove in humeros sublatâ depingi solet: sic enim dicebat Tertullianus: *Aparabolis licebit in-*

*Tertull.*

*cipias: ubi est ovis perdita à Domino requista, & humeris eius reiecta? Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecu-*

*dis illius Sed ubi, & quâ ratione ovis illa erraverit, & à cœna Dominicæ recessit: nosse oportet. Sanè quæ in solitu-*

*dine errabat, à gregis communione, & ab aliarum unitate, seu societate discedens, nec membrum commenstrum, seu partiale, alijsque coniunctum, sed potius sibi soli complacens, & per se*

*subsistens fuisse videtur: id enim fuerit illa in solitudine errare, ac proinde perire; & inventam ceteris adiungi, & earum communione frui: sic id expli-*

*Paschas.*

*cante Paschæ lib. 8. in Matthæu, huc in modum. Etsi quidam eximus Doctor hunc numerum reliquarum oviuum, de his dictum accipiat oviibus, quas reliquit inde*

*serto, non de Angelis quidem, sed de superbientibus quibuslibet hominibus, quos superbos significat, tanquam solitudinem ge-*

*rentes in animo. dum solos se vident voluit quibus ad perfectionem vnitatis deesse probatur: cum enim quisquis à verâ unitate di-*

*vellitur suæ potestatis esse cupiens, per superbianum utique divellitur. Hæc Paschæ-*

*Bernard.*

*sus, sine ex suo, siue ex eximis Docto-*

*ris sensu: probata omnino Bernardo in eundem sensum inflecenti illud Psal.*

*106. vers. 4. Erraverunt in solitudine, his verbis: Solitudo hæc superbiorum est, quia solos se esse reputant; solos appetunt repu-*

*tari: litteratus est; odit socium: astutus in negotijs sæcularibus; neminem vellet similem inveniri. Pecuniosus est, si ditescere vi-*

*derit alterum cruciatum. Fortis est, aut for-*

*mosus da et parem: & contabescit: solita-*

*rius est, sed erroneus: errat in solitudine*

*sua; non enim solus habitare poterit super-*

*terram: Hæc tenus Bernardus: Ecce tibi ovem perditam, & in montibus, & so-*

*litudine errantem. Vbi non possum non obserbare pro imaginis huius proprie-*

*tate: non induci à Domino ad significâ-*

*dum hominem ab aliorum unitate, &*

*communione disiunctum: feram ali-*

*quam præferocem, quæ alijs noceat;*

*& interitum afferat; sed ovem mansue-*

*tam, quæ vt alias nimirum lædat, ei sta-*

*men non prodest; nec membrum con-*

*iunctum*

Rom. 12.  
vers. 5.

Paulinus

Seneca.

VII.

Dionys.  
Areop.

Iunctum cum alijs, sed disiunctum, & segregatum est: quod quidem à cōcordia, & vnanimitate Christiana longe itat. quæ flere cum flentibus, gaudere cum gaudientibus, vt singuli, alter alterius membra sint; ad Roman. 12. vers. 5. & 15. omnino præscribit: vnde Paulinus epist. 32. sic diuersissimè monet. Causa, ipsum tentum modo ames si te amas: quia iniquitatis est ita dilectio, & qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Plenitudo autem legis est dilectio proximi, quod omnis homo homini est germanitate naturæ: parem ergo tui curam, & pauperis gere: & vero si verè estimas: ovis hæc stulte à grege segregata non solum cum Christiana charitate, sed etiam cum humilitate, scù germana hominis natura pugnat: pulchre hac de re sic disserente Seueca epist. 95. Quæ damus precepta: vt parcatur sanguini humano? Quantulum est ei non nocere, cui debeas prodefere? magnas cilicet laus est, si homo mansuetus homini sit. Precipiems, vt naufragio manum porrigit, erranti viam monstrat, cum esuriente panem suū dividat, & statim. Quomodo omnia, quæ præstanta sunt, ac vitanda dicam? cum possim breuiter hanc formulam humani officij tradere. Omne hoc quod vides, quo diuina, ac humana conclusasunt, membras sumus corporis magni; natu ratos cognatos edidit, cum ex eisdem in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit, illa æquum iustumque composuit: ex illius constitutione miseriarius est nocere, quam laedit, & illius imperio paratæ sunt ad iuvandum manus. Hæc Seneca. Quæ pulchra, & opportuna imagine ibi, sic illustrat. Societas nostra lapidum fornicatio nisi simillima est, quæ casura, nisi invicem obstante, hoc ipso sustinentur. Sed ad rem.

En ergo vim, atque efficacitatem Augustissimæ Eucharistiæ, quæ errantem ovē in solitudine invenit, & pereū temelucratur, dum illam ad ceteroru communione adducit, & inhabitare facit unius moris in domo, Pslal. 67. vers. 5. hanc cogitationem opportunè firmando S. Dionysio Areopagita lib. de Ecclesiasticâ hierarchia, cap. 3. vbi sic pri mum de Eucharistiâ ait. Reuocat unitatem ad communionem, ad unum, hoc est ad Deum, essentiâ unum, hypostasi trinu: ob serva illud, unitatem ad communionem:

A ut ovis illa, vna, & segregata, & in solitudine errans ad aliarum communione revocetur: Quæ sic statim explicat, atque diffundit. Divinissimi unius, eiusdemque panis, & poculi pacifica communicatio di vinum illud, ceu convictori bus vita & morumque coniuncti nem sancit: & divinissimi illius coniuicij, ceu exemplaris horum mysteriorum memoriam sacram affert: ita Dionysius: vt dixerit; fideles dum cœlestis huius mensæ vivæ, scù convictores sunt, ab eodē pane, eundem vitæ spiritum, eandem morū coniunctionem trahere, vt tanquam membra coniuncta paratas habeat ad iuvandum manus; & alter alterius membra invicem sint, & panem suum cum eluriente dividat; & omnem omnino indigenti opem ferat: Sed pende etiam illa verba Dionysij, exemplaris horum mysteriorum memoriam sacram affert, hoc est Domini, se ipsum in morte pro nobis tradentis, & carnem, ac sanguinem suum nobis liberaliter dantis: de quo sapienter Nazianzenus oratio. 16. Nazian ita loquitur: Pulchra res fraternus amor, eiusque rei IESVM testem habemus, qui non modo frater noster vocari, sed etiam jalutis nostræ causâ supplicio affici sustinuit. Pulchra res benevolentia erga homines, ac testis est idem IESVS, qui non solum hominem propter opera bona creauit, atque imaginem, quæ ad optima quæque dux esset, ac superna bona conciliaret, carni copula vitæ, sed nostræ etiam causa homofactus est. Hæc Nazianzen. Vade ergo, & exemplar hoc exprime: vt homo homini fias, & humani à te nihil alienum putas: monete Ambrosio lib. 3. officiorum, cap. 7. Ferre non excludunt feras, & homo excludit hominem, illæ etiam conformem sui generis adiuvant, homo impugnat, qui nihil à se alienum debet credere, quidquid humanum est: & eodem lib. cap. 3. Hæc vti que lex naturæ est, quæ nos ad omnem strigat humanitatem, vt alter alteri, tanquam unius partes corporis invicem def eramus, nec detrahendum quidquam putemus, cum contra naturam sit, non iuvare. Pergit multis. (?)

B

C

D

E

Ambros.

¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶

A MARIÆ LACTE EVCHARISTIAM pro bono pacis, & concordiae fuisse institutam, & ut Christum in ipsa fideliū esse nexus, ita Mariæ iniurium esse, qui pacem cunī fratre non habet.

ADNOTATIO. II.

**I.** **T**ANTI quidem à Deo fideliū pax, & concordia fit: ut ipse met illorum nexus, & coagulū ex Mariæ lacte esse voluerit, tūm mortem subeundo, ut nos invicem coniugeret; tūm vel maximè hāc de causa Eucharistia Sacramentum instituendo: Proquā sententia egregium, ac luculentum habemus ipsiusmet Domini testimoniu etenim cum ipse, apud Ioannem cap. 17. vers. 12. distributa iam discipulis Eucharistia Patrem suum sic orasse dicitur: *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut tu et nos.* & vers. 20. *Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: quia S. Cyrilus Alex.*

*Ioann. 17. vers. 12.*

*Cyril. A-*

*lex.*

*inibi de mutua fideliū charitate, quam Dominus discipulis exoptet, sic exponit. Charitatis pacis, & concordiae vinculum petit, quod credentes ad tantam spiritualem unionem perducat, ut naturalis, ac consubstantialis in Patre, & Filio & Spiritu Sancto unionis similitudinem imiteatur, cum, inquam, hanc unionem, & coniunctionem fideliū à Patre Dominus postulasset: immediate omnino subiunxit: hac signate de causa claritatem, quam ab ipso Patre accepterat eis iam dedit, ut ab ea unum fierent mutua animorū coniunctione uniti: sic enim inquit: *Et ego claritatem, quam dedisti mihi dedit eis, ut sint unum, sicut tu et nos unum sumus: Sed quid (rogas) claritas ita fuerit?* Respondet P. Maldonatus ad Christi mortem, & crucem esse referendam: ita enim ille. *Eam autem ipsam claritatem Filius discipulis dedit, offerens semetipsum pro illis ad mortē, mortem enim suam claritatem vocat, quia per**

**A**eam & ipse clarificatus est. Patrem clarifica vir, unde latim sequentia verba: *Vt sint unum, sicut & nos unum sumus, sic effert Maldonatus: Ideo pro illis morior, ut unum sint. Daigitur illis etiam unita temspiritu, quam illis merui. Ita ille: Sententia quidem egregia, & sensus appositus: Cui Chrysostomus, & Nazianz. adstipulantur: dixit siquidem prior homil. 33. in epist. 1. ad Corinth. Sic Deminus noster mortuus est, ut nos essemus conctores: Nazianzenus vero orat. 42. quia est 2. in Pascha, ad finem: Nullum cum salutis meae miraculo conferendum est, in quo exigua cruxis gutta & orbem universum in flauarunt, arque idem quod lacri coagulū hominibus praesiterunt in unum nos contingentes, & constringentes: Hoc Nazianzen. ut tanti apud Deum sit, homines inter se mutuachitate coniungi.*

**B**Verum enim verò, si verba & contextus excutiantur, bona quidem sententia haec non bene, nec opportane illis congruit: nimirum Dominus de claritate iam discipulis data ( inquiens dedit eis,) non de futurā, quia ad crucem, & mortem fecuta est, locutus videtur, ita demque hanc eandem claritatem à Patre iam, acceptam habere dixit, quod futuræ Passioni non convenit: Quid quod? Hilarius lib. 8. de Trinitate, & alij PP. vocem claritatem, legunt Divinitatem; quia cum morte omnino pugnat: Quare, scopum omnino collimat dixeris Cyrilum Alexan. in Catena Graeca ad hanc verba, quia tum illa de Augustissimā Eucharistia in quā ipsa Divinitas est accipit; tum etiā eam ea propter à Christo Domino fuisse institutam asserit: ut per ipsam nos vicissim colligaret, & unicum ipso corpus per animorum coniunctionem efficieret: ita enim ille: *Quin & unimur etiā ipse Christo, & inter nos per mysticam communitionem. Nam si omnes unum panem manducamus, unum omnes corpus efficimur.* Sic Cyrilus. A quo non longius iverit Chrysostomus in Catena etiam Graeca dum ait. *Quomodo dedit claritatem? In eis manendo, & secundum Patrem habendo. Quia verò ratione in nobis Christus maneat;* ipsum enim nobis aperuit, cum de Eucharistiā dixit. *Qui manducat meam carnem, Ioann. 6. & bibit meum sanguinem in me manet, & ver. 56. ego in eo. Ioann. 6. ver. 56. Sed Hilarius Hilarius*

*Chrysost.*  
*Nazianz.*

II.

*Hilarius*

*Cyril. A-*

*lex.*

*Chrysost.*

præfato loco differtē hæc verba ad Eucharistiam retulit, inquiens: *Similiter unitatem hanc per amorem, & unitatem per Eucharistiam fieri: quia fecit ut essent unum cum illo, sicut ille unum cū Patre: Sic Hilarius. Sanè huic sentui innixus; iam dudum dixisse me memini, ad hæc verba, sive ad Eucharistiæ institutionē allusisse Dominum cum ad nefarios factiles, qui ad eum comprehendendū venerant emphaticè dixit, Matth. 26. vers. 55. Tanquam ad latronem venisti, cum gladiis, & fastibus comprehendere me: notāter latronem ē nullatenus esse affirmans, qui charitatem seu Divinitatem, quam a Patre acceperat: hominibus in Sacramento Eucharistiæ iam reliquisset. Ex quibus iam manifeste habemus, adeò ingens, egregiumque bonum esse mutuam charitatem, ut Deū mediā Eucharistiæ conciliatorem habeat; & ipsamet illi Divinitas subdit, quæque itidem Augustissimæ Triadis mysterium emuletur, quod vnam in tribus personis Divinitatem proficit, pulchrè hæc ratione dicente Naziazeno oratione 1. de pace. Trinitas siquidem illis Deus unus est, & esse creditur, nō minus propter concordiam, quam propter substantie identitatem. Et Paschatio lib. de corp. & sang. Domini cap. 9. ex Hilario citato loco subiectante: Naturā carnis suæ ad naturam eternitatis sub Sacramento hoc nobis communicande carnis admisit & ideo per hoc omnes in Deo Pater, & Filio, ac Spiritu Sancto unum sumus quia Pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur. Hæc ille.*

III.  
Vt vero posteriorem hanc Hilarij & Cyrilli expositionem priori anteferas, & Eucharistiam ad fideles in unum coniungendos, & constringendos a Domino initiatam fuisse videris: institutionis ipsius tempus observa. Etenim cum pleraque Sacraenta post Passionem suam Dominus instituere voluerit, quasi ab illa vim, atque efficacitate essent habitura, Eucharistiam quidem sub ipsummet Passionis articulum, tamen quid ipsamet Passioni necessaria ratione prævium: quodque ut illi maximè consentaneum prærequireretur, signare instituit. Sed quam ob rem? Plaue ut tantæ, tanque copiosa Redemptionis effectus, ac fructus ad fideles per

A Eucharistiam iam mutuā charitate inter se vnitos, & ad invicem coniuctos, in vnuūque panem, sicut corpus redactos omnino pertineret: Simul mones discordibus, & mutuis odijs dissidentes non esse fortē, neque partem in Dōno Redēptionis isto: opportunè id observante Paschacio lib. 12. in Matthēū: vbi de Eucharistiæ mysterie latius discrens: eius institutionis causam ante Paschionis tempus huc retulit: nam cū præmisisset. Et ideo nostra salutis summa, quia in isto consistit Sacramento, desiderio diu desiderans adimplerit, ut cum suis antequam pateretur, hoc verum manducaret Pascha: subiicit opportunè. Quatenus per hoc antequam se daret in pretium, nos in illo, & ipse in nobis unum essemus corpus: Sic Paschalius, quibus innuere videtur, adeò prærequiri vnitatē ad fructum redemptionis Christi percipendum, ut qui ab alienatus animo à fratre sit, à Redemptione Christi, quæ nō nisi cōcordibus obtingit, se omnino faciat

C exortem: cum Dominus non nisi prijs, qui unum cū ipso corpus per charitatem fiunt, se dederit in pretiū. Quod facit subtilis consideratio eiusdem Paschali in acetō Christo Domino ab uno militum propinato: sic referente Matthæo 27. vers. 42. Continuo currēns unus ex eis acceptam ponitam impletus aceto: nimis cum post hæc verba subdedit Ioannes cap. 19. vers. 20. Christum dixisse: Consummatum est; eam primum huic facto arcanam reddit Paschalius significationem, ut in eo humani generis Redemptio significetur; Christo Dominino corruptionis nostræ, hoc est peccatorum nostrorum aceto bibente, sic enim ille: *Quia consummata in eo sunt omnia, eo quod assumptæ mortalitatē stræ impletum est mysterium, ut ipse in cruce perse potaret omnia corruptionis nostræ vulneta. Deinde observans, signata ab Evangelista notatum fuisse: unum ex militibus Christo acetum porrexisse: vt innueret eos, qui Dominicæ Passionis participes sunt: unum in Christo prius esse: Audi. Unus est (inquit) qui accurrit nesciens Sacramentum, & impletus magnum mysterium, in quo compleantur omnia, quoniam iste unus unitas est eorum omnium, quorum acerbitudinem, & corruptionem evanauit Dominus. Hæc Pascha*

Paschaf.

Matt. 27  
vers. 42.Ioan. 19.  
vers. 20.

Paschaf.

E fuis:

Drogo.

tius: Cui ad stipulatus Drogo Ottiensis sermone de Dominica Paschionis Sacramento inquit. *Quis est ille unus ex militibus? nisi forte ille, qui tunicam tuam in consutilem sorte accepit: ipsa est nimurum veritas fidelium, quæ tibi soli militat, cuius lancea prædicationis cunctis fidelibus latus tuum apernit.* Ut iam videris, recte dixisse Patchasium priori loco, nostræ salutis summam in Eucharistia Sacramento consistere, quod ipsa fideles in unum mutua charitate constringens, Redemptionis Christi capaces, & idoneos reddit.

IV.

Matt. 5.  
vers. 8.

*Cui quidem cogitationi, ut valde obvium, ita maximè opportunum fuerit Domini monitum apud Matthæum 5. verl. 23. Si ergo offers munustuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te relinquere ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offeres munus tuum: ideò pesculatius nobis ex PP. elucidari debet: quare duo ibi observatione digna sunt; quæ non nihil negotij facessere videntur. Alterū: præscribi à Domino sacrificiū inchoatum relinquere, cum non solum apud Iudeos (sic ibi P. Maldonatus) sed etiam inter ceteras gentes imperfectū relinquere sacrificiū, magnū piaculum haberetur: subdit ille: Adolescentē nescio, quæ Valerius laudat, quod cum sacrificanti Alexandro acerram teneret, brachium sibi exuri passus sit, ne interrupti sacrificij reus esset: opportunius igitur sic præscribendū ad faciem videtur: iam siquidē sacrificare coepisti, rē absolve, & sacrificio perfecto, si ne morā & dolo, vade recōciliari fratri tuo, hac enim ratione, & Deo in cuius laudē offertur sacrificiū, & fratri offensio satisfactū iri constat: Subsistit tamen omnimodo egregia Christi sententia tū ex fratri appellacione, tū vel maximè ex ipsa sacrificij cōditione: exigēte nimirū Eucharistia tantam fidelium interseccōcordiam, ut dū vna illis anima, vnu cor subest, vnu corpus, sive vnu panis (vt dicebat Apostolus) ab Eucharistia sint: Vnde quidē frustra à fratre discors ad Eucharistię sacrificiū accederes, qui sacrificiū, sive sacrificij sensum perficere nō posses. Id sic exprimēt Chrysostom. hom. 15. in Matth. Nec tantū dixit vade: Sed adiunxit prius: & tūc veniens of-*

fetes munustuum: per omnia ista significas, quia per aliquas inter se inimicitias dissidentes requaquam mensa illa suscipiat. Hæc ille. Quæ Maldon. indicē collatis inter se his Christi, & illis Pauli verbis, vnu panis vnum corpus multis sumus, &c. sic diffundit. Loquitur autem Christus de veteribus Iudeorū sacrificijs, quæ tunc etiā vigeant, sed quod de illis dictū est, multo magis de Eucharistię sacrificio intelligendū, quod & unionē cum fratribus significat, & reconciliationē cum Deo facit. Vnu enim corpus multis sumus, quicumque de uno pane participamus. Hæc ille. Ergo ea de causa iuslus es in imperfectū relinquere sacrificium, vt illud perfectū facias: nam si à fratre alienatus, voluisse perficere, imperfectum omnino redderes, quia à ratione sacrificij desiceret, cum Eucharistia sit sacrificium pacis, & unitatis.

Maldon.

Maldon.

Valerius.

Chrysost.

A

C

D

E

Hinc maximè laudari debet, tum Sæctæ Ecclesiæ sapientia, quæ fidelibus ad Altare accendentibus ante Eucharistię sumptionē apertâ voce dicere præscribit ea Centurionis verba Matth. 8. v. 8. *Domine non sum dignus, vt intres sub tecum meū: tum etiam præclara fidelium consuetudo, qui tunc Eucharistiā lumpi gladios, quos gestant, submissie deponunt vt illi discenti, atq; incrimine Domini corpus accipiāt: quippe & hunc ille Centurionis verbi sensum reddidit lapienter Orig. hom. 5. in diuersis Matthæi locos: Domine non sum dignus, vt intres sub tecum meū: alienigena sum: genitus, miles, gladio accinctus, janguine fundens; ad prælium exiens, & ob id non sum dignus, vt intres in teclum meum: ita Origenes: pulchrè illud gladio accinctus, vt dixerit ad sacrificiū pacis miles, & gladio accinctus quomodo accedam? Et inde monemur, ad Eucharistiā gladiis discentes accedere; non tā materialē ensem, quā inimicitias, rixas, cōtentiones, iurgia, tristes iras, atq; superba fastidia deponentes, vt opportūnè Deus pacis sub teclum nostrum intrare possit. Cui cogitationi opportūnè subscribit Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel, dum Eucharistię cōviviū dilucide adornat Ambros. tum ex verbis Prov. 9. verl. 5. Comeditte Prov. 5. panem meū, & vinum, quod misericordia vestris, quam ex ijs Cantico. 5. verl. 1. Comeditte amici, & bibite, & c. vbi cum di-*

Matt. 8.  
vers. 8.

Origen.

xisset: Quid Christo nobilis? qui in con-  
vivio Ecclesiæ, & ministrat, & ministrat-  
turet? Ibi convivæ recumbentis anne-  
cte te lateri, & te Deo coniunge. Succede  
ergo in hoc convivium: An metuis? ne  
angustior domus, & brevis convivij locus  
te comprimat? Et cū in hanc rem attulit-  
set verba Baruch. 3. v. 24. O Israël quam  
Baruc. 3.  
vers. 24.  
magna est domus Dei, & ingens locus pos-  
sessionis eius, &c. Ibi fuerunt gigantes  
illi, qui ab initio fuerunt statura magna  
scientes prælium. Non hos elegit Deus,  
subiicit de suo. Et meritò non elegit,  
quia prælium, non pacem sciebant, & ideo  
tu pacem disce, ut eligaris à Deo. Sic Am-  
brosius: Sapienter a domo convivij Eu-  
charistia repellens, scientes prælium,  
quod Eucharistia tota ad pacem sit, ad  
pacem referatur, pacificos conviuas re-  
quirat; atque ideo ad eius convivium  
miles ense accinctus, non eligatur.

VI.  
Cant. 6.  
vers. 7.  
Petrus  
Cellen.

In quem tensum scite inflexit Ve-  
nerabilis Petrus Cellensis lib. 9. epistol.  
5. Sponse verba Canticor. 1. ver. 7. ab  
Sponso flagitantis. Indicam mihi, quem di-  
ligit anima mea; ubi pascas, ubi cubes in  
meridie: hoc est ubi essent pascua illius  
electa, & pinguia, herbis immortalibus  
viridianis, amena floribus nunquam  
marcescentibus: cælestia nimirum Eu-  
charistia alimenta, & enim cum ille di-  
xisset: Quid est in meridie: In luce, in pu-  
ritate, in veritate, & charitate: subiicit:  
Qui teper odio fraterno non est in meridie,  
non ergo ipsum nec cum ipso pascit Chris-  
tus, quidixit. Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam:  
Non cubat etiam, nisi ubi pascit. Hæc Pe-  
trus Cellensis, & quidem recte: Qui te-  
pet odio fraterno non est in meridie, scite  
quippe dixit S. Isidorus Pelusiota lib. 1.  
epist. 3 10. Præposterus fauor non acutè  
cernit, odium autem nihil omnino cernit.  
Quod si videre velis, quā non sit in me-  
ridie, nec pascatur in Eucharistiâ à Do-  
mino, qui teper odio fraterno, ad: Thom-

Thom. de  
Kempis.

mam de Kempis in vita Henrici Bru-  
ne, de quodam, qui fratri suo irreconcili-  
abilis erat, referentem; non potuisse  
ab eo videri sacram hostiâ in manu Sa-  
cerdotis, quantumvis illi propinquus  
fieret, donec de impedimento admis-  
sus positâ iracundia, & fratri reconcili-  
atus fuit: tunc enim positus in meri-  
die hostiam pacis, & reconciliationis

videre, & cum sponso pasci potuit: A  
quo non it commentarius S. Thomæ  
in Catenâ ad verba Ioann. 6. vers. 53.

Ioann. 6.  
vers. 53

Litigabant ergo Iudicii ad invicem dicen-  
tes, quomodo potest hic nobis carnem suam  
dare ad manducandum? Sic enim ipse in-

A quit. Litigabant ergo Iudicii, quia pacem  
concordia non intelligebant ad invicem li-  
tigabant. Qui autem manducant tam pa-  
nem non litigant ad invicem, sed per hunc  
Deus facit unanimes in domo. Hec S. Tho-  
mas, sic opportunè dixit S. Dionysius  
Areop. de Eccles. hierar. c. 3. Non enim  
possunt ad unum colligi, atque unius paci-  
ficæ unionis participes existere, qui secum  
ipsi dissident, & statim. Hanc itaque uni-  
formem, atque indivisam uitæ rationem  
sacra ista pacis conciliatio sancit, dum simi-  
le in simili collocat, &c.

S. Thom.  
S. Dion.  
Areop.

B Sed redeo ad alterū obseruatu dig-  
num in præfatis verbis Domini: Siergo  
offers munus tuum ad altare, & ibi recorda-  
tus fueris, quia frater tuus habet ali-  
quid aduersum te, &c. nimis lectio Sy-  
riaca plusplus id exprimens habet: Et  
illuc recordatus fueris fratrem tuum reti-  
nere contra inimicitudinem aliquam. Quæ  
verba denuo videntur reddere difficil-  
lem sententiam Domini: Nam (ut ini-  
bi inquit Maldonatus) sententia postula-  
re vidibatur, ut diceret: Et ibi recordatus  
fueris, quod habes aliquid contra fratrem  
tuum: Si enim frater meus habet aliquid  
aduersum me, id est: si me odit: non ego illi,  
sed ille mihi reconciliari debet: Quo qui-  
dem dubitationis acutissime compun-  
ditus S. Anastasius Synaita oratione de  
Sancta Synaxi, & de oblitione iniuria-  
rum, tom. 6. Bibliothecæ magnæ vere-  
rum PP. opportunè id retulit in maio-  
rem mutuæ charitatis commendatio-  
nem hunc in modum. Sed & illud cum  
curia notemus. Non enim dixit. Si offers  
munus tuum ad Altare, & recordatus fue-  
ris, quod aliquid habes aduersum fratrem  
tuum: Sed si recordatus fueris, quod ha-  
bet aliquid contrare frater tuus, abi pri-  
muni, & reconciliare fratri tuo, & tunc  
veniens offer munus tuum. Si igitur  
fratris quoque improbitati, & malitia  
medicinam facere debemus, quam ve-  
niam nobis pollicebimur nos; qui non  
modo id non facimus, sed & eorum, quæ  
fratres in nos commiserunt, memo-  
riam recentem conservamus, & per-

VII.  
Matt. 5.  
vers. 23

Iect. Sy-  
riac.

Maldon.

S. Anas.  
Synaita.

nicio sum hoc serpentis venenum in pectore nostro abscondimus. Hæc Anatolius obserua illud fratris improbitati, & marlia medicinā facere debemus: vt hæc signate pro bono pacis, & cōcordia locū habeat cælestē monitum Ecclesiastici.

Eccles. 17. verl. 12. Eccl. 29. vers. 25.

17.v.12. Et mandavit illis, vniueque de proximo suo: quod luculentius expressit

c.29.v.25. Recupera proximū secūdū virtutē tuā: vt tanta nobis pacis, & cōcordia cura, ac studium sit, vt non cōtentī

propriās iniurias liberaliter remissis; ipsū etiam inimicū nobis infenūm placare, & in mutuā charitatē reduce-

re, sive recuperare debeamus: vt hæc ra-

tione vñū cum illo corpus, vñus panis per Eucharistiā efficiamur: Cui lensui

bene hæret egregia Hilarij observatio in verbis Davidis Psal.122.v.4. Misere-

re nostri Domine. miserere nostri: quia mul-

tū repleti sumus despectione: vt propheta

nomine iustorū, qui acerbas ab alijs per-

secutiones patiuntur, nō tam de suis tri-

bulationibus, quā de aduersariorū illas eiſ inferentium peccatis doleant, ac

proinde misericordiam a Deo eorū no-

mine efflagitent. Andi illum: Cædimur

maledictimur, fugamur, necamur, ferro,

flammis profundo, deseruitur in nostrā ve-

recūdiā, deſeruitur in corpora: Quid in-

de? Miserere nostri Domine. Miserere no-

stri: Dolor nobis est ex iniurijs nostris.

Quia iniurie nostre his, qui eas inferunt,

mors est: dolor nobis ex miseratione pereun-

tium est: Hæc Hilarius.

Hilarius

VIII.

Sed illud ad rem nostrā maximè ob-

servandum Dominum in his verbis cū

signatē fratris nomē surpavit inquiēs,

quia frater tuus habet aliquid aduersum

Ioan. II. vers. 52.

qui erat dispersi congregaret in vnum,

Ioann. II. vers. 52. in Mariæ vtero ab

Eucharistiā congregatos, atque vnum

factos a Salomone omnino videris pre-

nunciatum: de intemeratę Virginis vte-

Cant. 7. vers. 2.

rodicente: Venter tuus acervus tritici

vallatus lilijs: Cant. 7. vers. 2. vt indicar-

et granum tritici Christum ab Eucha-

ristiā multum fructum affertens, & à

Maria in acervum coadunatum: vt

hæc verba primū accipit B. Amadæus Amed.

homil. 6. de laud. Virginis: vbi cum de

Christo dixisset: Cecidit in terram, &

mortuus est, vt fructum multum offerret.

Deponit se in fermentem, vt humanum ge-

nus colligeret in segete: subiicit. Felix al-

vus Mariæ in quo seges ista coaluit. Felix

cuidatum est. Venter tuus, vt acervus

tritici sit ille. Sed quāratione in v̄tre

Maria seges ista coaluit. Respondet Be-

da lib. 4. in Lucā ad illa verba illa. Bea-

lus venter quite portavit, & r̄beraque

suxisti: opportunè ventrē simul, & vbe-

ra laudari, quod ventrem ad gignen-

dos filios, vbera ad nutriendos conse-

ntur: vt ea ratione Maria, & Mater;

& nutrix fidelium censeatur, quæ gra-

num frumenti Christum panem vitæ,

vt lac rationabile ad Ecclesiam nutri-

dam edidit: Vnde in hæc Canticorum

verba Guillielmus apud P. del Rio sub

persona Christi inquit: Venter ille tuus

de quo mihi mundus iam clamat. Beatus

venter, qui te portavit, sicut acervus tri-

tici est: In acervo tritici rationalium ani-

malium alimonia est. Quia ergo cibus

vitæ, cibo Angelorum homines vitaliter

pascuntur, & eo venter Virgineus tu-

mebat, ap̄tē propterea acervo tritici com-

paratur. Hæc Guillielmus: ex quibus

habes, tūm fideles per Eucharistiam

vnum inter se, & vnum cum Christo

esse: vt ex Paulo discimus in superiori-

bus affirmante: Vnus panis omnes fu-

mus, qui de uno pane participamus, & ex

Cyrillo num. 2. adducto dicente: Quin,

& vnimur ipsi Christo, & internos per

mysticam communionem: tūm etiam in

ventrē Mariæ segetem istam coalesce-

re è cuius carne caro Christi edita est:

& ex cuius vberibus rationabile Eucha-

ristia lac profluxit.

Enim verò dum fidelium segetem

in vtero Mariæ coalescentem vides:

oberves velim: aliter quidem fideles

in eius vtero consistere; ac fratres il-

los Esau, & Iacob in matris Rebeckā

vtero adinvicem cortixantes; vt ip-

sa dolenter dicere cogeretur: Si sic

mihi futurum erat, quid necesse erat con-

pere? Genes. 25. verl. 22. hæc verba

in concordia argumentum, & discordia

vituperationem inflectente Vverico

Abbate serm. 3. de Annunciatione,

Guilliel.

Cyrill.

IX.

Genes. 25

verl. 22.

Vveric.

hunc in modū. Sed cū se se colliderent par  
vuli discordes in vtero Rebeccæ, quæ prius  
oraverat, ut cōciperet, dolensque ventrem  
suū à tribulatione malorū, & dolore pœnae,  
panitebat quod concepisset. Si sic (inquit)  
futurū mihi erat, quid necesse erat cō-  
cipere? Si de aliquo nostro fratre, sic con-  
queri contigerit viscera matris nostræ, ti-  
meo, ne melius fuisset, si cōceptus non fuis-  
set homo ille: quippe ea virtus, ea vis ven-  
tri Mariæ subest; quam aliatum matrū  
vterinon habent: nimirū istæ cum pos-  
sint generare filios, nequeunt tamen  
eos ad libitū formare, nec illis eā morū  
similitudinē indere, quæ ad cōciliadā a-  
micitię vñionē necessaria est, vt in Esau  
& Iacob in matris vtero collidentibus.

*Gen. 27.* & Iacob in matris utero cōlidentibus  
*vers. 11.* apparet quorū unus *pilosus* alter *vernēlis*, Genel. 27. v. 11. prior ut totus hispi-  
dius, ita ferox & asperis moribus: Iacob  
verō vir simplex qui habitabat in taber-  
naculis, Genel. 25. v. 27. pacato animo  
*Gen. 25.* & miti ingenio unde illis dixerit Am-

*Gen. 25. nacum, Genet. 25. 17. 2. peccato animo  
& miti ingenio: vt de illis dixerit Am-  
vers. 27. brof. lib. 1. officior. c. 33. Interdisparres mo-  
Ambros. res, & studia compugnantia benevolentia  
Nazar. esse non poterat: & generali oratione Na-*

zariis in Panegyrico ad Constantinum: Projecto nullam vi possum coire, quae naturali diuertio dissident; nec ullata fidelis est copula, quae in diversum tendentia nexus suo Plutarc. teneat: quia ut bene Plutarch. lib. de amicitia in plures diffusa monet: amicitiani hil recipit, nisi existat simile: At vero Marciæ vterus, & ab eo Eucharistia habitare

*Psalmus 67. facit unius moris in domo, Psal. 67. v. 6. id est ut ibi ex Hebreo Bellarminus, unius vers. 6. sensus, unius voluntatis unitos: ac proin-*

*Richard. à S. Lau.* de *vnius moris*, ut de Maria hæc interpretatur Richard. aS. Lauren. lib. 12. de laud. Mariæ, inquiens. *Ipsæ est, quæ precibus suis facit inhabitare vnius moris in domo Ecclesiæ, vel Religionis subministrans nobis gratiam fraternali compunctionis.* Quòd placet referre verba Leonis Magni iter. 5. de *Nativitate*. quæ ad asperendā immaculatā Virginis Conceptionē, in eo lib. dissert. 6. lib. 2 adnotat. 7. n. 7. adduximus. Factus est homo nostri generis, ut nos divinæ naturæ possimus esse consortes, originē quā sumpfit in utero virginis posuit in fonte baptismatis. Dedit aquæ, quod dedit Matri. Expende hæc, atque aquam quidem baptismatis aquam maris, sive mare (in hanc imaginē cunctis PP. conscientiæ tibus) esse dixeris, in quo ut olim

Ægyptij in mare rubro ita omnia peccata nostra demerguntur, ut nihil subinde damnationis sit abluti fonte baptis matis: *Dedit ergo aquæ, quod dedit Matri:* eo quidem sentiu quo in gratia baptismatis eleganter obseruavit Ambrosius lib. 5. *Hexameron*, c. 2. ea animatia, que in terris, aut terribilia, aut noxia, & ve-

A *In terris, aut terribilia, aut noxia, & venenata sunt, in aquis innoxia, & sine veneno esse: sic enim ait. Adde hanc gratiam quod ea, quae timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aqua innoxia sunt; atque ipsi angues, sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna, quam ferunt aliquid habere noxiūm, eſcapa preſio foreſt. Rana horrens in paludib⁹, decora in aquis omnibus feret præstat alimentis: tubiſcit ad rē: Nec mirum, quando quidem etiā in Ecclesiā aquæ illud operantur, ut prædonum abluta nequitia cum innocentibus cōparetur: ut videlicet in ventre Mariæ, qui ferox erat ut Elau, ſive ut leo terribilis, aut noxius & venenatus, ut serpens, feritate amissus vnius moris factus cum homine iniit, & mansuetο inhabitet: in hanc sententiā inflectente statim Ambroſio verba*

B *Uicim sicut uero. Inquit. Ut inueniatur p[er]ſecutio*

C

*Isaiae 65. v. 25. Lupus, & agnus pascetur Isa. 65:  
similis: leo & bos comedent pulcas, & serpē vers. 25.  
ti pulvis panis erit. Quod venter Mariae  
acerbus sit tritici, & frumenti electorū  
a quo fideles mundati, & mutati in mu-  
tuam vniōne coalescunt, ut hāc de cāu-  
sā S. Germanus in encomio de Sancta  
Deipara, sic eam invocauerit. Hūc ades  
collectrix male consonantium: hūc ades cō-  
iuntrix iam olim disiunctorum.*

Vrgentur hinc maximè Christicole  
ad miorū, & animorū cōiunctionem, vt  
mutuā tantæ Matri gratiam, & tētribu  
tionē rēferant: sic id mōnēte S. Basilio  
Seleucensi orat. in Annūciat. Deiparę:  
Cum multa bona Deiparę opera nobis con  
tingant, eam benemerenti vicem rependa  
mus, quæ in nos reciprocetur. Quā: chari  
tate mutuā, quæ legis plenitudo est. Ante  
omnia vero corpus Ecclesiæ servemus irru  
ptum retentā cōcordia possessione in spolia  
tā: Ita ille. Pulchre inquiens charita  
teni mutuam esse vicem, quæ beneme  
renti Virgini rependitur: quod tunc ip  
sa vterum, vt virginem decet, cum gau  
dio feret, quin vt Rebecca gemēsdicat:  
Si sic mihi futurū erat, quid neceſſe erat cō  
cipere: tūc enim omnino dicetur Cūitas

Ambros.

1

*Basilius  
Seleucus*

# Euch pacis charactere electos consignare. 40 i

Psal. 86. Dei, Psal. 86. vers. 2. de quā glorioſa diſcia  
vers. 2. ſunt: hūc referente Richardo à S. Lau-  
Richard. rent. lib. 11. de laud. Virg. ciuitatis ethy  
à S. Laur. mologiam, quaſi ciuitum unitas fit: tunc  
prædicabitur Aula Dei: vt Ambros. le-  
git, & explicat lib. de iſtit. Virg. verba  
Pſal. 59. Pſal. 59. v. 10. Moab olla ſpe mea: vt ali-  
verſ. 10. ter quidem quām in aulis Principū; in  
quibus Aulici ad invicem dīſidēt, quia  
cū ad invicem gratiam Principū am-  
biant, inter superbos ſemper iurgia. Prov.  
13. v. 10. adeo pacifice, & concorditer  
degunt; vt vñū ipſis cor, vna anima fit:  
Actuum 4. v. 32. imo verò omnes vñus  
ſint: vti de ipſam et Virgine Matre. Apo-  
calypſ. 12. v. 5. dicitur: Et peperit filium  
masculū: vñū omnino? imò totum fide-  
lium cæturn toto terrarum orbe contē-  
tum: vt prafato loco inquit Ambr. Vte-  
rus Mariæ, qua ſpiritu ferre v̄ti, qui ſuper-  
uenit in eam replevit orbē terrarū: Vnde  
ad ea Apocalyptis verba P. Ribera, for-  
tes viros, & vere masculos progenitos in-  
telligit. Qui quidē propter vnitatē, &  
concordiam vniuersitatem nomine censentur:  
vt tunc deniq; Marię venter Reclinato-  
rium Regis pacifici omnino eſſe dica-  
tur: dicente Davide: Factus eſt in pace lo-  
cū eius, Pſal. 75. v. 2. & S. Nilo orat. 4.  
verſ. 2. In ſpiritū mājuetudinis Christus caput in-  
clinat.

Ribera.  
EVCHARISTIAM PER MV-  
tuam, fidelium cōcordiam Ecclesiam  
ſtabilire, & electos pacis charac-  
tere coſignare.

## ADNOTATIO. III.

I.  
Matt. 13  
verſ. 47. **D**E Regno cœlorū hoc eſt de  
Ecclesia: ſub ſagenē imagi-  
nemiffiſe in mare, ſic dīſeruit  
Dominus apud Matt. 13. v.  
47. Simile eſt regū cœlorum ſagenē miſſe  
in mare, & ex omnigenere pifcūm cōgre-  
ganti. Quam cum impleta eſſet, educentes,  
& ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in  
vasa, malos autem foras miserunt: Sicerit  
in conſummatione ſaculi: Exibunt Ange-  
li, & separabunt malos de medio iuſtorum:  
& mittent eos in caminum ignis, &c. De-

quā parabolabeneſiū generaliter eſt  
a P. Maldonato ibi ſive de Eccleſia, ſi-  
ve de Euangelio accipiatur, ſignificare  
Christum: Non omnes, qui Euangeliū, id  
eſt fidem accipiunt ſaluos futuros, ſed eos  
tantum, qui boni fuerint pifces: id eſt qui  
non ſol. ſidem, ſed bona etiam opera habue-  
rint: omnes enim pifces: id eſt omnes Chri-  
ſtiani omnes fideles, ſed illi mali; hi boni  
ſunt. Et verò cum haec doctrina in vni-  
uerſum, & vera & opportuna ſit: ſigna-  
tē quidē ad concordiā, & muſuā di-  
ectionē a Dominō tantopere cōmenda-  
tā fore referendā ipſa locutio ſagenē cō-  
gregantis innuere videtur, quali illi bo-  
ni pifces, qui muſuo interſe amore co-  
pulati ſunt: illi mali, qui diſcordijs, iur-  
gijs, & inimicitijs fraternā charitatē  
ſcindunt: ita quidē Dominus Eccleſia  
cōgregaſſe, & adunatſe dicitur, & me-  
dio parietē diſoluto populorū inimi-  
citas proprio ſanguine extinxifle: de  
quo Paulus non ſtrictim diſeruit hunc  
in modū ad Ephes. 2. v. 14. Ipſe enim eſt  
pax noſtra, qui fecit utraque vñū, & me-  
diū parietē macerit ſolvens, inimicitias  
in carneſua. Legē mādatorū decretis eva-  
cuans, ut duos condat in ſemetipſo in vñū  
novū hominē faciens pacē: & reconciliat  
ambos in uno corpore Deo per crucē, inter-  
ficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniens  
Euangelizauit pacē vobis, qui longè fu-  
ſiſtis, & pacē ijs, qui prope: vbi verba illa:  
Ipſe eſt pax noſtra, beneſie explicantur a  
Hieron. Quomodo enim ſapiencia ſapiētes  
facit, & iuſtitia iuſtos, & ſanctificatio ſan-  
ctos, & vita viuētes, ſic ipſe pax nos facit  
D eſſe pacatos: Nec facile quidē ſine labo-  
re aut ſudore: Interſiciens inimicitias in  
ſemetipſo: Quod acute obſeruavit ad  
haec verba Richar. à S. Laur. lib. 10. de  
laud. Virg. in aquā & ſanguine ē lāceæ  
vulnere profluētibus huc in modum:  
Fæderauit Iudeos, & Gētiles in ſuā Paſ-  
ſione factus eſt enim lapis angularis faciēs  
utraq; vñū ad Ephes. 2. Ad hoc autē ſig-  
nandū fudit in crucē ſanguinē, & aquā de-  
latere ſuo Ioan. 19. ut fæderaret Patri Iu-  
deos, & Gētiles. Antiquitus enim in refor-  
matiōne muſu & pacis inter Gentiles funde-  
batur ſanguis porcæ, quaſi hoc ipſo dicere-  
tur: Sic effundatur ſanguis illius, qui  
violaverit pacem iſlam: Ad idem Iud. ei  
volentes cum Domino pacificare cali-  
cem laticis effundebant in terram, & in

Maldon.

Ephes. 2.  
verſ. 14.

Hieron.

Richar.  
S. Laur.

Drogo.

II.

Ambros.

Cant. 5.  
vers. 14.Ierem. 4.  
vers. 19.LXX.  
Procop.Philo  
Carp.

hac effusione signabatur, quod sicut aqua effusa ad suum vas non poterat reuerti, sic nec ipsi de cetero reverterentur ad peccatum suum: & de aqua effusione legitur, 1. Reg. 7. Convenerunt hiij Israei in Maiphat. Hec Richardus. Quibus adiunxeris, quod ex Drogone Ottensi fer. de Dominicæ Passionis Sacramento in uno illo milite, qui lancea latus eius aperuit adnotavimus: Ecclesiæ unitatem, & concordiam significas: ita enim illud dicebat: *Quis est ille unus ex militibus? Nisi forte ille, qui tunica tuam inconsutilem sorte accepit: ipse est nimurum unitas fidelium, qui tibi soli militat; cuius laetitia predicationis cunctis fidelibus latum suum aperuit.*

Ergo boni illi pisces fuerint, qui a sagena congregati intra retia retenti in vase electi sunt, nec foras missi: qui nimurum inter se concordes: atque pacifici, Deo itidem reconciliati per Christi sanguinem sunt: ut ad praefata Pauli verba inquit Ambrosius. *Prius populos inter se reconciliavit: deinde Deo Patri pacificos fecit, ut homines naturæ unius, qui ad versi fuerant per errorem, membra efficerentur unius corporis novi, cuius caput Christus est.* Ita ille: Sed age, & pisces bonos tum a concordia in vase electos, tum ab Eucharistia concordes factos ostendamus: & propriori cogitatione: compone haec verba Domini: *Elegerunt bonos in vase, cum illis Cantorum 5. vers. 14. Venter eius eburneus distinctus sapphiris: nam in hoc Cantorum loco, primum obserua, continens ponit pro contento, ver trem scilicet profilijs, ut apud Ierem. 4. vers. 19. Ventrem meum: ventrem meum doleo: de quo infra: vnde Procopius in id Exodi 24. v. 10. Quasi opus lapidis Sapphirini, sic explicat. Venter Christi nominat Sponsa Sanctorum chororum, quos ipse in aliam lucem protraxit, & forvit: Deinde scito apud L XX. & PP. Gracos pro ventre, legi vas eboreum, sive pixis eborea: sapphirum vero ad mutuam charitatem, & communio nem referri a Philone Carpato hunc in modum: *Quod vero lapide sapphiro ornatum vas illud dicit ad sanctorum communionem, charitatem ac gloriam referri potest.* Ut enim sapphius lapis quemcumque proxime attigerit similia sibi reddit, ac trahit; sic & beatorum chori mutuam cha-*

ritatem sibi in vicem adhaerent. Hec ille, ubi manifeste vides filios Dei in vase charitatis, & fraternali communionis electos, quemadmodum de bonis piscibus dixerat Dominus, elegerunt bonos in vase: Unde pergit Philo inquiens. In qua qui dem spirituali pyxide codicilli sapientia suffragia que conduntur, non ad terrenum imperium, sed ad celestes regnum conductu ra: ut dixerit, fideles a mutua dilectione in filios Dei, & Regni celestis heredes inauguriari. In quam sententiam Chrysostomus hom. 32. in epist. 1. ad Corinth. inquit. *Quemadmodum vestes licet aurea sint, & calceamenta aurea, aliud tam indumentum requirimus, ut Regem agnoscamus: ubi vero aut purpuram, aut diademam inuenimur, iam regiae maiestatis signum aliud nullum expectamus: ita sane, cui charitatis diadema incubit, iam nihil obstat, quo minus Christi discipulus vere existi mari possit, non nobis solum, sed impijs.* Hec Chrysostomus.

Iam vero ut haec omnia tanquam ad originem, ad vim, atque efficacitatem Augustissimæ Eucharistie spectare visideris: observa: bis ex Christi Domini praescripto Apostolos retia sua in mare ad capiendo pisces misisse: Lucæ 5. v. 6. & Ioann. 21. vers. 11. Sed insimili, & cum iisdem retibus abijsdemque pisca toribus ex Domini mandato facta pescatione, dissimilem eventum fuisse subsecutum: dum in primâ pescatione pene rumperetur, & preda periclitaretur, ita ut a socijs in alia navi consistentibus openi petere necesse fuerit: sic enim Lucas: *Concluserunt pisci multitudinem copiam: rumpabantur autem rete eorum, & annuerunt socijs, qui erant in alia navi, ut venirent, & adiuvarent eos:* In secunda vero, quam Ioannes refert post Christi resurrectionem factam, ut vberior quidem ea fuerit, adeo tamens sana, & integra permanuisse retia, ut nec unum ex illis filium scinderetur, de industria id adnotante Ioanne: qui cum dixisset. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus: subdidit: Et cum tanti essent, non est scissum rete, pro quibus lectio Syriaca notanter reposuit: & toto illo onere non scissum est rete illud: Quo in loco ita ratiocinatur Maldonatus. Non dubium quin miracu-*

Chrysost.

III.

Lucas 5.  
vers. 6.Ioann. 21.  
vers. 11.

Leet. Syriaca.

Maldon.

*Toletus.* lo adscribat Euangelista, quod rete tot, tamque plenum piscibus, & vi in terrā tractum scissum non fuerit effidente scilicet tacitè Christo, ne rumperetur. Quare non dubito aliquid eum significare voluisse. Bene. Sed quid hoc faerit? Variant quidē & PP. & interpres: de quo videlicet eūdem Maldonatū ibi, & ad vers. 6. eiusdem capititis, & Card. Toletan. Et quidem cum mihi antea illud vehemēter placuisse, ut tota discriminis ratio in tempus utriusque punctionis referretur: & posterior priori excelleret, quod iam in illam Christi Passio potēter influeret, quasi retia sanguine eius intincta validiora, & toto illo onere superiōra, & firmiora evaserint: modo vero cum inciderim in Drogonis Ottiensis acumen subtiliter Eucharistia mysterium hīc invenientis: tā Christi Passionis, quam Eucharistia & institutioni, affectui præsens miraculum adscribendum existimo: ut ea videlicet sit Eucharistia virtus, quæ tā vniōnis, cui nulla vnde aquaque scissura sit; causa etficiens dicitur beat: Sed Drogone in prædicto sermone de Dominicæ Passionis Sacramento, audire est operæ pretium: sic enim ait. *Vnde lectum est in Euangelio de magnis piscibus centum quinquaginta tribus, qui omnes in unum pescem redacti sunt, quem super prunas positum septem discipuli viderunt, & una cum IESV, qui octavus erat pransus: ita ille: Observa ex Christi prandio omnes in unum pescem redactos: qui cum tot, tantique essent ea fuerunt animorum contensione coniuncti, ut non rumperetur rete: & vide ea Drogonis verba, qui omnes in unum pescem redacti sunt, teniunt communem habere cum illis Apostoli, unus panis, unus corpus multi sumus, omnes quidem uno pane participamus:* ex multis videlicet granis unus panis: ex multis piscibus unus pescis ab Eucharistia effectus: ut iam miradū non fuerit, quod cū tātē essent non scissum est rete: Ni mirum ex huius sumptione devotā (ait S. Laurentius Iustinianus serm. de Eucharistia) cessant odia, contentiones sponuntur, dirimuntur lites, virtus adspicient, &c.

*I. Cor. 10.  
17.*

*Laurent. Iustin.* IV. Imo vero cum admiratione, & emphasi inquit ad Corinthios Paulus epis. vers. 18. 1. cap. 11. vers. 18. *Convenientibus vobis in Ecclesiā, audio scissuras esse inter vos,*

*& ex parte credo, vbi Græci PP. adnotarunt Pauli prudētiam non dicentis ab Ambroſ.*

*solute credo, sed ex parte aliquā, quod nos de re, quam vix credimus, sive ut & increpationem leniamus, & tamen re ipsa nō sine emphasi increpemus significāter dicimus, casū lo creo. Sane quasi miretur: & rem putet incredibilem*

*Apostolus in Ecclesia retibus Christi sanguine intinctis, & ab Eucharistia firmis redditis scissuras, id est diſſenſiones, (vt legit Ambroſius) aliquas esse, cum omnino oportet habitare omnes*

*Lecl. Gra  
ca, & Sy  
riaca.*

*B vnius moris in domo, & vnam animā, vnum cor, & vnam mentem omnibus esse. His illud addit Apostolus, quod ad sagenam mislam in mare ex omni genere piscium congregantem maximē conducit: Oportet heresēs esse, ut qui probatisunt, manifestiant in vobis: vbi Græce, & Syriace pro heresēs legitur, contētiones, seu dissidia, adnotantibus Chrysostomo, & PP. Græcis non loqui Paulum de erroneis opinionibus aduersus sanam, & Catholicam doctrinam, sed de dissidijs, & cōtentioneis, quæ extirpant propter vitiosas, & in malū pronas hominū affectiones. Sed vide, vt ab his bonorū, aut malorum piteū sumat Paulus experimētum subiectis,*

*Chrysost.*

*C vt & qui probatisunt, manifesti fiāt in vobis, vbi Tertullianus lib. de præscriptionibus, cap. 4. legit probabiles: quali apati, & idonei: sanè vt qui sectis, & dissensionibus à fraternā charitate, & cōmunione non se seiungunt, nec ab vnitate recedunt, sed vnitatem cuni charitate retinent, tanquam boni pisces eligantur in vase: eos verò qui ditsidia faciūt, tanquam improbabiles foras nō iittantur: Videtur autem Bernardus serm. de Sancto Michaelē, egregie illustrasie verba Domini: *Exitunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c.* Etenim cum ibi explicans verbalē Pauli 1. ad Corinth. 3. vers. 1. Cū enim sit inter vos*

*Tertull.*

*D zelus, & contentio non ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? dixisset. Dignè igitur contentiosos, & qui separant semetip̄los Apostoli carnales vocant, & animales spiritum non habentes: statim ex persona Angelorum, quibus hominum discordia vehementer displacebit, sic loquitur: *Quid nobis & generatio ni huic spiritum non habent?* Nam si ade-*

*I. Cor. 3.  
vers. 1.*

*E Bernard.* jet

*set spiritus per eum utique charitas diffundetur, & unitas non scinderetur. Et dicunt: Non per maneamus cum hominibus istis in eternum, quia caros sunt. Quæ enim conventio luci ad tenebras? Nos de regno unitatis & pacis sumus, & homines istos in eandem unitatem, & pacem speramus esse venturos. Nunc autem quæ ratione nobis cohercunt, qui dissident a se ipsis. Hac Bernardus: Per opportunè vero S. Dionys. Areop. præfatocap. 3. de Ecclesiast. hierar. hoc argumētum persecutus inquit. Nam si unius contemplatione, atque cognitione illustrati ad uniformem quandom, ac diuinam coniunctiōnem redigemur, nequaquam in diuisas cupiditates dilabī nos pateremur, ex quibus istæ materialies plenæque passionum adversus aquales existunt inimicitia.*

**V.** Sed ita ne (inquis) à scissuris, & dissidijs improbables, & minus apri Regno cœlorum censemur pisces illi? ita sānè: Nec vñā tantum, sed duplicata causa: Altera à S. Clemente Romano redita, quod odium omnium malorum Doctor sit: sicut è contra charitas cunctorum sit bonorum Magistra: sic etenim ipse in epist. ad Iacobum: *Et ut omnia singillatim dicam, onine bonū ipsa per se, si in vobis fuerit charitas, vos facere debet: sicut & è contrario eos, qui à salute alieni sunt, omne malum facere odiū docet: ita Clemens, vt non mireris, contemtiosos, & discordes sicut reprobos pisces separari ab Angelis de medio iustum cū à discordia, & odio omne malum facere edocti fuerint. Altera: dicēte ad Deum Vate: Ecce qui elongant se à te peribunt, Psal. 72. vers. 27. cum discordes Sandissimā Eucharistiā indignos se ipsis reddant: quibus aut nondatur, aut data non prodest: ita quidem de eo cui præscribitur munus suum ad altare relinquere donec fratri suo reconciliatus redeat sapienter dicebat Hilarius Canone 4. in Matthæum: Nullam impacifac orationis fieri precem patitur, sed ad Altaria munera offerentes, si recordentur habere se cum fratribus aliquid simulatum reconciliat à humana pace reverti in diuinam pacem inbet, in Dei charitatē de charitate hominum transfiguros. Hec ille: ex pēde extrema verba hęc; quibus ad pacem, & charitatē Dei, sine quæ nulla talus est, obtinendam, tanquam necesarium*

requisitum pax, & charitas cum proximo omnino exigunt: quod si desit, nihil ad salutem promerendam actū est, sed oleum, & operam perdidisti. Vel quinque virgines illas quibus fatuarum nomen merito inditum est à cœlesti regni ostio repulsa vide; quæ etsi virgines, & bonis alijs actibus præditæ, idcò ab Sponso de facie cognitæ non sunt, quod charitatis oleum nō attulerint.

**A** Matthæi 25. vers. 12. ipsis dicente Domino: *Nescio vos: & hæc verba Bernardo in epist. 42. sic illustrante: Venustate sui castitas eminere appareat, sine charitate tamen nec pretium habet, nec meritum.*

*Quod enim absque illa bonum suscipitur?* **B** *Fides?* Sed nec si monte transferam.

*Scientia?* Sed ne illa quidem, quæ lingua loquitur Angelorum. *Martyrium?* Nec si tradidero (inquit) corpus meum, ita vt ardeam: *Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur: nec cum ista quamlibet exiguum respuitur. Castitas sine charitate lampas nō lucet. Tolle charitatem castitas non placet.* **C** *Hæc Bernardus.*

Ergo vt ad Eucharistiam exigunt concordia, & ad concordiam Eucharistia instituta est, à concordia, & Eucharistia bonorum p̄ficiū electio; & malorum infelix exitus tumitur, in quem sensum duce Paschatio inflexeris ea verba Apocalypsis; quæ de Eucharistia in superioribus latius explicavimus, c. 2. vers. 17. *Dabo ei calculum candidū, & in calculo nomen novum, quod nemo novit, nisi qui accipit: Quæ verba Paschalius lib. 4. in Matth. componens cum ille orationis Dominicæ, Sanctificetur nomen tuum, Matth. 6. vers. 9. ad predestinato rū seriem, sic refert. In quæ nimis adoptione, predestinato rū nomen, vt Deum diligant, & proximum consecratur: Hinc quippe scriptum est. Mandatū novum do vobis, vt diligatis invicem,*

**D** *Ioann. 13. vers. 34. Tanquam si dicatur, in calculo ibi, vt notissima diximus, meministi, vita, aut mortis notam; pro vt candidus aut niger foret secum ferre, ex his omnino habes in candido calculo, & Eucharistiam, & dilectionem fraternalm, &*

**Mat. 25. vers. 12.**

**Bernard.**

**VI.**

**Apoc. 2. vers. 9.**

**Matth. 6. vers. 9.**

**Ioann. 13. vers. 34.**

**Dionys.**  
**Areop.**

**Clement.**  
**Roman.**

**Psal. 72.**  
**vers. 27.**

**Hilarius**

**vita**

Paschaf.

Matt. 5.

vers. 9.

Augus.

A

vita æterna sive prædestinationis notam simul contineri. Quorum omnium virtutem ignorare eum, qui fratris dilectionem non conservat: quibus adslipulatur Augustinus. ad verba Domini. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Matth. 5. vers. 9. inquiens. Meritum Christianæ virtutis viles sit in cunctis, si unitatem non habet pacis, nec per venit ad nomine filij, nisi per nomen pacifici. Hæc Augustinus. Quæ sane omnia ipsam retis imago firmat, dum bonis pescibus in unum pescem ab Eucharistia redactis, non scissum est rete, integro, & incolumi corpore Christi manente: à discordibus autem, ut malis pescibus Euangelijs rete, & Christi corpus, ac tunica eius inconsutilis, quæ est Ecclesia cinctitur, ac membra eius divelluntur, ac dilacerantur: quod quidem quid aliud fuerit? quam Passioni Christi, quam ipse pertulit, ut nos coniunctiores faceret ( ut dicebat Chrysostomus) & Eucharistia pro membris coniunctione instituta; & ipsimet Christianæ fidei omnes ad unitatem vocantis, iniurianti esse; sive cum Passione Domini, & Eucharistia, & fideis scopo quodammodo pugnare? itidem que & se ipso retis regni cœlorum congregatione subtrahere, & à corporis Christi communione divelli? Vnde quidem Ambrosius in oratione de excelsum fratris sui satyri eum inde laudat, quod Eucharistiam de manu Sacerdotum Ecclesiæ pacem turbantium recipere noluerit: sic enim ille: *Nam et si fidem erga Deum tenerent: tamen erga Dei Ecclesiam non tenerent; cuius patiebantur velut quosdam artus dividit, & membralacerari: etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesiæ non videatur ab ijs exhiberi Christo fides, à quibus evanature eius Passio, corpus quæ distrahitur.*

VII.

Habebat quidem hæc omnia Chrysostomus oculos, cum ab illis exitus aquarum deducebat, quod fideles una ex parte mensæ celestis Eucharistia particeps consideraret: ex alia vero ipsos sibi invicem dissidentes, & mutuis iniurijs, ac fraudibus circumvenientes, & atrocibus cœdibus violantes inspiceret quod à perceptione Eucharistie, & eius scopo nihil magis alienum, dissonum, atque contrarium excoxitari posset. Au-

di ipsum, & quæcūque dixerit, nostris temporibus atrocissimis prælijs foedatis, nostris hominibus furioso impetu, & armata manu insipientibus, quasi mutuis cœdibus terram, quæ illis angusta videtur, laxiorem facere velint nostris Principibus codem languine coniunctissimis regna suabellorum clibus absumentibus, atque qualibet aperte veris: à vero, & id quod est, non iveris: Ego Chrysostomus hom. 8. in epistola ad Römanos cum primū dixisset. *Enim vero quid iam faciam? Ad lachrymas effundendas natura propensus minimus: quandoquidem ex oculis atundantes fontes emitterem iuxta Prophetam illum hoc ipso quod, hoc in campo bellacompliciam infinita illis perniciose. Ille quidem Barbaros irruentes intuitus dicebat vterus mihi, vterus mihi dolet, Ierem. 4. vers. 19. Ego vero sub uno Imperatore (Christo) instructos cum videam: deinde contra se mutuos stantes, mordentes, ac sua invicem membra coincidentes: hos quidem pecuniarum, illos gloriolæ nōmine; alios temere, ac nullæ causæ subfannantes, atque irridentes, ac vulhera inter se multa instigantes, & mortuos itemque, qui in bello perirent grauius enectos: denique fratrum nomen nudum duntaxat relictum esse, tūdamun, ne me habere quidem sentio, quamnam deplorationem hæc tragædia dignam excoigit: statim ut huic malorum fluminis tanto impetu decurrentis validissimum aggerem opponeret: Subiicit. Vereamini invicem, vereamini mensam eā cuius omnes participes sumus; Christum propter nos trucidatum, sacrificium eidem mensa superpositum: Prædones salē eundem simul comedentes prædones esse desinunt. Duntaxat aduersus eos, quorum convictus si fuerint, mensa eōs, eorumque mores immutante, ut qui feris immaniores essent, eos oribus mansuetiores reddat: Ipsa autem eiusdem mensa, accibi participes aduersum nos mutuo armamur, cum hoc ipsum aduersus diabolum hostem communem facere convenerit: Pergit dolenter. Hoc est, quod nos quidem infirmiores; ille autem fortior in dies singulos evadit. Nec enim convictis viribus aduersus illum minimur, sed nobis invicem contrarij sumus, atque eo duce ad huiusmodi actes cœlestis que virtutum, cum conueniat, aduersus illum solum depugnare, sed quo tamen relicto aduersus fra-*

Chrysost.

jerem. 4.

vers. 19

D

E

tres sagittas dirigitus: Hæc Chrysostomus: non quidē longa; quibus nihil demere possis: cū illis nihil opportunius nihil elegātius, aut illustrius diciposist.

VIII.  
Cornelius  
Lucan.

Et vero cum tam his Chrysostomi stimulis punctus, quam tristi rerum facie permotus calanium acuerem, vt in hæc Christianorum Principum dissidia dolenter exclamat; in ipsammet exclamationē huic instituto aptā natā incidi à meliore quidem calamō conscriptani: à P. inquam Cornelio à Lapide in p̄fatione ad Prophetas minores: vbi sicut ait. Proh pudor! proh scelus! Christiani in Christianos ob terræ angulū, exile honoris punctum internecinis odij, & prelijs inter se decertant. A Christianis effunditur sanguis Christianus Christi Januine redemptus: madent manus Christianæ Christianorum sanguine, & carnem Christianam carni Christi consanguineam confundunt, mactant, discerpunt. Vbi fides? Vbi spes? Vbi charitas? Vbi philadelphia, & amor fraternitatis? Christiani uno Christo Patre: unà Ecclesiâ Matreregenerati, & alti; unà fide, unà spe, unà charitate con sociati, unius Dei, unius Religionis vinculo, & Sacramento constricti sese, quasi lupi spoliant, laniant, excarnificant. Hæc videt, & in finu ridet Turca. Pergit pluribus, quæ breui perstrinxeris, si quemadmodum, vt bella ciuilia Romanorum Lucanus traduceret, nota terdixit:

*Signa, pares Aquilas, & pilam minantia pilis  
Tu maiori dixeris emphasi, pares Cruces inter se commissas, & eadem Sacra menta Christi sanguine manantia, sibi inuicem minari, & bellum gerere: quod quidem in loco Misericordia, pudet, tædet dicere, quam opportuna nostræ tempestati sint Regis Theodorici litteræ apud Cassiodorum lib. 3. epist. 4. quibus Ludovici Regis Francorum animum ad bella, cum Alarico Visegothorum Rege proclivem leniter castigans ad pacem reducerenitebatur. Nam cum sapienter ibi prænihilisset. Adèo inter Reges affinitatis iura Divina coalescere voluerunt, vt per eorum placabilem animum proveniat quies optata populorum. Hoc enim sacrum est, quod nullà permittitur commotione violari, ex his ita cōcludit. Quæcum ita sint, miramur animos vestros*

*feccausis mediocribus excitatos, vt cū silestro Alarico Rege durissimum veli-*

tis subire conflictum, vt multi qui vos metunt, de restra concertatione letantur. Ambo estis summarum gentium Reges: ambo etate florentes. Non leviter regna vera quaestatis fidat à partibus libertate cōflictis. Virtus vestra patriæ non fiat inopinata calamitas. Quia grandis in videntia est Regum in causis levibus gravis ruina populorum. Dicam libere, dicam affectuose, quod sentio. Impatiens sensus est, ad primā legationem protinus arma movere. Hæc ibi, & alia sapiens ille Rex.

A IX.  
B Opulchram admouitionem! Virtus vestra patriæ non fiat inopinata calamitas. Quia grandis in videntia est Regum in causis levibus gravis ruina populorum. Sed maiorem quidem invidiam Regum dixeris, non omnimodo vereri meam eam, cuius omnes participes sumus, Christū propter nos trucidatum, sacrificium eidē mens superpositum: non omnimodo vereri Deiparae munus pacē, & tranquillitatē Regibus, & Regnis exoptantem; & impertiti cupientem: illud siquidem ab omnibus auctoribus obseruatū est; Deiparam, quan diu in terris fuit, procul ab illis arma, & bella a novis, vt gētes pace, & tranquillitate fruerentur: sic id affirmante Amédæo hom. 7. de laud. Virginis. Tradit fides maiorum iuxta veritatem historiæ, abortu Salvatoris, usque ad transitum gloriose terrarum accolas optata armorum rabiæ tranquilla pace quieti: non omnino vereri Christianum nomen, quod pacis, & concordiae carætere insignitur, & a discordia, & bellis turpiter fodatur: Enim verò Christianis olim Doctoribus egregia pro fide, & Religione Christiana scripta, & Apologias ad ornatisibus nō leve negotiū faciebat impius ille Celsus Christianæ disciplinæ arrosor, & intifor, quod bellis undequaq; circūstrepētibus nudū in illa fratrum nomen (vt dicebat Chrysostomus) duntaxat videretur relictū: sic namque ille (vt refert Origenes lib. 3. contra Celsum) musibat. Postquam latè sparsi sunt (Christiani) iterum, atque iterū scissos, singulos suas factiones sibi paratis, & ut in multititudine dissonâ alijs alios redarguentibus: nec iam quidquam præter commune nomen supereſſe: vt hac forte de causa dixerit Chrysostomus hom. 71. in Ioan. Nam & nunc nihil Gētiles ita perturbat, quam quod nulla est

C Amad.  
D Origenes  
E Chrysost.

contra Celsum) musibat. Postquam latè sparsi sunt (Christiani) iterum, atque iterū scissos, singulos suas factiones sibi paratis, & ut in multititudine dissonâ alijs alios redarguentibus: nec iam quidquam præter commune nomen supereſſe: vt hac forte de causa dixerit Chrysostomus hom. 71. in Ioan. Nam & nunc nihil Gētiles ita perturbat, quam quod nulla est

charitas: sed & signa non fieri accusant: non tamen it idem: non omnino vereri, sive timere infernum, cum divisio & discordia infernus sit, inferni negotium, & ad illud via: sic enim Osee 13. vers.

Osee. 13. 15. cum premisset Vates: Morsus tuus ero inferne: subdit rationem, quia ipse inter fratres diuidet: in qua verba Hieronimus. Quidquid separat fratres, infernus est appellandus.

vers. 15. Hieron.

X. Quod si hæc omnia à Principibus arma semper in manibus habentibus temnuntur, at minimè contemnatur ille Virginis gemitus sub persona Rebeccæ quæ in duobus filijs in utero gestans duos populos sibi invicem corrixantes videbat. Si sic mihi futurum erat, quid nesciebat concipere? Genef. 25. vers. 22. vt adnotat. præced. vidimus, dicēte ibi Vverrico. Sed cum inter se collideret parvuli discordes in utero Rebeccæ, quæ prius oraverat, ut conciperet, dolensque ventrē suum à tribulatione malorum, & dolore pœna, penitebat, quod concepisset. Vnde quidem iam tanta Virgine intercedēte, quæ S. Germano inibi dicebatur collectrix male consonantium, & coniunctrix iam olim disiunctorum: minime abicienda fuerit alia pacis, & concordia spes? inibi subiiciente post præfata verba Vverrico: Nisi quid nec de talibus sinit nos desperare, qui etiam de lapidibus suscitatis filios Abraha, & statim: Ipse in eis, si qui tales sunt, emolliat cor lapideum, ne quariant viscera matris. ipse viscera matris consoletur, ne fatigetur, eos qualescumque sint portare, donec formetur in eis Christus. Qui est Pax nostra, & fecit utraque unum.

Genef. 25. vers. 22.

Vverric.

German.

Vverric.

VT QVIS AD EVCHARISTIAM digne accedit, illatas sibi iniurias liberaliter remittere debet.

#### ADNOTATIO IV.

I.  
An gust.  
Matt. 6.  
vers. 12.

P VLCHRVM hæc de re habemus Augustini monitum tractatu 26. in Ioanni, vbi cum dixisset: Videte ergo fratres: panem cœlestem spiritualiter manducate, innocē-

tiam ad altare apportate. Peccata et si sunt quotidiana, vel non sunt mortifera, antequam altare acceditis expiate: statim thermam ad hypotesim deducens: subiicit:

Attendite, quid dicatis. Dimitte nobis

debita nostra, sicut & nos dimittimus debit oribus nostris, Matth. 6. vers. 12.

Dimitis? dimittetur tibi: securus accede:

panis est, non venenum. Sed vide, si dimittis, nam si non dimittis, mentiris & ei me

tiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes,

Deum fallere non potes. Novit ille, quid

agis. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat. Hæc omnia Augustinus; vt eum qui ad sacram mensam accedit rato verborum apparatu urgat

ad remittendas sibi iniurias illatas, quin ira contecta, & dissimulata, nec penitus

extincta communicare audeat, vbi obserua illa: Dimitis, securus accede, panis

est, non venenum, vt dixerit, si non dimittis: venenum tibi non panis fiet, cum

signata in Sacramentum hoc pecces, qui pacis Sacramentum est: multis hæc

de re considerante per quam utiliter Chrysostomo: sic enim primum hom. 28. in Chrysost.

C i. ad Corinth. Si tibi contra inimicum rātor est, solue iram, inimicitias laxa, vt re

medum de mensa percipiias. Ad sanctum ac terrible sacrificium properas. Erubefcis

oblationis arcana: occisus propositus Christus est, & cur occisus est videamus, vt cœ

lestia pacificet, vt in terra reconciliat universa, vt amicum te constituat Angelorum,

vt Deo societ habenti omnium potestatem.

Animam suam pro te Dominus dedit, &

tu inimicus cōseruo perduras? & cum hoc

animo ad mensam pacis accedis? ille, ne mori

quidem pro tua utilitate recusavit, &

tu nec iram tuam conseruo pro tua libera

tione concedis? Hæc Chrysostomus acutè iniuriarum memores pungens. Deinde vero homil. 27. in Genesim his ver

bis. Si ignoramus inimicis nostris, & bene

preciamur, poterimus pura conscientia ad

sacram, terribilemque mensam accedere,

ac verba, quæ precibus nostris insertasunt,

fidenter dicere. Proinde vniuersusque co

cientia relinquo, quo modo mandato illo

imperio per illud terrible tempus dicere

fidenter possimus. Dimitte nobis sicut &

nos dimittimus: ita ibi. Nec minus op

portunè hom. 51. in Matthæū inquiens.

Quam satisfactionem afferemus? cum talis

pabulo nutriti peccemus, cum Agnum comedentes in lupos convertamur, cum saturati diuinis carnibus, ut leones rapiamus? præsertim cum id Sacramentum non rapinam solūm, verūm & ab omni suspicione inimicitarum mundū semper servare animum iubeamus. Pacis enim est hoc Sacramentum. Hoc & multo plura in Chrysostomo hac de re obvia: quibus omnino adstruit nihil ab Eucharistiae scopo, & ratione magis alienum, quam ad ipsam animo nō pacato; nec cum fratre in gratiam redito accedere: quippe & Pacis est hoc Sacramentum: & in eo Passionis Christi pro inimicis animam offerentis, & iniurias sibi atrocissime illatas liberaliter remittentis, memoriam agimus, & ad mensam potentis accedentes talia nos præparare, & redere iubemus: qualia ab ipso acceperimus: accipimus autem Christum Agnū mansuetissimum Crucifixum pro transgreditoribus orantē. Patriq; supplicantem: Pater dimitte illis non enim sciunt, quid faciunt, Luc. 23. v. 34.

II.

Nec tanto testimonio contentus bonus Dominus, aliud egregium, atque nobilissimum condonationis iniuriarum nobis post mortem exhibuit, cum sacro ipsis latere dico lancea vulnera perforato, sanguinem simul, & aquam ab eo emisit: oculatissimo testeloanne ita id referente cap. 19. vers. 34. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua: quippe huic facto duplicatum subest pro nostro instituto mysterium: nā primum in aqua, & sanguine de Christi latere profuentibus significatum fuisse sacro sanctum Eucharistiae Sacramentum concors PP. sententia fert: ita August. tractatu 120. in Ioann. Chrysost. hom. 84. in Ioann. Clemens Alexand. lib. 2. Pedagogi, cap. 2. Paulinus epistol. 30 S. Germanus in Theoria, Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, c. 11. cunctis præeunte Athanasio serm. de Cruce, & Passione Domini: nec pigebit, & si non omnium, aliquorum tam verba hic appingere: sic ergo Augustin. Ille sanguis in remissionem fuisse est peccatorum; aqua illa salutare temperat poculum: itidemque ibi: Et lauacrum

Ioan. 19.  
vers. 34.

August.  
Chrysost.  
Clem. Alex.  
Paulin.  
German.

præstat, & poculum, Paulinus: Ut pariter nobis salutiferos funderet fontes, aquam gratiæ, & janguinem Sacramenti: Athanasius: Ut pro aceto vinum, quod misericordia sapientia, nobis potandum daret. Chrysostomus. Non casu, & simpliciter hi fontes seaturierunt, sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sciunt hoc initiati, per aquam enim regenerati, sanguine, & carne nutriti: hinc mysteria ortum habent, ut quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens, accedes. Paschafius agens de aqua & vino in calice mixta: Et ideò rectè provisum est, quia simul cū sanguine fluxit, ut in hoc mysterio verisanguinis admisceatur, quatenus & nos in illo sumus, & per hoc salutis Sacramentum diuinis obtutibus illico vnti mystice offeramur. Nam si vinū sine aqua offeratur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si autem aqua sola iam plebs videtur esse sine Christo. Hęc PP. Enprimū mysteriū, quod aqua & sanguini ē Christi latere profluentibus inest: iam ad rem observa alterum: nempe admirandum hanc sanguinis, & aquæ effusionem, arcanae iniuriarum remissionis, & iam placati, & sedatissimi in inimicos animi germanam significationem præferre: id vt probem illustrem Pauli locum ad Romanos cap. 12. vers. 19. non obviā explicatione elucidare (quod lector in omnino fuerit iniucundum) est opere pretium: Ergo dum ibi Apostolus discipulos monet. Non vos defendentes (Sy-

Rom. 12.  
vers. 19.

Lectio Syriaca.

riacè explicatus vindicantes) charissimi, sed date locum iræ de huius locutionis sensu non inmerito ambigitur: nā cum vna ex parte, ita diabolus fit, vt inquit S. Ioann. Climacus, aut diabolus in ira tanquam ensis in vaginā reconditus dicente Gregorio Nazianz. carmine in iram: Ira scor iræ dæmonem intus condito, ex alia verò idem Apostolus ad Ephesios 4. vers. 27. dicat. Nolite locum dare diabolo: difficilis prior locutio, qua locum iræ dandum esse præscribit Paulus, omnino redditur: nam ex illa aut diabolo dandus, aut iræ negandus locus videtur.

Enimverò, cum hæc verba varios explicatus habeant, ut videre est apud PP. & interpres, præsertim apud Anselmum, qui frequentiores sensus col-

III.

ligit:

Climac.  
Nazian.

*Anselm.* legit: ille mihi facilior, ne dixerim: opportunity videbatur sensus, vt Paulus moneat, dandum esse locum sive ostium, & viam iræ conceptæ, per quam ipsa leniter, & placide exeat, quin diutius in corde fervens continetur: vt alibi dixerat, *Sol non occidat super iracū*. *Ephes. 4. diam vestram, ad Ephes. 4. vers. 25. vt vi- ver. 25.* delicet hoc Apostoli monitum, & sensus è diametro pugnet cum favo, & in humano Tiberii Imperatoris genio, de quo Cornel. Tacitus lib. 4. Annalū

*Cor. Tac.* dicebat: *In animo revoluēte iras, et si impe- tūs offensionis laguerat, memoria valebat:* vt dixerit; necire, sive nolle cum Cæ- sare dare locum, sive ostium iræ, quā exiret, sed potius, vt eam ille vndequaque secum retineret, men. oriam iniuriæ pro impetu, qui se ipso languescere solet, subrogare. Nec aliter (quāvis op- portunitate de ira aduerlus peccatores cō- cepta) dixit Vates Psal. 38. vers. 4. *Con- caluit cor meum in trame, & in meditatio- ne meā ex ardescet ignis:* vt dixerit: cum indignationem excitatam si ērio pre- merē, subinde peccatoris iniuriā in me- moriam revocatā indignationis ardor mihi in animo accensus est: ita ester- te hæc verba inibi Agellio. Sēpe enim fit, vt cum iniuriā afficiamur, fortes simus, iniuriā postea cōmemoratione ad ira exar- descamus. & ad hunc modū videtur trā- tulisse Symmachus. Dū tacitus tecum cō- memorarem, & animore revolverem, vrebam igni. Hæc Agellius. Qui quidem Pauli sensus, imò & locutio ipsa nō lōge abit à sensu, & verbis Seneca lib. 3. de ira c. 11. vbi cum præmisisset. Nihil tibi li- ceat dum irascaris: quare? quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse, si iram vincere nō potes, illa te incipit vincere: statim vt mo- neat, si ira non omnino vinci possit, at signa illius fore occultanda, sic inquit: *Stilli exitus nondatur: signa eius obrua- mus:* ita Seneca: vbi vides Apostolum,

*Aristot.* & Philosophum, & sensa, & verba cō- munia habere: quid enim fuerit, dare locum iræ, nīl dare exitum iræ? Vt autem hæc cogitatio vndequaq; subsistat, iræ naturam nosse oportet; quam quidem Aristoteles lib. 1. de anima textu 19. sic disserivit: *Fervor cordi suffusus sanguinis, & ab eo Damascenus lib. 2. de fide Or- thodoxa, cap. 16. Ira est ebullitio sanguini- nis in corde, hinc existens, quod vilis ad su-*

*periores partes exhalet: addit. Damascen- nus: Est etiam ira vleiscendi libido, cum quā diffinitione consentit, quod habet. Se- neca lib. 1. de ira cap. 1. vbi cū de ira- to dixisset: Flagrant & micat oculi. mul- tus ore toto rubor, reddit rationē: Ex ej- tuāte ab imis præcordijs sanguine: ex quo facile apparet, eo in cardine totam iræ vim, atque perniciem versari, si in præ- cordijs circumscripta, immotaque con- sistat, quinei exitus detur, ita opportu- ne Claudianus.*

*Iram sanguinei regio sub pectori cordis Protegit, imbutam flammis, audā queno- cerdi.*

*Nimirū, vt ignis tormentario pulvri applicitus, & certo loco inclusus, terri- biliter erūpit, & omnia cuerit, ita & ira circa eos exēstūās, & inclusa, quinā patiētia, fortitudine, aut ratione senia- tur, vt blandè diffluat, & loco cedat, ani- mū sic adurit, vt & illum perdet, & om- nia secū perdere vehemēter cupiat, vt apud Comicum in Adelphis Actu 3 scena 2. in irato quodā turentes iratorū omnium animos graphicē depictedos vi- dere est: quippe ille sic insaniebat.*

*Nihil est quod malim, quam illam totam familiam dari mihi ab viam, Ut iram hanc in eos evomā omnem, dum ègritudo hæc est recens.*

*Sat mihi id habeam supplicij: dum illos vili- ciscar modo:*

*Senti animam primum extinguerem, ipsi qui illud produxit scelus.*

*Adolescenti: ipsi eriperem oculos, post hæc præcipitem darem:*

*Ceteros tuerem, agerem, raperem, tundere- rem, prosterñerem.*

*Vbi observes velim illa: Dum ègritudo hæc est recens: vt dixerit, recente ire egri- tudine totam iræ perniciem lethaliter evomi, quæ si expectaret, desinet et elā- gescente impetu: ita obseruāte Hiero- nymo in illud Salomonis 12. v. 16. Fa- tuus indicat statim irā suā, hunc in mo- dū: Hæc enim est natura iræ, vt dilata lan- guescat, & pereat, prolata vero magis, ma- gisq; ferueat: Sic Hieronymus tom. 7 si- ve vt alij malū Beda: ad quē modū Se- neca lib. 2. de ira, c. 28. Maximū reme- diū iræ mora, neque ab illa pete, initio vt Seneca.*

*Hieron. ignoscat, sed vt iudicet: desinet si expectat, & paulo post explicatius: Maximū reme- diū iræ, dilatio est, vt primus eius fervor*

*Seneca.*

*Claudian.*

*Terent.*

*Prou. 12.*

*vers. 16.*

Cassian.

relanguecat. & caligo, quæ premit mētē, aut residat, aut minus densa sit: Quādā ex his que te p̄cipitē ferebant, h̄gra, nō tan-  
tum dies mollet: quādam ex toto evanesc-  
tent. Ita ille: Sed iam Cassianum col-  
latione 16. cap 27. h̄c poene sensa  
Pauli verbis aptantem audi: Sic enim  
ille: *Date locum irae hoc est: non sint cor-*  
*da sic impatientia, & pusillanimitatis an-*  
*gustijs coarctata, ut violentā commotio-*  
*nis procellam, cum irruerit, sustinere non*  
*possitis, sed dilatamini in cordibus vestris*  
*suscipientes aduersos iracundia fluctus in*  
*illis extensis sinibus charitatis, quæ om-*  
*nias suffert, omnia sustinet.* H̄c ille; quæ  
statim plusplus explicat, Paulum sic lo-  
quentem faciens: *Ita mens vestra am-*  
*plitudine longanimitatis, ac patientie di-*  
*latata habeat in se salutares recessus, in*  
*quibus receptus quodammodo, atque dif-*  
*fusus tēterrimus iracundia fumus proti-*  
*nus evanescat.* H̄c Cassianus. Ex qui-  
bus manifestevides: dare locum irae apud  
Paulum perinde esse, ac dare illi exi-  
tum, sive dilationem, & moram vt  
eius elanguecat fel' vor; vt in eis ampli-  
tudine longanimitatis dilatata habeat  
in se consiliorum salutares recessus, in  
quibus iracundia fumus evanescat.

IV.

Iam ad nostrum institutum, in aper-  
to latere Christi, & ab eo sanguine, &  
aquā profluentibus, vide tum locum,  
sive exitum irae datum: tum pro vin-  
dicta saluberrimum Eucharistia my-  
sterium Dominum nobis dantem, vt  
perinde fuerit Eucharistia, ac iniuria-  
rū remissio, sive alterius, & alterius ne-  
xus: quippe Eucharistia cum iniuria-  
rum remissione eādem porta exitum  
habuit: premente sub hoc sensu Augu-  
stino tractat u 120. in Ioann. verbum.

August.

Aperiuit, quo usus est Iohannes hunc in  
modum: *Vigilanti verbo Euangelista*  
*usus est, vt non diceret, latus eius percus-*  
*fit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed*  
*aperiuit: vt illic quodammodo vita of-*  
*tium panderetur: quò videlicet primum*  
*tota in peccatores ira cōcepta exiret,*  
*exeunte sanguine, qui fervens circa*  
*cor illam excitabat, vt reconciliati Deo*  
*per mortem filij eius pacem habeamus ad*  
*Deum per Dominum nostrum Iesum Chri-*  
*stum: ad Roman. 5. verl. 1. hanc cogita-*  
*tionem aptissimè exprimēte Oleastro*  
*bonæ notæ auctore in cap. 63. Isaiae his*

verbis. In Passione cum cor eius apertum  
est, omnem, quam usque ad illud tempus  
iram conceperat, effudit, quando percussio  
eius latere extivit sanguis. & aqua:ne san-  
guinis vltionē timeres sanguis omnis effu-  
sus est. Hac Oleaster: Benē quidem: ne  
sanguinis vltionem timeres: quippe san-  
guis circa cor exaltuans iram acuebat:  
A Siquidem ex bili in peccatores conce-  
ptā evaporabat, vt in vltionem erumperet:  
verum in salutares consiliorum  
recessus recepta non solum iracundiae  
vapor evanuit; sed etiam apertissi-  
mum ostium quo exiret, & opportu-  
num abeundi locum ei à Domino da-  
tum est.

B Deinde vero. Bonus Dominus in  
certissimum pacis, & reconciliationis  
signum, sacratissimi sanguinis Sacra-  
mentum simul nobis dedit, vt quēad-  
modum dicebat Paulinus) pariter no-  
bissalutiferos funderet fontes aquam gra-  
tie, & sanguinem Sacramenti: Sed id pen-  
siculatus expendendum: Quare id  
ante apertum Domini latus, sive ante-  
quam Dominus expiraret, evenerit,  
obserua ex Iohanne indidem vers. 28. re-  
ferente. Sciens I E S V S, quia omnia con-  
summatā sunt, vt consummaretur Scriptu-  
radixit satio. Vas ergo positum erat acetō  
plenum. Illi autem spongiam plenam acetō  
hyssopo circūponentes obtulerunt ori eius:  
Cum ergo accepisset I E S V S acetum dixit:  
Consummatū est. Et inclinato capite tra-  
didit spiritum. Mirum quidem factum,  
C & perfectum Redemptionis humanae  
symbolum, cum acetum humanae na-  
ture corruptionē ē vīno primēvæ for-  
mationis degeneratis, & peccatorum  
amaritiam ex illā proveniētē omnino  
significauerit: vt prēter Anastasiū post  
modum afferendum Hilarius canon  
33. in Matthæum, & ab eo Ambrosius  
lib. 10. in Lucam, & Patchasius lib. 12. athan.  
Hilarius  
in Matthæum sapienter explicarunt:  
Ergo acetum bibitur ( Inquit Ambro-  
E sius ) hoc est corrupte per Adam im-  
mortaliatis abpletur in calamo, vt de cor-  
pore absorberetur humano. Unde op-  
portuniſime acetō ebibito Dominus,  
inquit. Consummatum est: ita id expen-  
dente Paschasio: Ed quod assumptā mor-  
talitate nostrā impletum esset mysterium,  
vt ipse in Cruce perse portaret ( lego  
opportuniūs mysterio potaret ) omnia

V.

Ioan. 19.  
vers. 28.

D & perfectum Redemptionis humanae  
symbolum, cum acetum humanae na-  
ture corruptionē ē vīno primēvæ for-  
mationis degeneratis, & peccatorum  
amaritiam ex illā proveniētē omnino  
significauerit: vt prēter Anastasiū post  
modum afferendum Hilarius canon  
33. in Matthæum, & ab eo Ambrosius  
lib. 10. in Lucam, & Patchasius lib. 12. Hilarius  
Ambros.  
Patchas.

E Ergo acetum bibitur ( Inquit Ambro-  
E sius ) hoc est corrupte per Adam im-  
mortaliatis abpletur in calamo, vt de cor-  
pore absorberetur humano. Unde op-  
portuniſime acetō ebibito Dominus,  
inquit. Consummatum est: ita id expen-  
dente Paschasio: Ed quod assumptā mor-  
talitate nostrā impletum esset mysterium,  
vt ipse in Cruce perse portaret ( lego  
opportuniūs mysterio potaret ) omnia

noſte

*Anastas.* nostræ corruptionis vulnera: ita ille: Iam huic peccatorū amaritudini ebitæ, quid in Christi benignitate respondeat, sive quid pro acerbitatibus quibus ipsum offendimus, nobis rependat, vide in sanguine, & aqua, hoc est incorporis, & sanguinis sui Sacramēto è lateris vulnere promanante, vt pro amaritudine dulcedinem, pro criminum acerbitate suavissimum carnis suæ esum, pro illatis iniurijs, nō modo earū remissionē, sed etiam donum donorum maximum retribuerit: sapienter hæc omnia perstringente Athanasio sermone de Passione Domini, hunc in modum. Amaritudem enim iræ ex prævaricationis lege obortam, in qua omnes detinebat, Domino porrexit, quam ille absumpſit, & evacuavit, vt pro aceto vinum, quod miscuit sapientia, nobis potandum daret. Hæc Athanasius. Ecce tibi, quid Augustissima Eucharistia significet, quid nos doceat: & quam certā secum iniuriarum remissionem deferrat: imò verò quo modo regia liberalitate magnas iniurias, magnis beneficijs repenset.

VI. Hæc quicunque ob oculos habuerit omnino iniuriarū immemor, & liberissimus remissor ad Eucharistiā debet accedere, vt mysteriorum, quæ accipit, & gnarus, & imitator, & opportunus particeps, & cōviva es ele videatur: huc cunctis sacro sanctæ Missæ deprecationibus, atque ceremonijs euntibus: Nimirum ante consecrationem signatæ adstantes Sacerdos monet sursum corda ad Deum habere, vt pacato videlicet animo cunctis iracundiæ motus expulerint, & ostium ac locū iræ dederint; itidemque vt mundo corde Christū in hostia elevatum, nō secus ac crucifixum Patrē suum pro inimicis obnoxie deprecantem, nec non lancea compunctum iræ locū dātem, & sanguinis sui poculum propinan tem, ad sui institutionem viderint: cui merito communicatur obsequentes respondent. Habetus ad Dominū: Deinde vero hæc omnino de causa oratio Dominica recitatur, in qua singillatim dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, vt pro mēsurā remissionis iniuriarū, quas à proximis acceptimus: condonationē peccatorū à Deo impetrēmus: Adhæc ea propter & Sa-

cerdos inclamat, Sancta sanctis, & Diaconus dicit. Attēdite vobis fratres, vt vi delicit hæc animi puritate accedentes divinorū mysteriorū dignè participes sint; ne vero secus facientes audiāt Dominum dicentem. Ne me tangas. Hæc omnia dissertissime diffundēt S. Anastasio Synaita orat. de sacrâ Synaxi, & de obliuione iniuriarū, tom. 6. Bibliothecæ magnæ V. PP. hunc in modum: Hæc dicamus hæc cottidie deprecemur, dum tempore tremēdæ, atque sacro sanctæ Synaxeos circumstamus, quod cognoscēt Sacerdos post consecrationem sacrificij illius incruenti. Panem vitæ in altum elevat, & omnibus ipsum ostēdit. Deinde exclamat Diaconus, & dicit. Attendite: hoc est. Attēdite vobis fratres. Ecce paulo ante consensisti dientes. Habemus corda ad Dominum. Et mox puro corde, & quod omnē iniuriarum memoriā depositū; confitentes Deo dixisti. Dimitte nobis, sicut & nos dimis timus debitoribus nostris. Propterea & vos in vicē amplexi estis in osculopacis. Sed cum ego sim homo ignorans vestras cogitationes, illorū abijcio à me iudiciū: nō enim novit quis; dignus ne sit, an indignus horū mysteriorum perceptione. Et ob hoc ipsum inclamo, vt vobis attendatis, & cui adsistatis consideretis. Hæc Anastasius, qui pergit multis in eādem sentētiā, è quibus non possum non aliqua feligere: Et hæc in primis peropportuna. Adiungit deinde Sacerdos, Sancta sanctis. Quid verò dicit? Videte charissimi, quomodo ad communionem divinorū mysteriorum accedatis, ne quis vestrum comunicare tentans, audiat: ne me tangas. Absecede à me, qui iniuriæ retinens es, & iniquitatem operaris. Procul abesto, qui fratrem tuum non dignaris veniā. Et tunc veniens offer munus tuum: dignusque efficeris communione. Abijce aste omnes malitiæ fordes, & tunc accedito, emundantemque carbonem suscipito. Dic ad illum. Novi Domine me multorum sceleribus, & debitorum debitorem esse, at proper mandatum tuum ignovi fratribus, vt & ego Domine veniam à te conse quar. Hæc tanta & talia subjicit animo nostro Sacerdos per brevi illa suā proclamatione. Hactenus ex Anastasio Synaita. Quibus omnino consentanea sunt, quæ S. Clemens Romanus lib. 2. constitution. Apostolicarū cap. 54. ex mo-

*Anastas.*  
*Synaita.*

Clemens  
Roman.

VII.

Matt. 5.  
vers. 23

Synesius.

Chrysost.

reprimivæ Ecclesiæ refert: nimirum sub tempus cōmunionis in mutua charitatis commendationem Diaconum duplicatæ voce in clamare solitum. Nemo contra aliquem: nemo contra aliquem.

Quoniam verò Anastasius verba Domini: Tunc veniens offer munus tuum, verbis suis inferuit, et si illa in superioribus non strictim tractaverimus: operè pretium duxero denuo retractare, & pensiculatius elucidare: ergo dicebat Dominus: Si ergo offers tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid ad versum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, Matth. 5. verl. 23. Ad quæ verba præter dicta eo in loco aliam ratione observa; cur præscriperit Dominus sacrificium imperfectum relinquere, donec omni ab alienatione a fratre ex animo oblitterata fœdus pacis mutuò inter fratres iniaretur. Quia vide licet sacrificium Eucharistiæ, quod ad Deum colendum, & placandum fuit institutum, ab eo, qui à fratre alienus malum, atque vindictam ei machinatur, nec opportunè perfici, nec placari ipso Deus potest: acutè vtrumque obseruate Chrysostomo. Nam primum homil. de proditione Iudæ, tractans hunc Matthæi locum sic inquit. Merito nostræ reconciliationis causa hoc sacrificium constitutum est: et si sacrificij pracepta contempseris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud, cuius causa sacrificium factum est, ut sacrificio perfruaris: ita ille, & quidem scitè id: comple illud, &c. vt dixerit comple sacrificium complēdo illius scopū; qui ad remissionem iniuriarum tendit: Deinde verò in ea verba Matthæi opportune cōsiderat, Deū se ad morem hominum componere, apud quos scitè observā: e Synesio, eadem amicorum, atque linearum ratio est, ut quæ sint eadem, aut non eadē vniuersitio; sint eadem, aut non eadē interse, ac proinde nemio inter duos inimicos fidelis amicus esse valeat: sic enim ille. Nemo inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborum; ideo & Deus non vult esse amicus fidelium, quemdiu inter se fuerint inimici: ita Chrysostomus. Quia omnino ratione videris tristes iras, & asperam repulsa pauplum fuisse Cainū

dum ad Deum sacrificaturus accessit: dicente Scriptore: Et respexit Dominus

ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit: Genes. 4.

vers. 5. & ad hæc verba subiçiente Cypriano lib. de simplicitate prælatorum:

Neque enim habere pacatum Deum poterat, qui cum fatre pacem per Zeli discordiam non habebat: Quæ opportunè idem

Cyprianus diffundit lib. de oratione Dominicâ, ubi cum dixisset: Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia & de unitate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti plebs adunata, subiçit.

Neque enim in sacrificijs, quæ Abel,

& Cain primum obtulerunt, munera eorū Deus, sed corda intuebatur, ut ille placebet in munere, qui placet in corde. Abel

pacificus & iustus, dum Deo sacrificat innocentes, docuit & ceteros, quando ad altare munus offerunt, sic venire cum Dei timore, cum simplici corde, cū lege iustitiae,

cū concordia pace. Hæc Cyprianus. Enim verò iam tunc in Abelis oblatione pre-

signatam tuis purissimâ Eucharistiæ hostiam, & Dei respectum, sive repulsa pro diversitate ad eam accedentiū;

ipsamet Sancta Mater Ecclesia profiteatur, dum immediatè post Sacramenti elevationem Deo supplicat. Supra quæ

propitio, ac sereno vultu respiceredigneris, sicut respicere dignatus es munera pueri

tui iusti Abel, & c. quibus ipsa verbis Eu-

charistiæ offerentes significat ad altera munus offerre cū concordia pace, pro-

cul ab ira, procul à recordatione iniuriæ, procul à zelo discordiæ, atque vin-

dictæ, ante quorum, videlicet oculos Ie-

sus Christus præscriptus est in vobis cruci-

fixus, Galat. 3. v. 1. pro inimicis suis Pa-

trem orans: Pater dimitte illis, non enim

sciunt quid faciunt. Luc. 23. v. 34. Vnde

præfato loco Anastasius Syriaita sic ar-

denter exclamat: O homo! quid agis: di

Angeli Sanctæ Missæ officio ministrant

sex alis volantes sacram, & mysticam men-

sam ob velant, dum cherubini circumstant,

& Trisagij hymnum claræ voce conci-

nunt, Seraphini cum reverentia se incli-

nant, dum Pontifex misericordiam Dei ti-

mos ad. Genes. 4.  
vers. 5.

Cyprian.

Galat. 3.  
vers. 1.

Lucæ 23.  
vers. 34.

mos signant, & describunt: non perhorrescens animo, quod despicias, & Iudeo osculum fratris offeras, diuturnamque, & tenacem iniuriarum memoriam, atque perniciosum serpentis venenum erga fratrem tuum in corde tuo intime abscondist. Et tu absecondit a cordis cognoscendi dicis. Dimitte mihi, sicut & ego dimitto fratri meo. Hec Anastasius. Postmodum vero lenioribus verbis usus sic iratum admonet. Quo circa fratribus nostris ignoscamus, & ex nobis ipsis omnem malitiam, & improbitatem exterminemus cum proposito dignè ambulandi eà vocatione, in qua vocati sumus. Ne dixeris, sepius ignoravisti fratri meo: rursumque in medeliquit, quia illud ipsum à Dōmino tibi potest obici. Nedixeris, ingentia damnatione ille mihi intulit: domui mea infidias tetendit, agrum meum sibi vendicavit: filium meum occidit, multis incommodis me affectit, in carcere rem compedit, in mortem tradidit, neque o gratiā male commissorum facere. Ne in hac verba charissime erumpas. Quantā enim fratri tuo remiseris, tanta, & maiora remittet tibi Dōminus. Enim imitare ipsum Dōminum, qui salutis tuae causā mortem subiit, & si frater tuus voluerit te in lignum tollere, clamatum Dōmino. Pater dimitte illis hoc peccatum: Hec & plura Anastasius in hanc rem.

Sed & alia etiam ad manū similis adestratio; cur præfato Matthæi loco præscripsit Dōminus imperfectū relinquare sacrificium, donec illud offerens in gratiam cum fratre suo redierit: quod videlicet ab illo discors, in sacrificando nihil agat, sed oleum, & operam perdat: in quam tē ipsūmet Dōminū apud Iaiam cap. 1. à vers. 11. fidelē populū à se omnino repellētēm grauiissimis his verbis audi. Quo mihi multitudinem victimarum vestiarum dicit Dōminus: plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nō lui. Ne offeratis ultra sacrificium frustra vbi LXX. & Hebreæ lectio, sacrificium vanum, & quidē Hebreæ vox bene ibi adnotante P. Sanctio significat oblationem de terræ frugibus, quasi manipulus frugum sit, qui ex aridâ ilipulâ constat, & ipicis sine granis, quod aliter explicitus Oseeas cap. 8. cùm dixit: Germanus non faciens farinam: subdit ille: Ut autem

palearum manipulus aliquid ambitiosum est, & vanum, sic sacrificia illa, quæ sterili ritu, & ambitioso tantum apparatu ferebantur in templum: Pergit Dōminus apud Vatem vers. 15. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaveritis orationē, non exaudiam: ubi vides sacrificiū, oblationes, orationēm à sacrificantibus illis vana, irrita, & nullius frigi, Deo solo fixos oculos avertostenete: Sed quare: aut quoniam tanta Dei indignatione euertitur tantè ne animis cœlestibus ira? Occurrit Dōminus: manus enim vestra & sanguine plena sunt, ipso omnino significare, homines illos sanguinarios, crudelēs, ad vindictam acres, ad odia, ad vim, ad rapinam, ad quidvis in humanum audēdūm promptos: eaque de causa orationes, & sacrificia, quæ si ab animo innocentē, & cum fratre coniuncto proficeretur, Dei oculis gratissima, & ad ipsum placandū efficacissima fuissent: iā irrita, & nullo ulvi offerentibus esse. Qui quidem sensus ex sequentibus illustrior redditur, Dōmino ditis ministris & increpationibus remedium subiicie te. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationū vestiarum ab oculis meis, quiescite agere perversè, distinet benefacere: qui eritis iudicium, subvenite oppreso, iudicate pupillo, defendite viduam, & veniente, & arguite me dicit Dōminus: si fuerint peccata vestra rubra, quasi vermiculus, velut lana, alba erunt: Quo in loco observatione digna est locutio illa arguite me qui ppe tū significat ex verbo Hebreo, Niueachia, increpationē cū correctionē in posterū, quasi Dōminus more humano dixerit se opportunè ab animo pacifico exoratū, in posterū non modo mutaturum sententiā, sed etiam velut interpretationi subiiciendum, si secus fecerit: tuuferiam iuxta verbi Græci elegi proprietatē, omnino denotat argumentum efficax, atque coruincens: ex qua significatione inferas, vt orationi, quæ ab eo qui charitate in proximum terret ea vis, atque efficacitas subest, vel Dōminus veluti necessariā argumentatione convincat, ita omnino illa inefficacē, & imperfectā ad perniovendū esse, quæ ab Iaaro, & dilecorde fit: nō secus ac syllologismus debita argumentādi forma caret, & in arte peccans, ex quo

VII.

Isa. 1.  
vers. 11.

LXX.  
Lect. He  
breæ.

Osee 8.  
vers.

Lect. He  
breæ.  
Lect. Gra  
ca.

Cyprian.

nihil valet inferri, qui que cum exhibitatione exploditur: Hæc omnia breui ter perstringēte Cypriano lib. de oratione Dominica, his verbis: Orantes autem nō in fructuosis, nec nudis precibus ad Deum veniant: inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio: & paulo ante cum respectu ad verba Domini apud Matthæum, quæ in manibus habemus. Sie nec sacrificium Deus recepit disidentis, & ab altari revertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus, & Deus possit esse pacatus. Hinc sic ratiocinatur Saluianus Malsiliensis lib. 3. de Providentiâ. Quid dignius? aut quid iustius? Non audi viuuisti non audimur: Non resperdimus? non respiciuntur.

IX.

Pagnini.

Anastas.

Subiit vero pluiculum novæ emphasis illis verbis Domini apud Isaiam: Ne offeratis ultra sacrificium frustra: nempe Pagninus legit sacrificium mendax: quippe quod secum pugnet, & aliud profiteatur exterius, aliud illi intus insit: quid enim fuerit ante Eucharistia sumptionem Domino dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, nec tam ex animo dimittere, sed iniuriarum tenacem memoriam retinere: Benèquidē præfato loco Anastasius Synaita, cum dixisset. Quid facis homo? Sacerdos pro te pugnat, altari quasi tremendo tribunali adiessens, instat, & urget, ut superis ab oris gratia Sancti Spiritus tibi demittatur, & te salutis tua nulla cura tangit, &c. Iunge clamorem tuum cum Sacerdote pro te de certante: iunge laborem tuum cum Sacerdote pro te deprecante. Date ipsum protuam salutem: quia unus ædificans, & alius destruens, quid prodest illis, nisi labor? Ecclesiastici 34. vers. 28. subiicit ad rem: Quam grauis enim haec destructio! quando non solum tremenda illa divina Synaxeos, & Liturgie hora Deo mentiris, sed & odium in fratres memor iniuriarum retines, quam vis in oratione illud pronuncies: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quid ais homo? Cur adeo audacter adversus Deum in solecis? Memoria malorum, quæ frater tibi intulit, apud te viget: ensem in illum exacus, dolos illi machinaris, & hoc perniciosum virus in corde tuo circumferis: interim tamen ad Deum clamas: Dimitte mihi debita mea: sicut & ego di-

mitto debitori meo. Venistine, ut in Dei Ecclesiâ precareris, an ut mentireris? an ut gratiam reciperes: an ut iram, seu vindictam tibi accerseres? ut remissionem peccatorum impetrares? an ut additamentum pœnarum, quæ tuis peccatis sunt debita? Venistidenique, ut salutem acciperes? an ut supplicium? Hæc Anastasius. Cui sane respödet Chrysologus adducto Caini exemplo, vanum & mendax inaniū frugum, & spicarum sine grānis sacrificium offerenti, dum à fratre abalienatus accessit: Cain gestans sibi stipulam, fomentum sibi, per quod exuratur, invenit ita ille. Scitè quidem ethnico sensu de eo, quise vlcificitur, dixit Seneca, excusatus, quam eum à quo iniuriam accepit, peccare: his verbis lib. 2. de ira, cap. 32. Nō enim, ut in beneficijs honestum est, merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs: illuc vinci, turpe est; hic vincere: in humerum verbum est, & quidem pro iusto receptum, vltio, & à contumeliam nō differt, nisi ordine; qui dolorem regerit, tantū excusatus peccat: Sed ut Christiana pietas hic non consistit, sed ad diligendos inimicos progreditur: ita qui ad Eucharistiam à fratre discors, & vltionis cupido accedit, adeo non excusatus peccat; ut potius gestans stipulam, fomentum sibi per quod exuratur ferre videatur.

Anne fuit satius tristes Amaryllidis iras,

Atque superba pati fastidia?

Sed opportunius loquitur Chrysostomus hom. 15. in Matthæum: Audiant hi, qui sacris quidem mysterijs initiati, cū inimicitijs ad communionem Altaris accedant.

Concludo appositâ pro omnimoda iniuriarum, & vindictâ depulsione à Dei servis, mira & pulcherrima historia, quæ in Annalibus servorum B. Mariæ centuria 2. lib. 4. cap. 13. de Beata Biunda his verbis cōscrribitur. Hæc post defunctum contingem honestissimam inviduitate degens pro suæ senectæ solatio filium, quem à Deo unicum receperat, vnicè quoque diligebat, summam interim adhibens curam, ut semper apud se in timore Dei custodiretur: verū, ut est semper variabilis rerū vicissitudo, & quæque nostra spes vana deprehēditur, paucis post diebus Aduersarij Fuf-

Chrysost.

Seneca:


Chrysost.

X.  
Annaleo  
B. Mariae

cæ familiæ, quod fortè prius ob inventas simultates nō potuerint in coniugē, & patrē cōcepti odij virus evomere, totum tandem in insolentem filium, quem occiderunt, inveteratæ indignationis venenum inclementer reiecent. Quare Biunda egregij animi fœmina brevi se, & coniuge simul, & filio orbata am spiciens, parem in sicarios illos vleiscēdæ iniuriaæ meditabatur vindictā. Cumque huiusmodi, & filij mærore, & occisorum odio in felix mulier die, noctuque exagitaretur, horrendū quid, & penitus, vel ab ipsis quoque Andropophagis alienum, ab eisdem homi cidis sibi accidisse fertur. Hi enim haud satis contenti puerum enecasse, hoc quoque crudelitatis in auditō genere, in mortuum filium, & viventem matrem simul sœvientes vñi sunt: Nam arrepto occisi è tumulo cadavere, & extracto è pectorē corde (horrendū quidem, & incredibile relatu) illud etiam inter alias epulas Matri comedendum anteponi curarunt: cuius tam execranda sceleris inscia Mater cor proprij filij infelix comedens scelestas simul, & crudeles ei inferias execrabillo edulio celebravit. At sensum Domini, & sapientiam eius quis investigavit? Non multo post rei tam nefariæ cōscia Biūda, quando debuisset in sicarios illos maiori in ardescere odio, statim sese in aliam mutari (visceribus undeque commotis) præfensit. Hinc filij necem æquo animo ferre. Occisoribus nō modo mala non imprecari. Non odisse. Non nocuisse. Sed bona quæque illis optare, sed Deum pro illis orare, sed amare, sed eis incredibilia ex tam ingēti crudelitate beneficia rependere. Af-

pexit quoque Deus cordium immutator fœn. in æ Biundæ erga nefarios illos misericordiam, & pietatem, & quam prospexerat mandatorum Christi opportunam servatricem: illico promisi non immemor, in Filiam adoptasse videtur, vt vñ hæc in fœminâ verum ostenderet, quod iam dudum fuerat pollicitus nimirum. Qui inimicum diligit facile Dei Patris filium evadere posse, &c. Cæterum B. Biunda cum tam grata Deo ex eo generoso facinore evasisset, digna etiam visa est, vt à Iesu Christo pari fere modo, ac S. Ioannes in Crucē B. Virginī Matri, tanquam Bilia commendaretur, quæ tam æquo animo cū ipsa proprios filij cruciatus perpetua fuisset. Igitur renuncians sæculo, & adscripta ordini servorum B. Virginis, cū in obsequijs eius diù perseverasset, & corpus suum flagris, cilicio, ieiunijs, & vigilijs edomiasset, eò perfectionis, & sanctimonij pervenit, vt etiam vivens miracula ederet. Ac tandem miraculis, & gratijs cœlestibus vivens, & mortua coruscans vitam cōclusit: Prestringit hæc meus Theophilus Raynaldus in Onomastico Eucharistico verbo Panis cōcordiæ, & hoc egregio cōmento illustravit. Accipimus in Eucharisti à cum reliquo Christi corpore eiusdem sacram cor. Quis dubitet? cibationem ex eo corde, quod amore purissimo in proximum flagravit, pollere ea efficacitate ad conciliationem concordiæ, & restrictionem irarū, quæ appositum dire, ac nefarie cor Filij erga sic pastam matrem valuit? Concludit tandem. Est ergo Eucharistia panis concordiæ, quo qui cibantur, sunt mites. Hæc Theophilus.

Theophilus  
Raynaldus





## LIBER IV.

# DE SANCTIS- SIMO EVCHARISTIAE Mysterio.

## DISSERTATIO. I.

## DE SVMMO PRĒTIO, IN QVO Christus in Sanctissima Eucharistia accepta habendus est.

*ACCEPTAM AVGVSTISSIMAM EVCHARIS-  
tiam omni custodia servandam, omni in pretio haben-  
dam, omni puritate exquisitè custodiendam.*

## ADNOTATIO I.



VOD Sapienter S.  
Leo Pontifex post  
Dominicæ Incarna-  
tionis Sacra-  
mentum fideles admone-  
bat ferm. 1. de Nativi-  
tate Domini, inquit.  
Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam,  
& divinæ consors factus naturæ, noli in ve-  
terem vilitatem degeneri conuersatione re-  
dire. Memento cutis capitis, & cuius cor-

poris sis membrum: id quidem optimo  
merito accipienti Eucharistiam apta-  
veris; qui divinæ consors factus naturæ,  
Filij Del corporis factus sit membrum;  
Cui iure dixeris, quod Dominus urbi  
Capharnaum apud Matthæu 11. ver. Matt. 11  
23. Et tu Capharnaum, nūquid usque in ver. 23.  
cœlum exaltaberis? efferente hæc verba Lectio Sy-  
riaca hunc in modum: Tu riaca.  
Capharnaum, que ad cœlos usque es eve-  
cta: Sed quæ ratione? Respondet Hiero- Hieron.  
nymus,

*August.*

nyius, Christi hospitio, quid enim cœlo proximiūs, imo & sublimius, quam cœlorum Regem hospitem habuissile? Pulchrè Augustinus, inde summam hominis dignitatem commendans, quod di vino Eucharistiæ cibo perfruatur: ita primum commonente serm. 8. de diversis cap. 83. *Nonsitis viles vobis, quos cunctorum Creator, & uester tam charos estimat, ut vobis cotidie Unigeniti sui pretiosissimum sanguinem fundat: Deinde vero luculenter concione 1. in Psal. 32. ubi cum dixisset: *Nolite vos abiere, & desperare de vobis. Homines esatis, ad imaginem Dei facti estis. Qui vos homines fecit pro vobis, & homo factus est. Ut multi filii adhæreditatem sempiternam adoptarimini, sanguis Unicus pro vobis effusus est: subiicit. Si vos vobis ex terrenâ fragilitate viluistis, ex pretio vestro vos appendite. Quid manducetis, quid bibatis; quod subscriptabimini, tamen dignè cogitate.* Hac Augustinus, obseruilla, ex pretio vestro vos appendite: *Quid manducetis, quid vobatis, &c. ut non modo similis, sed etiā plenior sententia hæc fuerit, illà Eusebij Gallicani alibi à nobis adductâ. Magnum mihi est de Deo, quod esse me sentio opus suum, sed multo plus est, quod transisse ipsum video in pretium meum; quando quidem tam copioso munere ipsa Redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur. Nimurum in Eucharistiâ plus aliquid ex Dei benignitate pro hominis dignitate experimur, cù videamus ipsum non modo in pretium, sed etiam incibum transisse, atque hominem ipso Deo plenum esse.**

II. *Eigo si vos vobis ex terrenâ fragilitate viluistis, ex pretio vestro, sive ex thesauro apud vos panem vitæ accipiētes recondito appendite: Habemus (inquit Apollonus 2. ad Corinth. 4. vers. 7. thesaurum istum in vasis fictilibus: Quæ illum omnino, in quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie absconditi, ad Col. 1. 2. vers. 3. exclamante hac ratione Bernardo Ierm. 5. in Dedicatione Ecclesie, in hunc modum. Respiremus fratres, etsi nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei potest aliud latere de nobis. O Pater misericordiarum! O Pater miserorum, quid apponis erga eum cor tuum? Scio, scio ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuu: Quonodo ergo nihil sumus si thesaurus*

*2. Cor. 4. vers. 7.*

*Collos. 2. vers. 3.*

*Bernard.*

*tus sumus: Sic Bernardus: Et quicē recte: quomodo enim non simus thesauri Dei, qui unigenitum eius Filium apud nos habemus? Quomodo nō Deum valere videamur, qui Deum nobiscum habemus; & Deo pleni, & repleti sumus: hac de causa dicente Apostolo ad Collos. 2. vers. 9. *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis: Enim vero hinc opportunè firmaverim adhibitam à nobis expositionem in epistol. ad Philipp. cap. 2. vers. 7. adnot. 5. verbis Isaiae 40. vers. 15. Ecce gentes quasi stillastule, &**

*Coloss. 2. vers. 9.*

*B quasi momentum stateræ reputatæ sunt: quippe perinde hæc ibi accepimus, ut quamvis momentū stateræ, sive ut LXX. ibi habent in stateræ; levissimum quid significet; tunc tamen vim suam, & significationem habere videatur, cum in stateræ appensum ipsam ad equalitatē librat, vel in alteram partem inclinare cogit: ita enim veteres sub hoc sensu momentare dicebant; cum exigua re, si ve uno momento curvam regulam dirigebant, sive aquabant. Quod ad hæc verba Isaiae dissertissime expressit S. Cyrril. Alexan. inquiens: *Quid momentum stateræ redigēs ad equalitatē, quod videtur esse minus: vi ex his sentius Isaiae fuerit; horum in stateræ cū Deo possum, ita ipsam momentare, ut ad equalitatē redigat: Quod quidem praesenti instituto videtur esse peropportūnum, dū ex pretio nostro & cibo, quæ manducamus, nos appedimus; nam et si levissimum quid, & nihil sumus, & ex fragilitate nostrâ vileamus, habemus tamen thesaurum in vasis istis fictilibus: eumque thesaurum, qui Deus, quidem est, & summo Patri per omnia equalis, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.* Pulchrè quidem & opportunè in hunc sensum S. Leone serm. 7 de Nativitate, attestante.*

*D Si enim templum Dei sumus, & spiritus Dei habitat in nobis plus est quod sidelis quisque habet in sua anima, quam quod miratur in cœlo: sic Leo. Omnino vero ad rem nostrâ Nicolaus Cabalitas lib. 4 de vita in Christo, hunc in modū: Constat igitur Christum infundere, & miscere se nobis, mutare nos, & inse transformare, tanquam aquæ guttam modicam infusam*

*Leo Magno.*

*E Leo. Si enim templum Dei sumus, & spiritus Dei habitat in nobis plus est quod sidelis quisque habet in sua anima, quam quod miratur in cœlo: sic Leo. Omnino vero ad rem nostrâ Nicolaus Cabalitas lib. 4 de vita in Christo, hunc in modū: Constat igitur Christum infundere, & miscere se nobis, mutare nos, & inse transformare, tanquam aquæ guttam modicam infusam immenso*

*Nicolaus Cabalitas.*

immenso vnguenti pelago. Tantum quippe incidentibus se vnguentum istud praefat, ut non solum plane odorator, nec vnguentum spirantes tantummodo, sed fragrantia ipsam habitu, & bonum odorem ipsius vnguenti propter nos effusi reddat: Christi enim bonus odor sumus, 2. Corint. 2. inquit. Hæc ille.

III.  
Eccles. 2.  
vers. 23.

Ad stipulatur hunc sensu Salomon Ecclesiastes 2. vers. 23. vbi postquam egregiam illam, atque divinā thesim, vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quæ totius libri summa, & scopus est ad singulares hypotheses revocavit: singillatim demonstrans, affluentiam, & studium deliciarum; roris profusionē, cunulos argenti, & auri: omnemque substantiam Regum, & prouinciarum florētissimam familiam, lautissima cōvivia, magnas, & exquisitas voluptates, suauissimā cantorū, & cantatricum melodiam: & quidquid sensibus corporis concinit, vanitatē vanitatum esse: ibi tandem concludit: Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere anima suæ bona de laboribus suis? & hoc est de manu Dei est: Ad que verba, quod ad speciem videantur potius ad voluptatem quam ad ullam honestatem pertinere, Patres velut agmine facto in bonā partem de spiritualium bonorum escā accipienda esse contendunt (vt vterque Gregorius Neocaesariensis, & Nyssenus in Catenā Græcā, Anastasius Synaita q. 43. in script. Gregor. Magn. lib. 4. Moral. c. 1. Bonavēt. Victorinus, Hugo Card. & alij) August. singillatim ad Eucharistiā mysteriū retulit, tanquā de ipsis excellētia prophetizaverit Salomon; omnibus omnino thesauris, siue qui in terra, siue qui in cœli sunt potiorem esse. Audi illum lib. 17. de Civitate Dei cap. 20. vbi cum adductis Proverbiorum verbis de Eucharistiā cap. 9. vers. 1. de Eucharistiā. Sapientia adificavit sibi domum excidit columnas septem. Immolarit victimas suas; miscuit vinum, & proposuit mensam suam: si quis est parvulus veniat ad me, & insipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis, atque in eis tā Redēptionis nostrę œconomia, quam Eucharistiā mysterium, & Christianę Ecclesiā constructionem ad purissimum Marię vterum, in quo hæc

A  
B  
C  
D  
E

omnia Dei Sapientia operata dicitur; hunc in modum retulisset. Hie agnoscamus Dei sapientiam, hoc est Verbum Patri coeternum in utero virginali domum sibi adificasse corpus humanum, & huic tanquam capiti membra, Ecclesiam subiuxisse, Martyrum victimas immolasse, mēsam in vino, & panibus preparasse, vbi apparet, eriam Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech: subinde adducēs hæc verba Ecclesiastæ, sic inquit: Participem autem fieri mēse illius, ipsum est, incipere habere vitam: nam in libro Ecclesiastæ, vbi ait: Non est bonum homini, nisi quod manducabit, & bibet, quid credibilius dicere intelligitur? quam quod ad participationem mensa huius pertinet, quam Saerdos ipse Mediator Testamenti novi exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore, & sanguine suo? Id enim sacrificiū successit omnibus illis sacrificijs veteris Testamenti, quæ immolabantur in umbrā futuri. Hæc & alia Augustinus: Quis statim in huius explicationis confirmationē subdit. Nam istum Ecclesiastem in hac sententiā manducandi, & bibendi, quan sepe repetit, plurimumque commendat, non sapere carnales epulas voluptatis, satis illud ostendit, vbi ait. Melius est, ire in domū luctus, quā ire in domū potus: & paulo post: Cor, inquit, sapientum in domo luctus, & cor insipientiū in domo epularum. Hæc omnia ex Augustino: Ecce tibi Salomonem Eucharistiā thesauros super omnes mundi divitias, delitias, & honores prænunciantem; vt qui in illā plenitudinem Divinitatis accipis, momentum stateræ, in qua cum Deo appensus fuisti ad æqualitatem quandam modo redigas.

IV.

Quod si nobis scrupulum non nemo iniiciat, quod nostram staterę librā à Dominici corporis communione tātopere adornare velimus. Audiat, queso, ipsummet Dominum post distributionem discipulis Eucharistiam cum Summo Patre ita colloquētem apud Ioan. cap. 17. vers. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: Quæ verba pulchrè elucidantur à Cyrillo Alex. ibi etenim dum ipse per hanc claritatem discipulis datam, corporis Christi participacionem in Eucharistiā, media quā Dominus fideles vnum secū corpus effecit,

Ioan. 17.  
vers. 22.

inde omnino adstruit, quidquid glorie honoris ex Divinitatis coniunctione corpori Dominico accedit: totum id, cum discipulis, eoquo ipsi capaces sunt modo in Eucharistia communicasse, ut ab illa iam quasi ex æquo cum Deo agere possimus: Sed Cyrilum audire præstat lib. 12. in Ioann. cap. 27. vbi cū sic præmisset. *Corporaliter enim Filius per benedictionem mysticam nobis ut homo unitur: spiritualiter autem ut Deus suus spiritus gratia nostrum ad novam vitam, & divinæ naturæ participationem spiritu redintegrans. Nexus igitur unitonis nostrar. e ad Deum Patrem Christus est: nobis quidem ut homo, Deo autem Patri, ut Deus naturaliter unitus: inde post nonnulla in ean dem sententiam, sic tandem cōcludit.*

*Consummati ergo sumus; reducique ad unitonem Dei Patris meditatione Salvatoris, id est Christi. Filium enim Dei natura Patri unitum corporaliter, substantialiterque (ut dictum est) accipientes clarificamur, glorificamurque supremæ facti naturæ participes: Hæc Cyrus: Et quidem egregie, atque opportunè: Apud quem si mentem intendis; ea Domini verba, ut sint unum: perinde accipienda videntur, ac ut sint nobiscum unum: eo sane dicens modo, quo Dominus de Adamo post transgressionem pelliceis tunicis contexto, sive ut infelicem illius à sublini fastigio casum irrideret, sive ut iā in illo Christum humani generis Affer*

*Genes. 3. vers. 22. Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis: iam quæ ratione hæc unitas percipienti Eucharistiam obtingat opportunitate aperit Cyrus inquiens: Cōsummati ergo sumus, cōsummatā scilicet perfectionem, dignitatem, honorem, atque maiestatem adepti, dum Filiū Dei natura Patri unitum corporaliter, substantialiterque accipientes, clarificamur, glorificamurque; supremæ facti naturæ participes.*

V. Pro quæ Cyrrilli locutione, consummati sumus, expende cum Cypriano serm. in cœna Domini, Christi Domini iā iam animam exhalantis verba: consummatum est, Ioann. 19. vers. 30. Ad quem lo

Ioann. 19. cum adeò insipientes, & inepti sunt ha

vers. 30. retici (vt refert P. Maldonat. in cap. 27. Maldon.) sacrificium Eucharistia, & omnem nostram satisfactionē

ex his verbis tollentes, quasi Christus dicere voluerit, omnia iam sacrificia esse finita, vt potius ex illis, & Eucharistia efficacitas, & perfecta virtus a qua cōsummati reddimur preclarè adstruatur: Nimirum, qui Eucharistia instituerat, & mortem iam oblitus; tantum non dixit, iam abhinc hoīnē cū Davide dicere posse: *Omnis consummationis vidifinem, Psal. 118. vers. 96. dum consummatam perfectionem, & dignitatē adepti, & supremæ facti naturæ participes vitā divinā cū Christo ab Eucharistiaducere incipiebant: Nam omnis alioquin perfectio ( inquit Apolinaris in hunc locum in Catenā Corderij ) ac virtus hominum præcedens, sine Christo manisset imperfecta, cum Dei circa homines providentia in ea, quæ à Christo est, salutem consummetur: iam vero id omne sic firmat Cyprianus ut afferat, ab Eucharistia ad eum consummatæ perfectionis, & perfectæ felicitatis statum transire fideles, ut referant Christum Dominum, summo Patri spiritum suum committentem: Nimirum cum prius dixit Cyprianus. Hanc Dei gratiam recolens, qui desaco calice bibit, amplius fit, & ad Deum vivum erigens desideriū, ita singulari fame illo vno appetitu teneatur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, subiicit ad rem nostrā. Ad hæc inter sacra mysteria ad gratiarum actiones convertitur, & inclinato capite munditia cordis adeptæ se intelligens consummatum restitutus peccator sanctificatam Deo animam, quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur, & latetur dicens, vivo: iam non ego: viuit in me Christus: sic Cyprianus, ut dixerit: adeptæ ab Eucharistia cordis munditia adeo consummatum se intelligent peccator, ut glorietur vivere in se Christum, qui animam Patri reddens dicebat, consummatum est: possitque cū Davide gratias Deo agens affirmare:*

E *Omnis consummationis vidifinem, qui finem posuit carnali vita, & anima in Dei manus deposita vitam incipit divinam vivere non sibi vivens, sed Christo, & Christus in eo: A quo sane non abit Glossa apud S. Thomam in Catenā in Matth. 15. vers. 35. vbi de convivio in moche exhibito turbæ à Domino agitur: dum referens illud ad Christi*

Apollin.

Cyprian.

Glossa.  
S. Thom.

altitudi-

altitudinem suis communicatam, sic inquit. *Mons in quo Christus resicit, est altitudo Christi. Hic remansit omni cupiditate carnali convivias nostri testamēti per permanentes, soli latos quod continet: Hec Glosa: En ergo electum scrupulam de statu ab homine Eucharistiam participante ad aequalitatem reductā, dum Christi convivæ vivunt cum Christo, & remota omni cupiditate carnali vivit Christus in illis: & ipsorum conuersatio in cælis est, vt dicebat Paulus Philipp. 3. ver. 20. & cum allusione ad hēc verba Bernardus serm. de verbis Habacuc: Nec in sterquilinio huius miseri corporis, sed in corde, ubi Christus habitat in iudicio, & consilio rationis sit conuersatio nostra.*

VI.

Ex quibus iam collige, tum qualia ab Eucharistiā sis dignus honore, qui Dei Filium in quo inhabitat plenitudo Divinitatis apud te habes non tecum, ac felix illud sepulchrum, in quo ipse repositus est: tum etiam quanta reverentia illum custodire; quantia cordis, & corporis munditia retinere debeas: utrumque monitum sapienter persequente Augustino serm. 133. de tempore, in hunc lentum Iosephi ab Arimathea insignē pietatem audacter a Pilato petētis corpus IESV, ipsumque non in alieno, sed in suo sepulchro recōdētis, dicēte Matthēo 27. vers. 57. Cum autem serō factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathia nomine Ioseph, qui & p̄ se discipulus erat IESV. Hic accessit ad Pilatum, & petit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Ioseph, in voluit illud in sinu lone manda, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra: Audi Augustinum serm. 133. de tempore hæc verbas sic capientem. Igitur Ioseph in suo sepulchro posuit Dominū. Legimus in Propheta. Sepulchrum patens est guttura eorum. Psalm. 13. vers. 3. Si ergo sepulchrum patens est guttura hominū, vide, ne forte secundum hanc similitudinem Ioseph non tam in terrenā posuerit sepulturā, quam in monumento sui cordis collocauerit. & custodiendum illud suscepserit, non tam memoriam fragili mortuorum, quam memoriā sanctā virtutum: ita ille, & quidē pulchre, vt iam deinceps Ioseph non in sterquilinio miteri corporis, sed in corde, in quod Christum collocaverat in

judicio, & consilio rationis conuersationem haberet, cunctis secularibus curis, & amoribus abiectis: vt sancte, & pure illud exprimeret, quod de conjugali fide a se nunquam violanda Regina illa apud magnum Poetam iactabat.

A *Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores*

*Abstulit: ille habeat secum, servetque; sepulchro.*

B *Vt discat (inquit Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, c. 7.) nihil aliud esurire, quam Christū, nihil suture nisi Christum, nihil aliud sapere, quam Christum, non aliud vivere, non aliud esse, quam corpus Christi: ita ille.*

C Sed enim vt præfatus Augustini sensus Eucharistiā omnino h̄c reat (vt Paschasius lib. 12. in Matth. ad ea verba de ipsa accipit) placet expendere accuratam Matthæi dictiōnem: *Iussit reddi corpus: ad quam frequenter amabitur: cur non dixerit Euangelista, iussit dari corpus, sed reddi? cum id omnino redatur, quodiam debetur, vt apud eundem Matth. 18. vers. 24. molestus creditor debitori dicebat: Redde quod debes cui dubio vt alibi ea ratione occurserim, quod quæ postulantur, dicantur emi, vt proverbio ceslerit *prece emaci, & malo emere, quam rogare:* præsertim verò cum is qui postulat vir princeps, aut nobilis est (vt si fuisse dicitur à Marco c. 14. vers. 43. Ioseph nobilis decurso) quod facere videtur Regius Vates Psal. 118. vers. 107. orans: *Intret postulatio mea in conspectu tuo, ubi Ambros. serm. 22. legit. Intret dignitas mea in conspectu tuo, vt petitio a persona dignitatem accipiente videatur: modo pro renata potius dixerim: ideo iustum reddi corpus IESV, ei qui illud in monumento cordis sui erat collocaturus, quod iam pridem illi ab ipso Domino promissum, datumque fuerat in Eucharistiā illis verbis: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, Luke 22. vers. 19. vt ideo merito dicature ei redditum, qui ex promissione, immo & ex exhibitione ius ad illud habebat: iam vero ad rem nostram his adde ex P. Maldonato altius rem Maldon. considerante: Videmus ergo Iosephū, & Nicodemum nihil prorsus honoris prætermissee, quod Christi sepultura non adhibe-**

Virgil. 4.  
Aeneid.

Paschaf.

VII.  
Matt. 18  
vers. 24.

Marc. 14  
vers. 43.  
Psal. 118  
vers. 107.

Ambros.

Matt. 27  
vers. 57.

August.

Psalm. 13.  
vers. 3.

E *rent,*

# Christus in Euch exquisitè custodiendus. 421

rent. Quid vivo facturi erant? Si illud videlicet reapse in Eucharistia recipi rent: sicut tunc spiritualiter accipie bant.

VIII. Sed Chrysostomus censem auget hom. in *Parescevem*, ad verba Lucae 24. vers. 4. Ecce duo vires steterunt Iesus ilios in vesti fulgenti: obleruans Angelos ad sepulchrum iam Christo vacuum reverentissime stetisse, vel eadem causa magnum ei cultum deferentes, quod in ipso per breve tempus ipse iacuisset, ut hinc noverimus, quanta obleruantia, & intensissima animi devotione ipsummet Dominum in corde nostro

*Chrysost.* reconditum revereri, & prole qui debeamus: Audi illum: An nescitis? (inquit) quomodo Angeli adstiterint sepulchro corporis experti? sepulchro vacuo? Attamen cum semel totum corpus Domini recepisset, multum honoris etiam ipsi loco exhibent. Angeli, qui naturam nostram suam excellentiam longe superant, tantam reverentiam, & obseruatiua sepulchro adstant: non ad ipsum sepulchrum inane, sed ad ipsum in eam, in qua Agnus positus est, adiuturi, cum tu multus, & perturbatio te accedimus. Hec Chrysostomus: a quo non recedam, quin obliter lectorem meum moneam, ut magna cum mentis attentione recognitet, quid dixisset sanctissimus hic Pater; si hodier na tempestate consiperet, homines Christianos in praecipuis solemnitatibus currentes ad Ecclesiam, non vacuam quidem, & corporis Domini expertem, sed potius ipsummet Agnum Dei è Sacraffio extractum, palam mortali oculis conspiciendum exhibentem, ut inibi habentes oculos plenos adulterij, & incessabilis delicti (ut inquit Petrus epistol. 2. cap. 2. vers. 14.) vel fœminas inspiciant, oculisque comedant, aut ea cum illis turpia colloquia immisceant, quibus miteillas de proposto colenda castitatis deiiciant, inclamaret scilicet Chrysostomus: freme ret spiritu: & horrendis cœlum pulsaret querelis, dira, & extrema infelicitibus iitis à iustissimâ Dei irâ supplicia comminatus: Vade ergo & tu, qui Euagelici Doctoris munus tenes, & fac similiter.

2. Pet. 2. vers. 14.

IX. Verum ut ad sepulchrum Christi reuertar: ex lasso ingenti ad illud advo-

ciuto dicere omni custodia Christi corpus acceptum fore servandum, ingenti que fortitudine ab irruentibus tentationibus propugnandum: sic de Iosepho referente Matthæo, cap. 27. vers. 60. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra; & ad voluit saxum magnum ( Lectio Syriaca, ingens) ad osium monumenti; atque haec verba in præfatum sentum opportu-

A nissimè inflectente Hilario canone 33. *Hilarius* in Matthæum, hunc in modum. Et quia nihil est, quod præter eum oporteat, in pectora nostra penetrare, lapis ojto ad voluntur, ut quianullus antea in nos di

B vinæ cognitionis auctor fuerat illatus; nullus absque eo, postea inferatur. Hæc Hilarius: Et quidem rectè illud: nihil est, quod præter eum oporteat, in pectora nostra penetrare: nam corpore Christi apud nos recondito ingens omnino taxum cordis nostri ostio advoluendum est; ne quicquam ab ipso alienum, aut discors illud penetrare valeat: & ope re potius, quam verbis dicamus. Procul, procul este prophani hospites; procul, procul saeculares curæ; procul, procul terrenæ, & inanæ cogitationes:

C Quod si pro fragilitate; sive potius igit navia tua tuenda perperam aduerteris hæc usurpaveris Pauli verba: Habemus autem thesaurum istum in vasis scilicetibus: opportune occurrit S. Vincentius Ferrerius sermone 4. de corpore Christi: monens, ea de causa firmandum, & stabiliendum vas fore; ut fortuitis ictibus validius resistat: ita enim ille: Non est conveniens, quod nobilis liquor in vase fragili, & instabili ponatur: iste cibus est huiusmodi, debet ergo ponari in corde stabili, & firmo: Sic S. Vincentius: Cui omnino subscrabit Author operis imperfecti in Matthæum in hanc sententiam advocans Paulum ad Ephesios 4. vers. 27. talibriter

D commonentem: Nolite locum dare diabolο: ut qui semel Christi corpus participavit; tantam cor suum tollit; & in linea custodiat, ac firmet; ut nulla diabolο intraturo rima pateat: Id quod, velex sacris vasis; quæ humanis visibus, ut sine ingenti piaculo; ita nec sine nigro discrimine deinceps in servire poslunt, apposite firmat, ad ducto infelicitis Regis Balthasaris ea

Matt 27  
vers. 60.

2. Cor. 4.  
vers. 7.

Ephes 4.  
vers. 27.

de causa eis illato suppicio: ait siquidē:  
Si enim *vasa* sanctificata ad priuatōs *v̄sus*  
transferre periculum est, in quibus non est  
corpus Christi, sed *mysterium* corporis eius  
continetur, quanto magis *vasa* corporis no  
stri. Hęc ille.

X. Concludam si observauero hęc si  
gnatissimè facere imaginem Eucharistie,  
quaे in manna, omnes PP. agnos  
cunt, dum de ipso Numer. 11. vers. 7.  
dicitur simile *semini coriandri*: quod Eu  
charistiæ accommodat Augustin. ser  
mon. 91. de tempore, inquiens. *Si vis*

*Num. 11*  
*vers. 7.*  
*August.*

*manducare manna: si cupis, suscipe Verbum*  
*Domini; scito illud minutum esse, & val*  
*desubtile, ut *semen coriandri*: Vbi note*

*Philo.*

*sem̄ coriandri simile esse pupille oculi.*  
Quod quidem ē re nostrā omnino fue  
rit, ut noverimus cœlestē hoc Eucha  
ristie manna in sepulcro cordis abscon  
ditum, omni custodiā velut ingenti fa  
xo ad sepulchrum advoluto fore ser  
vandum. *Quod nullā* opportuniōri

*Psal. 16.*  
*vers. 8.*  
*Ambros.*

*imagine, quam pupillā oculi significa*  
rī potuit, Vate dicente Psalm. 16. vers.  
8. *Custodi me Domine, ut pupillam oculi:*  
& in ea verba Ambrosio lib. 6. in *Hexa*

*merū*, cap. 4. *Vnde tutum auxilium po*  
*stulans Propheta ait: Custodi me Domi*  
*ne, ut pupillam oculi, ut protectionis di*  
*vinæ fieret ei tam sollicita, & ruta custo*  
*dia, quam pupillam oculi tutissimo qua*  
*dam naturæ vallo munire dignatus est.*  
Quia innocentia, & integritas leviorde  
aspersa violatur, & gratia sue munus  
amittit: & ideo perspiciendum est, ne quis  
eam pulvis erroris oblitet: aut ulla re  
xet festuca peccati. Hęc Ambrosius. Ec  
ce tibi, quam solitam, & tutam cu  
stodiā divinæ Eucharistiæ adhibere  
debas, ut ipsam tanquam pupillam  
oculi tutissimo diligentia, sollicitudi  
nis, circumspectionis, atque timoris  
vallo munitam habeas, quin vel  
minutissimus pulvis levissimi  
erroris oblitet, aut ulla  
rexet festuca pec  
cati.

A EVCHARISTIAM COELVM, ET  
Beatitudinem esse, quæ vt omnia in se  
bona continet, ita perfectam  
anima satietatem affert.

## ADNOTATIO II.

B I NTER præclara signa Aduentus  
Filij Dei in mundum, sive potius,  
inter ingentia beneficia ab ipso  
nobis collata signatè prænuncia  
tur à Regio Vate: ipsum met coelum, &  
sedē Di in terram fore transferen  
dam, satis quidem ad mentem sapien  
tis M. Tullij, *tusculana prima*, qui iure  
conquerebatur de Homero, quod Re  
gum consuetudines, pompas, ciborū,  
potuumque ministeria, atque delicias

C ad cielum, & deorum mensas transfer  
ret: cum foret consultius, vtilius, & op  
portunius, divina, & cœlestia ad ter  
ram transferre, & in humanos vlus in  
vehere: *Humana ad divina transfere*  
bat (inquit Tullius) *Duina mallē ad nos*:  
Ergo sub hoc sensu Vaticinatur Da  
vid Psalm. 71. vers. 16. *Et erit firmamen Psal. 71.*  
*rum in terra in summis montium: super vers. 16.*  
*extolleter super Libanum fructus eius:*  
& florebunt de ciuitate, sicut fœnum ter  
rae: vbi cum provoce firmamentum, Hie Hieron  
onymus legat ex Hebræo: *Erit memo*  
*riale triticum, & Paraphrasis Caldæa Caldæus.*  
reponat: *Erit substantiscus panis in capi*  
*te montium: sive ut habet S. Antoninus S. Anton.*  
3. part. titulo 14. c. 5. *panis triticus*, Pe  
trus vero Galatinus lib. 10. de arcariis Galatin.  
Catholice fidei, cap. 4. & 5. affirmet Ve  
teres Magistros Hebræorum vertere:  
*Placenta panis, scū sacrificium panis in ca*  
*pitibus Sacerdotum: frequens Exposi*  
torum interpretatio huius loci de San  
ctissimo Eucharistiæ sacrificio hęc ver  
ba iuxta literalem sensum accipit:  
imò addit Galatinus oculis carere, qui  
id non viderit: iam vero observa  
perinde esse Eucharistiam, ac fir  
mamentum: *Quod si ambigas, quid*  
hic significet firmamentum? Ego aliū  
Nomenclatorem, quā ipsummet Deū

D Hieron.  
Caldæus.

E Galatin.  
S. Anton.

Hie Hieron.  
Caldæus.

scū sacrificium panis in ca  
pitibus Sacerdotum: frequens Exposi  
torum interpretatio huius loci de San  
ctissimo Eucharistiæ sacrificio hęc ver  
ba iuxta literalem sensum accipit:  
imò addit Galatinus oculis carere, qui  
id non viderit: iam vero observa  
perinde esse Eucharistiam, ac fir  
mamentum: *Quod si ambigas, quid*  
hic significet firmamentum? Ego aliū  
Nomenclatorem, quā ipsummet Deū

Gen. 1.  
vers. 8.

de firmamenti significatione nō requiriā, dicente Moyle: *Vocavitque Deus firmamentum cœlum. Genes. 1. vers. 8. vt apertissimè appareat Eucharistiam cœlum esse, Deumque in terram thronū, & sedem suam transtulisse, cum in Sacramento Eucharistiæ manere voluit: Audi id à Chrysostomo homil. 24. in 1. ad Corinthios. Etiam (inquit) dum in terrā sumus, ut terra nobis cœlum fiat facit hoc mysterium. Ascende igitur ad cœli portas, & diligenter attende: immo non cœli, sed cœli cœlorum, & tunc quod dicimus intueberis. Etenim quod ibi summo honore dignum est, id tibi in terrā ostendam. Nam quemadmodum in regijs non patentes, non tecum aureum, sed regium corpus in throno sedens, omnium præstantissimum est; ita quoque in cœlis regium corpus, quod nunc in terrā videndum tibi proponitur. Neque enim Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, sed ipsum horum omnium Dominum tibi ostendo. Hæc appositè Chylost.*

II.  
Lucas 14.  
vers. 15.

Videris quidem firmatam hanc cogitationem ab ipso Domino apud Lucam cap. 14. à versu 15. Nimirum cum ipse cuiusdam convivio interfuisset, ibique monuislet: *Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, ne forte, & ipsi revertent, & fiat tibi retributio: Hac occasione, non nemo ex discubentibus, pius ipse, & prudens sensum altius sustollens ad cœlestis beatitudinis convivium suspiravit: sic namque Lucas. Hac cum audisset quidam de simul discubentibus dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Sed quid tum Christus? Audi quā ratione illius desiderio satisfecerit: Subdit enim Lucas. At ipse dixit ei. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos pergens proponere parabolam de convivio Eucharistiæ: vbi observa illa verba. At ipse dixit ei; quibus omnino ad interrogata, sive ad pīj hominis susprium respondit; nectens cum illo Eucharistiæ parabolam, eo profusus modo, quo apud eundem Lucam cap. 11. vers. 27. beatà illa muliere dicente. Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ sūxisti: Subiicit Lucas. At ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt Verbum Dei,*

*& custodiunt illud, vt videlicet his verbis mulieri illi annueret, & cum laudibus quibus Matrem afficerat, suam itidem ipse laudationem coniungebat: Ergo pio illi viro cœlestem patriam suspiranti tantum nondixit Dominus. Vis manducare panem in regno Dei! Ecce præsens adest cœlette convivium, ante te habe panem vitæ; adi cœnam meam, accipe corpus meum in Eucharistiæ; nihil enim minus hoc convivium, quam illud habet; quidquid Dei, & divinum gustabis in regno Dei, poteris modo in Eucharistiæ gustare: adest enim firmamentum iam in terrâ; sapienter hæc omnia perstringente Augustino sermone 34. de Augusti Verbis Domini: hunc in modum. Vnde autem tanquam occasio nata est Domino, vt de ista cœna loqueretur. Dixerat unus de discubentibus (in convivio enim erat, quo fuerat invitatus.) Beati qui manducant in regno Dei panem. Quasi in longinquum ista suspirabat; & ipse panis ante ipsum discubebat. Quis est panis de regno Dei? Nisi qui dixit. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit. Hæc Augustinus pulchritè illud: Quasi in longinquum ista suspirabat: cum panis regni cœlestis prope esset: & regni cœlestis beatitudinem coram se ipso haberet:*

*Cui veritati firmandæ nihil, opinor, opportunius afferri potest, quam quod B. Algerus lib. 1. de corpore, & sanguine Domini, cap. 5. habet; Sancta Matris Ecclesiæ orationem quandam in Missa post communionem positam elucidans; & pulcherrimè exactis S. Dionysij M. historia confirmans: ita ergo ille In fine cuiusdam Missæ oratur, & dicitur: Perficiant in nobis Domine quæsumus, tua Sacraenta, quod continent, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus: Postulat quippe Sacerdos, vt corpus Christi, quod subspecie panis, & vini hunc geritur, manifesta visione sicuti re vera est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus in Euangelio secundum Ioannem. Qui diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo eum ipsum. Et de hoc eodem Sacramento legitur in passione B. Dionysij, qui dum sacram mentum mysterium celebraret in carcere.*

III.  
Algerus.

apparuit illi Dominus dansque illi Sancta dixit. Accipe hoc, chare meus, quod mox complebo tibi vna cum Patre meo: Ac si diceret. Quod tibi modo in viatico, non mutabo in premio, ut dem aliud, sed id ipsum complebo, me ipsum manifestans. Hec Algerus: obterua: Quid tibi modo in viatico, non mutabo in premo: Ne in longinquum suspirare tibi opus sit, qui me ipsum in Sacramento habes; eundem omnino, salvâ visione, quem es in perpetuum habiturus, ut aeternum beatus sis: Cui cogitationi egregie adstipulatur Augustin. in lib. 50. homiliarum, homil. 14. opportunè sub hoc sensu premens verba orationis Dominicæ, quibus Eucharistiam postulantes dicimus. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, Luke 11. vers. 3. in hunc modum. Panis noster aeternus Christus, non patriæ qualitate. Panis noster cotidianus Christus in carne,

*Luce 11.  
vers. 3.*

*August.* aeternus sine tempore, cotidianus in tempore. Tamen ipse est panis, qui de cœlo descendit: Sic Augustin. obserua illud. Panis noster aeternus Christus, non patriæ qualitate: Quibus omnino affirmat: eundem Christum nobisdari in carne, quem accepturi sumus in patria: ac proinde cum ab ipso nobis beatitudo subsistat, perinde esse, ac si ipsam in manibus haberemus.

*IV.  
Psal. 127  
vers. 2.  
Iect.  
Græca.*

Concinit Regis Psalmis de Eucharistiâ Vaticinium Psalm. 127. vers. 2. dictis. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit: Tantum non dicens, cum felici sorte manducaveris in Eucharistiâ Domini corpus, iam beatitudinem in terra adeptus es. Nimirum hæc verba ad Eucharistiâ omnino retulit Hilarius ibi: Sed observa pro voce manum, Græcè esse carpon: id est fructum quo modo legunt Psalterium Romanum, & Ambrosianum, nec non Hilarius, Arnobius, Casiiodorus, & alij constanter reponentes. Labores fructum tuorum, quia manducabis, beatus es: Vnde sic acutè ambigit Hilarius. Non consequitur sensus humanus dicti huius intelligentiam: ex laboribus enim fructus est, non ex fructibus labor: Deinde labor ministerium corporis est, fructus vero merces laboris. Sed dum hanc fructum in manductionem de corpore Domini in Sacramento Eu-

charistiæ sumendo accipit; ita dubitationi respondet. Non enim hic manducatio corporalis est, quia neque id quod manducandum est corporale sit, sed habemus hic cibum spiritualem, animam nostram in vitam alementem: bona scilicet opera bonitatis, misericordiae, patientiae, paupertatis, tranquillitatis, in quibus nobis contra corporum nostrorum vita laborandum est. Subiicit. Horum laborum fructus in aeternitate est, sed labor hic aeternorum fructum ante comedendus, eoque in vita hac corporali anima nostra alenda est. Percibum horum laborum obtinetes panem virum, panem cœlestem ab eo qui dixit: Ego sum panis vivus qui de cœlo dedit. Hec Hilarius. Sed his subiicienda est lectio, sive explicatio, quam huic loco adhibet Venerabil. Drogo Hostiensis, sermon de Dominicæ Passionis Sacramento, hæc verba, cum illis Numeror. 21. vers. 8. quibus de manu colligendo, & terendo dicitur. Circa ubique populus, & colligens illud frangebat molæ, si refrangebat in mortario; ita componens, & ad Eucharistiâ referens: Colligite filij Israel, colligite manna, & frangite molæ, & replebitur, sicut adipe, & pinguedine anima vestra. Molestus est labor, sed fructuosus. Labores manuum tuarum manducabis; & iam beatus es, & bene tibi erit in futuro. Sic

*Num. 21.  
vers. 8.*

Drogo: noranter inferens particulam illam tam, vt affirmet ex mente Vatis. Iam beatus es modo: siquidem adipe, & pinguedine Eucharistiæ, & cœlestis manna repletur anima tua: Bene quidem tibi erit in futuro, sed modo dum Christum manducas, iam beatus es: sicut ille exoptabat, qui dicebat Beatus, qui manducabit panem in regno Dei: quippe iam carpis aeternas mercedis fructus.

E Enim vero hæc signatè facit ea Eucharistiæ, cum ligno vita comparatio, quam sic instituit Dominus Apocalyp. 2. vers. 7. Vincenti dabo edere de ligno vita, quod est in paradiſo Dei mei. Nam in primis de Eucharistiâ hæc accipienda esse bene probat optimus Scholasticus P. Ludovicus de Alcazar ibi: ita quidem Ambrosius lib. de Paradiſo, cap. 9. de hoc ligno inquietus. Hic est enim cibus, in quo vita definitur aeterna: quo quisquis fuerit defraudatus morte

*V.  
Apoc. 2.  
vers. 7.*

*Alcazar*

*morte.*

*moriatur, quando quidem panis viuus, atque cœlestis ipse Dominus est, qui vitam dat huic mundo. Hæc ille, & alia. Deinde, si lapsi, nec hilum differunt hæc verba ab illis, quibus translatum dicitur firmamentum in terram: nam de ipsamet beatitudine sanctorum liquidò, & indubitate dixit idem Ioannes Apocalypsi. 22. vers. 2. In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum vitae afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum: Quibus verbis immortalis, & æternum duratura beatorum felicitas demonstratur, duobus his Ioannis testimonijs se se mutuo respicientibus: ut nimirum Eucharistia simul sit lignum vitae immortalem, statum gratiae dignesumentibus reddens (ut peculari de hac re adnotazione viciamus) itidemque ipsamet æterna beatitudo, quæ immortale gloriae gaudium, & statum sanctis afferat: Ergo eadem imagine ligni vitae, & Eucharistia, & Sanctorum beatitudo significatur: notanterque hac de causa addidit Ioannes de ligno vitae Eucharistiæ; quod est in paradiſo Dei mei, ut significaret, propter hæc præsentiam Christi Domini in Eucharistia Ecclesiam Christianam paradisum Dei, sive cœlestem gloriam nominari, quæ in hac vita fideles reddat beatos: nec aliud fore Eucharistiæ frui, quæ ad cœli portas ascendere (ut dicebat Chrysostomus) & intrare tanquam serum bonum in gaudium Domini sui; opportunè id affirmante Richardo de S. Victore lib. de exter. mal. part. 3. cap. 11. his verbis: Utique esse quis negat, quos Dominus cibavit adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos: iucunditatem etenim, & exultationem thesaurizavit super eos: & statim: Animadvertis (ut arbitror) quale sit, etiam hunc lapidem inter ceteros possidere, qui sunt iucunditas melle, & satiat intrantem in gaudium Domini sui interna dulcedine. Hæc ille, eas omnes locutiones, quæ de æternâ beatitudine dicuntur omnino attribuens Eucharistiæ Sacramento: signatè vero hanc quæ servo bono æternæ gloriae mercede optimus Dominus reddidisse dicitur. Matthæi 25. vers. 23. Et quidem merito, quandoquidem (ut dicebat Ambrosius.) Hic*

*est enim cibus, in quo vita diffinitur æterna: Quid enim fuerit Chrismum mandicare, quæ cœlesti beatitudine perfrui vel pende quid sit definitio alienius rei: nonne eius naturam, & essentiam explicare?*

A Congruit his illud, quod Aſſertor apud Ioannem 6. vers. 36. Iudeus respondit: Etenim cum inibi prius vers. 27. illis dixisset. Operamini cibum, non qui periret, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis, & paulo post: Amen, Amen dico vobis non Moysès dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dāt vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo: Audientesque existent: Domine semper da nobis panem hunc, tunc Dominus ab utilissime inquit: Ego sum panis vite, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam: Quibus in verbis interprete Augustino ipsamet æternâ beatitudinem delineavit, non obscurè innuēs, quod clare ipsis dixit Ioannes. Me dius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, Ioann. 1. vers. 26. ac si diceret. Panem æternæ vite concupiscitis, qui ipsum suum præalentem habetis, sed præstat audire Augustinum, sic enim ille ad ea verba: Et quod dixit non esuriet, hoc intelligendum est: & non sitiet unquam. Veroque illa significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. Panem de cœlo desideratis? Ante vos habetis, & non manducatis. Sic Augustinus. Apud quem vides æternam satietatem in pane cœlesti censeris: Et quidem merito sub hoc sensu de Christo Domino dicente Paulo ad Colloſſens. 2. vers. 10. In quo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter: Et statim de fidelibus ipsum accipientibus: Et etsi illo repleti. Ut dixerit. Quid iam vobis ad sumam felicitatem: immo & gloriae beatitudinem deesse potest, qui Deo pleni estis? quomodo non sitis beati, quæ eo repleti estis, in quo plenitudo ipsa Divinitatis est: Fruere ergo Deo tuo: truere beatitudine tuai: Pulcherrime hæc de re, sic differente sermone de Cœna Domini, Cypriano. Qui manducat ex hoc pane ultra non esurit, qui bibit, ultra non sitiet, quoniam mystis huius sic sufficit gratia, sic reficit

VI.  
Ioann. 6.  
vers. 27.  
C 32. C  
36.

C Aug. st.  
C 32. C  
36.

D Coll. 2.  
vers. 10:

E

Richard.  
a S. Vict.

Matt. 25.  
vers. 23.

*intelligentia, ut cuicunque tanta rei inno-*  
*Cyprian. cuerit plenitudo, omnis consummationis si-*  
*ne inuenio. Christi basilus ipsum ferat in*  
*pectore, ipsum gerat in mente, & omni tem-*  
*pore habitatori suo dicit, & facili iubila-*  
*tione consona laudes resonent, & gratia-*  
*tatu ractiones decantent. Hac Cypri-*  
*nus: obserua illa: Cuicunque tantæ rei in-*  
*notuerit plenitudo, omnis consummationis*  
*sine invento, &c. Opportuno orationis*  
*nexus, & necessaria consecutione, ut*  
*qui in se plenitudinem Divinitatis in-*  
*habitantem sentit, imò sit repletus, om-*  
*nis consummationis desideriorum fi-*  
*num invenerit: & quasi aeterna satieta-*  
*te, vbi nulla est egestas plenus sit.*

Sed preme rursum, *cisis in illo reple-*  
*ti, quæ Græci PP. sic capiunt, ac si dica-*  
*tur; in Christo repleti cisis Divinitate:*  
*Quod si Deo, & Divinitate replentur,*  
*qui ecclœstem panem accipiunt, quid*  
*minus quam beati habere dicentur? nō*  
*ne omnibenedictione, & gratia reple-*  
*buntur? non ne bonorum omnium co-*  
*pia illis aderit? facile id inde colliges,*  
*quod ab ingressu Iacob in domum La-*  
*ban huic obtigile dicitur: sic enim ei*  
*Iacob locutus est, Genes. 30. vers. 30.*  
*Modicum habuisti, antequam venirem ad*  
*te; & nunc di res effectus es, benedixitque*  
*tibi Deus ad introitum meum: vbi lectio*  
*Hebræa Pagnini habet: Ad ingressum*

*Lect. He pedis mei. LXX. Benedixit te Deus in pe-*  
*de meo, siue ut Theodoreetus reponit.*

*LXX. Ad pedem meum, quod sic explicat: Pe-*  
*Theodor. dem vocavit adventum, ac si dixisset.*

*Propter adventum meum Deus tibi bona*  
*impertivit: ille enim ad vertens pietatem*  
*meam, omnimoda benedictione prosecutus*  
*est, quæ abs te mihi commissasunt: Quod*  
*ipse met Laban, cum quo lis, & conté-*  
*tio erat omnino confessus est inquiens*

*vers. 27. Experime tu didic, quia benedi-*  
*cxit mihi Deus propter te: vbi Oleaster*  
*eodem modo legit propter pedem tuū,*  
*simul adnotans pro expertus sum posse*  
*ex Hebræo legi, auguratus sum: vt dixe-*  
*rit ex pede tuo auguratus sum felicitatem*  
*mihi obventuram: iam si ex unius*  
*pedis Iacob in domum Laban ingressu*  
*tanta ipsi divinæ benedictionis affluen-*  
*tia advenit: quid, non de unius pedis*  
*Christi in animam introitu; sed de ro-*  
*tius corporis, torius animæ, totius Di-*  
*vinitatis introitu, sive impletione dice-*

*re aequum erit? Enim vero huc intetus*  
*dixisse videtur Dominus: Qui mandu-*  
*cat meam carnem, & bibit meum sangui-*  
*nem in me manet, & ego in eo: Ioann. 6. v.*  
*57. notanter inquiens. In me, & ego in*  
*eo non vero sanguis, aut caro mea in il-*  
*lo: ita id inibi observante Caietano his*  
*verbis. Significantius autem dicit: in me,*  
*& ego in eo: Et non dicit manet in carne,*  
*aut in sanguine meo, & sanguis aut caro*  
*mea in illo, ut ascendat a carne, & sanguine*  
*ad se ipsum, & declareret, quod manduca-*  
*re carnem, & bibere sanguinem contungit*  
*manducantem, & bibentem, non tantum*  
*carni, & sanguini, sed sibi ipsi: Hac Caie-*  
*tanus. Didicit opinor, ab Ambrosio ad*  
*Ambros.*  
*ducto a S. Thoma opusculo 58. de Eu-*  
*charistia cap. 5. fine, eodem ductu affir-*  
*mant: Quia Dominus IES VS consors est*  
*Divinitatis, & corporis, & tu qui acci-*  
*pis carnem eius, & vine illius substancialiter in*  
*illo participas alimento. Sic Ambrosius.*

Qui ergo & carnis Christi, & divinae

*substantiae, tecum Divinitatis participas ali-*  
*mento: iam beatus es: qui lignovit & ves-*  
*ceris, & omnia omnino bona ab illo ha-*  
*bes. Porro S. Damascenus lignum vite,*  
*a quo homini immortalitas, & omni-*  
*moda felicitas adveniebat: eiusque sig-*  
*nificationem ad divinæ participatio-*  
*nis suavitatem, aqua omnia bona Ada-*  
*mo obtigerunt, omnino retulit lib. 2.*  
*de fide Orthodoxa cap. 11. vbi cum di-*  
*xisset. Deum simul, & pro domo, & pro*  
*hospite, & pro illustri indumento habens,*  
*eiusque gratia convertis, atque ipsius co-*  
*templatione, qui solus dulcissimus fructus*  
*est mira cuius voluptate, velut alias qui*  
*piam Angelus fruens, eaque se pascentibus: sub-*  
*dit: Quod quidem proinde vita lignum me*  
*rito nominatum est. Suavitas enim divinae*  
*participationis vitam nullam morte inter-*  
*ruptam, ijs, a quibus percipitur, impetravit.*  
*Id quod omne lignum Deus appellavit. Ex*  
*omni enim (inquit) ligno, quod est in para-*  
*disco comedetis. Ipse enim omnia est, in quo,*

*E & per quem omnia extiterunt. Hac Da-*  
*mascenus: Quibus verbis paria, &*  
*omnino consentanea sunt, quæ Augu-*  
*stinus lib. 8. de Trinitate premens ea Do-*  
*mini verba ad Moysen Exod. 33. vert.*  
*19. Ostendam tibi omne bonum, sic ait. Exod. 33*  
*Quid plura, & plura: hoc bonum, & il-*  
*lud bonum? tolle hoc & illud, & vide ip-*  
*sum bonum si potes, ita Deum videbis non*

Genes. 30  
vers. 30.

Oleaster.

VIII.

Damasc.

Exod. 33  
vers. 19.

alio

*Aug. 1.* alio bono bonum sed bonū omnis boni. Unde felici illi, qui suavitatis divinæ participationis consors effectus est nō merito suggesteris dulcisima eiusdem Augustini verba quæ habet lib. de substantia dilectionis, & amoris, cap. 3. tom. 4. vbi præmittens. Perdilectionem copularit sibi Deus creaturam rationalem, ut ei semper inhærendo, ipsum quo beatificanda erat, bonum ex ipso quodammodo per affectum sugeret, & de ipso per desiderium haberet, & in ipso semper gaudium posse ret. Monens subiicit. Suge o apicula, suge, suge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suavitatem; immergere, & replere, quia ille desiderere nescit, si tu nō incipias fas idire. Ad hære ergo, & inhære sume, & fruere si semper eternus gustus fuerit: sempiterna quoque beatitudo erit: Hæc Augustinus, mellea, & salutaria, & opportunā, quæ lector ut sibi dicta penitulatius consideret: ut ego ex Chrysostomo ijs, qui ad eum fere modum, quo ille qui suspirabat pa nem de cœlo, cum ipsum ante se haberet: Nunc dicunt (ait Chrysostomus homil. 60. ad populum) vellem ipsum formā aspicere, figuram, vestimenta, calceamenta: Quibus ipse ait Ecce eum rides ipsum tagis, ipsum manducas. Et tu quidem vestimenta cupis videre: ipse vero tibi concedit, non tantum videre, verum & manducare, & tangere & intra te sumere. Hæc Chrysostomus ibi, & homil. 61. Quotquot igitur huius participes corporis efficiuntur, quotquot sanguinem degustamus: cogitemus, quod illum sursum sedentem, qui ab Angelis adoratur, incorruptibili vicinus virtuti, hunc degustamus. Ita ille.

IX.  
Matt. 5.  
vers. 3.

Nec importune quidem in hanc sententiam inflexeris beatitudinē à Christo Domino pauperibus promissam Matth. 5. vers. 3. dicente: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: vt iij qui spiritu facta carnis mortificaverunt: & nuncium remiterunt mūdo, Christum in Eucharistia accipiētes, ipsum regnum cœlorum in manibus habere, & Dei beatitudine iam perfri videantur: sic apposite in hanc sententiam loquente Cypriano sermone de cœna Domini. Vident hæc Sacra menta pauperes spiritu, & hoc uno contenti serculo, omnes mundi huius delicias aspernatur, & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere suppellectilem dedig-

rantur. Hæc ille: obserua id: hoc uno contenti serculo: itide inque istud, possidentes Christum: vt noveris horum iam etie regnum cœlorum. Quod si is. Qui desideriū claudit (iactabar in anite Seneca) de felicitate cœlo rōe cōtēdit, quasi omnia habereret, qui nihil desideraret: hic qui, præterquā quod nihil desiderat, nihil possidere revult, sed omnes nūdī delicias aspernatur: Deū ipsum possidet, & hoc uno contentus est serculo, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei, ad Collos. 2. vers. 3. quomodo nō beatus erit? Pulcherrimum Paschasius lib. de corpor. & sanguine Domini, cap. 12. in

*Seneca.*  
*Collos. 2.*  
*vers. 3.*

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

hunc sensum inflexit agrum illum regnum cœlorum referentem, in quo est thesauros ille, pro quo omnia bona di- vendi debeant, quod infinito interuallo illis omnibus pretiosior sit: Simile est (inquit Dominus Matth. 15. vers. 44.) Matt. 15 regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo vadit, & redit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum: Sic enim cum allusione ad hunc locum Paschasius: In agro corporis Christi thesaurus absconditus vernat floribus immarcescibilis, & redolet suavitate edoris, quem qui inuenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum istū.

De quo sane agro panis vitæ, id est carnis & potus sanguinis credentibus quotidie exuberat, & a fidelibus messuerat. Sic Paschasius: & eodem ductu Ambrosius lib. de Ioseph cap. 7. componens Christum cum ipso horrea populis in tempore famis aperiente, Genet. 41. vers. 56. hunc in modum. Dominus IESVS ieuniam dana miseratus aperuit horrea sua, & mysteriorum cœlestium thesauros scientie, sapientie, que patefecit absconditos, ut nulli alimenta defissent. Dixit enim Sapientia: Venite, edite panes meos. Et ideo ab illo solo dicitur. Dominus pascit me, & nihil mihi decedit (Psal. 22. vers. 1.) qui saturatur à Christo. Hæc Ambros.

Gen. 4.1.  
vers. 56.  
Ambros.

Hinc graviter rosadn onet Chrysostomus: vt qui Augustissimæ Eucharistiae participes sumus, animo in terris non hærere, sed conversatione ad cœlos transferre oī. nino studeamus: ita enim ille lib. 3. de Sacerdotio, inquit: Dū conspicies Dominum immolatum, sa. erdet in sacrificio incumbentem, ac preces fundentem, tum vero turbā et cunfusam pre-

X.  
Chrysost.

trioso illo sanguine intingi, ac rubefieri, et iam  
ne te inter mortales versari, atque in terram  
consistere censes? An non potius est vestigio  
in caelos transferri? An non carnis cogita-  
tionem omnem ab ieiens nudo animo, me-  
te pura circumspicis, que in caelo sunt? O  
miraculum! O Dei benignitatem! Quicum  
Patre sursum sedet, in illo ipso temporis ar-  
ticulo omnium manibus pertractatur, ac  
se ipse tradit volentibus illum excipere, ac  
complecti: Hæc ille, & alia: quæ in seqq.  
adnotationibus persequi est opera pre-  
tium.

AB EVCHARISTIA COELI  
municipes nos esse, & coelestem in  
terra conversationem ha-  
bere debere.

## ADNOTATIO III.

Luke 15.  
vers. 2.

Philip. 3.  
vers. 20.

**C**VM Ab Eucharistiâ firmamē-  
tum in terram sit, in quam Deus  
sedem, & curiam suam tran-  
stulerit; atque ideo Ecclesia  
appelletur, Hierusalē coelestis, inde pla-  
nè monemur, & vrgemur terram, ter-  
renosque affectus omnino deponere,  
& coelestem in terram vitam agere: coe-  
lestibus inhärere: & coelestes, imo & di-  
vinos effici, cum caelum in terra habeamus,  
eaque ratione in illa Deus curiam suam, & thronum constituerit, ut nos  
sua Divinitatis tribueret esse parti-  
pes. Quam absurdum ergo fuerit, terre-  
nis iam deinceps nos inhärere, & in lu-  
to, & stercore versari? Digna quidem  
tunc vox eius hominis fuerit, illamet  
miseri, sed resipiscens prodigi. Pater  
peccavimus in caelum, & coram te; iam non  
sum dignus vocari filius tuus, Luke 15.  
vers. 2. Nam quomodo nō dicetur pec-  
care in caelum, & coram Deo, qui Deo  
& caelo in terram translato, coelestem  
vitam, & conversationem non habet.  
Vnde notantissime Paulus ad Philip-  
penses 3. vers. 20. cum dolenter p̄misi-  
stet. Multi enim ambulant, quos s̄pē di-  
cebam vobis, nunc autem & flens dico, ini-  
micos crucis Christi, quorum finis interi-

tus. quorum Deus venter est, & gloria in  
confusione ipsorum, qui terrena sapiunt:  
his verbis Adamum tertium, & pelli-  
ceas eius tunicas, & terrena elementa  
catigans: statim ut lese atque Christiana  
nam institutionem, ac disciplinam illis  
opponeret, notanter subiicit: Nostra au-  
tem conuersatio in caelis est: in qua verba  
Gregorius Magnus lib. 8. moralium,  
cap. 31. inquit. Apostolus, quia in super-  
nis cor fixerat; in terra quidem positus, sed  
tamen à terra extraneus, deselusque simili-  
bus dicit. Nostra autem conuersatio in ce-  
lis est: Sic Gregorius: & quidem oppor-  
tune illud à terra extraneus: quippe hæc  
Apostoli verba Hieronymus in epist. ad  
Heliodorum, Tertullianus lib. de coro-  
na militis cap. 3. & lib. 3. contr. Marcio-  
nem, cap. 24. & lib. de Resurrectione car-  
nis, cap. 47. & Cassianus collat. 3. cap.  
7. opportunè transferunt: Municipatus  
noster in caelis est: Quibus Patribus omni-  
no congruit lectio maximè probata  
Henrico Stephano in Lexico Græco: Henr. Ste-  
phanus sic diffundit. Actiones viræ nostræ, si-  
ve nostra institutæ tendunt ad caelum, &  
eo diriguntur, si ve eo aspirant: ita institui-  
mus vitam nostram, tanquam in caelo ver-  
santes, oblitæ terrenorum omnium: Addit  
Henrycus: opponit enim hæc ijs, quia ter-  
rena sapiunt: Ergo his verbis sapienter  
adstruit Apostolus, ex Christiana pro-  
fessione, ac disciplina; nos non huius  
mundi, sed caeli cives esse; atque ideo  
aliud à terra municipium, sive civita-  
tem, alia instituta, alias leges, alios mo-  
res, sive alium mundum à mundo hoc  
habere. Vnde quidem in commenta-  
tijs eius loci, ut exhaucitemus vim Græ-  
cæ vocis, quæ itidem accipitur pro eo,  
quod fit, sive geritur ab aliquo in Re-  
pub. administrâda, sic efferebamus hæc  
verba: sive vivimus, agimus, cogitamus  
loquimur, tanquam qui coelestia solū  
spectemus: hoc nostrum munus, hæc  
nostra Republica, & Reipub. adminis-  
tratio est, huc ferimur, huc nostra om-  
nia dirigimus: hoc est nobiscura, quod  
alijs honores, voluptates, divitiae, & p̄p̄  
pæ fæculi curæ est, quippe totum id nos  
ad coelestium rerum curam transferimus.

Sed vnde, inquis, tanta nobis fidu-  
cia, & tam animosa cogitatio? ut cœli  
muni-

Hieron.  
Tertull.  
Cassian.

Grec. le-  
ctio.

II.

municipes, & cœlestis Hierusalem ci-  
ves nos esse iactemus. Sane quia Dei Fi-  
lius per Eucharistiæ Sacramentum ter-  
rae municeps sit, ita id affirmante ipso  
met Domino Isaiæ 31. vers. 9. his ver-  
bis. *Dixit Dominus, cuius ignis est in Sio;*  
*& caminus eius in Hierusalem:* quæ sig-  
natae ad Ecclesiam Christianam referu-  
tur, in quæ Dei Filius per Eucharistiæ Sa-  
cramentum inter nos commoratur; suamque inter nos habitationem, & fo-  
cum habere dicitur (phras. Hispanæ tie-  
nesu casa, y hogar) ut hæc ratione, & Ec-  
clesia Christiana Hierusalem cœlestis

hom. 5. in Ieremiâ animose dicere au-  
fus est. Si ad peccatores dicitur: Terra cœ-  
tis, & in terrâ ibitis: Quare nō dicatur ad

Origenes

insum, cuius est regnum cœlorum. Cœlum  
es, & in cœlum ibis. Cui quidem animo-

sæ voci, nec ipse malus æmulus, & fis-  
calis causæ se se opposuit. in ò & annue-

Iob 1:

re vius est, cum apud Iobum c. 1. v. 7.  
interroganti Deo: *Vnde venis?* vt videli-

verj. 7:

cet inde bonus Dominus occasionem  
laudandi Iobum opportune captaret; malus ille respōdit. Circutri terram, &

LXX:

per ambulati eam: ubi LXX. reposue-  
runt, per ambulati terram, quæ sub cœlo,

vt innueret se non perlustrassem Iobum;  
quod iple in cœlo esset: cuius nimirus

Evagri.

municipatus, & conversatio non in ter-  
ra, quæ sub cœlo, sed in terra spirituali,

quæ supra cœlum est veraretur: ita id  
adnotante Euagrio in Catena Græca

Comitoli: Id circa Iobum non perambu-  
lat, quia non est sub cœlo, cum in cœlo vita

sua habeat positas rationes: ita ille sum-  
plici militidine à negotiatore, qui dati,

& accepti rationes habet, vt dixerit Iob

um in cœlo omnem negotiationem

suam, lucra, spes, desideria, commodata,

& cunctarum rerum estimationem, &  
premium, & quidquid ad vitæ institutu-

pectat, positū habere: Vnde signatè in-

quit Iobum non perambulat: quasi ille

ab incursu, & dæmonio meridiano in cœ-  
lo tutus, & extra telorum iactus esset:

ad eum modū, quo inquit Ambrosius

Ambros.

lib. de fugâ s. cœli, cap. 1. Qui salvis esse  
vult, supra mundum ascendat, qui erat Ven-

tum apud Deum, fugiat hunc mundū, ter-  
ras relinquat: non enim potest percipere id

quod est, & semper est, nisi prius hinc fu-

giat Hæc Ambrosius. Bene ergo dixe-  
rit: Origenes: iure dici posse iusto: Cœlū

es, & in cœlum ibis.

Repugnat tamē animosæ huic voci

tāquā prælumptuosæ, & audaci Bernar-

IV:

Bernard:

ser. in festo S. Martini, elegati discutit in

hiac rem expatiatus, sic namque primū

inquit: Audite quippe terrigenæ, & filij

hominum vobis dicimus & de vobis. In ter-  
rà ortimur, in terrâ morimur, revertentes

in eam vnde sumus assumti. Hic nobis an-

gustus introitus, mors brevis, sola mors cer-

ta. Cogitur totus Adam iudicium portare,

quod meruit. Dilatatus est vehementer,

multiplicatus est, & repleuit terrâ. Attra-

men velit, nolit, quantumcumque recusat-

tret;

A

B

C

D

E

Isiae 31:  
vers. 9.

Hebr. 12:  
vers. 22.

Matt. 28:  
vers. 20.

Paulinus

Chrysost.

III.

appelletur ab Apostolo ad Hebreos 12.

vers. 22. Accessisti ad Sion montem, &

civitatem Dei viventes Hierusalem cœle-

stem, & multorum millium Angelorum

frequentiam, & Ecclesiam primi vorum,

qui conscripti sunt in cœlis: de quo alibi:

optimæ ergo consecutione cum Christus Dominus municeps, & domicilia-

rius terræ per Eucharistiam nobiscum

sit usque ad consummationem sæculi; nos

iuxta ipsius præscriptum incidentes, &

corpori, ac sanguini ipsius communicâ-

tes, iure dicimus. Nostra autem conver-

satio, & municipatus in cœlis est: mani-

ficce hanc cogitationem diffundente S.

Paulino epist. 9. hunc in modum: Bea-

tus, qui manducabit panem in regno Dei;

quia Christus idem, & panis, & regnum

est, quo nos saginamur, & serpens tabescit;

cuius famæ, & pœna est cibus vita nostræ

Christus IESVS qui factus est nobis in es-

cam, ut eo pane viventes, & secundum eum

ambulantes possumus iuxta Apostolum

dicere. Nostra autem conversatio in cœ-

lis est. Hæc Paulinus: Recte illud: *Eo pa-*

*ne viventes, & secundum eum ambulan-*

*tes, ut tanquam celestes Aulici cibo re-*

*gio fruentes: & ad Principis præscriptū,*

*& mores incidentes cœlestem in ter-*

*ris ab Eucharistiæ conversationem, &*

*municipatum habeamus: Concinit his*

*opportune Chrysostomus hom. 24. in*

*1. epist. ad Corinthios: Ad ip-*

*sum accedamus, & ardenti charitate inde*

*effecti aquilæ ad ipsum cœlum evolemus:*

Preme hæc inde effecti aquilæ, ut dixerit

ab Eucharistiæ pennas aquilæ nobis da-

ri, quibus terrena despiceret, & in cœlū

spirituali vira, & cœlesti conversatio-

ne evolare possimus.

Hac plane mente imbutus Origenes

tret, uniuersus adhuc fert sententiam, quā exceptit. Terra, inquit, es & in terrā ibis. Deinde vero propius ad rem subdit. Quid causaris homo? Quid sententiam quereris duriorē? Terra addictus es, factus de terrā, ut ipsatibis patria, quæ materia fuit. Sed audire (inquieres) velim. Quia spiritus es, & ad spiritum ibis. Siquidem itiam spiritus sum, quod ad animam pertinet, nec portionem hanc mei dubitaverim potiorem, &c. Quibus statim sic occurrit. Scio, scio: agit hoc nō tā substātia, quā culpa, sicut enim peccatores spiritus (dæmones) inter cælū, & terrā vētōsum hoc medium tenent, unde & potestates huius aeris nominantur: sic & peccata nostra inter nos, & Deum separant, inter Creatore, partemque spirituum, & spiritualem utique creaturam. Traxit animam corpus in regionem suam, & ecce prævalens opprimit peregrinam. Factum est namque talentum plumbi, non aliunde tamen, nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim

Sapien. 9  
Roman. 8

aggrauat animam, sed vtique, quod corrumpitur; corruptitur autem, tm̄ etiam Apostolo teste, mortuū est propter peccatum: Ex quibus sic tandem concludit. Itaque licet quodāmodo cælum sit homo, cælestibus sine dubio spiritibus similiis. Substantiā simul & formā, substantiā quidem quoniam spiritualis; formā vero, quia rationalis est, minimē tamen levare ipsum ista sufficiunt, ut mereatur audire. Quia cælum es, & in cælum ibis: Hæc & multo plura Bernardus.

V.  
Zach. 5. vers. 6.

Sed enim si hæc Bernardi verba discutimus, & cum ijs quæ post modum subiicit, componimus, quin ab eius mēte discedamus, denuò ei, qui ad Eucharistiam accessit, cū Origene dicemus. Quia cælum es, & in cælum ibis. Nimirū ut scitè dixerit Bernardus. Traxit animam corpus in regionem suam, &c. Factū est namque talentum plumbi non aliunde, nisi quia sedet iniquitas super eū, dixit id quidē ipse, cū respectu ad visionem Zachariæ, cap. 5. vers. 6. quæ est huiusmodi. Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leva oculos tuos, & vide, quid est hoc, quod egreditur. Et dixi. Quid nam est? & ait. Hæc est amphora egrediens; & dixit. Hæc est oculus eorum in uniuersità terrā. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vnasedens in medio amphoræ. Et dixit. Hæc est impie-

tas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit masam plumbeā in os eius: at enim vero si visionem ipsam introspicimus, & ductore S. Cyrillo Alexandrino in commentarij huius loci penitulatius explicamus: sensus Origenis sic subsistet, ut illi tandem Bernardus inibi ad stipulatur. Nā in primis amphora egrediens, quæ est oculus eorum in uniuersità terrā, carnalem voluptatem, sive sacerdalem concupiscentiam significat, quæ aperto ore ad terrena bona, quibus peccatum s̄apēs ēpius coniunctum est semper anhelat: ita amphoram, & mulierem in eam sedentē explicatē Theodoreto ibi, in hunc modum. Divinus Zacharias videt peccatum speciem mulieris referens: nam ex voluptate plura peccata nascuntur: ita ille, à quo non multum abit Gregorius Magnus lib. 14. Moral. cap. 25. et si ad avaritiam singillatimi revocet os amphoræ inquietus: Per imarginem amphoræ, quasi patens os avaritia designavit: avaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in adyto apertum tener. Hæc Gregorius, quæ non minus appositè aptaveris toti seculo, in quo omnne quod est, aut concupiscentiā carnis, aut concupiscentiā oculorum, aut superbia vitæ est, Ioann. 1. cap. 2. vers. 16. totam vero sententiam, quæ huic amphoræ inest, non dissimili in imagine elucidavit Seneca epist. 74. inquietus. Solebat Attalus hæc imagine uti: Vidiisti aliquando canem missa à domino frusta panis, aut carnis aperto ore captantem? Quidquid exceptit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri hiat: id ē evenit nobis, quidquid ex peccantibus fortuna proiecit, id sine ulla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erexit, atque attenti: Sic ille: Hinc ergo Bernardus de corpore nostro, quod corruptitur: sacerdibus cupiditatibus, & erroribus veteris Ade ut inquit Paulus ad Ephes. 4. vers. 22. Deponere vos pristinam conversationem, veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris, sive ut legit Syracus, qui corruptitur concupiscentijs erroris: sapienter dicebat, factum esse talentum plumbi, quod trahit animam in regionē suam. Sed modo nosle opus est, missam fuisse in huius amphoræ os masam plumbeam; à qua levis facta, sublatā dicitur inter cælum, & terram: yn-

Theodo.

Gregor.  
Mag.

1. Ioan. 2.  
vers. 16.

Seneca.

D  
E

Ephes. 4.  
vers. 22.

de

tas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit masam plumbeā in os eius: at enim vero si visionem ipsam introspicimus, & ductore S. Cyrillo Alexandrino in commentarij huius loci penitulatius explicamus: sensus Origenis sic subsistet, ut illi tandem Bernardus inibi ad stipulatur. Nā in primis amphora egrediens, quæ est oculus eorum in uniuersità terrā, carnalem voluptatem, sive sacerdalem concupiscentiam significat, quæ aperto ore ad terrena bona, quibus peccatum s̄apēs ēpius coniunctum est semper anhelat: ita amphoram, & mulierem in eam sedentē explicatē Theodoreto ibi, in hunc modum. Divinus Zacharias videt peccatum speciem mulieris referens: nam ex voluptate plura peccata nascuntur: ita ille, à quo non multum abit Gregorius Magnus lib. 14. Moral. cap. 25. et si ad avaritiam singillatimi revocet os amphoræ inquietus: Per imarginem amphoræ, quasi patens os avaritia designavit: avaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in adyto apertum tener. Hæc Gregorius, quæ non minus appositè aptaveris toti seculo, in quo omnne quod est, aut concupiscentiā carnis, aut concupiscentiā oculorum, aut superbia vitæ est, Ioann. 1. cap. 2. vers. 16. totam vero sententiam, quæ huic amphoræ inest, non dissimili in imagine elucidavit Seneca epist. 74. inquietus. Solebat Attalus hæc imagine uti: Vidiisti aliquando canem missa à domino frusta panis, aut carnis aperto ore captantem? Quidquid exceptit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri hiat: id ē evenit nobis, quidquid ex peccantibus fortuna proiecit, id sine ulla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erexit, atque attenti: Sic ille: Hinc ergo Bernardus de corpore nostro, quod corruptitur: sacerdibus cupiditatibus, & erroribus veteris Ade ut inquit Paulus ad Ephes. 4. vers. 22. Deponere vos pristinam conversationem, veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris, sive ut legit Syracus, qui corruptitur concupiscentijs erroris: sapienter dicebat, factum esse talentum plumbi, quod trahit animam in regionē suam. Sed modo nosle opus est, missam fuisse in huius amphoræ os masam plumbeam; à qua levis facta, sublatā dicitur inter cælum, & terram: yn-

de subdit Vates: Et ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & levaverunt amphoram inter cœlum, & terram: iam vero masiam plumbi perinde esse, ac masiam coelestis panis: inter

Cyril. A. deesse habemus S. Cyrillum Alexandrinum in hæc verba. Plumbi autem talentum elevatum, & obturans osetus, nihil aliud opinor potest intelligi preter

Do minum nostrum Iesum Christum: plumbo autem, & ipse comparatur: assumitur autem plumbum ab argentarijs artificibus ad purgationem eorum, quæ conflantur. Talis modis modo virtus Christi in nobis. Si cum in mente, & cor venerit omnes fordes pro rorsus abstergit. Hæc Cyrillus. Vides ut à masia Christi, sive à virtute Christi in nobis, elevetur in cœlū mēs nostra, & cor nostrum, & caro nostra exultent in Deum vivum: ut possit iā nobis annunciarī: Cœlum es, & in cœlū ibis? Audi iam Bernardum indidē post

Bernard. præfata castigationis verba, hæc consolatoria subiungēs: Sanè ubi illa (gratia) affuerit, haud dubium, quin solvatur facile grauis iste, quo trahimur, immo quem trahimus funiculus iniquitatis. Hæc enim inter nos, & Deum non separans intervenit, sed reparans, & coniungens. Itaque ibo mihi ad montem gratiae, & colles miserationum, quarum thesauros omnes repositos audio penes Christum. Ibo ad eum, qui est plenus gratiae, & veritatis, si forte accipia aliquid de plenitudine illa, immo si forte accipiat in plenitudine illa, ut cum cæteris aliquando membris occurram in mensuram etatis plenitudinis Christi. Hæc & multo plura inibi Bernardus.

VI. Bene ergo dicebat Chrysostomus. Ad ipsum accedamus, & ardenti charitate inde effecti aquile, ad ipsum cœlum evollemus, quin nobis ob sit talentum plumbi, quod aggrauat animam: cum virtus Christi in nobis aquile alas in cœlum cōferat: & ab ea nostra conversatio in cœlis sit: ita quidem nos animabat Apol-

Ephes. 1. vers. 3. olus, cum ad Ephesios 1. vers. 3. Deum collaudans dicebat. Benedictus Deus, &

Pater Domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, vbi benedictionem, quæ nobis à Christo advenit; non modo simplicem, aut duplicitam, sed omnem omnino, & hæc in cœlestibus

Hieron. vides: Sed audi in hæc verba Hierony-

mum: Quaritur: quomodo adhuc in terra nos positos cœlesti benedictione benedixerit? Relpot det vero. Quod conversatio nostra in cœlis est, & non sumus de mundo isto, sed depositi à imagine terreni portamus imaginem super cœlestis, & in carne non vivimus, sed in spiritu; & thesaurizamus nobis in cœlis, ubi & cor habemus, dicimur tunc cœlesti benedictione benedicti. Hæc Hieronymus. Quibus actionare obiret obseruo spirituale lensem, quæ Ambrosius lib. de Paradiso, cap. 13. redidit illi Christi monito, apud Matth. 10. vers. 9. Nolite possidere aurum, & argentum, neque pecuniam in zonis vestris,

B inquiens: Non enim secularia, sed aeterna debet zona nostra servare: Sed enim, ut hæc nostro Eucharistiæ instituto aptemus: dixerim locutione illa omni benedictione spirituali primum Christi alesias à ludeis faustis discriminatos, quorum benedictio terrena respiciebat: no

Matt. 10.  
vers. 9.  
Ambros.

Chrysost. tante id ibi Chrysostomo his verbis: Iudaicam hic nota benedictionem. Namerat quidem benedictio, sed non spiritualis, ut benedic te Deus: benedic fœtus vteri tui. Benedic introitum, & exitum tuum (Deuter. 7.) Hic autem non sic, sed quid: in omni benedictione spirituali. Quid enim adhuc tibi dees: factus es immortalis: factus es liber, factus es filius, factus es iustus, factus es frater, factus es cohères, simul regnas, simul glorificaris. Deinde vero à Paulo simul allusum ad benedictionem, quam Isaac filio suolo cob typum populi Christiani impetravit dicens. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, Genef. 27. vers. 28. & 39.

D Genef. 27.  
vers. 28.  
Tertull.

que alia quidem à benedictione Esau, qui Iudaicum populum figurabat, sic impetrata fertur: ibi vers. 39. In pinguedine terræ, & in rore cœli erit benedictio tua: ita utramque pensante Tertulliano lib. 3. contr. Marcion. cap. vltimo: Animad vertenda est structura benedictionis ipsius. nam circa Jacob, qui quidem posterioris, & prælatoris populi figura est, id est nostri, prima promissio, cœlestis est roris: secunda terrenæ opimiratis: nos enim primò ad cœlestia in vitamur, cum à seculo a vellimur, & ita postea invenimur terrena consecuturi: & Euangeliū quoque verstrum habet. Quarite primum regnum Dei, & hæc adiicientur vobis: Matth. 6. vers. 33. Ceterum ad Esau promittit bene-

dictione-

dictionem terrenam, & jubijet cœlestem: De optimitate terræ dicens erit benedictio tua, & à ore cœli. Hæc Tertullianus: Quæ quidem ad benedictionē Eucharistiæ pertinere, præterquæ quod ipsa cœlestis ros, & manna de cœlo (quod idem est) esse dicitur, inde constat: quod post modum idemmet Isaac sepe plus explicans, Esau benedictionē aliam in potentia dixit. *Frumento, & vino* stabiliū eum; & tibi post hæc fili mi ultra quid faciam. Vbi oblerata totam benedictionis spiritualis, ac cœlestis seriem, quæ in ratione cœli spectabat, enucleatus instrumento, & vino censeret; non utique terreno; nam hæc non esset benedictio cœlestis, & propria Christiani populi, sed in illo frumento, & vino de quo per Zach. 9. v. 17. dicitur: *Quid enim bonum eius est? & quid pulchrū eius?* nisi frumentum electorū, & vinū germinans Virgines. Pro quo facit in Hebræo non anter legi frumento, & vino nouo stabiliū eū: quia vini novi locutione evincitur de mystico vino, & calice novi testamenti sermonem esse: Congruit autem cum hæc benedictione sensus Pauli in omnib[us] benedictione: vt Eucharistia omnis benedictio sit, subiiciente Patriarcha. Post hæc fili mi ultra quid faciam? vt dixerit: Dedi quod bonū eius, & quod pulchrum eius est: quid ultra dare, aut exoptare possim?

In quem omnino sensum sapienter dicebat B. Algerus lib. de corp. & sang. Domini à nobis insuperiorib. datus. Angelicam in terris vitam ducamus, & ne cœlesti alimoniam indigni reficiamur, &c. quia panis Angelorum, non nisi Angelicæ vitæ est stipendium: Et quidem recte id de Angelicæ vitæ stipendio: Nimirum, vt stipendium militibus propter prælia dabatur (id enim propriæ stipendiū est) atque ideo nū ipso prælia petent, stipendijs digni non censebantur; ita quidem Eucharistiam accipimus, vt Angelicam in terris vitam ducamus, & Angelicam conversationem æqualemur; sc̄cus quidem tanto stipendio videamur indigil. Quod si in verbis ludere licet: opportunus his aderit Seneca epist. 65. vbi cum dixisset. *Sapiens affectatorque sapientie adhæret qui de incorpore suo, sed optimâ sui parte abest* & cogitationes suas ad sublimia intendit:

A subiicit: Et velut Sacramento ligatus hoc quod vivit stipendium putat: recte vide licet vitæ cogitationes suas ad sublimia intendentis: rectius nos dicimus, eum qui ad sacram accedit Eucharistiam Sacramento ligari, tanquam stipendio, vt que sursum sunt querat; que sursum sunt sapiat: Quæ multo opportunius expresit Chrysostomus praefata homilia 24. in epist. 1. ad Corinth. inquiens: *Ad hoc nos inducit sacrificium illud formidandum, & admirabile, quod iubet nobis, vt aquila in hac vita facti ad ipsum cælum evolemus, vel potius super celum: vbi enim cadaver (inquit) illic aquila.* Aquilas autem appellat, vt ostendat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit; & nihil cum terra debere ei esse commune; neque ad inferiora trahi, & repere, sed ad superiora semper volare, & in sole iustitia intueri. Hæc Chrysostomia opportunè dicta: Prene illa. Nil cum terra debere ei esse commune, vt pote qui cœli municeps habetur; & ab Eucharistiâ alas ad tendendum in superiora accepit. Quid namque fuerit absurdius? quam aquilam non secus, ac testudinem humi repere, quin fese tantillū è terra elevaret. Quare iterum, & iterum Chrysostomus indidem: monet: *Quando id propositum fuerit: dictecum.* Propter hoc corpus, non amplius terra, & cinis ego sum: non amplius captivus, sed liber. Propter hoc, cælum, & quæ in eo bona sunt, me accepturum spero, immortalem vitam, Angelorum sedem, Christi consuetudinem: Sic ille. Et eodem ductu Ambros. lib. 1. de Sacrament. cap. 1. inquiens: Considera vbi capias sacramenta cœlestia. Si hic corpus est Christi, hic & Angeli constitutisunt: vbi corpus ibi Aquilæ: Legisti in Evagelio: vbi corpus Christi ibi Aquile volare consueverunt, vt terrena fugiāt cœlestia petant: itidem & Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum hinc præbens experimentum, an verbis veritatis, & non fucatis sermonibus in disciplina Christi homo educatus sit: ait enim:

*Qui in verbis veritatis germanè, & sincere sunt educati accepto vita eterna viatico sub limes in cælum effunduntur.*

(?)

Chrysost.

Zach. 9.  
vers. 17.

Iect.  
Græca.

VII.  
Alger.

Seneca.

Ambros.

Clem. Alexan.



## DISSERTATIO II.

# DE SENSVVM CVSTODIA, & cœlestis conuersationis fructibus quos ab Eucharistia proferre debemus.

*HOMO AB EVCHARISTIA, IAM COE  
lestis & divinus effectus, maturos vitæ, & iustitia  
fructus ferre debet.*

## ADNOTATIO I.

I.

Tertull.



V O D Tertullian.  
lib. de anima, cap. 9.  
de Deo vitam, ho-  
mini in primâ crea-  
tione, inspirante  
elegantissime di-  
xit. *Recogita enim*  
*cum Deus fasset in faciem hominis fla-*  
*tum vitæ, & facius esset homo in animam*  
*vivam; totum utique per faciem statim*  
*statum illum in interiora transmissum; &*  
*per uniuersa corporis spatia diffusum: si-*  
*mulque di vitâ aspiratione densatum om-*  
*ni intus lineâ expressum esse, quam den-*  
*satum impleuerat, & velut in formâ ge-*  
*laſe: Hoc ipsum de Eucharistiâ vitam*  
*spiritualem, atque diuinam homini im-*  
*periente, & per omnes potentias, &*  
*sensus distribuente optimo merito af-*  
*firmaueris: dicente Domino: Et qui*  
*Ioann. 6. manducat me, & ipse vivet propter me:*  
*vers. 58. Ioann. 6. vers. 58. in quâ verba Am-*

monius in Catenâ Græcâ inquit: *Quem*  
*admodum cibi sensibiles nobis contempe-*  
*rati corpus sustentant, sic & mystica com-*  
*munio naturalem quodammodo quan-*  
*dam coniunctionem efficit Christum cum*  
*fidi commiscendo: vt videlicet ab ip-*  
*so, vt à vitâ, & à cibo vitæ anima su-*  
*stentetur, & omni ex parte fructus vi-*  
*tæ ferat: Quare quid materialis cibus*  
*in nobis præstet, audi ex Ambrosio;*  
*vt à corpore ad animum imaginem*  
*transferas. Sic enim ille lib. 6. Hexa-*  
*meron, cap. 9. post medium: ubi cum*  
*non minus eleganter, quam longe no-*  
*nstrorum sensuum fabricam, & munus*  
*descripsisset subiicit: Postremum quo-*  
*que officium est oris, aut linguis; quod ta-*  
*men omnibus vires ministrat: Nam ne-*  
*que oculi vigorem videndi haberent, ni-*  
*si virtutem substantiae corporalis accipe-*  
*rent, que cibodefertur, & potu, neque*  
*aures auditendi, aut narres odorandi*

A m m o n .

A m b r o s i o .

manus tangendi, nisi corpus omne conformatur alimentis. Deficimus enim viribus, nisi eas cibi competentis assiduitate reparemus. Denique confecti fame nullis oblectantur sensuum voluptatibus, sed quasi exortes, eorum delinimenta non sentiunt. Hæc Ambrofius vñi cibi corporalis opportuna, sed virtuti cibi, & potus corporis Christi multo opportuniora; quippe qui sive interioribus, sive exterioribus sensibus ad recte operandum vires ministrat, qui neque vigorem, neque virtutem substantię spiritualis acciperent; nisi animæ vita cœlestibus confortaretur alimentis: confortata vero, quos non ferat iustitiae fructus? quæ non virtutum opera extequarent? Non enim potest arbor bona malos fructus ferre?

II.  
Iacob. 1.  
vers. 21.

Sanè huc in primis videtur aspexisse Iacobus fideles admonens, cap. 1. vers. 21. *In mansuetudine suscipite insitum Verbum, quod potest saluare animas vestras:* quæ primum de Verbo Dei in cœlato, quod in humanam naturam insitum est per Incarnationem frequenter, & melior interpretum pars exponit: Deinde vero opportune S. Thomas de corpore Christi in animas nostras insito diserte accipit opusculo 58. de Eucharistia; vt nimirum perhanc supernaturalem insitionem divinę naturæ consortium adepti, præter naturæ ordinem, mala, & sterilis arbor nostra, Christo tanquam bonæ, ac fœcundæ inserta, divinos, ac bonos fructus proferat, non tam nostros, quam Christi ob succum, & pinguedinem spiritus eius: sed præstat audire S. Thomam, sic loquente. *Hæc est proprietas surculi bona arboris,* si trunco inseratur etiam sylvestri, quod naturali virtute per valens, illius amaritudinem in suam dulcedinem, & suavitatem conuertit, & similem sibi bonum fructum proferre facit; sic corpus Christi nobis insitum in suam nos bonitatem trahit, ut quales ipse frondes flores, & fructus iustitiae facit; & nos per eum faciamus. Ita ille: oblerua hæc: *In suam nos bonitatem trahit,* vt ab illius insitione nihil non divinum spiremus; nec frôdes, flores, fructus, & cogitationes, verba, & opera a nobis sint, quæ Divinitatem non oleant, & spirent: dicente de hac divina Sapientia nobis insitâ Sa-

lomone: *Vaporest enim virtutis Dei. Sapientia 7. vers. 25.* quæ verba appositæ Sapientie explicat P. Cornelius à Lapide in cap. vers. 25. 1. Ecclesiastici vers. 1. & alludit, hunc in Cornel.

modum: *Quasi dicat: Sapientia est quidam subtile, & odoratum, quod à Deo efflatur, hominem quedi vino quodam vapore, & odore recreat, vt oleat Deum, eiusque vita, & sermo spirent quid drivnum.* Hæc ille: *Ecce tibi propriam Eucharistiae intutionem, vim, atque virtutem, vt vita, & sermo accipientis ipsam quid divinum spiret, vt quales Christus frondes flores, & fructus iustitiae facit, & nos per eum faciamus.* Pulchre hæc intutionis imaginem illustrante Nicolao Cabalilab. 4. de vita in Christo, tomo 14. bibliothecar. Veterum PP. vbi cum pro frequentatione Eucharistie dixisset: *Quo circa, quamquam semel in uitemur, si pius tamen ad hanc mensam accedit, quando quidem homines natos semper Deum offendere contingit; noxiis autem excire conantes penitentiâ, laboribus, & triumpho quodam de peccato indigent.* Atque hoc contra peccatum facient, si quod est solum aduersum hominum peccata medicamentum, adhibitum fuerit: Statim præfatam oleastri, & oliu[m] imaginem sic versat: *Sicut enim oleastrum, sibi insertum oliva hortensis mox in se convertit, & fructus postea neutiquam oleastro conuenit. Ita & humana iustitia, ipsa quidem per se ipsum ad nihil coducit.* Sed in his, qui Christo copulati fuerint, carnique & sanguini eius communicaverint, continuo bona amplissima progenerat, peccatorum remissionem, & hereditatem Regni, qui iustitiae Christi fructus sunt.

Cui cogitationi omnino congruit peculiaris explicatio, quam adhibet P. Alcazar 2. tonio in Apocalypsi lib. 4. (vt in superioribus meminimus) ijs verbis Jeremias 32. vers. 22. *Fœmina circundabit virum: reponentibus proillis LXX.* Creavit Dominus salutem in plantationem: circuibunt homines in salute: sive (vt Hebraitus monet) salutem, vt eo in loco omnino prænunciet Propheta Eucharistie mysterium: *In quo inquit ille* *I perficit iam Deus rem, non novam modo, atque omnino admirabilem, sed etiam mirabilem suorum memoriam, seu memoriale.* Vnde

Cabalisa

III.  
Ierem. 32.  
vers. 22.

exsilit,

*P. Alca-*  
*zar.*

expedit, ut possit iam famina circundare virum; id est ut possit sponsa Christi quemque intra pectus recondere virum suum: virum, inquam non tantum sapientiam, sed etate prorsus perfectum suum deinde virum; id est charissimum sponsum: Cui sensui ipse inhærens lectio-  
nem LXX. cum vulgata sic postmo-  
dum concordem facit nostro instituto  
valde opportunus: Et quidem totam hanc  
LXX. lectionem creauit Dominus talu-  
tem in plantationem, &c. Ita ror com-  
mode accipi posse. Salutem suam nova-  
quādam, & admirabili ratione Deus inse-  
vit, constituenſ nimirum sacram Eucha-  
ristiam, per quam fidelis homo recipiat in-  
tra eū salutem, siue ipſi in Christi Domini  
rīvā, ac vitali carne salus inseratur:  
Vnde flores, & fructus huius arboris, non  
iam ex antiquo tranco, sed quemadmo-  
dum in surculis insertis fit, ex salute plan-  
tat à proveniant: Hæc omnia Alcazar:  
quibus aptissimè posset subiucere.

Exiit ad cœlum ramis felicibus ar-  
bor.

Miraturque novas frondes, & non  
sua pompa.

IV.

Enimvero sensum cōmunem cun-  
ieteria habere videtur sacra sponsa,  
qua de Christo Domino ipſi in Eucha-  
ristia convivium instituente ait: Sicut  
malus inter ligna syluarum; sic dilectus  
meus inter filios: & statim: Sub umbrā  
illius, quem desideraveram ġedi, & fru-  
ctus eius dulcis gutturi meo, Cant. 2. vers.  
3. vbi primum, dum Christus cum ma-  
lo, non vt cumque, sed signatè inter lig-  
na sylvarum plantato cōponitur: perin-  
de esse videtur, ac meminisse ipsum in-  
situū verbum naturæ humanæ fuisse,  
vt id observavit Gregorius Nyssenus  
homil. 4. vbi cuni allusione ad verba,  
qua immeidate præcesserant. Sicut li-  
lum inter spinas, &c. sic inquit: Quod in  
eo quidem, quod est lignum, est eiusdem ef-  
ficiæ, cuius est sylva humana: tentatus  
est enim in similitudinem absque pec-  
cato (ad Hebr. 4. vers. 15.) In eo autem,  
quod talem fert fructum, ut pereum dul-  
ces reddantur lensus animæ, habet mai-  
orem à sylva differentiam, quam ea, que  
habet lilyum à spinis. Nam lilyum qui-  
dem specie, & odore tenus delectationem  
parit: pomi autem gratia tribus sensibus  
apte, & convenienter distribuitur, ut que-

Cant. 2.  
vers. 3.

Nyssen.

Hebr. 4.  
vers. 15.

A

oculos delectet specie aspectabili; &  
bonodore odoratus sensum recreat, &  
effecta nutrimentum dulcedine efficiat  
sensum gustus. Reclè ergo vidit sponsa,  
qua se sui à Domino differentia. Quip-  
pe quæ vidit Divinitatem humanita-  
ti insitam, aqua & dulce anima nutri-  
mentum habeat; & divinæ concors  
naturæ reddatur: sub quo sensu alibi  
explico, quod S. Ephrem sermone de  
S. Ephr.

B

Margarita pretiosa, sic dixit de Patre  
summo: Inseruit natura humana Di-  
vinitatem; ac tanquam in rimam quan-  
dam, ac scissuram suum inclusit Filium,  
ut qualitatem participans, naturam red-  
deret communem in assumptione homi-  
nis: nempe, ut natura humana, qua  
antea sylvestris planta erat, inserta Di-  
vinitas malus fieret, qua & sentibus  
delectationem, & anima nutrimen-  
tum vitae in Eucharistia afferret: vn-  
dè subiicit Nyssenus: Quoniam ille qui  
dem, & nobis sit latitia oculorum, ut  
qui in eis sit lux, & vnguentum odora-  
tur, & vita comedentibus. Nam qui il-  
lum comedenter, vivet, sicut alibi dicit  
Euangelium. Hæc Nyssenus. Quæ om-  
nia ad præsens institutum, quod per-  
sequimur, sic refert, ut quatenus Ver-  
bo insitum, tanquam planta syl-  
vestris arbori malo, sive ut Oleaster  
in bonam olivam fructus divinos, &  
celestes ferre debeamus: ita enim ait:  
Propterea Sponsum aspicit purgata ani-  
ma in lignis sylvae facta malum, ut cum  
sibi inseruerit omnes agrestes ramos syl-  
vae, efficiat; ut similes fructus produ-  
cant: Hactenus ex Nysseno: Ex qui-  
bus habes, ut quales Christus frondes flo-  
res, & fructus iustitiae facit; & nos per  
eum faciamus: ut vita nostra oleat Deū,  
& vita, & sermo noster spirent quiddi-  
vinum:

C

Ergo sumptus in Sacramento Al-  
taris Christus, non modo tanquam nn-  
ctus oleo præ participibus suis, sed etiam  
totus oliva fructifera, & natus suavis-  
simus nobis, tanquam oleastris, & lig-  
ni sylvarū inseritur, ut si resecuerimus  
cunctos ramos noxios ex sylva oleastro-  
rum, evadamus arbores frugifere fru-  
ctus iustitiae ferentes, atque in an-  
cenum florum virtutum canipum tran-  
seamus. Quare monendi sunt, qui ad  
hanc speciosissimam malum Eucha-

D

V.

ristiæ accedunt, ut omni animi conatu contendant omnes, quoad fieri posuit, sylvestres, agrestesque ramos cogitationum, verborum, operum amputare, vt enascens fructus totus bonus sit, & spiritualis, cuncti fructus spiritus existant, nulli vero illi carnis, quos sanguinatim enumeravit Paulus ad Galatas 5. vers. 22. Cui rei peropportunus

Psal. 33.

Iacobus.

Dionys.

Areopag.

Cyrill. A-

lex.

Ambros.

Chrysost.

August.

Arnold.

Clem. Ro-

man.

Catena

Greca.

est Psalmus 33. qui diserte tribuitur Eucharistiæ à S. Iacobo in Liturgia, Dionysio Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. de communione, Cyrillo Alexand. homil. de cœna Domini, Ambroso lib. 8. in Lucam, Chrysostomo, & Augustino in eius expositione, Arnoldo de septem verbis Domini ad verbum *sitio*: & ab omnibus scriptis PP. Græcis in Catena: & quod caput est auctore Clemente Romano lib. 8. constitutione Apostolicarum ab Apostolis mandatur legi in Missa, cum sit synaxis: Et vero ut plura sint in hoc Psalmo Eucharistiæ convenientia; titulus tamen Psalmi signatissimus pro praesenti instituto: Hic nimis: *David cum immutavit vultum suum coram Achimelech*: Vbi, cum sermo sit, de mutatione vultus Davidis coram Achis Rege Geth, de qua i. Regum 21. vers. 4. non te turbet in hoc titulo haberi, *coram Abimelech*, vel quia ut nonnulli volunt omnes Reges Ægypti appellabantur, de nomine Abimelech, vel quia, ut alii suspicuntur, legendum sit, *coram Achis melech* retenta videlicet voce Hebraæ, *Melech*: quæ significatur Rex: vel potius, quia mysterium Eucharistiæ in eo Psalmo prænuntiatum vestramque personam, scilicet Sacerdotis Abimelech dantis Davidi panem propositionis, qui Eucharistiam præfigurabat; & Regis Achis, coram quo vultu suum immutavit David, omnino exigebat; ut monuit Arnoldus inquiens.

*Achimelech, & Achis non sunt unus per sona nomina sed quia unus mysterij continent rationem, non incongrue diversis respectibus unius personæ aptantur.*

V.

Hieron. plenas huius tituli translationes audi: Symmac. nam in primis: Hieronymus legit: cum Chrysost. mutavit os suum: Symmachus, & Chrysostomus: mores suos, Eusebius ex Aquila, & V. editione, gustum, seu saporem

suum: Hebreæ vero voces apud Pagnum propriè significant, consilium, sensum, rationem. Caldaeus itidem cognitus bræ. nem suam: ubi vox quidem potest summa tam activè, vt non videatur visa amplius cognoscere; quam pauci siue, vt iam non cognosceretur is esse, qui credebat esse: Tanta ne homini à Curia, & Aula Regia mutatio advenire potest? Ita quidem.

Nemos suos (hæc est Aula natura portentis)

Sed domini mores Cæsarianus haber.

B Nec conjecturis agimus, sed oculis videntes; homines à Curia, & Aula verba, mores & cognitionem, imò & proprium gustum, & saporem mutare; vt iam non cognoscatur is esse, qui antea esse videbatur, & quod plus est, & maiorem affert admirationem; tanta hominis mutatio esse solet, vt & cognitionem mutet, quæ cognoscit se; quippe qui consilium, sensum, & rationem suam pro re natâ immutant: Quod quidem latius alibi, aliud agentes, observavimus ( quod modo non in gratijs, sed pro temporis opportunitate, sive potius malignitate repetere non gravamus ) ex Ambroso in Psalm. 1. dum ipse versans verba Genesis cap. 2. vers. 11. de fluvio Phison: *Ipsæ est, qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum: & aurum terræ illius optimum: ibi in venitur bdellium (carbunculus) & lapis onychinus: acutè observat, vocem Phison, perinde esse, ac oris commutatio*. Huncque illi subesse sensum: Merito os illi commutatur, vt non teneatur promissorum fides, sed sit in ore dolus, ubi est aurum botum. *Avaritia enim fidem frangit. Ornamenta quoque pretiosa mentem, animumque commutant, vt aliud in pectore, aliud in sermone sit:* Hæc ille nouis Curialibus, & Aulicis facile accommodanda; quæ enim antea, quam in Aulam excepti escent, veritatem, fidem, & boni publici curam in pectore, & in ore habebant, dum circumueunt terram Hevilath ubi nascitur aurum, os, & verba commutant; novamque rationem, novum sensum, atque consilium inueniunt: Quod itidem & magnis Theologis, & spiritualibus Magistris itidem evenire videris: nā qui in Academijs, aut in

Lect. He  
Caldæus.

Caldæus.

Martial.

Genes. 2.

vers. 11.

Ambros.

D E

*Hevilath ubi nascitur aurum, os, & verba commutant; novamque rationem, novum sensum, atque consilium inueniunt: Quod itidem & magnis Theologis, & spiritualibus Magistris itidem evenire videris: nā qui in Academijs, aut in*

Eccle-

Ecclesijs commorātes, ad interrogata nihil aliud quam veritatem meram, & quod salutaria consilia spiret responde resolent; ad curiam, & aulam evocati, & divitum infularum splendore alleati, & animum, & mentem mutant, ac novis consilijs, à primis illis longo intervallo distantibus vtuntur. *Ornamen*  
*ta namque pretiosa mentem animumque*  
*commutant, vt aliud in pectore, aliud in*  
*sermone sit: vt possit non immerito ip*  
*sis aptari, quod de leonibus mansuefa*  
*ctis dixit Seneca epist. 41. vt nihil illis*  
*infylua acerius, atque ferocius esse; ita*  
*nihil mollius, & languidius, dum au*  
*rea in iubā, & vnguisbus ornamenta Ro*  
*mæ recipiebant: Aliter (inquit) leo au*  
*rat à iubā demittitur, dum contrectatur,*  
*& ad patientiam recipiendi ornamenta co*  
*gitur fatigatus aliter in cultus integrī spi*  
*ritus. Hic scilicet impetu acer, qualem ef*  
*se natura voluit, speciosus ex horrido, cuius*  
*hic decor est, non sine timore adspici, præfer*  
*tur illi languido, & bracteato: in quē sen*  
*sum præclara est obseruatio Ambrosij*  
*epist. 13. de Episcopis, qui cum in pluri*  
*bus Synodis sene sincere, & infrae ges*  
*sissent, at verodum Conciliū intra Im*  
*periale palatiū trāstatū est, blādis pro*

*Ambros.* missionibus inescati integra ante iudicia in mitiora mutaverunt: Audi: *Fa*  
*ctum est sub Constantino Auguste memo*  
*riæ Principe; factum est etiam sub Constan*  
*tio Auguste memorie Imperatore pater*  
*na dignitatib[us] h[ab]ere: sed quid benè cœpit,*  
*aliter consummatum est. Nam Episcopis sen*  
*ceram primò scripserant fidem: sed dum*  
*volunt quidam de Fide intra palatiū*  
*iudicare, id egerunt, vt circumscriptioni*  
*bus illa Episcoporum iudicia mutarentur:*  
*Vides leonem antea integrī spiritus,*  
*& imperia alacrem, qualem esse natu*  
*ra voluit? adversus blandimenta, & do*  
*cīnas minus solidas rugientem? subin*  
*de vero dum auratā iuba demittitur,*  
*& annulorum ornamenta, in manibus*  
*recipit; languidum iam prius iudicium*  
*mutantem? Tale quidem à Palatio dis*  
*crimen, sive potius venenum, aut fas*  
*cinatio est: vt ille idemmet Petrus, qui*  
*Christo Domino dixerat. Tu es Christus*

*Matt. 16. Filius Dei vini, Matthæi 16. vers. 16. iti*  
*vers. 16. demque. Etsi omnes scandalizari fuerint*  
*Matt. 26. in te: ego nunquam scandalizabor, Matth.*  
*vers. 33. 26 vers. 33. quod nobis sic sonat; et si*

omnes civitatum procuratores, et si omnes omnino Theologi scandalum patiantur, ego nunquam à veritatis tra mite discedam; cum primum tetigit regium limen, dum voluit de fide intra palatiū iudicare, absolutè respondit. *Non novi hominem, Matthæi 26. vers. Matt. 26*  
*A 72. Vt hac ratione Athanasius vera fi*  
*dei custos, rigidusque iatelles in epito*  
*la ad solitariam vitam agentes, ex Libe*  
*rio Pontifice Maximo præscriperit.*  
*Fiat deinde Ecclesiastica Synodus longè à Athan.*  
*Palatio; vbi nec Imperator præstoyest; nec*  
*Comes se ingerit; nec Iudex minatur: &*  
*vbi solus timor Dei ad omnia suffi*  
*cit.*

*B VI.*  
*Sed vt iam regrediamur, vnde aut*  
*zelo publici boni, aut calore scribendi*  
*abrepti sumus: in Davide quod panes*  
*propositionis Eucharistiæ typum ge*  
*rentibus sumperierit, vultum, os, mo*  
*res gustum, saporem, consilium, sen*  
*tum, atque rationem coram Achis*  
*Rege mutante, cape experimentum*  
*mutationis vitæ, quæ in eo, quæ Eu*  
*charissimam sumit conscientia est: vi*  
*quemadmodum dicebat S. Thomas.*

*C 5. Thom.*  
*Hæc est proprietas surculi bonæ arboris*  
*si trunco inseratur, etiam sylvestris, quod*  
*naturali virtute prævalens illius amari*  
*tudinem in suam dulcedinem, & ju*  
*ratatem convertit, & similem fibi bo*  
*num fructum proferre facit. Vnde pos*  
*modum subiicit. Hinc fructus eru*  
*pit, quia cor fidele propriæ amaritudine*  
*relicta vitiorum virtute corporis Domini*  
*nt similes Christospirituales frondes, flo*  
*res, fructus virtutum, & bonorum ope*  
*rum facit: Et statim adductis verbis*

*D Canticorum 2. vers. 3. Trahemus post te:*  
*ea in hunc sensum sic inflectit: Me sci*  
*licet mutando in te violentia meæ dile*  
*ctionis magnitudine tuæ dilectionis, vir*  
*tute firmæ insertionis, vt non maneat*  
*in me radix amaritudinis, sed prævaleat*  
*operando in me virtus, & dulcedo tuæ*  
*bonitatis. Galat. 6. Viro ego: iam non*

*E August.*  
*ego: Hæc omnia S. Thomas. Aliter*  
*quidem: Si non mutet vitam ( in*  
*quit Augustinus sermone 1. de tempore*  
*ad id Ioann. 6. vers. 54. Non haberitis*  
*vitam in vobis ) ad iudicium accipit*  
*vitam. Sed præclarum hanc mutationem:*  
*ita pulchre describit S. Cyprianus*  
*serm. de Cœna Domini. Post hunc potū*

*Cant. 2.*  
*vers. 2.*

Cyprian.

(sanguinis Christi, cum saperit oblio cun-  
cia carnis ludibria; mīra sunt, quæ jenit,  
magna, quæ videt; inaudita, quæ loqui-  
tur: & lib. 4 epistol. 3. Quia ebrietas Do-  
minicū calix non est talis, qualis est ebrie-  
tas vini secularis, cum dicaret Spiritus Sā-  
ctus in Psalm. 22. Calix tuus inebrians:  
addidit, per quam optimus: Quod scilicet  
calix Domini sic bibentes inebriat, ut  
sobrius faciat, ut mentes ad spiritualem sa-  
pientiam redigat, ut à sapore isto seculari  
ad intellectum Dei unusquisque resipiscat, &c.

VII.

Cantic. 5.  
vers. 1.  
Nyssenus

Muter ergo vitam, qui accedit ad  
vitam: mutet vultum, mutet os; mutet  
mores, mutet gustum; mutet sensum,  
atque consilia, quæ omnia perbelie  
perstrinxit Gregorius Nyssenus, huc re-  
ferens spiritualem excessum, sive ebrie-  
tatem illam, quam Divinus sp̄p̄lus no-  
bis commendat, Cant. 5. vers. 1. Come-  
dite amici, & bibite, & inebriamini cha-  
rissimi. ita enim ille hom. 10. in Canti-  
ca: Quod enim hic verbo iussit amicis, hoc  
illuc (in coenā) reapse fecit, quando quidē  
omnis ebrietas solet efficere, ut mens excessum  
pattitur à vino superata. Quod ergo  
hic adhortatur, hoc tunc quoque factū est  
per divinū illū cibū, & potū, & semper fit,  
simul conveniente, cum cibo, & potu muta-  
tione, & excessu à deterioribus ad ea, quæ  
sunt meliora. Hac ille. Nihil n. elius; ni-  
hil opportunius his: simul cōueniente cū  
cibo, & potu mutatione, & excessu: vt qui  
cibatus est pane cœlesti mutet vitam,  
verba, mores, & sensum: quæ sursum  
sunt quærens, quæ sursum sunt sapiens,  
non quæ super terram: In quam tenten-  
tiani inflexit Guillermus serm. 2. in fe-

Guilliel.

sto corporis Christi, id Isaiae 35. v. 4. Deus  
ipse veniet, & salvabit nos: tunc saliet si-  
cūt cervus claudus, hunc in modum. Ve-  
niens Dominus in Sacramento Altaris: tūc  
saliet peccator de virtutis ad virtutes, de mū-  
do ad cœlum: ita Guillermus. Enimve-  
ro, vt Vates pro signo adventus Domini,  
sanitate pedum claudi hominis  
posuit: ita quidem tu à rectis animæ  
greisibus (quos Paulus monebat ad He-  
breos 12. vers. 13.) bene coniicies, an  
vers. 13. dignè, & salutariter Dominus in Sacra-  
mento Altaris ad te venerit.

VIII.

lā pro re natā, & oris mutatione ob-  
servavit Chrysost. Davidē quod acce-  
ptō pane mylico os, gustū, moreisque

n. ut avertit hoc Psalmo, illi dedisse ini-  
tiū: Benedicā Domīnū in omni tempore, Chrysost.

semper laus eius in ore meo: ita enim ille:  
At audiē cum ad Achimelech profectus  
sacerdotalem cibum degustavit: immutato  
gusto suo, velut cæteri interpres habent  
moribus suis. Deo laudes, & gratiarum  
actiones offerebat his verbis utens: Bene-  
dicā Domīnum in omni tempore. Hec  
Chrysostomus: Quid autem fuerit Do-  
minum omni tempore benedicere,  
quam gustum in mutatione? Et illum de  
terrenis rebus in spirituales delicias trās-  
tulisse qui ore, & opere Deum laudare  
nondessit? Pie & sapienter in hanc  
sententiam Cyprianus præfato serm. de Cyprian  
cœnā Domini, inquit. Qui manducat ex  
hoc pane ultra non esurit, qui bibit ultra  
non sit quoniam mysterij huius, sic suffi-  
cit gratia sacrifici intelligentia, ut cui-  
cumque tantæ rei innotuerit plenitudo,  
omnis consummationis fine invento, Chri-  
stī baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum fe-  
rat in mente, & omni tempore habitatori  
suo dicta, & facta tubilatione conjona lau-  
des resonent, & gratiarum actiones decan-  
tent. Hac Cyprianus. Nec omiserim  
observare pro exacta historiae accom-  
modatione ad mutationem hanc, quæ  
ad instar Davidicæ in mutationis, San-  
ctissima Eucharistia in ijs, qui digne ad  
eam accedunt operatur: Davidē prop-  
ter illam à Rege Achis amentem iudi-  
catum, sic enim 1. Reg. 21. ver. 14. Et 1. Reg. 14.  
dixit Achis ad servos suos. Vidi istis homi-  
nem insanum? Quare adduxisti eū ad me?  
Nimirum is est lensus mundi, vt ab illo  
insanus habeatur, qui sensum mundi nō  
habet: vnde quenam videris ab Eucha-  
ristia vultum, os, gustum, mores, consili-  
um, & rationem mutatione, vt deinceps  
prudenter, iuste, & religiose verbis, mo-  
ribus, & vita se gerere ostendat: amens,  
& insanus ab eo esse existimetur: Quod  
plane Davidem imitantur pro gloria, &  
corona esse debet: Sapienter id penitā-  
te. S. Cypriano præfato loco his verbis.

Quam præclarus est calix iste! Quam reli-  
gioſa huius potus ebrietas! per quam excede-  
dimus Deo, & qua retro sunt oblitii ad an-  
teriora extendimus, nun habentes sensum  
huius mundi, sed divitis purpuratis deli-  
ties contemnentes cruci habemus, sanguinem  
jugimus, & intra ipsa Redemptoris no-  
stri vulnera figimus lingua, quo interius,

exte.

Cyprian.

externus querubinat à sapientibus huic  
seculi iudicamus amentes. Hactenus Cy-  
prianus.

**IX.** illud addit Theodoretus in Ca-  
tena Græca in hunc Psalmum, Davidē  
qui inernis, & fugitans ad Sacerdotē  
Abiniech venerat, & ab eo hallam,  
& gladium ad pugnam accipit, egre-  
giūm typū eius præferre, qui ad Eu-  
charistiam dignè accedit, a qua fortia  
adversus hoites invisibiles armā capit,  
adeoque strenuus Dei miles evadit, vt  
subinde inter fortēs, ex fortissimis Is-  
rael valeat numerari. Sed enim illud  
omnino egregius iste bellator monen-  
dus est, vt qui ab Eucharistiā vultum in  
melius immutavit, firmus & constans  
in posterum in hac immutatione persi-  
stat, quin rursus configuretur huic fæcu-  
lo vultu à meliori in peius mutato; sic u-  
ti delectissimā illa fœminā Anna dixit  
**I. Reg. I.** Sacer textus I. Regum cap. I. vers. 18.  
**vers. 8.** Et vultus illius non sunt amplius in di-  
versa mutati: notante ibi Caetano: Re-  
focillatatum animo ex oratione proprias  
& verbo Pontificis, tum corpore ex sum-  
pto cibo convenienti: non est passa amplius  
mutationem vultus: Scilicet aptissimus  
& convenientissimus corporis Domini-  
ni cibus non erit valentior, quam cor-  
poralis: vt animivultum in perpetuum  
firmet: præsertim cum anoxia hac po-  
steriori vultus mutatione, multo ma-  
gis quam antea Dei, vltio timenda fue-  
rit: Ita quidem videris Israelitas carnes  
in deserto p̄imum petentes punitos à  
Deo non fuisse, postea vero illas post ac-  
ceptum manna denuo concupilcentes  
diras plenas dedisse: vt sapienter huc in-  
tentus observauit S. Cyril. Alex. lib. 3.  
**Cyrill. A.** in Ioann. cap. 3. his verbis. Quod autem  
quamvis terrenis viderit cupiditatibus su-  
peratos, non puni verit tamen in initio: hoc  
vt mihi quidem videtur causa est: nā quo-  
niam nuper ab Ægypto effugerant, panem  
que cœlestem qui cor hominis corroborat,  
non dum receperant, facilius poterant in  
cupiditates carnis incidere; propterea, &  
rentia digni visi sunt: postea vero quam Do-  
mino fruebantur (vt scribitur) tunc iure,  
quoniam corporalitatem spiritualibus pre-  
pauerunt, acerbā dederunt supplicia; & ad  
supplicia insignem calamitatis memoriā  
reliquerunt. Hactenus Cyrilus.

**X.** iam pro coronide obserua S. Tho-

niam præfato opulc. 58. cap. 20. quid s. Thom:  
quid de diuinā hac Filiū Dei in Eucha-  
ristiā in nos inslitione à qua fructus iusti-  
tiae proferimus dictum est, Dicparae sa-  
pienter, & opportunè tribuile: Et enim  
cum atulisset verba I Ezechielis 17. v.  
22. Sumam de medulla cedri sublimis, &  
de vertice ramorum eius, & plantabo in  
montem excelsum, & run pet in germe,  
& faciet fructum, atque ea ex perlo: à  
Spiritu Sancti dicta acribaverat: sub j-  
cit de suo: Cedrus sublimis est Deus Pa-  
ter: rami eminentiores antiqui Patres; re-  
tex ramorum B. Virgo: medulla cedri & ter-  
na Dei Sapientia: pars deramorum verti-  
ce caro sumpta de Virgine: Spiritus ergo sā  
etius medullam cedri & partem de summo  
ramo sumpsit, quia Christi incarnationem  
fecit, & hunc quasi surculum nobilissimū  
plātit in montem excelsum, cum facili s  
à terrenis desiderijs ad cœlestia elevatis  
Dominici corporis tribuit Sacramentum:  
& itatim: Hinc fructus erupit, quia corfi  
dele propria amaritudine relicta virtutū  
virtute corporis Domini similes Christo  
spirituales frondes flores fructus virtutū,  
& bonorum operum facit. Hæc egregie  
Angelicus Doctor.

FIDELIS ANIMA AB EVCHA-  
ristiā accepta in omnem partem, sive  
potius in omnem virtutem per cun-  
ctas potentias itidemque per om-  
nia corporis, sive membra, si-  
ve tentus se se exten-  
dit.

## ADNOTATIO II.

**E** **H**ÆREMVS Cyprianiverbi . I.  
Quam præclarus est calix iste, Cyprian:  
quam religiosa est huius potus  
ebrietas per quam excedimus  
Deo, & que retro sunt obliti ad anteriora  
extendimus, non habentes sensum huius  
mundi, quæ modo cōreferimus, vt qui  
divinam Eucharistiā accepit, ad ex-  
cipiendum tantum hospitē tele in om-  
nem partem extendat, vt capacissimū  
ciad habitandum locum, ac spatiū fa-

ciat,

Seneca.

ciat, quin aliqua animæ potentia, aliquis sensus sit, quem non statim Dominus possideat, sibique omnino vendicit. Nam si Gentili Seneca epist. 88. de humanâ sapientiâ dicere licuit. *Magna & spatiofares est sapientia vacuo illi loco opus est: quanto potiori iure vacua animam, & spatiotam in ipsa habitatione*

Leuit. 26

vers. 12.

2. Cor. 6.

vers. 36.

Ambros.

Izai. 40.

Hieron.

Anselm.

Cornelius

*Divina, inmensaque sapientia exigat? Audi ipsammet Levitici 26. vers. 12. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: citante hæc verba Paulo 2. ad Corinth. 6. vers. 36. & ex illis firmate fideles esse templum Dei vivi, hunc in modum: Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Dominus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: habet quippe in hanc rem opportunitatem emphalim locutio inambulandi, quæ Deus non ut cumque domum, aut templum fidelis anima inhabitare, tanquam domini consistens, sed velut in ampio, & spatiofo loco inambulans, atque discurrens inducitur; ita id observatis Ambrasio, & Hieronymo: sic enim ille sermon. 7. in Psalm. 118. Alij querantur de sui ruris angustijs: in te Deo est ampla possessio, in quo deambulare sedicit, hoc est lata spatio habitacionis inventens: qui terram includit manu, sic enim scriptum est, Izaias 40. Quis mentis est manu aquam & cœlum palmo, & vniuersam terram clausam manu. Cui mundus angustus es: tu ei ampla es domus: Ita Ambrofius: & eodem ductu Hieronym. in Psalm. 133.*

*Vide anima sancta, quam grandissimam Iohabitabo, inquit: Sed fieri potest, ut aliquis angustè inhabitet. Inhabitabo, & inambulabo in eis. Vbi cumque deambulat, ut que latitudinis est. Hæc Hieron. Et eodem intentus Anselmus in lib. decem meditationum, meditatione 1. cap. 3. fidelem animam alloquens, sic inquit. Ipsa suis dicit: Inhabitabo in illis, & inambulabo. Si enim tu ubique (in toto scilicet corpore tota, & tota insingulis eius partibus) quanto magis Deus ubique totus es, quite ipsum, & corpus creauit? Summa ergo diligentia considerandum est, cum quantâ ratione, & reuerentia sensus nostros, & membra corporis nostri movere debemus, quibus Divinitas ipsa presideret: ita ille. Quorū PP. vestigij hærens P. Cornelius in hæc verba à Paullo adducta bene ea ita elucidat, atque*

*diffundit. Deus inambulat in animâ, quasi in tabernaculo suo, cum ex memoria in intellectum, inde in voluntatem transit per actus fidet spei & charitatis: est enim anima sancta, quasi templum, immo cœlum, in quo sol est intellectus, vel zelus iustitiae, Luna fides, & continentia, astra reliqua virtutes. Sic ille.*

II.

*Bene ergo dictum est à Cypriano de animâ, quæ ad sacrum Eucharistia convivium accessit, quæ retrofuit obliterata ad anteriora extendi. Dum memoriam, intellectum, & voluntatem, cunctosque sensus ab omni mundanarum rerum occupatione vacuos unius Deo consecrat, ut ipse per amplam, & spatiofam domini inambulet, & à memoria quæ in ipsius commemorationem Eucharistianam accepit, & in tantâ tamque suavi commemoratione gaudens delectatur; in intellectum acuentem se ad hoc divitum donum expendendum, iterum, atque iterum exclamantem. O panem admirabile! O cibum exquisitissimum! O eximium, non cœlitum, sed Dei præpotentis opus, quod ut perficeret, singulare sui amoris monumentum summe virtutis præcellentissima quæque miracula collegit ab intellectu in voluntatem erga beneficentissimum largitorem, & incensissimum amatorem ardenter inflammat: omnique ratione, ac modo gratum animum verbis, & factis manifestare studentē: & cum Paulo clamantē.*

Ad Rom.  
8. v. 33.

*Quis nos separabit à charitate Christi tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an gladius, &c. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundus, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Deinde vero ab interioribus potentissimis per exteriora inambulando sensus, manus, pedes in sui obsequium tantus hospes sibi vendicet, ut qui ipsum exceptit iam non habeat sensum huius mundi, nec amplius est sensu animantium vivat, sed ex mente; atque ex ipso Deo fingat se totum ex omni animi, & corporis parte ad Dei nutum, & voluntatem; prosequatur id unum, quod ille amat, divina cogitet, cœlestibus obli-*

etetur,

# Ab Euch. animā persensus im omnem virtutem. 44. I

Psal. 83.  
vers. 2.

etetur, vt in ipsum corpus, & cūcta corporis membra menti obtēmperantia divinum quidpiam quodāmodo redundet: tantum non dicens: *Cor meum*, & *caro mea exulta erunt in Deum vivum*. Psalm. 83. ver. 2: Nimirum hūc signat̄spectat, spiritualis cōnubij lex, quam in superioribus sumus prosecuti, vt Christi spōsa talem se exhibeat, qualis tum ab Ambroſio, sic describitur ſerm. 11. in Psalm. 118.

Ambroſio. Sancta anima neſcit aliud deſiderare, quam ſponſum, quiescit Christus Iesuſ, illum concupiſcit, illum deſiderat, in illum totis virib⁹ intendit, illum gremio mētis forvet, illiſe aperit, effundit, & hoc ſolum vereatur, ne illum poſſit amittere: tum etiam à Basilio lib. de verā virginitatē, admonetur: *Corpus quidē velut templū quodam*, aut thalamum ſponsi habeat præparatum: Audiſt corpus velut templum, ac ſpatiosam dōmum Domino præparatam eſſe debere, vt quō ille per animā potentias per ſenſus per membra expatietur: ipsa totis virib⁹ in ipſum inten dat ſe, que totis nervis extendat: opportunē hāc dere diſlerente Nicolaō Cabalifa lib. 4. de vīta in Christo, in principio: apud Biblioth. veterum PP. tomo 14. vbi cum dixiſſet: *Mensæ enim promiſſio in Christo nos & in nobis Christum in habitare facit. Ait enim in me manet, & ego in eo: ſubiſcit. Christo in nobis manente, quid amplius requiratur? aut quod bonum nos effugiat in Christo manentes, quid aliud deſiderabimus?* Ille habitator noster, & ipſe habitatio nō ſtrā eſt. O nos tali habitacione beatos! & beatos iterum, quia eiusmodi domus incole facti ſumus. Quo namque bono ēgere poterunt ſic affecti. & conſtituti? Quid vītiositatē, & in tanta charitatē vītantibus communisit?

III.  
Ephes. 5:  
vers. 27.

Enim vero ſi verē x̄ſtimas, tum de Ecclesia Christi non modo in genere (vt ait) ſed etiam vt ſingula complexitur de eius mēbris (vt meliores inter pretes exponunt) ſub hoc ſenu dixit Paulus ad Ephesios 5. ver. 27. *Christus dilexit Eccleſiam. & tradidit ſeme ipsum pro ea mundans lavacro aqua in verbo vītae, ut exhibere ipſe ſibi gloriosam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ſed vīſit sanctā, & immaculatā: Et iptammet Christi Spon-*

ſa accurata id locutione expressit, Cantic. 1. ver. 13. inquiens. *Fasciculus myrrae dilectus meus mihi, inter vbera mea combrabitur.* Et vt hinc incipiam, quo

Cant. 1.  
vers. 13.

Pauli ſenſus opportunius ſe ſubinde prodat: notanter Christus Dominus inter vbera ſponsæ, ideſt ſuper ipſius corpoſitus dicitur, vt quemadmodum à corde in omnes corporis partes, ac mēbra vitalis calor, & viſ derivatur; ita etiam Domino animam intrante, ac poſidente, ipſa leſe illi totam, omnes que potentias, & mēbra addicat, quin vlla eius pars ab ipſis obsequio ſe subtrahat: hāc omnia observante, & luculentē diſſuſente Gregorio Nyſſeno in hāc verba hom. 3. vbi cum pri-  
Nyſſen.

mum ſic præmiſſet. Localis cordis poſi-  
tura ab ijs, qui eam ſunt ſpeculati dicitur eſſe in medio vberum, illuc autem, dicit ſpō-  
fase habere fasciculum, ubi bonum, tanquam  
theſaurū reconditur. ſed & cor dicunt eſſe  
quēdam fontem nobis innati caloris, à quo  
per arterias in vniuersum corporis calor di-  
ſtribuitur, per quem ſunt calida, & vīta  
lia mēbra corporis, vt quā forventur ab  
igne cordis: hāc ſtātim ad rem præſeti-  
tem hunc in modum accomodat:

Quā ergo principatum tenente anima ſa-  
cultate ſuſcepit bonum Christi odorem, &  
cor ſuum fecit eſſe fasciculum huius ſuffi-  
tuſ, ſe ita comparat, vt omnia ſingulatim  
vī ſtūdia tanquam alicuius corporis mē-  
bra feruant ſpiritu, qui ex corde permeat,  
nullā iniquitate, vlo mēbro corporis re-  
frigerante diſectione in Deum: Sic ille,  
vt moneat omnia vī ſtūdia, omnes

D  
animā ſenſus, atque omnia corporis mēbra huic divino calorū accipien-  
do, huic coeleſti ſuſſtu recipiendo fo-  
re aptāda, vt ab Eucharistiā divinum ſubinde odorem ſpirent: vnde indiq̄ē ſub ſpōſa persona inquit Nyſſenus. Mihi, inquit, eſt fasciculus, quē a collo ſuſpe-  
do ſupra pectus per auem bonū odore corpori præbeo: Hāc Nyſſentis: Quibus mi-  
ſifice concinuit illa pueri ab Helīaco ſu-  
citatī historia lib. 4. Regūl cap. 4. ver. 4. Reg. 4.

E  
34. cum Propheta ad mortui pueri mē-  
ſuram magni corporis mōlem ita coa-  
ctavit, vt ſua cum illius mēbris mē-  
bra compoñeret, vt vitalem ab ipſis ca-  
lorem mortui artus recipet: ſic enim

ibi: Et ascendit, & incubuit ſuper puerum,  
poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos

4. Reg. 4.  
ver. 34.

ſuos

S. Thom.

*suis super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri: Hæc omnia sanctissimæ Eucharistia opportunè aptatæ S. Thoma opulculo 8. cap. 21. hunc in modum. *Heilicus incubuit super puerum, posuitque os super os eius, & manus super manus eius, & calefacta est caro pueri.* Per puerum fidelis anima; per *Heilicu* Dominus significatur, quia sicut sigillum cerae, sic se coniungit animæ. Oculos suis super oculos eius ponit, quia intellectum illuminat, carnem calefacit, quia affectu charitatis inflamat: os super os eius ponit, quis gustu memoria dulcedine spirituali delestat, manus super manus ponit, quia in bono opere usque in fine conservat & sic totum hominem perficit, ut ad vitam eternam perducat. Sic S. Thomas: Nec minus quicquid appositiæ historiam inflexeris, in eum quem persequimur sensum, ut illa membrorum Heilici super infantilia membra compositio, quæ carnem fovit, & à suo calore calefecit, denotet Dominum in Eucharistia, sicut sigillum cerae coniunctum in sensu, & membra fidelis animæ vitalem spiritum infundet: & oculos, ori, manibus, & ceteris sensibus, & membris alium motum, & calorem dant, ut quæ antea exhibuerat membra servire iustitiae, & iniquitati, nunc ab Eucharistia accepta exhibeat membra servire iustitiae in sanctificationem, iuxta Pauli monitum ad Roman. 6. vers. 19. Vbi iam vides, ut anima ad anteriora, id est ad spiritualia extedatur: viresque suas, potentias, & membra extendat, quin eorum aliquod à rectitudine deflectat.*

Roman. 6  
vers. 19.IV.  
S. Thom.

Quod itidem facit alia eiusdem Sancti Thomæ opulculo 58. cap. 10. de speciebus panis in Sacramento consideratio, ut panis aptissimum sit nutrimentum naturali puritate membris adhærens: sic enim ibi: *Panis triticus est ad carnem maximè conveniens, quia puritate naturali, & compatibilitate communit, & viscositate suæ maximè membris adhaeret nutrimentum exinde sumptum:* ut inde noverimus, quod eti panis, uniusque substantia in Eucharistia non remaneat, sub utriusque tamen accidentibus apertissime Christus communicetur, ut argumento sit, Dominum puritate naturali, ac divina membris nostris firmi-

ter, ac tenaciter adhædere, ut ea in suâ puritatem adducat, ita quidem de divina Sapienti dicente Salomone: *Attingit autem ubique propter suam munditiam, Sapient. 7. vers. 24. quæ Vatablus Vatab.* traxit. Cunctaque præ puritate suâ pene tractat, & per valit: ut hinc Christum in Eucharistia puritate naturali, sive divinâ consideres in sensu nostros tam internos, quam externos pervadentem, & pene trantem, ut ipsis munditiam, & spiritum impertiatur, quo à terreno sensu, & sapore ad coelitem gustum transferantur: Benè hæc obseruante prefato loco Nicolao Cabalisa ubi post præfata verba hæc subiicit. Quid tandem mali tanto honorū cumulo se opponat? Quid enim vel præsens subsistere, vel absens ingruere queat, quando Christus adeò familiariter nobiscum est, & nos totos penetrat, & omnia interiora possidet, & nos cingit, ac protegit. Nâ tela extrinsecus iactata ne in nos incidat prohibet, unde cumque se obiciens: est enim domus: et si quid intus vitiosum est, disjectum & expellit, est enim incola, & domum suâ totam implet. Non enim aliquid eius, sed eum ipsum continemus, nec radium aliquem, aut lumen, sed solem ipsum in antimas recipimus, ut inhabitemus, & inhabitemur, ut induamur, & induamus, & permisceamur, & unus spiritus cœro euadimus. Hæc Cabalisa multa sed bona: nec sunt lôga, quibus nihil demere possis.

V.

Ad tipulatur his aucto quidem sensu Ambrosius serm. 19. in Psal. 118. ubi primum hanc sigilli imaginem adorans ex verbis istum Sponsi Cant. 8. vers. 6. sponsam admonentis. *Pone me ut signaculum super cortum, ut signaculum super brachium tuum. tum eiudem Domini Ioann. 6. vers. 27.* Operamini cibum, Ioann. 6. non qui perit, sed qui permanet in vitam eternam: hunc enim Pater signavit Deus, Ambros. Et Eucharistia aptans, sic inquit. *Ipse enim Pater signavit Deus, & qui testimonium eius accepit, signavit, quia Deus rex est, & ideo operantes cibum permanentem in vitam eternam signati sunt ad imaginem, & similitudinem Christi;* nimis, quia cum verus Heilicus internos, & externos animæ sensus, & membra vitali, & divino spiritu donavit, & sicut sigillum cerae sic se coniunxit animæ, divina in eo ab Eucharistia refloruit imago, ut ex Chrysostomo homil. 45. Chrysost.

in

Psal. 103  
vers. 15.

Ambros.

Ioann. 1. in hunc sensum accepit et verba Ioan-  
vers. 12. nis 1. vers. 12. & 13. Dedit eis potestatem  
& 13. filios Dei fieri. Qui non ex sanguinibus, sed  
Cabalistas ex Deo nati sunt, inquiens. Non sunt nati

in Ioann. alibi vidi mus; nec non ex interpretatione, quam idem met adhibuit verbis Psalm. 22. vers. 7. Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrans, quam præclarus est; dum componens cum ijs illa Psalmi 103. vers. 15. Ut educas panem de terra, & vinum letificet cor hominis, ut exhilaret faciem in oleo, inquit. Caput enim viri Christi. In isto oleo facies Christi exhilaratur de qua dixit Prophetus, ut exhilaret faciem in oleo. Quæ est ista imago, quæ exhilaratur nisi imago & similitudo Dei, cum de peccatore dicitur: Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrans, quam præclarus est? Ita Chrysostom. At enim vero Ambrosius in fine sermonis, Dominum in Eucharistia cum anima toti corpori, & singulis eius partibus vitam dante componens, notanter subiicit. An vero cum animæ nostræ vigor putrem corporis refugiat portionem, quod eius gratiam corrupti artus sentire non possint, Deus corruptæ animæ membra quedam dignetur habitare? Animæ tamè vigor per corpus omne diffunditur, sive manus, sive pes, sive digitus particeps sensus est, Dei potest alicubi deesse Sapientia? alicubi deesse maiestas? & statim. Sanè fugientes non retinet; non cogit in vitos. Hæc Ambrosius. Et quidem illud opportunitè ex imagine animæ. Dei potest alicubi deesse Sapientia? ut quod ex se est, libenter omnes animæ potentias, & sensus, omnes corporis partes inhabitare velit: sive manus, sive pes, sive digitus particeps sensus sit: sed illud opportunius: Deus corruptæ animæ membra quedam dignetur habitare? Oculum petulatè? linguam detractioni, aut ita loquio deditam? aures theatri vanitatibus, & dactilis sermonibus hiantes? manum contractam, & ab elemosina otiosam? pedem ignavum, qui ad virtutis opera non currit? monente Paulo Christum dilexisse Ecclesiam, & tradidisse se ipsum pro ea, ut exhiberet ipse sibi, inhabitatuero in ea, Sponsam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Vnde præfato loco Nicolaus Cabalitas, cum

ex sanguinibus tametsi nati sunt, & qui eos generuerunt, carnem imluti fuerunt, & partus ille hunc præcessit. Sed vetus uorem recentior tot partibus viceit, ut illius neque vestigium neque nomen super sit. Et ita sacerpanis novum hominem introducens, raditus veterem ejicit: nam & istud sacra mensa quoddam munus est, ubi cit post nonnulla. Et iure quidem. Sic enim Saluator, & accipientibus, & usque ad extremum vita retingentibus ipse caput idoneum, & convenientem est, & ipsi eidem membra decentia. Eadem autem generatione membrorum capitum generari, & quum erat. Hæc ille.

VI.

Sed iam pende hæc Apostoli verba singillatim vero rugæ imaginem, quæ est propria huius loci, cui is subiectus sensus, ut fidelis anima, quæ ea quæ retrostant oblitus est, & in anteriora extendetur, omnes nervos contendat ad virtutis, & perfectionis studium, & omnes sensus, & membra in Dei obsequium intendat, quin nullum ignoravia, aut remissioni locum faciat: Sic hæc Pauli verba elucidante Hieronymo ibi. Sic enim solent in mulierum corporibus, vel Hieron. jordere ueni, vel rugæ contrahi, vel lenitudo variari, & hoc est omne studium faminarum, ut quod foedare videatur, absterget, & exhibeat maritis corporum venustatem; ita & animæ omnis orde peccatorum purganda sunt, ut rugæ veteris hominis in uiriente tendatur, & renovetur in novum hominem de die in diem: Sic Hieron. & ab eo Philippus Abbas lib. 1. in Cat. cap. 13. Qui exuta velut tunica rugosæ vetustatis uenescunt, ut aquila, non plu mis, sed moribus innovatis: Verum enim vero, hanc rugosæ vetustatis tunicam, sive has rugas contrahentes, & coangustantes animam penitus insperieris ex pulchro committatio, quem ijs Proverbiorum verbis, cap. 30. vers. 15. Sanguijugæ duæ sunt filia: adhibet Venetab. Galfridus in allegorijs Gotfridi Tilma: in hunc in modum. Pessimæ mater voluntas propria, cuius sunt duæ filia non degeneres: iniquitas felicel. & voluptas; illa animum inquinat: hac contrahit, & quodammodo rugat. Hac Galfridus quibus videtur explicare, sive elucidare Paulum dicentem: Non habentem maculam, aut rugam, ut animam, quæ sponsa & templum Dei est, tam à peccati ma-

Philipp.  
Abb.

D. cap. 13. Qui exuta velut tunica rugosæ vetustatis uenescunt, ut aquila, non plu mis, sed moribus innovatis: Verum enim vero, hanc rugosæ vetustatis tunicam, sive has rugas contrahentes, & coangustantes animam penitus insperieris ex pulchro committatio, quem ijs Proverbiorum verbis, cap. 30. vers. 15. Sanguijugæ duæ sunt filia: adhibet Venetab. Galfridus in allegorijs Gotfridi Tilma: in hunc in modum. Pessimæ mater voluntas propria, cuius sunt duæ filia non degeneres: iniquitas felicel. & voluptas; illa animum inquinat: hac contrahit, & quodammodo rugat. Hac Galfridus quibus videtur explicare, sive elucidare Paulum dicentem: Non habentem maculam, aut rugam, ut animam, quæ sponsa & templum Dei est, tam à peccati ma-

Galfrid.

Nazian.

1. Tim. 5.  
vers. 5.  
Paschaf.Zach. 9.  
vers. 17.VII.  
Psal. 118  
vers. 45.

Lorin.

Arnob.

culis, quain à delicijs sensuum quibus anima corrugatur, quin se in omnem partem extendat; emundare studeat, ut amplum, & spatiolum Deo habitaculū paret: quippe, ut dicebat Antonius. Deus corrupta anima membra, aut maculis inquinata, aut delicijs occupata, non dignatur habitare, quippe Spontis Dei in nulla parte oportet adulteram esse, non lingua, non auribus, non oculo, nō alio omnino sensu: Certe sensus, & membra delicijs dedita, poene mortua esse dixeris, ut Christum in Eucharistia hospitem habeant dicente Paulo 1. ad Ti-

moth. 5. vers. 5. *Vidua que in delicijs est, vivens mortua est: & explicante Chrysostom. hom. 13. in ea verba: Quasi nefas sit, eum qui delicijs vacat, mysteriorum esse participantem:*

*iam Pauli verba de anima macula, ac ruga experite ad Eucharistiam, retulit Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini, cap. 21. vbi*

*premens verba Zachariæ 9. vers. 17. de*  
*vers. 17. Sanctissimam Eucharistia frumentum elec-*  
*torum, & vinum germinans virgines, sic*  
*inquit. Et notandum, quod non nisi electorum est cibus, ex quo bonum salutis Ecclesiæ. & pulchritudo decoris salutis, quia et sic: et id foyde scit, exinde reparatur, ut sponsa Christi, sine macula, & ruga talibus inveniatur respersa munieribus: & ideo omnis Ecclesia Christi Virgin nominatur, quia ista repleta vino nullum præter Christum amare novit, nullum esurire alium, nullum que sitire.*

Videtur quidem is fuisse Vatis sensus Psalm. 118. versu 45. de se accuratissimo studio legem Dei observante hac peculiari locutionedicenti: *Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisi vi: ad qua verba obseruant interpretes: voluitque illis exponere Vatenni: in quo cardine moveatur perpetua illa legis custodia, de qua versu præcedenti dixerat, & custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi: nemoe ut quis versetur circa illam semper cordis affectu, sermone oris, mentis meditacione, exercitio operis: ita ibi adnotante Lorino: vbi vides tam internos, quam externos sensus Dei obsequio mancipatos; & amudanis rebus expeditos: atque id omnino esse in latitudine ambulare: sed quare? (inquis) Respondet Arnobius. Latum ambulat, quem affectus*

*non ligat carnis spatiatur, quem virtus sarcina non coarctat: Ex quibus pulchritudo ibi infert Hilarius Prophetam in corde suo non habente maculam, aut rugam opportunam Deo habitationem præparasse.*

*Hilarius*  
*Non est angustus Propheta ( inquit ille) viam præceptorum currit dilatato per Deum corde, subiicit. Angusta peccantium sunt corda & hospitio Deum mens pollutam non recipit. Patulum enim domicilium inconceptibili Deo opus est, & idcirco in amplitudine Propheta ambulat: Sic Hilarius: Cui cogitationi omnino subscribunt Gregorius Nazianz. & Bernard. ille si*

*Bernard.*

*quidem orat. 25. inde fideles tēpla Dei vivi esse adstruit; quod ipsi sint victi maxime vivæ, qui carnem suam crucifixerunt, cum vitijs, & concupiscentijs: audi illum veros Christi discipulos ab hominibus sæculo addictis, sic discriminantem. Hic domus habent, nos hospitem: hic templo, nos Deum: idque præterea, quod viva viuentis Dei templum sumus, victi maxime vivæ, holocaustatione prædicta, sacrificia perfecta: Sic Gregorius: vbi emphaticè dictum viva viuentis Dei templo: in quibus Deus tanquam vivens inhabitat, non uno in angulo circumscriptus, sed per patulum, & amplum domicilium spatiatus: idque, quia victimæ vivæ mundo scilicet mortui, & Deo viuentes: Quæ sic firmat, atque diffundit Bernardus in allegorijs Gotfridi Tillmani ad cap. 6. Ieremia. O quanta illi-*

*D anima latitudo! Quanta, & meritorum prærogativa: quæ divinam in se presentiam, & dignitatem suscipere, & suscipiens capere. Quid illa cui & spatia sufficiunt deambulatoria ad opus maiestatis? Non est profecto intricata forensibus causis, curvis & cicularibus; nec ventri, & luxurie dedita, nec curiosaspectandi, seu cupida omnino dominandi, vel etiam timida dominatus, subdit necessariam rationem: Oportet namque primum his omnibus vacuam esse animam, ut cœlum fiat, atque habitatatio Dei sed & odio, si ve invidia, aut ranco: minimè prorsus indulgendum. Hæc omnino ad rem Bernardus.*

*E Quæ sane omnia tam sensu, quam verbis ipsam Dei Sapientiam magnitudinem emphasi confirmat: Sic primum per Zachariam cap. 11. vers. 8. queribunda inquiens: Et contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variavit*

*VIII.*  
*Zach. 11  
vers. 8.*

*in me: vbi quæ situ dicendi modo expli-  
casse videtur Dominus, quā incommodo  
de habitaret ibi; cōtractus scilicet sive  
coangustatus (id enim valet verbū He-  
bræum) sive sese cōtrahēs, & retrahēs  
tāquā is, quē locus nō capit: sed quā ob-  
causam: Siquidē anima eorū variavit in  
me: vbi in Hebræo primū est: tādio affe-  
cta est in me: Quid autē sit tādio affici,  
iam explicuimus in superioribus ex Da-  
vide Psal. 118. vers. 28. Dormitavit ani-  
ma mea pātādio: tum de ignavia, & te-  
piditate, tū ex minutis erratis, quæ ab  
eādimanant: Deinde cōmodè cū alijs  
legas mollis facta est in me: cōmodius cū  
alijs naufragat in me, quē admodū, & prio-  
ra verba de Domino cōtracta est anima  
mea in eis: isti legunt: Nauseat anima mea  
in eis, vt sicut anima horū affecta fuit in  
Deum, sic vicissim anima Dei affecta  
in eosdem sit. Ergo quod animaeorum  
vacua non fuerit, quippe quæ intricata  
forensibus causis, curis ſacularibus, vē-  
tri, & luxi dedita, curiosa ſpectādi, &  
cupida dominandi, ac proinde mollis  
reddita, & ad res ſpirituales nauſeans:  
id circo opportunè dixit Dominus con-  
tracta est anima mea in eis: angusto ſcili-  
cet habitaculo exceptus, quod ſaculari-  
bus affectionibus impeditum erat, &  
plenum: prohā cogitatione omnino fi-  
deiubente Seneca pāfata epist. 88. his  
verbis: Hec tam multa, & tā magna, vt  
habere poſſint liberum hospitium ſuper ra-  
cua ex animo tollendasunt. Non dabit ſe in-  
has angustias virtus laxum ſpatiū res mag-  
nadeſiderat: expellantu omnia: totum pe-  
culiū vacet: ita Seneca. Sed & idem-  
met Dominus, qui olim de Iudeis di-  
xerat: Cōtracta est anima mea in eis; ſubin-  
de iam homo factus, eādem locutione*

*Ioann. 8.  
vers. 37.  
Lect. Sy-  
riaca.*

vsus videtur Ioan. 8. vers. 37. inquiens.  
Sermo meus non capit in vobis: ſive ut ha-  
bet lectio Syriaca, reddens cauſam cur  
sermo Christi non caperet in eis: Sermo  
ni meo capiendo non ſufficitis: qui anguila  
corda habetis terrenorum cupiditati-  
bus plena, cum Parulum domicilium in-  
conceptibili Deo opus fit, & hospitio Deū  
mens polluta nō recipiat: ita Domini ver-  
ba ex pendentibus Maldonato, & To-  
leto: Sic enim ille: Non id agebat Chri-  
ſtus, ut doctrinæ ſuæ magnitudinem lauda-  
ret ſed ut Iudeorum vituperaret animos,  
qui pravis affectibus pleni doctrinam ſuā

*capere nō poſſent. Similiter Toletus apta  
imagine ſubiecta inquit: Sermo meus  
non capit in vobis, id est non haber locū Tolet.*

*Maldonato  
in vobis. Est metaphoravafis iā pleni, quod  
liquore amplius capere nequeat, aut ita ſtri-  
cti, & angusti, ut copiā ſuper infuſam non  
recipiat, ita in his ob eorū plenitudinem,  
quia occupati, & pleni erant malitia, &  
peccatis, sermo Christi purus, ſanctus, ac di-  
vinus locū nō habebat. Hęc Toletus.*

*A* Iam ex dictis facile diſcimus, tū qua-  
ratione aptè, & digne ad lacrā ſynaxim  
accedēdum nobis sit: itidemque acce-  
pta Eucharistiā, quā laxū, & ſpatiosum  
templum Domino parare debeamus,  
vt anima noſtra cælum fiat, & cœleſtiū  
bonorum plenitudine fruatur: tum etiā  
eāde cauſa pene vacuos, & ſine fructu  
ac cœleſti mensa nos recedere, quod  
ad illā non vacui, ſed vase cordis pā-  
curis ſacularibus ſtricto, & angutto ve-  
nianus: Vnde quidē Bernardus in De-  
clamationibus ſuper illud: Ecce nos reli-  
mus omnia, ſic admonet. Scrutetur proin  
de vias ſuas, & ſtudia ſuā, qui promiſſam  
centuſi grātiā ſibi deeffe cauſatur, nec  
dubium, quin inveniat angulum, & diuer-  
ſorium, reclinatoriumque non quidem filii  
hominis, ſed aut foream vulpis, aut volu-  
tris nīdū: ita Bernardus. Pergit verò  
huic ſenſu in hærens Hieronymus in  
epift. ad Eufochium, inquiens. Vbi in pe-  
tore virginali ſaculariū negotiorum ci-  
ra eſtuat, ſtatiū velum templi ſcenditur:  
ſponsus conſurgit iratus, & dicit. Relin-  
quetur vobis domus yelstra deferta. Sic  
Hieronymus.

*B* *C* *D* *E* *F* *G* *H* *I*

*Bernard.*

*Hieron.*

#### EIVSDEM ARGUMENTI:

AB EVCHARISTIA NON MO-  
do innovandus eſt animus, ſed etiā ex-  
terni ſensus expurgandi ſunt, vt  
iam non terrena, ſed cœleſtiſtia ſapiant.

#### AD NOTATIO: III.

*S* APIENTER quidē monuit Chry-  
ſostomus homil. 4. in Matthæum: Chrysostomus  
Fidelis non modo à communione myſte-  
rij, verum etiam à novitate vite dehet ag-

noſci, vt dixerit Eucharitiam, ſic ani-  
num expurgare debere, vt in extermis  
etiam ſenſibus, eius operatio, & fru-  
ctus einceat; qui communicaritem ab  
eo, qui tantum mysterii particeps non eſt,  
diſcernat: vnde pergit. Igitur fidem, A  
non ab his tantum quae accepit a Deo ve-  
rumentam ab his, quae obtulerit ipſe Deo  
conuenit refulgere. & vndeque eſſe notum  
atque maniſtu, & abinceſſu, & ab aſpe-  
ctu, & a reſte, & a voce. Et haec dixerim,  
non ut nos metipſos ad ostentationem no-  
ſtri, ſed ad edificationem in pientum nos-  
vique aptemus, vt nimium ſenſum  
comiſſum id habeat cum verbis Pau- B

lii 1. ad Corint. 6. verſ. 20. Glorificate,  
1. Cor. 6.  
verſ. 20.  
Theodor.  
Exod. 12  
Nazian.

& portate Deum in corpore reſto: queſiſ-  
ſeſſt Theodoreetus ibi: Oportet ergo  
nos, & per corpus & per animam ipſum glo-  
rificare illa facientes, & dicentes, que om-  
nes linguaſ ad laudandum, bonisque ver-  
biſ prosequendum moveant. Quod quidem  
in homine exteriori ſignata locum ha-  
bet, vt cuncti ſenſus externi a coeleſti  
Eucharisti & cibo peculiarem ſaporem  
trahant: Scitè in hanc ſententiam ex-  
pendente Gregorio Nazianzeno. ora-

tion. 42 quae eſt de Paſchate Veterem  
ritum ſervandi in quintum diem Ag-  
num immolationi destinatum: Quia  
victima mea (inquit ille) id habet, vt ſenſus  
expurget, a quibus peccatum oritur,  
& circa quod bellum committitur, atque  
hinc econtra cum genitu præfato lo-

co dicente Chrysſotomo. Nunc vero,  
undecimque volueron te dignoscere, in ve-  
nio te a contrarijs publicari. Si te ex loco  
ſcire curavero, proculdubio in circu te,  
theatroque proſpiciam, totos prorsus dies  
in vaniſsimis illis coetibus exigentem, vel  
in foro corruptis hominibus, peſiferisque  
coniunctum. Sin vero ex iſpis motibus cor-  
poris notitiam tui habere quaeſi vero, vide  
te horrentibus cachinnis. & faedissimam  
iucunditate ſolutum, ut fluxam quandam  
perditamque mereſtricem. Sin autem te a  
veſte conſiderem, nihil te a ſcenico habitu  
diſtare cognoscam. Iam ſi te volueron a co-  
mitibus addiſcere, inveniam te adulatori-  
bus ſtipatum, atque parafit. Si a sermo-  
ne; nihil te audiam omnino ſanum, nihil ſe-  
rium quodque ad diſciplinam noſtram ſpe-  
cket, loquentem. Si a cibo; maior hinc pro-  
fecto materia accuſationis orietur. Ex qui-  
bus tandem cum hac pugnante interro-

gatione concludit. Vnde igitur, repon-  
de mihi fidem te eſſe potero cognoscere?  
cum omnia ista, que diximus contraria-  
de referant ſententiam, teque apertissime  
infidelem eſſe convincant. Hæc omnia  
Chryſſotomus? tantum ſcilicet exter-  
nis exteriorum ſenſuum actionibus de-  
ferēs, vt ab illis fideliſ hominiſ notam  
iubiliter quodammodo velit.

Infelix euidem in hunc ſenſum per  
allegoriani Hieronymus decem virgi-  
num parabolam quarum quinque pru-  
dentes; quinque verò fatuæ a Domino  
dicuntur Matth. 25. v. 1. vt perfecta ſen-  
ſuum imago in vtrâque partem foret:  
atque iij prudentes haberentur qui coe-  
leſtia; iij fatui, qui terrena ſaperent: Au-  
di illum. Sunt enim (inquit) quinque ſen-  
ſus, qui festinat ad coeleſtia, & ſuperna de-  
ſiderant. De viſu autem, & auditu, & ta-  
ctu ſpecialiter dictum eſt. Quod vidimus,  
quod auiſimus, quod oculis noſtris  
perſpeximus, & manus noſtræ palpaue-  
runt, 1. Ioan. 1. v. 1. De gulfu: gustate, &

C videte, quoniā ſuavis eſt Dominus. De  
odoratu, in odore vnguentorū tuorū  
currimus. Haec Hieronymus de ſenſibus,  
prudentum virginum ſpeciem præfe-  
tibus. Quod ſi inquiras. Cur ſignatè pru-  
dentes dicuntur ſenſus, qui ad coeleſtia  
festinant, facile reſpondebo ex Tertul-  
liano lib. de corona militis, cap. 5. quod  
videlicet muneri tuo, hoc eſtanime ob-  
ſequio non defint, ſed ministerium ſuū

D impleat: etenim cū ipſe dixiſſet. Puto  
autem natura Deus, noster eſt, qui figurauit  
hominem, & fruclibus rerū appetendis, iu-  
dicandis, conqueſtis certos in eo ſenſus or-  
dinavit per propria mēbrorū quodammodo  
organū. Auditū in auribus fodit, viſum  
in oculis accendit, gulfum in ore concluſit,  
odoratum in naribus ventilauit, conta-  
cium in manib⁹ aſtimavit: quo eorum  
viſus tendere debeat ſic monet. Per haec  
exterioris hominiſ ministeria interiori ho-  
mini ministrantia fructus muneri diuino-  
rū ad animā deducuntur a ſenſibus. Haec  
ille: En ſenſus prudentes interiori ho-  
mini ad numerum diuinorum fructus  
percipliendos ministrantes. Vnde qui-  
dem ſenſus ſecuſtendentes, fatui me-  
rito iudicantur a Hieronymo, qui poſt  
præfata verba ſubiicit. Alij autem ſunt  
quinque ſenſus, terrenis facibus in-  
hiantes per fatuas videlicet virgines fig-

II.

Matt. 25  
verſ. 1.  
Hieron.

Tertull.

ptica-

Hieron. nū cati: ita Hieronymus. Qā non mi-  
4. Reg. 5. nes aptā imagine explicauit. Venerab.  
Galfrid. Galfridus in allegorijs Golfridi Tilma-

ni ad lib. 4. Reg. c. 5. aptans fatuus hitce  
sensibus lepram illam Nahaman à quā  
per Heliæum curatus ibi dicitur, sic  
enim ait: Peccamus per visum, per audi-  
tum, per odoratum, gustum, tactum per ar-  
dorem libidinis, & incessum pedum: sic ex-  
hibemus membra nostra arma iniquitatis  
peccato: sic per omne corpus lepra diffundit-  
ur, & a summo vtque deorsum contami-  
nat vniuersa. Sic Galfridus.

III. Nec discesserim à p̄fata parabolā  
Virginum à Hieronymo sensibus accō-  
modata, quin illi adiunxerol' aulam 2.

2. Cor. 11 Corint. 11. v. 2. vbi cū p̄tēmislet. Des-  
vers. 2. pondi enim vos vni viro Virginē castā ex-  
hibere Christo: subdit. Timeo autē ne, sicut  
serpens Herā seduxit astutiā suā, ita cor-  
rūpantur sensus vestri, & excidant à sim-  
plicitate, quā est in Christo, vt cū allusio-

Genes. 3. Gen. 3. v. 6. moneat fideles Paulus ac-  
curatā sensibus adhibere custodiā: ne a  
falsa delectatione illecli à simplicitate  
& integritate, quā virginea mentes  
maxime decet, degenerēt: vt hāc ratio-  
ne Basilius lib. de vera virginitate, ani-

Basilius. mū virginalē sic monuerit. Contemnat  
Psal. 93. quidquid oculis appetet, & nudā mente  
vers. 9. Sponsi amore satietur: totas vires suas pro-  
prijs sponsi ancillas faciens, & in nullā par-  
te oportet virginē adulteram esse. Nō lin-  
gua, nō auribus, nō oculo, non alio omnino  
sensu, imò neq; cogitatione, sed corpus qui-  
dē velut tēplū quoddā, aut thalamū sponsi  
habeat p̄paratum: non enim latet aliqua  
adulterans illius conspectū: de quo dicitur  
Psal. 93. v. 9. Qui plantauit aurem, non  
audiet, aut qui tinxit oculū, non con-  
siderat. Ita Basil. Enimvero vt hāc om-  
nino Christiana sunt, mīhi est vt illis ad  
stipuletur Aethnicorū sensus apud Titū  
Liviū Posthumiam vñā ēvirginib⁹ ve-

tit. Liv.  
Bernard. stalibus incæsus arguentiū, quod id cri-  
men ab inordinato sensuum visu, & mi-  
nus decenti illius habitu depricer de-  
re sibi viderentur: sic enim ibi: Posthu-  
mia virgo de incestu causam dixit criminē

innocia ob iugacionē propter cultu ame-  
norem ingeniumq; liber alius, quā virginē  
decebat, parum abhorrens famam, amplia-  
tā; deinde absolute; pro Collegij sententiā  
Pont. Max. abstineat iocis, collique potius  
sancte, quā scitē insit. Hęc Titus Livius,  
quā sensus prudentes a fatuis opportu-  
nē cōsiderināt. Et si hęc ad nostrū insti-  
tutū transferas, atdies Bernard. epist. 2  
monentem, teu minantem. Vbi curiosā  
ciborū diuersitas vbi diuitis suppellectilis  
discolor varietas oculos pariter pascit, &  
vētrē, calestis panis ieiunā deferset mētem.

Vides, quantū nō mēti ad animā  
salutē in sensu sicut studiā, & recto illo-  
rum usus id rursus alibi sapienter ex-  
pendēte Tertull. in lib. enim de spectacu-  
lis, quā cōscripsit, vt fideles eius doctri-  
na ab Aethnicorū ludis se se cōtinerēt,  
quin sibi inepte blandirētur, ea specula-  
cula impunē videri, intrante patientiū  
fenestrā morte, quā per illos animam  
voluptate allicit: cū p̄tēmislet c. 2. nō  
nisi ad rectos vius à Deo nobis sensus da-  
tos fuisse. Neq; enim (inquit) oculos, ad cō-  
cupiscentias sumptuosus, neq; linguā ad ma-  
liloquentiā, & aures ad exceptaculū ma-  
leloquij. & gulā ad gula erimē, & vētrē  
ad gula satietatē & manus ad vim, aut  
gressus ad vagā vitā: ex his, quā vigili cu-  
lodia oculos, & autes ab spectaculorū  
voluptatibus otinere debantur, ne per  
hos sensus animā turpilepra inquietur,  
ita cōfirmat. Stergo gulā, & ventre ab in-  
quietamētis liberaimus, quāto magis aug-  
ustiora nostra, oculos, & aures ab idelothy-  
tis, & emortuis voluptatibus absinēmus:  
qua non intestinis transfiguntur, sed in ipso  
spiritu & animā digeruntur, quorū mundi-  
tia magis ad Deū pertinet, quā intestino-  
rū: dic Tertull. pulchre oculos, & aures  
augustiores, & nobiliores ventre appellans,  
quod maiore cū animo affinitatē  
habeat, & illius mīhi ati ad intelligēdū  
sint; ac proinde maius ab illis discriminē  
timeri debeat, cū per ipsos illicitā terū  
imagines intrent, qua ab animā male  
sat a nō secus ac cibī à vētre digerātur,  
ac proinde ipsa à mēditia, & rectitudi-  
nē sua cadat. Noverat q̄ tēcē ingēs hoc  
dicitur: S. Ioseph. Cōfessiō in Mētāis  
Grecis die 14. Martij ode 9. de S. Enedi-  
cio in clausula; id est q; ad Deiparā tacnā  
quam ad asylū nō p̄fugiens; ipsa hūc  
in modum ex crabat. Siste Domina exor-

IV.  
Tertull.

B

C

D

E

S. Ioseph.  
Tit. Liv.  
Bernard.

Pp. 2  
bita-

bitationes animæ meæ, sensuū quoq; à recte declinantiū fraudes, ac denique simulachra cupiditatū malarū, quæ animam perdunt, omnino extingue simul istarū imaginum loco largire, vt salutifera pulchritudo illius, qui ex sacra similitudine tuo ineffabiliter splenduit in anima mea tanquam in puri speculo refulgeat. Sic S. Iosephus: merito libicavens a sensibus a recto de clinantibus per simulachra cupiditatū malarum: ideoque ex orans Christi pulchritudinem animo suo astulgere.

V.  
Ecce ergo tibi Eucharistiæ munus; quæ sic sensus moderatur, & regit, vt turpia idolorū simulachra in animum intrare non sinat: pulchritù ad hunc sensum ad vocantē Stephanus Cœtuariensis in allegorijs Gotfridi Tilmani vetus illud Phase, quod in Pœcha nostrū Eucharistiæ transisse dicitur: dū ad ea verba lib.

4. Reg. 23. v. 21. de Rege Iosia: Facite Phase Domino Deo vestro: sic inquit: Iosias facturus Phase purgavit terram, & tēplū, Stephan. & eiecit figurās idolorum. Eodē modo accessuri ad Sacramentū corporis, & sanguinis Domini purgare debent terrā, id est carnē. & templū id est animā, & eis cere a corde figurās idolorū, id est turpes imaginations. Sic Stephanus. Nēc nūnis opportunè S. Thom. Isa. 13. vers. 3. referēt̄. Dei nomine annunciantē: Effundā aquam super sūstinentem, & fluēta super aridā! hanc in modū. Ut scilicet omnia, quasi pulvis arta ad fontale defluā & ad malum prona potu sanguinis Christi perfusa coniungātur, & roborentur ad bona. Quid plus plus sic statim explicat: per cordū unionem, per linguis refectionē, sensuū, & morū disciplinā, & fraternalē dilectionem, i. Cor. 5. ut iūris nova conspersio sicut cūlīs azymii: id est per baptismū a virtutis sinceri faciēti, ita sūtis aspersione sanguinis Christi, quasi pastu in novā a. & bona compa-cti. ita ille obserua id: Omnia ad malum prona potu sanguinis Christi roborentur ad bona, per sensuū disciplināne videlicet simulachra cupiditatum, & figure idolorum, sic animā intrent, vt ab ipsa digerantur: imò potius ipsa potu sanguinis Christi roboreta externos tensus, sic muniat, vt etiam in trānibus oblistat: opportunè monente Gregor. Magno lib. 21. Moralium c. 2. Nobis ad custodiēdam cordis munditiam, exteriorum quoq;

sensuū disciplina seruanda est: Quā verò aptiori, quam Eucharistiæ custodia?

Quo quidem appositè traxit per allegoriam S. Gaudentius Brixensis tract. 2.

S. Gaud.  
VI.

de lectione Euangelij de nuptijs in Cana Galilea: lapidea illas sex hydrias aquā in vinū à Domino cōversas: vt quoniā eo miraculo Eucharistiæ mysteriū significabatur (quod ipse inibi multis periegitur) ab ipso designātur quinque hominū tensus, & ipse pedū in celis è lapideis, & mortuis, iā vī naturā accepto animati, atq; vivētes. Sed Gaudētiū haec diffundēte audire est opera pretiū:

At ergo. In uno quoque hominū sex quādā in ēse numerantur: visus oculorū: auditus aurū, odoratus narū, loqua oris attractatio manū, incessus pedū. Hac omnia, cum essemus gentes, lapidea erant in nobis. & mortua sicut Janclius Propheta David execrando testatur: simulacra gentiū argentū, & aurū: Psal. 113. vers.

Psal. 113.  
vers.

Studio tacuit catervas viliores materias metallorū, vt in pretiosissimis multo magis dānares & vilia. Simulacra ergo gentium, vt quā sensu ritu perata lunt, edicamus, quādojatis opulentus fabricatores habuerunt. Erunt, inquit, in sensibilia metalla: argētū, & aurum opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nāres habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: Et quid inde? Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidūt in eis. Ergo unum consideremus in idolis,

erant in nobis isti sensus sex iuxta sententiā Prophetæ emortui, atq; lapidei sine officio sine motu cōgruo sine officio cōpetenti, sed mox, vt in Deū vivum à simulachris mortuis cōversi credidimus, vivificati sumus audientes ab ipso. quia ego vivo, & vos vivetis: Ioan. 14. v. 19. & iterū: ego sum resurrectio, & vita qui credit in me, etsi mortuus fuerit, viuet loā. 11. v. 25. Hęc Gaudētius: & quidē recte sensus ab se po divini obsequij aberrātes, emortuos & sine motu cōgruo, & officio cōpetenti appellans, cū de lignato sibi ab Auctore nūneri non tatisfaciant! A Christo autem, qui est resurrectio, & vita in Eucharistiā iam viventes, & vero gaudentes spiritu vitali.

Sane nihil est frequentius apud PP.

Ioan. 14.

vers. 19.

Ioan. 11.

vers. 25.

S. Thom.  
Isa. 13.  
vers. 3.

Gregor.  
Magn.

VII.

quam

quam externos corporis sensus fenestratas appellare per quas, & fures, &  
 Ierem. 9. mors intrent: sub hoc sensu capientes  
 verf. 21. verba Ierem. 9 v. 21. Quia ascendit mors  
 Joel 2. per fenestras nostras, & Joel 2. v. 9. Per fe-  
 nestratas intrabunt, quasi fur: priora verba  
 S. Max. sic elucidante S. Maximo hom. 2. de S.  
 Hieron. Eusebio. Ministeria enim aurum. & ocu-  
 lorū fenestrae esse probantur animarū. Quā  
 do enim aperimus auditū mala, & inqua-  
 loquentibus, ac dāabilitate obiectūtibus,  
 & qua Deo sunt cōtraria quadētibus, mors  
 intrat per fenestras nostras, horror mortife-  
 rā noctis irrūpit, per quas sol iustitiae intra-  
 re debebat. Generali autem oratione di-  
 cente Hieron. lib. 2. in louinanum. Per  
 quinque sensus, quasi per quādā fenestras,  
 vitiorum ad animū introitus est: & eodē  
 dicendi modo vitentibus Gregorio  
 Nysseno orat. 5. in oratio. Dominic. S.  
 Ephrem serm. de patientia, & Clem. A-  
 lex. lib. 2. Pedagogi cap. 8. vbi inquit:  
 Quemadmodum autē delicias à gustu amo-  
 vimus, itacertē à visu, & odoratu sensus  
 utilitatem voluptatem amandamus, ne  
 quā fugavimus intemperantiā per sensus,  
 tanquā per portas, quibus deſunt custodes,  
 et in animam aditum patefaciamus. Quā  
 sane de causā ( sapienter id penſitante  
 Cyril. Alex. lib. 2. Glaphyrotū in Exo-  
 dum ) portas hacte ſive fenestras Eucha-  
 ristia fore cōmu niendas omnino di-  
 dicimus ex præcepto Iſraelit isdato de illi-  
 niēdis portis, ſive ſuperliminaribus do-  
 minus Agni immolati ſanguine, ſic enim  
 Exod. 12 Exod. 12. v. 7. Et ſumēt de ſanguine eius,  
 verf. 7. ac ponent ſuper utrūque poſtē & in ſuper-  
 liminaribus domorū, in quibus comedent  
 illū: vbi bene Oleaster ex Hebræo legē  
 dū monet ſuper fenestellas: ſive ſuper id  
 quod ingredienti primū ſe offert: vt grāde  
 documentū fidelibus daretur: nullo op-  
 portuniōri modo totā animā dōnum  
 eos fore munituros, quam corporis, &  
 ſanguinis Domini Sacramento, quod  
 ſentū fenestras ab inaniū ſimulacru-  
 rū imaginibus animam intrare tentan-  
 tibus mirēcudidit: Sic inibi id obſeruā-  
 te S. Cyriſlo: nam cum de Eucharistiā  
 præmisſet: Nihil aliud meā quidē ſentē  
 tiā ſignificare volens, quam vt venerando  
 ac pretiojo Christi ſanguine terrenam no-  
 ſram dōnum muniamus, atque vallemus,  
 hoc est corpus noſtrum, mortem, quam per  
 transgressionem incurreramus, per vitā

participationem depellentes. Vita enim,  
 & ſanctificatio eſt Christi communio: pa-  
 llo poti hæc tubiſcit. Portas autem illius,  
 de quā modo diximus, dōnum, intellige ſen-  
 ſus noſtrōs, per quos cordib⁹ omnium ſu-  
 ministratur rerum qualitas, atque infinita  
 cupiditatū multitudine infunditur. Vnde  
 & Prophetā Joel, vocat fenestras, dicens.  
 Quasi per fenestras noſtrās fures quidā  
 ingrediuntur: quia nō erant ſangmine Chri-  
 ſti vñclē. Hac S. Cyrillus: vbi vides, quā  
 ſecurē, & custodiē ſenſum fenestra  
 ab Eucharistiā cultodiantur, dum ab ea  
 ſanguine Christi inunguntur.

Quo sapienter retulit Cyprianus  
 ſerm. de cōns Domini, præceptum de  
 Agno non aquā cocto, ſed igne affato  
 manducando, Exodi 12. verf. 9. vt do-  
 cumento fuerit ab Eucharistiā omnes  
 ſenſus noſtrōs divino ardore igne que a  
 noxiōrum humorū cruditate, exco-  
 quendos, & aduersus voluptatum ille-  
 cebras indurandos, solidandosque: ſed  
 Cyprianum audire fuerit opera pre-  
 tum: Sic ergo inquit. Puras, ſincerarique  
 mentes ſanctūm querit convivium in ve-  
 ru Crucis boni operis affatio, omnēm exco-  
 quat carnalium ſenſum cruditatem, &  
 induret ſolidetque omnes mentis effectus.

Sic ille: pulchre quidem, vt a ſenſibus  
 noxia quēque repellat, &ne ad malum  
 proclives ſint; pravam in illis crudita-  
 tem exurat, vt ab igne indurati, ſolidi-  
 que persistant: in quem ſenſum non nī-  
 nus opportunum: fuerit, quod ipſem  
 Cyprianus ſerm. de Paſſione, habet cum  
 Eucharistiā mortificationis exem-  
 plum appellavit, Christum hūc in mo-  
 dum alloquens. Tu Domine Sacerdos san-  
 ctus, ſancti huius ſanguinis plenitudinem re-  
 liquisti, & conſtituisti nobis in conſumpti-  
 biliter potum vivificum Crucis ſignum,  
 & mortificationis exemplum: Sic ille, &  
 quidem recte: Quæcumque ſiquidem  
 mortificationis species, quā nobis er-  
 ga ſenſum custodiā pteſcribuntur,  
 vt in lingua frēno, oculorum, aurum-  
 que custodia, cibi ac potus moderatione,  
 & in cæteris corporis conmoditati-  
 bus; excellenter à Christo in Eucha-  
 ristiā exercitæ ſplendent:

Dignum quidem obſeruatione eſt:  
 illud Ezechieliſ 37. verf. 4. ad offa. 31. Eze. 37  
 da Vaticinium: vbi cum deduxiſſe Do- verf. 4.  
 minus Prophetam ad campum fratrum,

VIII.  
 Cyprian.

IX.

otsibus vehementer aridis; quibus priorem specie, & viram restitire voluerat. sic ei dixisse fertur: Vaticinare de ossibus istis. ossa arida audiit Verbum Domini: Hac dicit Dominus ossibus his. Ecce ego intramittam in vos spiritum, & vivetis: Vbi (si attendis) notanter ad excipiendum Verbum Domini, & vitæ halitum accipiendum; olla secca; & carne destituta compellantur: quasi Verbum Domini, & eius vitalis spiritus in ossa carnibus vestitæ; non bene cadat; scite id ibi obletante Venerab. Galfrido in allegorijs Gotfridi Tilmani hunc in modum: Ossa arida sunt, qui carne pariter, & cuncte deposita nihil carnale sapient, nihil de claritate transitoria querant, ita quidem humore præterim voluptatum vacui, ut maneat semper interna virtutis firmitate robusti. Hæc Galfridus. Quare componit cum præfata ossium aridorum in imagine Pauli verba ad Röm. 6. vers. 3. de veteri homine; quem persequitur: Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruantur corpus peccati: observa hæc: Destruantur corpus peccati; quod perinde est; ac carne delitui; & in ossa arida redigi; in qua vitæ spiritus opportunitè intret: ita hæc verba efferente, & elucidante Tertulliano lib. de Resurrectione carnis, cap. 47. sic enim in primis illa effert: ut evacuetur corpus delinqüentia per emendationem vitæ, deinde sic diffundit: Ita per totam hanc sensuum seriem ab iniustitia, & delinquentia membra nostradi vellens, & iustitia, & sanctimonie adiungens: ita ille; pulchre per totam hanc sensuum seriem, ut videlicet quidquid in sensibus vitiosum est; sive carnem sapit, divellatur; quin villa peccati super sit illecebra, ut ossibus aridis vitæ halitus infundatur: & veteri homini mortuo, novus, & divinus homo succedat. Quod si penitus velis cognoscere, audi Gregorium Nyssenum hom. 3. in Ecclesiastem, ossa arida, sive veterem hominem tam depositum, & mortuum, sic describentem: Mortuus corpora non amat: mortuus non capitur a virtutibus, mortuus non calumniatur: mortuus non mentitur: non rapit ea, quæ ad se non pertinent, non conviciatur sibi ob viam factis: aliam vitæ regulam; aliam morum instituit normam: didicit res humanas contemnere, terrena præter currere, & ad cœlestia festina-

A re; quemadmodum etiam Paulus palam, & differre testatur, quod mundus sibi, & ipse mundo crucifixus esset. Hæc Nyssienus. Quæ sane omnia ad Eucharistia accedentius, & vitalem spiritum, & vitam ipsam accipere cupientibus iure aptaveris; tale de illis vaticinium ferens ut siquidem ossa arida sint, quæ nihil carnale sapient, nihil de charitate transitoria querant, aliamque ac mundus vitæ regulam instituant, in illis opportunè fiat Verbum Dei; & vitalis spiritus illis infundatur: Contra vero nondū Ruperti deposito veteri homine non sit illis hoc manna colligere, ut dicebat Rupertus ad cap. 16. Exodi vers. 4.

B Vbi maximè observa, aliter quidem ab Eucharistia hominis sensus communiti, quamvis in primâ formatione adversus peccati illecebras roborti sunt: quippe tunc solo Dei halitus in faciem insufflato suffulti esse videntur: dicente Moysè: In sufflavit in faciem eius spiritum vitæ. Genes. 2. vers. 7. & ad verba monente Ambrosio epist. 42. Hinc intelligo, quæ causa Dominus Deus insufflavit in faciem hominis. Ibi enim sensus omnis, ibi sedes, atque illecebra delectationis in oculis, auribus, naribus, atque in ore ut sensus nostros aduersus delectationes fortiores faceret: modo vero non exteriori tantum halitus, sed interno etiam celestis cibimunimento fulciuntur: Quare? Dixerim primum, quod illæsa tunc & inconclusa externa hominis facies, & exteriotes sensus ab antiquo innata reætitudine prædicto: inspirata illa insufflatione contenti erant: at vero peccato animatum inficiente, & virus in penetralia recondente, quod ad externa membra expirabat, & ad malum prona reddebat; opus omnino fuit interna inspiratione, & efficaci medicamento interiorius adhibito, a quo sensus fortius munirentur: Sapienter hanc rationem redidente (vt alio intenti sapius vidiimus) Gregorio Nysseno orat. Catechetica cap. 37. hunc in modum. Quomodo enim, qui venenum sumperunt dolo, & ex insidijs, alio medicamento extingunt vim, quæ afferit interitum. Oportet autem, sicut exitiale, ita etiam salutare medicamentum admitti intra viscera hominis, ut per illa distribuatur per uniuersum corpus virtus eius, quod fert opem. Ita cum gustaveri-

X.

Genes. 2.  
vers. 7.

Galfrid.

Roman. 6.  
vers. 5.

Tertull.

Nyssen.

C D E Nyssenus

ut sensus nostros aduersus delectationes fortiores faceret: modo vero non exteriori tantum halitus, sed interno etiam celestis cibimunimento fulciuntur: Quare? Dixerim primum, quod illæsa tunc & inconclusa externa hominis facies, & exteriotes sensus ab antiquo innata reætitudine prædicto: inspirata illa insufflatione contenti erant: at vero peccato animatum inficiente, & virus in penetralia recondente, quod ad externa membra expirabat, & ad malum prona reddebat; opus omnino fuit interna inspiratione, & efficaci medicamento interiorius adhibito, a quo sensus fortius munirentur: Sapienter hanc rationem redidente (vt alio intenti sapius vidiimus) Gregorio Nysseno orat. Catechetica cap. 37. hunc in modum. Quomodo enim, qui venenum sumperunt dolo, & ex insidijs, alio medicamento extingunt vim, quæ afferit interitum. Oportet autem, sicut exitiale, ita etiam salutare medicamentum admitti intra viscera hominis, ut per illa distribuatur per uniuersum corpus virtus eius, quod fert opem. Ita cum gustaveri-

mus

mus id, quod nostram dissolvit natura rur-  
sus necesse est, ut opus habeamus eo, quod  
cogit, ac conciliat id, quod erat dissolutum,  
ut cum intra nos fuerit hoc salutare medi-  
camentum, veneni damnum, quod corpori  
fuerat indivium, per contrariam repellat af-  
fectionem, & statim: Quid hoc ergo est? ni-  
hil aliud, quam illud corpus, quod & moy-  
te ostensum fuit, esse potentius, & nostra  
vita fuit initium. Quo modo enim parum  
fermichi (ut dicit Apostolus) sibi adsi-  
milat totam conspersiōnē, ita corpus  
à Deo morte, affectum cum fuerit intra no-  
strum, totum ad se transmutat, & trans-  
fert. Quomodo enim, cum quod est exītiale  
mixtum fuerit cum sano, quidquid est con-  
temperatum simul redditur inutile, ita  
etiam corpus immortale, cum fuerit intra  
eum, qui sumpsit, vniuersum quoque traſ-  
mutat in suam naturam. Hactenus Ny-  
ssenus. Preme in illo appositam véneni  
imaginem totum corpus corrumpen-  
tis; itidemque salutaris medicamenti  
intra viscera hominis reconditi, ut per  
illā distribuatur per vniuersum corpus  
virtus eius: ut inde noveris maximè cō-  
veniens fuisse saluberrimum Euchari-  
stia remedium animæ adhibituī, vi-  
ab illa totum hominem animante per  
vniuersum corpus, signatē vero per ex-  
ternos sensus virtus eius distribueretur:  
à quā ipsi non modo sani, redderentur,  
sed etiam salutem exhalarent, cœlestē  
Christi odorem spirantes, pulchrē id af-  
firmante Nicolao Cabalista lib. 4. de ru-  
ta in Christo, tom. 14. Biblioth. Veter.  
PP. hunc in modum: Constat igitur Chri-  
stum infundere, & miscere se nobis, muta-  
re nos, & inse transmutare, tāquam aqua  
guttam modicam infusam immenso unguē  
ti pelago. Tantum quippe incidentibus in-  
se unguentum istud præstat, ut non solum  
plane odoratos, nec unguentum spirantes  
tantummodo, sed fragrantiam ipsam habi-  
tu, & bonum odorem ipsius unguenti pro-  
pter nos effusi reddat, Christi enim bo-  
nus odor lumen, inquit. Hec ille: obser-  
va hæc fragrantiam ipsam habitu: ut qui  
antea (quemadmodum dicebat Galfri-  
dus) peccavimus per visum, per auditum  
odoratum, gustum tactum, per ardorem li-  
bidinis, & in cæsum pedum lepra per to-  
tum corpus tele diffundēte mox ab Eu-  
charistiā sanitatem, & virtutem Sacra-  
menti adepti fragrantiam habitu spire-

mus, & a vitu, auditu, odoratu, gultu,  
tactu & pedū incellu Christi bonus odor  
simus in omni loco.

Ex quibus aliam habes rationem;  
cur non tam externa in faciem, quam  
interiori intra viscera inspiratione sen-  
sus nostri ab Eucharistiā munitur:  
quod cum Deus humānā substantiā  
mirabilitē condidit, & mirabilius re-  
formare decreterit: non fuit conten-  
tus ipso adiutorio peccatum fortis fa-  
cere, omnem illi aditum præcludētes,  
nisi etiam ex virtute, & efficacitate di-  
vini Sacramēti à corporalibus spiritua-  
les, & à terrenis, cœlestes efficerentur:  
Christo Domino se se illis miscente, &  
in te transmutante; ut nimis tu, qui an-  
tea per sensus male custoditos, ut inibi  
querebatū Galfridus, contra Paulli mo-  
nitum ad Roman. 6. ver. 13. exhibe-  
bas n̄embra nostra arma iniquitatis  
peccato: à cœlesti Eucharistiæ cibo fiant  
arma iustitiae Deo, in hunc sensum trahē  
te Gregorio Nysseno hom. 6. in Cant.  
sexaginta illos fortē ex fortissimis Israel  
ambientēs lectum pacifici Salomonis  
(quem alibi Christum in Eucharistiā à  
Maria tāquam in lectopositum adtru-  
ximus) omnes tenentes gladios, & ad bel-  
la doctissimos, Canticor. 3. ver. 8. vbi  
cum allusione ad quinque viros bellā-  
tores ex singulis tribubus Israel sele-  
ctos, hunc in modum ratiocinatur: An  
non est manifestum, quod iij quinque arma  
tisunt unuquisque sensus, convenientem  
suumensem educens ad terrorē inimico-  
rum? Oculi quidem est ensis, perpetuo aspi-  
cere ad Dominum, & reclamueri. & nul-  
lo turpis spectaculo inquinari. Auditus ar-  
ma sunt similiter divinorum documento-  
rum auditio, & nunquam vahum in se ad-  
mittere sermonem: ita etiam licet armare  
gustum, & tactum, & odoratum gladio co-  
tinente, & nunquamque sensum tegendo co-  
venienti lorica, per quaē tenebrosi cogita-  
tionibus stupor fit, & terror: Hec Gregor.  
Nyssenus, vbi omnino vides à lecto Eu-  
charistiā sensus non tantum munitos,  
& aditum inimico præcludentes; sed,  
quod plus est, adversus illum armatos,  
& (quod de strenuis militibus dicitur)  
hotenti in castris suis interficienes, du-  
quemadmodū dicebat Tertullianus.  
Per hæc exterioris hominis ministeria in-  
teriori homini ministrantia fructus mune-

XI.

Roman. 6.  
ver. 13.

Nyssenus

Cant. 3.  
ver. 8.

Tertull.

Nicolaus  
Cabalista

rum

rum diuinorum ad animam deducuntur à sensibus.

**XII.** Id quod bene explicavit Paschasius lib. de corpor. & sang. Domini, cap. 2. acutè in hunc sensum inflectens præceptū Levitici 22. vers. 14. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam addet quintā partem cum eo, quod comedit: etenim cū ad id primum ambigat: quomodo lex iubeat ad ea, quæ iam aliquis comedet per ignorantiam, quintam partem superaddere, cum iam nō superefflent: quibus vltius addi quidpiam posset. Non enim superadditur illirei, quæ iā non est respondet: perinde quidem esse panem sanctificatum, id est Eucharistiam per ignorantiam accipere; ac nec cire tanti mysterij virtutem, & efficacitatem: eam vero omnino fore petendam ex Salomone Prov. 23. vers. 1. iuxta versionem LXX. in quā habetur: Cū sederis ad mensam Potentis diligenter attele, quis apponuntur coram te, quoniam talia oportet præparare: id est mortificationem Christi in corpore nostro, signate vero intensibus nostris circumferendo; vt accepta Eucharistia cunctos in illius obsequium sensus nostros mancipemus, vt terrenis cordibus ab ipsis eius, in opera spiritus illos undeque transferamus. Sic enim ille: *Quinta igitur pars illius tunc recte à nobis superadditurei, quod prius per ignorantiam accipiebatur, si quinque sensus corporis intus ad intelligibilia spiritualiter convertantur.* Quasi recte sapimus, vel recte percipimus, Divinus Spiritus, qui in nobis est, etiam per eandem gratiam ampliatur, eosdem que sensus nostros ad capercipiēda instruit, & componit: ita sane, ut non solum gustū interius ad mystica perducat, verum & visum, atque auditum, nec non odoratum, & tactum ita quodammodo illustrat, ut nihil in eis, nisi diuinum sentiantur, nihilque nisi cœlestia. Hęc Paschasius, quæ sensum habent communem cum illis Nysseni, quibus sensus gladijs accinctos ad terrorē inimicorum faciebat, ut oculi non nisi ad Deum aspicerent, & aures addiuina documenta essent intentæ, gustus itidem, & tactus spiritualiter armarētur, quin nihil in eis nisi spirituale, & diuinum sentiretur.

**Prov. 23  
vers. 1.  
LXX.**

Paschas.

AB EVCHARISTIA AD LINGUA custodiā, quā qui loquitur, quasi sermones Dei, non facili proferat, signatè vrgemur.

#### ADNOTATIO. IV.

**O** PPORTVNNE quidem ad titulum Psalm. 33. (vt insuperioribus vidimus) observavit Chrysostomus Davidem accepto ab Abimelech pane myticō Eucharistiam adumbrante; signatè os suū mutasse; vt reiectis leguliverbis ad Dei sermones, & laudes illud omnino trastulerit: atque eāratione id Psalmo initium deditis: *Benedicam Dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo,* sic namque dicebat Chrysostomus. *At quidem cum ad Achimelech profectus sacerdotalem cibum degustauit, immutato gusto suo, vel ut ceteri interpretes habent, moribus suis, Deo laudes, & gratiarum actiones offerebat his verbis.* Benedicam Dominum in omni tempore: sic ille, & quidē recte. Nam in primis; quia tātū à Deo donum accepit, quid aliud agere, quid sapere, aut quid eloqui possit: nisi Dei sui bonitatē benedicere, efferre, & prædicare, vt in huius libri procēdio expēdimus ex Paschaio lib. 12. in Matthæum observante Dominum post acceptum, distributumque cœlestem Eucharistię cibum, in gratiarum actionē, & Dei laudem hymnum cecinisse: sic enim Matthæus c. 26. vers. 30. Et hymno dicto (sive vt lectio Syriaca habet: & dixerunt hymnodiam) extierunt in monte Oliveti, ubi Paschasius. Quoniam nemo huius dulcedine sanguinis Christi ebrius, iam repletus cessat à laude Dei: ita ille.

Deinde vero, qui Dominum in corde suo hospitantem habet, quid nisi divina loquetur? Enim vero cum ab inspiratione divinā, quā in primā hominis formatione inspiravit ( Deus in faciem eius spiraculum vitæ, dicitur, factus est homo in animam viuentem: notanter à Para-

I.  
Psal. 33.  
vers. 1.  
Chrysost.

Mat. 26.  
vers. 30.  
Lect. Syriac.  
Paschas.

II.

phrasī

# Ab Euch. lingua m sermone Del proferre. 453

*Genes. 2. 7.* ipsa Caldea repositum est: Et fuit ho-  
mo inspiratum loquentem. *Genes. 2. vers.*  
*7.* vt nimis uiri spiritus a Deo inspiratus  
ipsem est, qui in homine loquere-  
tur: non alios quidem, quam spiritua-  
les, rectosque sermones, quemadmo-  
dum subinde Dominus apud Matthaeum  
10. vers. 20. Apostolis suis dicebat: Non  
enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus  
Patris vestri, qui loquitur in vobis: ad  
qua verba sic opportune exclarat Ru-  
pertus. Quam dulce! quam praelarum est,  
ea que loquimur, aut scribimus, vt ea pru-  
dens auditor, si re bene volus lector, nequa-  
quam dignetur adscribere nobis: dicat que-  
Non enim vos estis, qui loquimini, sed spi-  
ritus Patris vestri, qui loquitur in vobis:  
Quaratione modo ab Eucharistia ac-  
cepta, & ipsomet Domino in nobis ha-  
bitante, non omnino ab ipso accipie-  
mus verba viri: vt loquamur que recta  
sunt: Audi Chrysostomum hom. 79 in  
Matthaeum qui hac de re agens: de lin-  
guam nimis, quia Dominicam degustavimus  
carnem: sic primum inquit: Et insu-  
perioribus quidem dixisse memini, manu  
esse linguam nostram, quæ pedes Dei attingat:  
nunc vero maius quiddam adjicio, quia  
lingua nostra, lingua est Christi: Christi lun-  
guam imitamur, si diligenter adhibemus,  
vt illa loquatur, quæ ille precepit. Que  
vero sunt illa? Humilitatis certè, benigni-  
tatisque plenissima verba. Sic ille contu-  
meliantibus respondet dicens: Ego da-  
nionum non habeo: & rursus: Si male  
locutus sum; testimonium perhibe de  
malo: Si hoc pacio tu quoque respondes, si  
ad emendationem proximi loqueris, lin-  
guam tua, lingua illi simillima est. Hæc  
Chrysostomus: *Quod statim ex verbis*

*Ierem. 15. 19.* Domini apud Ieremiam 15. vers. 19. *Sed*  
*vers. 19.* Separaveris pretiosum à vili, quasi os meum  
*LXX.* eris, quæ ipse LXX. fecutus legit. Qui  
educit honorabilem ex indigno, quasi os  
meum erit; ita confirmat. Cum igitur tua  
lingua sit Christi, & os tuum Patris fiat;  
& Sancti Spiritus templum sis; quis ho-  
nor? quod decus manus hoc excoquari po-  
terit? Non si ex auro tibi os conficeretur;  
non si gemmis construeretur, ita præfulge-  
ret, vt tunc hoc humilitatis ornatu resplæ-  
deret. Hæc & alia post modum adducē-  
da ibi Chrysostomus.

III. Vnde quidem qui cœlestis panis  
particeps Christum apud se habet, inre-

cum Vate dixerit. *Audiam quid loqua-  
tur in me Dominus Deus. Psal. 84. vers. 9.*  
id est attentissimis intuis meæ auribus  
intendam, quid mihi intus, a me dicen-  
dum suggestat Deus, vt non loquar (si-  
cut ille dicebat Numer. 22. vers. 38.)

*nisi quod Dominus posuerit in ore meo?* lá-  
scire cupis, quid suggestat tibi dictandum  
Deus, & quos in ore tuo sermones po-  
nat? reduc in memoriam statere in ore  
piscis inventum ad solvendum pro Do-  
mino, & pro Petro tributum: sic enim  
Matthæus, cap. 17. vers. 26. Dominum  
Petro loquentem facit. *Vade ad mare;*

*& mitte hancum, & eum pescem, qui pri-  
mus ascenderit tolle, & aperto ore eius in-  
venies statarem; illum sumens da eis pro  
me, & re: Vbi obseruatu videtur dignissi-  
mum videtur, moneta illam, quæ  
miraculose ex plice ad solvendum tri-  
butum extracta est tum statarem appellari,  
quæ vox iustitiae tribuitur, quod  
suum cuique reddat: tum etiam quod  
mysterio, seu documento per opportu-  
num est, ipsam non in vento piscis, ubi  
quam deglutiunt pecuniam habere so-  
lent, sed lignata in ore illius inventa-  
fuisse: vt arguitur sit, non alia nobis  
verba à Deo spiritu intus loquente in  
ore ponit, quam quæ iustitia pondere li-  
brata, & examinata sunt, vt quem debet  
mut Deo censem pendamus. Scite id*

*adnotante Ambrosio epist. 1. hunc in  
modum: *Bonum censem Christi, qui statet  
soluitur, quia statera iustitia est. Hic statet  
in ore plicis invenitur, illius plicis, qui sta-  
tera ponderat sermones suos, vi igne ex-  
aminatos proferat. Hæc ille: & quidem re-  
cte censem Christo persolveratum ad  
sermones rectos, & igne examinatos  
referens, vt quid ad Altare accedit ostendat  
Christum apud se habete, & intus si-  
bi verba quæ loquatur suggestere.**

*E* Observa vero in Ambrosij verbis illa: Sermones vi igne examinatos proferat: Sed à quo igne? non ab alio quidem, quæ ab Eucharistia, quippe hec in Agno nō aqua cocto, sed igne a latro præfigurata fuit: dic namque præscriptum est Exodi 12. vers. 8. Et edent carnes nocte illa as-  
fas igni: infléctente hec Cypriano letm. de ccena Domini ( vt subinde videbi-  
mus) ad excoquendam omnem sensu  
cruditatem: In veru Crucis boni operis  
(inquit ille) assatio, omnem excoquat car-

*Num. 22.  
vers. 28.*

*Matt. 17.  
vers. 26.*

*Ambros.*

IV.

*Exod. 12.  
vers. 8.  
Cyprian.*

*naliū*

Cyrill. A.  
lex.

naliū sensum voluptatem: singillatim vero ad eloquia casta, & igne examinata referente S. Cyrillo Alex. lib. 2 gla phyor in Exodum hunc in modū præceptum: illud efferens. Non itaque edetis coctum aquā sed igni assūm, quia eloquia Domini igne examinata: omnes entm de ipsius Deitate sermones sunt feruidi, neque habent quidquam aqueum, aut frigidum iuxta illum, qui dicit in libro Psalmorum. Ignitum eloquium tuum valde, & seruus tuus dilexit illud: Sic Cyrillus: Ecce tibi quid loquatur in te dominus Deus, vt neveris nihil aqueum, nihil frigidū, de rebus inutilibus, & vanis ab eo ore proferendum, in quod Christus inhabitans eloquia casta, & igne examinata inspirat: ita quidem S. Petrus Damiani opusculo 49. cap. 10. eum qui Dominici corporis factus fuisset particeps serio admonebat. Facebas igitur ab ore militis Christi omnis vani rumoris inepitia & lingua, que immaculati Agni, immo summi Verbi rubet sanguine, deditur otiosi sermonis sele facetus inquinare. Sic ille. Sed illud mira exaggeratione rem auget, quod à Pachomio Abbe præcriptum est (apud Odionium Abbatem lib. 2. collationum cap. 28. in Biliothe ca Cluniacensi) eum qui pinsendis hostijs ad ministerium Misericordie operam navat, dum id officiū ex sequitur, à vanis sermonibus abstinere debere. Etenim ille cum dixisset de primitivæ Ecclesiæ temporibus. Quod mysterium qui participare debebant, discalceatis pedibus accedebant propter illud, quod Moysi, & Ioseph præceptum est: subiicit: Sanctus quoque Pachomius pistoribus præcepit, vt cū oblationes coquerent, salutaria meditarentur nihil vanè loquentes: ita ibi. Pergit verò. Cum ergo hoc in monasterio Cabenensis quā adam vice violaretur, statim Pachomiodi vinitus revelatum est, qui protinus Theodorum mittens, negligentiam hanc veluti diuini præcepti transgressionē emendari fecit, ita ibi: Quod si id hostias non consecratas pinsentibus præscribitur? Et si violatur, reprehēditur? Cui obiurgationi erit obnoxius, qui hostiam sumens consecratam in quā verum Christi corpus realiter subest, à vanis termibus non abstinet?

V.  
Fuerint vero huic instituto peropportuna Salomonis verba de anima sa-

A  
pientiae dedita Proverb. 31. vers. 26. Os fum a eruit Sapientia, & lex clementia in lingua eius: Quæ in eum sensum libet inflectere, vt Diuinæ sapientia in animam intratur tam externum, quā internum os tanquam bono hospiti, & indulgerissimo domino aperiatur; cui subinde linguae clavis tradenda est, vt ipse verba salutaria, & Deo digna dicta re dignetur, vt audiētes, quid in nobis loquatur Dominus Deus, legitimos, & ordinatos proferamus sermones: id enim valet apud LXX. illud: Et lex Clementia in lingua eius: cum resonant, & ordinem posuit lingue sua: iam audi Ambrosius lib. 5. in Lucam sic monentē:  
B  
Ostendit tibi clavem scientię, qua os tuum aperire debeas dicens Propheta. Aperi ostium verbo Dei. Verbum Dei clavis tui oris est: clavis scientię oris tui clavis est, quā laxatis filiis catenis imperitiae clavis referantur: sic ille ubi vides Verbum Dei apud te manēs clavem tui oris esse, vt non loquatur os tuum opera hominum: Psal. 16. vers. 4. sed quod posuerit Dominus in ore nostro: Sane vt os nostrum, Christi os sit, à quo accipiamus quid, quomodo, & quando loqui debeamus: ita quidem Anselmus prefato lib. decem Meditationum, meditat. 1. c. 5. inquiens: Os tuum, os Christi est. Non debes, non dico ad detractiones, non dico ad mēdacia, sed nec ad otiosos sermones os aprire, quod ad solas laudes Dei, & ad adificationem proximi debes patulum habere: Sic Anselmus: & omnino ad rem S. Petrus Dainianus apud Gotfrid. Tilman. in ea verba Ierem. 2. vers. 13. Duo malafacit populus meus, &c. hunc in modum inquiens. Otiosus verbis assuetus duplice culpe videtur obnoxius, qui & divinas laudes ad quas de iure tenetur, abjecit, & superflua loquacitati, à quā inhibetur, insistit: sicut de quibusdā dicitur. Duo fecit mala populus meus; qui nimis derelicto fonte aquæ viue, ora sua cisternas faciunt, ex quibus non noui, sed veteris hominis verba proferunt: ita Petr. Damian. Et quidem recte, & opportunè duplices culpe reum faciens, eum qui otiosos, & inutiles profert sermones, cum & Deum in se loquentem non audiat; à quo Dei laudes, ac rectos sermones acciperet, & veterē hominem auscultur sacerularia, & inutilia verba dicā-

C  
Anselm.  
D  
Ierem. 2. vers. 13.  
Petr. Da-  
mian.

Chrysost.

tem: Quam quidem sententiam, ei qui ad Eucaristiam accessit omnino aptavit Chrysostomus in Catechesi ad illuminandos: ubi cum primum dixisset: *Sis gratus erga benefactorem tuum optimam cōversationem; & sacrificij magnitudinem cogitans orna corporis tui membra. Cogita quid manu capias* (Dabatur enim tunc A Eucharistia in manus sumentis) nec ullum unquam verberare audeas; nec tanto decoratam munere plague munere dedecores. Cogita quid manu capias, & ipsam ab omni avaritia, & rapina liberam conserua: Deinde signate pro oris custodia haec subjecit. Reputa, quod non tantum manu capias: verum & oris admovereas, & linguam custodi à contumeliosis mūdam, & turpibus verbis, blasphemia periurio, & alijs omnibus eiusmodi. Etenim periculosem est, tam tremendis ministrat̄em mysterijs linguam, & sanguine tali purpatam, & factam aureum gladium ad convicta; & contumelias, & scurrilitates trāferrere. Reverere honorem, quo Dominus ipsam honoravit; nec ad peccati vsum ipsam deducas. Haec Chrysostomus.

VI.

Cantic. 4.  
vers. 13.  
Ambros.

Sed ut duo haec mala, si evenon novi, sed veteris hominis verbabene noveris, quid de uno Salomon, quid de altero David dixerit, obserua: Etenim de eo apud quem Christus hospitatur & salutares sermones dictat, sic inquit, Cantic. 4. vers. 13. *Emissiones tuae paradisus malorum punicorum: referente hęc verba Ambroſ. ad eos sermones, quos Christus suis inspirat, suis inquam, qui novum hominem, id est Christum induerunt: etenim ille primum lib. de bono mortis c. 5. hos paradisi fructus, sic describit: In illo horto sermones boni sunt: alius, qui culpam coerceat; alius, qui iniuritatem corripiat; alius, qui mori faciat insolentiam, & velut sepeliat eam, quando corruptus aliquis erroribus suis renunciat. Est etiam sermo fortior, qui confirmat cor hominis validioribus Scripturae cœlestis alimentis. Est etiam sermo suasorius, dulcis, ut mel, & tamen peccatoris conscientiam in ipsa suavitate compungens. Est etiam ferventioris spiritus sermo, qui incitiat secutum vinum, & cor hominis letiscat. Est etiam lacteus sermo purus, & candidus, deinde subjecit. Hos cibos dulcissimorumque sermonum epulandos sponsus proximi suis dicit: Proximi autem eius*

*sunt, qui eum sequuntur, & nuptiis eius inter sunt: Hac ille: obserua illud: Epulando Sponsus proximi suis dicit: id est eos sermones, ut loquantur dicit. Ab ipsis vero iam manducatos, & ore prolatos innuit cum ait: Emissiones tuae paradisus &c. Nimirum Gregorius Nyssenus ex Hebreo legit: Emissiones ex ore tuo paradisus malorum punicorum, &c. & hunc in modum effert: Sermo tuus, qui per os tuum emititur, est paradisus malorum punicorum. Sanè vt sensus fuerit: iustum os suum aperuissile Sapietia, atq; enim vt audiret, quid loquatur Deus in ipso, non alios omnino protulisse sermones, quam quos ab eo audivit, illos scilicet, qui novi hominis sermones sunt, qui paradisi suavitatem spirant, prima vāmque hominis sinceritatem, & innocentiam redolēt, vnde post modum idem sponsus rectos hosce sermones, quos sponsa loquitur, laudans, inquit: Guttur tuum, sicut vīnum optimum dignum dilecto meo ad potandum: labiisque ac dentibus illius ad ruminandum: Cantic. 7. vers. 9. in quę verba a Philone Car patio de vino Eucharistię (dignissimus quidem legi inquit ibi P. Martinus del Rio propter pondus verborum, & rationum quibus hac de re agit) optime cadit lectio Symmachii, vadens ad rectitudines faciens loqui: ut fuerit sensus, à machi. Christo Domino in Eucharistia rectos sermones dictari: ipsumque linguas facere disertas, quæ tam suavia ei verba loquantur, ut ipse ea iterum, atque iterum audire velit, non fecus, ac qui optimū vīnum gustat, illud non statim trahit, sed maioris delectationis causa ruminat, quasi mādere, ac remandere videatur quemadmodum accidisse novimus, Lucæ 24. vers. 16. cū duobus discipulis in Castellū Emaus cunctibus sanctis sermones miscetibus: ipse qui eis primum invisibilis aderat ex pacto initio. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Matth. 18. vers. 19. subinde, ut planū faceret, quā sibi essent grata pīa illa colloquia, quasi bonum illud vīnum remandens, ab illis perquisivit. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes?*

*Iam vero de verbis non novi, sed veteris hominis differens David sic primum inquit de se ipso, cū peccato cīet implici-*

Matt. 8.  
vers. 19.  
Lucas 24.  
vers. 16.

VII.

Psal. 5.  
vers. 3.

Caldus s.  
Nyssen.  
Cyrill. A.  
lex.

Psal. 5.  
vers. 9.

Luc. c6.  
vers. 22.

Chrysost.

Ephes. 4.  
vers. 22.

Ephes. 4.  
vers. 29.  
Lect.  
Grac.

Ambros.

implicitus (vt ex Symmachii lectione affirmat Eusebius:) *Obmutui, & filui à bonis.* Psalmi. 38. vers. 3. vbi Caldaeus legit: *Cessari à verbis legis,* vt sensus sit: *Obmutui, ne bona verba preferrem:* Sed obserua pro verbo, *obmutui,* Gregoriū Nyssenum hom. 7. in Ecclesiastem, & Cyrilum Alexan. lib. 12. in Ioann. cap. 12. legere, *obsurdui,* opportuno quidem sensu: vt non secus, ac hominibus multis inest, ac præcedit surditas à quā linguae taciturnitas advenit; ita hoc silentium à bonis, & rectis sermonibus, ab interiori surditate prouenerit; quod Deus interius loquens nō audiatur, aut quia quando dixerat *audiam quid loquatur in me Deus,* iam surdū se ei præbuerit; quin ipsius dictata verba perceperit: Sed expressius eundem sensum iperuit idem Vates Psal. 5. vers. 9. de hominibus seculo addictis inquiens. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est,* quæ sic efferenda sunt: quoniam cor eorum vanum est; ideo non est in ore eorum veritas, eodem ductu sermonis, quē expressit Dominus apud Lucani. 6. vers. 44. *Bonus homo de bono thesauro suo profert bonum;* & *malus homo de malo thesauro suo profert malum.* ex abundantia enim cordis os loquitur, quæ verba Chrysostomus hom. 43. in Matthæum sice dicunt: *Naturalis consequētia est, ut cum intus abundet nequitia, effluent verba nequam:* Pergit vero David subdens: *Sepulchrum patens est gutture orum,* vt apposita imagine à sepulchris non operis exhalantibus factorem à cadaveribus, quæ intus sunt indicet, in corum animis non habitare Christum, nec novam eius creaturam, sed potius veterem hominem qui (vt inquit Paulus Ephes. 4. vers. 22.) *corruptitur secundum desideria erroris:* à quo verba illa nequam, & putrida effluant: huic dicendi modo adstipulante Paulo eodem loco vers. 29. cum ait: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat:* vbi Græce pro epite to *malus est putridus:* Eadē omnino allusione ad veterem hominem, & corruptū à quo putridus, & teter odor effluat. A quo quam longissime abiisse fratrem suum Satyrum pulchre affirmat Ambrosius orat. de excessu Satyri, hunc in modum. *Mundus corpore, purior corde non minus adulterini sermonis oppro-*

*brium quam corporis perhorreſens;* non minus ratus pudicitia reverentiam exhibendam integratate verborum, quam corporis castitate: ita Ambros. notāter adulterini sermonis opprobrium perhorreſens, quasi qui cadaver propter grauolen-tiam horret.

Compone ergo guttur cum guttu-re: illud icilicet quod est velut, *vinum optimum,* & cuius ab ore emisiones sunt paradisi malorum punicorum: quod animum, & cor eius Christus in habitet, qui tum ab illo veterem hominem radicitus expellat, vt lapienter à nobis alibi adductus dicebat Nicolaus Cabalifas lib. 4. de vita in Christo, tom. 14. Biblioth. Veter. PP. vbi cum premitisset de novo homine ab Eucharistiā vetustiorem vincente. Sed vetustiorem recentiort partibus vicit, vt illius neque vestigium, neque nomen superfit, subait. Et ita jacer panis novum hominem introducens radicitus veterem ejicit, nam & istuc saepe mensa quoddam munus est: tum vel maxime verba salutis paraditum spirātia inspirat, quibus fidelis os Christi dici mereatur: ita quidem præfato loco Chrysostomus inquiens. Nō ergo audacia tribuas, si te Christi os quispiam dixerit, &c. & post nonnulla. Data est tibi portas divinitus, imitari Christum pro virtibus, & similem illi fieri; noli expauecerre hoc audiens: timendum enim tibi potius est, si similis illi fieri negligas. Loquaris igitur vt ille, & eris talis quantum ad hoc, qualis ipse fuit, propter humanae vires partitur: huius rei gratia, maiore est, qui italoquitur, quam qui futura prædictit, &c. Fac vt ex animo tuo os tuum ita conformatur, vt os Christi esse videatur. Sic Chrysostomus: iam vero de gutture se pulchro patenti persimili, multus quidem tam inibi, quam alijs in locis est Chrysostomus: Post præfata enim verba. Nō ergo audacie tribuas, si te Christi os quispiam dixerit: subiicit. Audacia quippe est, diabolios imitari, linguam habere nequissimo dæmoni simillimam, quod quam maximum sit malū, tecum ipse cogita præserim, cum horum mysteriorum particeps factus sis: & ipsa carne Domini communicaveris. Quam ipse lentitiam aliquanto post sic diffundit: Verū ne quando diaboli os nobis extrahamus, nō erit ab reconsiderare, quomodo etiam illud

VIII.

Cabalifas

Chrysost.

condi-

conditur. Quomodo igitur conditur? Ma-  
ledictione profecto, contumelijs, contradic-  
tione, perturbo. Diaboli enim linguam ha-  
bet, qui ut diabolus loquitur: Pergit. Quæ  
igitur ventia nobis dabitur, imo vero, quæ  
supplicia non pendemus, quando linguam  
nostram, quæ Dominicæ degustavimus car-  
nem, diabolis ponte linguam efficiimus? ita  
ibi Chrysostomus: & hom. 7. in epist. 1.  
ad Timotheum eodem sensu ait: Nihil  
amarum, nihil durum ea lingua preferat,  
quæ divinis rebus assuetæ est. Nihil ex eo  
ore prodeat crudele, quod Dominico corpo-  
re respiissimæ saginatur. Mùdam seruemus lin-  
guam, neque per eam maledicta, neque ver-  
ba atrocia proferamus. Similia habet ho-  
mil. 21. ad populum, & hom. 14. in epi-  
stol. ad Ephes. in morali, & homil. 6. in  
epist. 2. ad Corint. & alibi sæpius.

IX. Hinc etiam illud Augustini moni-  
tum serm. 115. de tempore. Vide frat-  
tres charissimi, si iustum est, ut ex ore Chri-  
stianorum: ubi corpus Christi ingreditur,  
luxuriosum canticum, quasi venenum dia-  
boli proferatur. Quod quidem monitū  
eāratione ab Augustino indicata fide-  
les obseruasse meminīt Cyprianus ser.  
5. de lapsis, inquiens: Sanctificata ora cœ-  
lestibus cibis post corpus, & sanguinem Do-  
mini profanacōtagia, & idolorū reliquias  
respuerunt. Parco alijs ex PP. sed illud  
pro coronide non duxerim omitten-  
dum, quod præfata homil. 79. in Mat-  
thæum pulchrè monet Chrysostomus:  
vel eāscilicet ratione recte, & humili-  
ter nos in hāc vitā loqui debere, vt cū  
fiduciā stēmus ante tribunal Christi, &  
veniam exorantes ab eo intelligamur  
sive exaudiamur. Audi. *Omnistudio, at-*  
*que curā conemur, vt Dominū lingua no-*  
*strā disceat imitari: quod si faciemus, nō dñ-*  
*bito, quin ante tribunal Christi magnā cū*  
*fiducia stābimus. Ubi nīsi quis in hāc vitā*  
*humiliter loqui didicerit, non intelligetur*  
*tunc à Christo. Subiicit venustam imagi-*  
*nem, vt exornationi interuiat; non ve-*  
*rò vt res ad vivū resebetur. Quemad-*  
*modum enim si Romanus forte fuerit iu-*  
*dex, non percipiet rationes tuas, nisi Latī-*  
*nē loquaris, sic etiam Christus non audit,*  
*neque attendit, nisi lingua jūa vitaris. Dis-*  
*camus igitur ita loqui, vt Rex noster,*  
*& ea lingua verba preferre,*  
*qua ipse vtitur. Pergit*  
*multis, quæ vide.*

Chrysoft.

ANTE EUCHARISTIAM, ET  
post Eucharitiam, frugalitatem  
& moderationem in cibo,  
& potu servandam.

ADNOTATIO. V.

**V**RGET Graviter id moni-  
tum Chrysostomus hom. 27  
in epistol. 1. ad Corinth. oc-  
casione priuiliuorum fide-  
lium, quos Lucas Actuum 2. vers. 42:  
ait esse, Perseverantes in doctrina Aposto-  
lorum, & communicatione fruitionis pa-  
nis, inquiens. Non audisti, quomodo illa  
tria multa, quæ percepserant communio-  
nem perpetuo perseverabant in oratione,  
& doctrinæ non in ebrietatibus, & comes-  
sationibus? Tu autem prius quidem, quam  
communices, ieunias: ut quomodocumque  
dignus appareas. Quando autem commu-  
nicaveris, cum te oporteat magis augere  
temperantiam, omnia perdis. Atquinon  
sunt paria esse sobrium antea, & postea.  
Nam in utroque quidem oportet esse so-  
brium, & temperantem; maximè autem  
postquam sponsum exceperisti. Ante qui-  
dem, ut sis dignus accipere: postea autem,  
ne appareas indignus ijs, que tu acceperisti.  
Hæc inibi, & multo plura Chryso-  
tomus. In quam quidem sententiam per  
opportunè excogitatum est à Cypri-  
ano lib. de Bono Patientie; Christum Do-  
minus, tam diuturnum illud Quadra-  
gesimale observasse ieunium: ut &  
cœleste Eucharistia convivium Chri-  
stiano populo promereretur; & tā il-  
la abstinenter obseruantia eum edoce-  
ret, quantà si uigilante ad Eucharistiam  
accedere: itidemque abhinc ventrem  
Domino non escis consecrari debere:  
sic namque Cyprianus: Diebus quadra-  
ginta ieunat, per quem cateri saginan-  
tur: esurit, & famem sentit, ut qui in fa-  
me sermonis, & gratia fuerant, cœlesti pa-  
ne faturentur: Edocci nimirum a bo-  
no Magistro, non verbis tantum, sed  
factis docente: ut qui cœlesti pane sati-  
rari velint, noverint prius, si ibi a ni-

E Domino non es sis consecrari debere;  
sic namque Cyprianus: Diebus quadra- Cyprian.  
ginta ieiunat, per quem ceteri saginan-  
tur: esurit, & famem sentit, ut qui in fa-  
me sermonis, & gratia fuerant, cœlesti pa-  
ne faturentur: Edocci nimis sum a bo-  
no Magistro, non verbis tantum, sed  
factis docente: ut qui cœlesti pane satu-  
rat velint, noverint prius, si bi a ni-

Lauren.  
Iust.Ambros.  
Psal. 22.  
vers. 5.

Isai. 65:

II.

Prov. 9.  
vers. 1.

mio cibo temperare: subindeque mensa cœlesti satiati, moderationem, ac frugalitatem seellantur: Id quod B. Laurentius Iustinianus lib. de triumpho Christi agone, cap. 2. in ipsam et ultima à Domino facta coenà, quæ mensæ cœlestis præambula fuit, obseruauit; cum ab ipsa omnis ciborum lautitia procul fuerit: ijs omnino cibis Domino contento, quos lex adhiberi præcipiebat: cū enim ille dixisset de Domino. Discubit non vt sibi ministretur, sed vt ipse ministret frangat panem, calicem porrigit distribuat agnum, & postremo sacramentaliter præbeat se met ipsum, subiicit: Non laudiorum abundantia ciborum, non regius conspicitur apparatus, sed legales cibi, atque mensula pauperrima pannosis hominibus circunsepta. Sic B. Laurentius: observa illud: Mensula pauperrima: quæ è diametro opponitur mentis opiparis ciborum copia redundantibus, vt documento sit: ante Eucharistiam, & post illius sumptionem, & delicatos, & nimios cibos nobis esse interdictos, quasi huc signata cœlestis mensa iverit. Sed id disertissimè monitum audi ab Ambrosio lib. de Elia & ieiunio, cap. 10. his verbis. *Mystica quoque mensa ieiunio comparatur: illa mensa, de qua dicit David. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me;* Psalm. 22. vers. 5. *Mensa ista famis acquiritur pretio, & poculum illud inebris nobriestate cœlestium Sacramentorum sit comparatur. Dixit enim Dominus. Qui sititis, ite ad aquam, &c. Et alibi ait. Ecce qui seruunt mihi manducabunt vos vero esurietis. Isaia 65. Qui vos? Nisi qui ante potastis? De quibus supradixit: Parasti dæmoniis mensam, & impletis fortunæ poculum. Ergo ad mensam venerabilem ieiuna sancta nos perducunt: hac fame illa que sunt æterna mereamur. Hæc Ambrosius.*

Enim verò opportune in hunc sensu inflexeris, quod de Divina Sapientia Eucharistia mensam instituente fæpesæpius audivimus. Proverbior. 9. vers. 1. *Sapientia edificavit, sibi dominum: miscuit vinum, & posuit mensam: vbi notanter præmittitur spiritualem sibi domum in hominum animis Dominum edificare voluisse, in qua me-*

dio Sacramento corporis sui habitaret: notanter verò dicitur: *Edificavit sibi, vt aliorum habitatorum edificia destrueret; eo sensu, quo dicebat Paulus 1. Corinthior. 6. vers. 13. Escā ventri, & venter eſcis, Deus autem, & hunc, & has deſtruere: Sed quid venter? quid escā peccaverunt, vt à Domino deſtruantur; cum & venter, & escā à Deo formata ſint? Sanè eo sensu ab Apostolo haec dicta ſunt, quo illico subiicit: Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori, quod rectè interpretatur Hieronymus. Non fornicationi, sed Domino corpus exhibeat, & Dominus corpori copulabitur: vt priori tentatio dixerit Apostolus, Dominum qui corpori, & animo nostro per Eucharistiam copulatur, & in eo ſibi domum parat; cum in nobis manet, ventris ingluvieni, & voracitatem depulſum, vt qui cœſti pane ſaturantur, ab immoſticatione ciborum appetitione longe ſint: ut hæc Pauli verba videtur accepisse S. Paulinus epistol. 5. ad Severum inquiens: Non desideratis escam ventris, Deus enim & hunc, & illam deſtruere: dum ſe edificat in nobis: ſi nos in ipſius charitate fundari conſistamus: ita Paulinus. Expende illa, dum ſe edificat in nobis: id eſt cum in nobis ſibi domum edificat; vt ipſe in nobis maneat, & nos in illo. Quid autem magis importunum? quam Domino per Eucharistiam in domo nostrâ manente, & regios immo divinos cibos apponente nobis; corporeis, & emortuis eſeis inhiare? Nonne id bono hotpiti iniuriam faceredixeris? Audi Iſidorum Pelusiotam lib. 1. epistol. 313. Zofinum quendam gulæ, & cræpula addictum, ſic inotientem: *Divino ſacrificio contumelia notam ne inure fructuum benedictionem ne alfernare: ingurgitatione potionem ne fraudare: immoderationem mediocritatem ne lade: Menter, ac rationem bibendo ne abſorbe. Subiicit notanter. Verum illud in mente habeo, quod Divinus Spiritus ex huius primitijs Christi sanguinem efficit; ſic illud adhibe, vt imbecillis, eoque adiumentum opus habens. Ita Iſidorus: tantum non inquiens: ex eo quod Christus in pane, & vino corpus, & sanguinem ſuum posuit, medijs ijspe- ciebus**

1. Cor. 6.  
vers. 13.

Hieron.

Paulinus

Iſidor. Pe-  
lusi.

ciebus innobis manens ; vt hoc facto, & pānis , & vini substantiam destruit: ita etiam & ventris ingluviem, & ciborum copiam in nobis destrue-re voluit, vt iam cibis tanquam accidentibus hoc est, vt alimentis ad adiumentum, non ad delitias conducentibus vt amur.

**III.** *Irenaeus.* Redeo verò ad Paulinum signatè dicentis: *Qui se ædificat in nobis: pro quo dicendi modo revoca in memoriam ad similem locutionem Irenæi lib. 4. cap. 39. de Eucharistiâ, quam lib. 1. ex-pendimus. Hic est finis humani generis reædificantis Deum, ut omnes mundati veniant ad vitam Dei.* Ut dum se mutuo vterque dicendi modus respiciunt: is sensus resultet, Deum in nobis mediâ Eucharistia ædificium suæ imaginis cōstruere, itidemque à ciborum temperantiâ structuram, & ædificationem ipsum promovere: quippe in hunc sensum, quam leniter cadit sententia Paulini. *Non desiderabis escam ventris, Deus enim & hunc, & illam destruet, dum se ædificat in nobis: tantum nō dicens; vel ea ratione non esse concupiscendas escas; quod Deus ut lese in animâ ædificet suam illi insculps imaginem necessariâ ratione escas, & ciborum appetentiam sit destruturus, quod edacitas, ac gula cum Dei imagine, & similitudine omnino pugnet: Quid enim Diuinitati magis contrarium, quam eam ad ventris immunditiam velle deducere? Et ventre in ipsum tanquam Deum colere?* Eleganter hanc cogitationem diffundente Hugone de S. Victore in tractatu de clauistro animæ, ubi cum dixisset. *Superstitiosum nimis quidam in suis preparandis cibis adhibent studium: infinitate coctionum, frixurum, & condimentorum genera excogitantes: modo molia; modo dura; modo frigida; modo calida; modo cocta; modo assa; modo pipere; modo allio; modo cymino conditæ; secundum consuetudinem prægnantium mulierum desiderantes: ita ut eis desudent cocorum artes, questiones, & sollicitudo: Subiicit in nostrum sensum opportunè. Iti videntur colere ventrem tanquam Deum: Quod sic statim pulchre diffundit. Solent dijs tempora confrui; altaria erigi, immolari pecudes, thura concremarī: ita Deo ventri templum*

**A** est, eo quina altare mēla, ministrū coci, immolat & pecudes coctæ carnes: fumus incensorum ordo saporum: Hæc Hugo: A quibus omnino subsistit Paulini sententia: *Deus & hunc, & hanc destruet dum se ædificat in nobis: Quomodo enim Deus domum sibi, & se ipsum ædificaturus in nobis non omnino destruat profanum ventris templum; falsas aras, sacrilegū focum, & exitiale incensorum fumum?* Saltem, vt locum sibi faciat in anima, ijs implicitâ, & coangustatâ. *Nam mensa ( sic Gregor. Nazianzen. oration. de Episcopis) cibis celebris abundans expediari crum, ac item peraturarum argutij, qua maris, ac terre refractus intestinis offerunt, quibus ipsa mens, sic demergitur, ut latitudinem spatium re se explicandi non habeat: Sic Nazianzen.* Evertendum ergo, ac destruē dum necessariâ ratione est malum ædificium, ut bono habitatoris sit locus.

**C** *Quod si sensum Irenæi affirmantis ab Eucharistiâ Deum in nobis ædificari verè expendis; non tam vult, Deum ædificari in nobis, quam reædificari; quasi ædificium prius cōstruū, & ab Adam gula collapsum; modo ab Eucharistiâ comite iejunio reparetur, atque reædificetur divina imagine homini restituta: hac sapienter referente Ruperto, & Christi iejunium & cibum vita æternæ ab ipso nobis redditum, ut damna nobis ab Adam illata ditissimâ satisfactione resarciret: ita enim in Catena Corderij ad verba Lucæ 4. vers. 2. *Et nihil manducavit in diebus illis, ratiocinatur ipse: Ille namque iejunare habebat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut pro grila peccatoris primi hominis innocens hic homo secundus ordinata satisfactione vaporaret, nobisque in se credentibus, quem ille manducando perdidit cibum vita æterna iejunando acquireret.* Hæc Rupertus: *Rupert.**

**D** *Expende extreina hæc; cibum vita æternæ iejunando acquireret: ubi vides, ut à gula cibum vita deperdi; à iejunio, & temperantia promoteri: ita Dei ædificium in nobis, aut collapsum, aut constructum iri: Cui cogitationi illud videter per opportunum, quodà Chrysostomo obliteratum est in propheta illo à leone post prandium*

**IV.***Lucæ 4. vers. 2.*

**Hugo à S. Victor.** *Eleganter hanc cogitationem diffundente Hugone de S. Victore in tractatu de clauistro animæ, ubi cum dixisset. Superstitiosum nimis quidam in suis preparandis cibis adhibent studium: infinitate coctionum, frixurum, & condimentorum genera excogitantes: modo molia; modo dura; modo frigida; modo calida; modo cocta; modo assa; modo pipere; modo allio; modo cymino conditæ; secundum consuetudinem prægnantium mulierum desiderantes: ita ut eis desudent cocorum artes, questiones, & sollicitudo: Subiicit in nostrum sensum opportunè. Iti videntur colere ventrem tanquam Deum: Quod sic statim pulchre diffundit. Solent dijs tempora confrui; altaria erigi, immolari pecudes, thura concremarī: ita Deo ventri templum*

*3. Reg. 13. occisum 3. Regum 13. vers. 24. nimirum, ut leones Danielem ieunantem,*

*ac proinde divinam imaginem retinētem reveriti fuere: ita hunc Deo ei abstinentiam præscribenti mentitum, atque inde Dei imaginem obscurantem non cognovisse: Audi illum in Psal. 3. vbi cum primum de Adamo ante peccatum, bestias tanquam ancillas obsequentes habente dixisset: Vide Adam cum nondum peccasset, bestias tanquam seruas, & obedientes habentem, & eis tanquam seruis nomina imponentem, postquam autem adspectum (à divinâ videlicet imagine splendidum) peccato commaculavit, tunc bestiae eum non cognoscebant, & quæ seruerant, et hostes evaserunt: & quemadmodum canis, qui in domo est, et servit, qui eu alit, & eum timet, ac reveretur, sed cum repente viderit vultu fuligine atrato, vel personato, aggreditur tanquam alienum, & cogitat eum dilacerare; ita etiam Adam, quandiu purum servavit vultum factum ad imaginem Dei, bestiae ei tanquam seruae parebant, quando autem vultum foedavit inobedientia, non agnoscentes dominum, tanquam alienum eum odio habebant. Statim de Daniele, & de Propheta à Leone occiso, sic differit. Iustum Danielem, & leones agnouerunt dominum. Viderunt eum non gustasse peccatum, & eum supplicij expertem reliquerunt. Peccavit propheta, & leo eum in via inventum morte affecit, erat enim fuligine atratus, & leo eum non cognovit: Si prophetam vidisset, ut Danielem eum honorasset. Hæc Chrysostomus.*

*Q. & sic prælitinxit Tertullianus lib. de ieunijs cap. 16. Ab alto senementitus prophetam temere pastus, secundum verbum Dei ibi factum super mortem, non est in paternis sepultus: leonis enim in via occursum prostratus, & apud exteros coiditus pœnam deserti ieuniij luit. Sic Tertullian.*

*V. Ut vero cibi coelestis præstantiam præcibis materialibus ad oculum visideris: quid dixerit Salomon aduersus helluones quorum ventri exsplendoro terra, non mare, non aer sufficiunt, audi: Sic enim ille Ecclesiastes 6. vers.*

*Ecclesiast. 6. 7. inquit. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur: vbi cum illud: in ore eius: proinde omnino sit, ac propter os eius ( sicut disertè habent translatio Caldæa Complutensis, prop-*

*terescere oris, & sua illitera alia Petri Collis: Omnis de fatigatio pro cibo ab homine suscipitur) Salomonis sententia est: omnem laborem, atque solicitudinem, quæ ab homine asumitur in hac vita; totum id ad victus, & cibi curam referri, ut non tantum necessaria ad victum habeat alimenta, sed opipara, & laudissima mensa perfruatur: omnino expirantes, quod dicit Satyricus.*

*Sunt quibus in solo vivendi causa palato est, &c.*

*Interea gustus elementa per omnia querunt.*

*Cum tamen quæcumque ea sit ciborum copia soli ori, & gutturi inserviat, quin anima, quæ potior hominis pars est, veram inde satietatem capiat: opportune hanc sententiam sic expediente P. Ioanne de Pineda, ibi: Et quidem res omnino miseranda, neque pretereunda ab Ecclesiaste, ingentia patrimonia, & omnem hominis laborem diutinam industria comparatu in vintus oris. Aut vintus gutturis, ventris ve brevissimum, & transitoria voluptatem non solum esse, & ponni; sed insumi, perdi, devorari: Sic ille, ut expressio videatur, quod de Apicio illo insigni helluone narrat Seneca in cōsolat. ad Helium c. 5. Cum festertiū milles in culinam congesisset, cū tot congiaria Principū, & ingens Capitolij vēctigal singularis comissionibus exorbiisset, are alieno oppressus, rationes suas tunc primo coetus inspexit. Super futurū sibi festertiū cœties computauit, & velut in ultimā fame vincturus, si festertia centies vixisset, veneno vitā finiri: ita ille. iam expende: Sed anima eius non impletur: ut sensum communem cum Philone lib. de vita contemplativa, videatur habere Salomonum cum ille dixisset de istorum mensis: Plena omnium quæ terræ, mare, amnes, aequor, furunt. Selectis suauissimis carnis terrestribus, aquaticorū, & volucrū paratura simul, ac cōditura variantibus, subiicit: Qui ubi usque ad fances expleti, nihil possunt amplius, sed ēdō lassati, appetitu esuriūt: Quæ peribelle expressit Seneca ep. 89. primū inquietus. Ad vos dein de trāseo, quorū per funda, & infatibilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retiū varijs generibus, cum magno labore persequitur, nullis animalibus, nisi ex fastidio pax est.*

*In venal.*

*P. Pineda*

*Seneca.*

*Phil.*

*Phil.*

*Seneca.*

*Quan-*

Ambros.

*Quantulum enim existis epulis, quæ per tot comparatis manus fesso voluptatibus ore libatis? Quantulum ex ista ferè periculose capta dominus crudus, ac nau jeans gustat? Quantulum ex tot conchylijs tam longè ad rectis per istum stomachum inexplebilem labitur? Deinde vero ad mentem sapientis subiiciens. Infelices etiam quod non intelligitis, vos matorem famem habere, quam ventrem: Hec Seneca. Nec fuerit in hac rem prætermittenda Ambrosij elegantia lib. de Elia, & ieiunio, cap. 8. ubi cum Helluones istos traducens dixisset. Obsonator est, qui antequam luceat fore pulsat alienas, & tanquam bellum aliquid immineat, excitat dormientes. Turbatum vides, anhelantem ad vertis, interrogas, que causa perturbationis sit. Posit (inquit) Dominus meus; ubi vinum melius veneat, querit, ubi durior iuua curretur, ubi tetur mollius, ubi phasianus pinguis, ubi pescis recentior? Cursit per diuersa, & cum invenit, summo cursu properat. Post modum concludit. Male dominica servitur gula, quæ semper expedit, nunquam expletur. Sic Ambros.*

VI.  
Matt. 4.  
vers. 4.

Enimvero ihs, sicut & dæmoni suggerenti cibum per opportune occurrit Dei verbuni apud Matth. 4. vers. 4. affirmans. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: ut hinc famelentes homines ad spiritualem, & cœlestem Eucharistia cibum, qui animam nutrit, & veræ ei vitam impertit, plenariquæ satietatem affert, omnino vrgeat: id sic primum observante Ambrosio lib. 4. in Lucam. Non enim potest, qui Verbum sequitur, panem desiderare terrenum, cum panis substantiam cœlestis accipiat. Humanus enim divina prestare, non dubium est, & corporalibus spiritualia: Et ideo qui vitam veram desiderat, illum panem expectat, qui per insensibilem substantiam humana corda confirmat. Quem vero nisi Eucharistiam de qua Vates. Et panis qui cor hominis confirmat, Psal. 103. vers. 15. vti deinde eodem ductu Domini verba explicat Cyrillus Alexan. in Catenâ Græca hunc in modum. Cibi siquidem terreni sibi cognatum corpus nutrunt, superni vero, accœlestes corroborant spiritum: & statim. Cibus mentis Verbum Dei, & panis spiritualis confirmans cor hominis,

Psal. 103.  
vers. 15.

*Nazian.*

**P** *PLACET paulisper hærere in præcedentis annotationis doctrina, vt*

*qui nullum profectum in virtute, qui ab*

*Rr Eucha-*

Eucharistiā advenit, modum posui-  
mus: ita ut ab eis infantes evadant in vi-  
ros fortissimos, & implumes pastores  
a quibus alas accipiant, modò huic  
modo, qui sine modo esse debet, op-  
portunum modum imponamus, eo-  
rum præcipitium devitantes, qui vix  
ab ubribus seculi avulsi, cum primum  
pedem in via virtutis posuerunt, & Eu-  
charistico pane vescuntur; adeò iā per-  
fectos, & illuminatos se esse existimāt,  
iinō & iactant, ut in tertium cœlum cū  
Paulo non Dei manu, sed proprio sen-  
sorapti videantur: à Paulo tamen quā  
longissimè abeentes, quod ille arcana  
verba, quæ audivit, constanti silentio  
presserit; hi vero arcana verba, quæ nū-  
quam audierunt, proloqui nō dubitēt,  
& quidquid in cœlis abditū, aut in ter-  
rā secretum est, sibi referatum, vel reue-  
latum affirmant: quos indice videtur  
designasile Gregorius Nazianenus ora-

*Nazian.* tione de Episcopis, quæ ad finem operū  
habetur inquiens. *Quid? beri Simon Ma-  
gus: hodie Simon Petrus. Heu! nimiam ce-  
leritatem! Heu! Dixerim quidem quo-  
dammodo hos illis esse adsimiles, cum  
quibus contendebat S. Irenæus; qui se-  
se, & humanarum passionum incapaces,  
& pœne divinos effingebat, quasi  
humanos esse, ab humanâ abhorret  
conditione, & naturâ: Quà sanè de cau-  
sa Irenæus, ingratis, & semetipsoſ nescien-  
tes, & eo ipso, quod se supra homi-  
nes efferrant iure optimo irrationabi-  
les appellabat. Audi illumlib. 4. aduers.*

*Irenæus.* M. hæretes cap. 75. sic differentem: *Irratio-  
nabiles igitur omni modo, qui non expe-  
ctant tempus augmenti, & suæ naturæ in-  
firmitatem adscribunt Deo. Neque enim  
Deum, neque semetipſos scientes, infatiabi-  
les, & ingrati, nolentes primo esse hoc,  
quod & facti sunt, homines passionum ca-  
paces, sed supergredientes legem humani  
generis, & antequam fiant homines, iam  
volunt esse similes factori Deo, & nullam  
esse differentiam infecti Dei, & nunc fa-  
cti hominis. Hæc Irenæus, & alia post  
modum afferenda: in his expendas ve-  
lim illa Sapientissimè dicta: *Supergre-  
dientes legem humani generis, antequam  
fiant homines, iam volunt esse similes fa-  
ctori Deo; quibus adstruit Irenæus, eam  
esse humano generi datam legem; vt  
ab iinis ad superiora paulatim, & per**

suos gradus descendatur; & qui antea  
peccatis obnoxius hominem exuerat  
comparatus iumentis insipientibus, &  
similis factus illis: ad bonâ frugē recep-  
tus per iustitiæ studiū fiat homo: & ad  
Dei similitudinē per virtutes conten-  
dat, quin subito divinus fiat: *Hieri Simo-*

*A magus: hodie Simon Petrus: Nimirū tem-*  
*per verum erit, quod generaliter dictū*  
*est ab Athalarico Rege apud Celsiodo-*  
*rum lib. 8. epist. 13. Securus celsa conser-*  
*dit, quise in paulo minoribus approbarit,*  
*& certo procedit vestigio, qui gradatim de-*  
*fiderio portitur accepto. Sine merito si qui-*  
*dem remuneratum putatur, omne quod fu-*  
*bitum est; nec inexplorati suspicitionem re-*  
*fugit, quod repente prouenerit. Hæc ille,*  
*Nec omittendum, quod subdit. Cōtra:*  
*omniad liberalitas robusta. & totum bo-*  
*nis actibus obtinuisse creditur, qui post do-*  
*cumenta laudat & militia promovet.*

*Cassiod.*

*Quam firma vero, atque invariabi-*  
*lis lex illa humani generis sit; vel inde*  
*collige, quod se illi ipsem, Dei Fi-*  
*lius, & Deus ita subiecerit, vt de ipso*  
*dixerit signate Lucas cap. 2. vers. vii.*

*Luce. 2.*

*IESVS proficiebat sapientiā, & etate, &*  
*gratiā apud Deum, & homines: Et qui-*  
*dem dum audis Iesum sapientiā, & gra-*  
*tiā crescere, quæ à primo ipsius Cōcep-*  
*tionis instati in eo adeò fuit perfecta,*  
*ac in ultimo vitæ spiritu, eaque de cau-*  
*sa non immerito ambigis quo sensu id*  
*fuerit accipiendum? Occurrunt tam*  
*Veteres PP. quam recētores interpre-*  
*tes respondentes; non quidem re ipsa,*  
*& vere, sed demōstratione, ostensione*  
*que, & in hominum existimatione vi-*  
*sum fuisse profecisse: Sic Origenes ho-*

*vers. vii.*

*mil. 22. in Lucam, Epiphanius in Anco-*  
*rato, Nazianzen. oration. in Laudem Ba-*  
*sili, Cætarius Dialogo primo, Bernat-*  
*dus homil. 2. in Mīssus est. Gaudentius*  
*in responsione ad Paulum Diaconum.*  
*Vbi ad rem de quæ agimus opportu-*  
*nè addit Nazianzen. in Catena S. Tho-*

*Origenes**Epiphani.**Nazian.**Cætarius.**Gaudent.**Bernard.*

*mæ eam sapientiæ manifestationē pau-*  
*latim factam; quin ipse subito totā suā*  
*lucem profunderet: Dicitur autem (in-*  
*quit ille) secundū humanitatem proficere,*  
*non quod ipsa suscipiat augmentum, quæ*  
*ab initio fuit perfecta, sed ex eo quod pau-*  
*latim manifestabatur: Cum vero Le-*  
*gio Syriaca pro proficiebat etate, re-*  
*ponat Statuta: non abs te ex sensu*

*Na-*

# Ab Euch. salutaris in virtute crescendi modus. 471

Nazianzeni dixeris; Dominum pro lata turæ incremento sapientiæ manifesta tionem ostendere voluisse: ut germana, ac solida sapientia appareret, quæ de die in diem proficit, & maiora suscipit in crementa: ita id observantibus Nysseno, & Ioanne Geometra in Catena Gre ca: sic enim prior: *Vt autem clarius dicā, ac brevius dicitur proficere sapientiæ, & atate, & gratiæ: atate quidem crescēs, per atatis autem incrementum, insitam sibi sapientiam palam faciens, &c.* Iuxta modū hunc autē naturā humanā induit à sapientiā, hoc est verbū Dei paulatim per opera, & admirandas patrationes Deificas assump tū templū apud intuētes, ipsum secundum illud proficere faciebat. Ita sapientia proficie bat Humanitas Deificata: Hæc ille: vt dixerit Christi Humanitateim, et si omnino Deificatam ad intuentium captum se se contemperasse, vt robur spiritus, & sapientiam cœlestem in dies magis, ac magis faceret elucescere, maiora vir tutis, ac sapientiæ opera edens. Simili ter Geometra. Proficiebat (inquit) secun dum atatem corpore naturaliter in virilem statum promoto: sapientiæ autem per eos qui ab eo divina docebantur, &c. Sic enim in corpore per æratem crescente simul in ipso crevit Divinitatis manifestatio: ita ibi Luculentius verò, idem Geometra ad ver. 40. eiusdem cap. 2. Luce vbi similis habetur sententia. *Puer au tem crescebat, & confortabatur: inquiēs: Non enim ut Dei ista: sed nec ut hominis sunt magis ab inhabitante spiritu corroborati, aut proficientis, aut repleti, quam à principio, in quo ab ipsamēt unione omnis plenitudo inhabita erit. Divinitatis, sed tanquam diuinæ gratiæ, arque virtute paulatim ab ipso demonstrata, aut etiam corpori quasi instrumento ad operandum sensim capaciori redditio coaptaretur tum ars, tum scientia.* Hæc ille.

*Luce 2. vers. 40. Geo met.*

III. Tertull. Quotidem referas, quod de eodem Domino sub hoc sensu dixit Tertullianus lib. de patientiæ, cap. 3. *Nasci se Deus in utero patitur matris; & ex pectori; natus adolescere sustinet, & adul tus non gestit agnoscit, sed contumeliosus in super sibinet: Obserua illa: Natus adolescere sustinet: vt dixerit, poterat subito crescere in grandem virum; & puer opera viro digna, & supra ætam maiora edere; & tamen hominis*

legi cibemperans voluit audescere more humano, statura, vulpo, incelū, sermone, & factis, vt in sibi nō agis spiraret: tive magis elucescere face ret, modestiani, pietatem, suavitatem, prudentiani, & alias virtutum actio nes, atque ad hunc modum contumeliosus quidem sibi quodammodo etiā fause videtur, qui vt atati mōrem gereret, voluit longum illud silentium, & inactuositatem usque ad perfectam atatem retinere: Sane vt qui vita fructu mōndo maturum erat allatu rus; prius velut arbōr plantata secus decursus aquarum paulatimi adolesceret: vt de ipso interpretatur Chrysostomus verba Psalmi primi. *Eterit tanquam lignum, quod plantatum est se cū decursus aquarum, quod fructum dabit in tempore suo:* Psalm. 1. vers. 2. vbi Chaldæus signatè reponit, quod mātūrescit in tempore suo: pēr oppor tūna videlicet temporis spatia, & mo ras: vti idem Tertullianus lib. de relan dis Virginibus: ita id eleganter des cripsit inquiens. *Adspice ipsam crea turam paulatim ad fructum promoveri; granum est primò, & de grano frutesc oritur, & de fructe arbustula eniti tur: deinde & rami, & frondes invalescunt, & totum arboris nomen expandi tur: inde germinis tumor, & flos de ger mine sol vitur, & de flore fructus aperitur, is quoque rūdis aliquando, & informis paulatim atatem suam dirigens eruditur in manu etudinem saporis: Sic ille. En fructum virtutis, qui mātūrescit in tempo retuo.*

D Ecce ergo tibi perfectum crescendi modum ab Eucharistiâ, vt sensim, & paulatim indesinenter tamē in virtute proficias, & maiora virtutum opera incies edas, quin subito ē peccatorē center ad bonam frugem recepto divi nus evadas in tertium raptus cœlū: Ne que huic sensui contraria sunt, quæ præcedenti adoratione diximus, tum de pueris qui erant in cubili in grandes vi ros, & fortissimos Israël prouectis, tu etiā de pauperibus, quos subinde aquilas in cœlū viq; volates agnovimus. Nimi rū de his ipsemēt Apostolorū Princeps 1. Pet. 2. admonuit, cū Eucharistiâ cū lacte, aquo infantes crescunt, copoluit inquiēs. si cut modo geniti infantes rationabile, fine

Psal. 1.  
vers. 2.

Tertull.

IV.

Irenaeus.

dolo lac concupiscere, ut in eo crescat in salutem: vbi signatè dictum, in eo crescat in salutem: infantili scilicet more sensim, & paulatim: id enim fuerit in salutem, non in ruinam cresce-  
re: vti dicebat Irenaeus: Quasi infantibus ille, qui erat pānis perfectus Patris, lac nobis se ipsum præstítit, ut quasi à māmillā carnis eius enutriti, & per ealem lactationem assueti manducare, & bibere Verbum Dei, & eum qui est immortality pānis, qui est Spiritus Patris in nobis ipsis, eum cōtrinere possumus: quibus ut manifeste adstruit ad indeſinentem, & magnū profectum iecenter in Christo per p̄uenitētiam, & gratiam regeneratis ab Eucharistiæ aſluetudine adnitendum eſt; ita ſiniūl affirmat, paulatim, & velut per ætatis incrementā, vt infantibus obvenit, proficiendum, donec ad maturum virtutis fructum, & virorum fortium statum p̄veniat: atque ita pueri in cubili consistentes à mammilla carnis Christi enutriti crescentes in salute in efficiantur fortes ex fortissimis Israel: Qui quidem videtur fuīſe ſcopus propolitus Irenæo in verbis nū. i. adductis, quēmque ipse apprimē collimavit aduersus iſianos illōs, qui hominem, aut Deo volebant pariari, aut ſi ſuppar ei non fuīſet, non & quis illum oculis à Deo ad ſpici ſomniabant: ita enim ille p̄imum: Sic & initio Deus potens fuit dare perfectionem homini, ille autem nuper factus non poterat illud accipere, vel accipiens capere, vel capiens continere: Deinde vero hæc diffundens ſubijcit. Per hanc igitur ordinationem, & eluſmodi convenientiam, & talis factus, & plasmatus homo ſecundum imaginem, & ſimilitudinem constituitur infecti Dei, Patre quidem bene ſentiente, & iubete: Filio vero ministrante, & formante: Spiritu vero nutritore, & augente: homine vero paulatim proficiente, & p̄veniente ad perfectum, id eſt, proximum infecto fieri: ita Irenaeus: Quæ ſenſum ſic ſtatim densat, & diſfundit. Oportuerat autē hominem primo fieri, & factū augeri, & auctū corroborari, & corroboratū multiplicari & multiplicatum convalescere; convalescentem vero glorificari, & glorificatum videre ſuum Dominum. Hæc ille, quibus nihil oppor tunius, nihil explicatiū dici potuit. Obſerua primum illa: Spiritū nutrien-

te, & augente, homine vero paulatim proficiente: Quibus temerarius aufus tive libido ſubiocrefcendi in immēlūm cōvincitur, dum & paulatim proficere, & ſpiritum proficientem nutrire ſimul eſt dicuntur: vt affirmet Irenaeus ſpiritu Dei, non niſi paulatim nutrire, paulatim promovere, paulatim augere; ac proinde non poſte infantem lacte Euchariftiæ nutritum ſubito in ingentem ſtaturam extolli: Deinde in illis verbis Irenæi. Factum augeri, aſſum corroborari, corroboratū multiplicari, &c. Vide quō virtutis ſpatia vno paſtu tranſcendere velit; qui nuper à ſæculi vanitate avullus glorificatum ſuum Deum in terra velit vide re:

V.

Sed & paſſeris imago in altari Domini reponentis pullos ſuos mirè id confirmat, quippe hinc adſtruitur à calore, & virtute Auguſtissima Euchariftiæ, cui Divinus ſpiritus atſidet, fideles perinde fovendos, atque nutrientos, ac pulli recenter ex ovo ex clufi, atque implumes, qui non ſtatiū accipiunt alas ad volatum, ſed paulatim plumescunt: Etenim vt pīllis ſeſe ē nido immaturè præriuentibus certus pro volatu eafus eſt; ita prōliſti, & hi qui recenter in Christo ſunt nati, ſi altiora ſe ipſis investigare prælumant, ambulando in magnis, & mirabilibus ſuper ſe, quod perinde fuerit, ac fine aliis volate contendere, per proprios pedes in certum interitū ruere neccelle eſt: pulchrè id in ſuīmet persona commonente Venerab. Aēlredo lib. 1. Speculi cap. 3. tomo 12. Bibliothec. Veterum PP. vbi cum adduxiſſet ea Psaltis verba Psalm. 54. verl. 7. Quis dabit mihi pennas ſicut columbae, & volabo, & requiescam? Affirmas liq. que has voces non niſi perfectorum eſt: ſubijcit de ſe ipſo. Plumescat interim Domine I E S V: plumescat quoſo anima meā in nido discipline tuæ: paueſet in foraminibus petræ in cauernâ maceriae: ita ille: obſerua id: Plumescat interim anima mea in nido discipline tuæ: id eſt proficiat paulatim; crescat ſenſim; & per gradus: cognoscat teſe primum impium, & fine pennis eſt; ne ē nido disciplinæ, in qua de purgatione peccatorum, de mortificatione cōcupiſcētia-

Pſal. 54.  
verſ. 7.

Aelred.

rum,

E

meā in nido discipline tuæ: paueſet in foraminibus petræ in cauernâ maceriae: ita ille: obſerua id: Plumescat interim anima mea in nido discipline tuæ: id eſt proficiat paulatim; crescat ſenſim; & per gradus: cognoscat teſe primum impium, & fine pennis eſt; ne ē nido disciplinæ, in qua de purgatione peccatorum, de mortificatione cōcupiſcētia-

rum, & de propriæ voluntatis abnegatione agitur, citius exire velit, vt altiora captu suo petere præsumat. Hæreat ergo nido; hæreat timor gehennæ; hæreat pœnitentia, & peccatorum dolori, ac lamentis; vt virtutis & perfectio-  
nis viam firmis gressibus ingrediatur.

*Nazian.* Cui sententia sic sapienter applaudit Gregorius Nazianz. orat. in Sancta lu- minaria: hunc in modum. Neque enim ea nobis ratio ineunda est, vt à contemplatione auspicantes in timorem definamus: effra- nis enim contemplatio in præcipitia quo- que nos impulerit; verum ut timoris rudi- mentis imbuti, & purgati; atque ut hoc verbo utar, extenuati in altum efferamur. Hæc Nazianz. Ecce tibi tutum incedē di modum; & opportunas alas. Sed & illud in verbis Aëlredi obserua: Pauset in foraminibus petra, quibus ad Domini Passionem, & sacratissima ipsius vulne ra alludit, vt moneat, illis immorādū; eorum meditatione firmandum in vir- tute animum; & à terrenorū amore, & à proprijs concupiscentijs abducendū; in quem sensum Bernardus serm. 43. in

*Cantic. 1. verf. 12. Bernard.* Cant. inflebit verba illa: *Fasciculus myr rhædilectus meus mihi, inter ubera mea cō morabitur,* Cant. 1. verf. 12. vbi cū præ missi sit: *Ab ineunte conversione mea pro acervo meritorum, quæ mihi deesse sciebā, hunc mihi fasciculum colligare, & inter ubera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei.* Primum videlicet infantiliū illarum necessitatū: deinde laborum, quos pertulit in prædicando: fatigationū in dis- currendo; vigilarum in orando, tentatio- num in ieiunando, lachrymarum in compa- tiendo, insidiarum in colloquēdo, postremo periculorum in falsis fratribus, convitio- rum, sputorum, colaphorum, subsannatio- num, exprobrationū, clauorū, horumque similiū, quæ in salutem nostri generis sylua Euagelica copiosissimè noscitur protulisse, in horum consideratione pausatus volatū ad superiora cohibens, subdit: Non requiro, sicut sponsa: vbi cubet in meridie, quem letus amplector mea inter ubera commorantem. Non requiro vbi pascat in meridie; quem intucor Saluatorem in Cruce: il- lud sublimius: istud Iuanus. Panis illud: hoc lac. Hoc reficit viscera parvulorum: hoc replet ubera matrum; & ideo inter ubera mea commorabitur. Haec tenus Ber-

nardus itantim nondicens: Nolo ad tam sublime fastigium meridianæ lucis re- pente condescendere; sed potius plumescere in nido disciplinæ, & pautare in fo- raminibus petra; & tanquam irfans la- cte enutririri, ut ab imis ad summa fecu- tius condescendam.

*A* Concinit his illud Domini acume- lobum pungens: *Nunquid per Sapientiā tuam plumes et accipiter,* Job 39. v. 29.

& itatim: *Expandit alas suas ad Austrum:* quæ verba de spirituali prefectu sub Diuinæ Sapientiæ magisterio, & Spiritus Sancti favore, & feruore sic accepit Gregorius Magnus lib. 31. Moralium, cap. 18. alijs 32. Tunc ergo accipiter plu- mescit, cum ad Austrum alas expanderit,

*B* quia tunc unusquisque se virtutum pen- nis induit, cum Sancto Spiritui cogitatio- nes suas substernit. Vbi illud obseruatū dignum: notanter in plumescendo, & Sapientiam Diuinā, & Spiritum Sanctū memorari, quin Diuinæ Potentiae, quæ Patria describitur mentio fiat; quasi vir- tutis profectus, opus Sapientiæ, & Spi- ritus Divini, seu Bonitatis, potius quæ absolutæ omnipotentia sit. Nam etsi accipiter alas subito accipere, & volare: vir inquam iustus ad extremum per- fectionis apicem omnipotenti manu Dei sublevatus pervenire posset; secu- tius tamen, & opportunius virtutismo dum, & perfectionis economiam Do- minus ipse disponit, suæ potius Sapien- tiæ volatum hunc committens, vt per illā prius paulatim plumescat, vti supe- tius citatus dicebat Irenæus. *Sic & ini- tio Deus, potens quidē fuit dare perfec- tionem homini: ille autē nuper factus non po- terat illud accipere, vel accipiens capere,*

*C* *vel capiens continere:* vides ut potentia Sapientiæ cedat, vt tuto plumbescat ac- cipiter? Nimis ut ad ea verba ex hu- ius rei peritis observavit accuratus Scholastes P. Pineda, curandū in acci- pitre est, vt moderato voladī exercitio in

*D* *E* *plumescendo proficiat: vti videlicet paula- tim expādat alas tuas ad Austrum,* id est ascensiones in corde suo disponat; perfe- ctionis tamen fastigium subito tenere no- lit, quin prius eat de virtute in virtutē, donec videatur Deus Deorum in Sion: ne illi obiciatur: *Herci Simo Magus: hodie Simo Petrus: Herci nimia celeritate: & infeli- cē illū succelum eius volatus habeat,*

*VI.*  
*Iob 39.*  
*verj. 29.*

*Gregor.*  
*Magn.*

*Irenæus.*

*Pineda.*

quem Magus ille Simon habuisse nouimus; qui cum in suæ virtutis, imo & Divinitatis argumentum, novus & verus Ecclesiæ Icarus in cœlum, sine scalis concendere, & in aërem sine aliis contendere volare, certo präcipitio infâxum illitus est, sic appositè id expendēte Ambrosio serm. 66. Et hoc in opprobrium facti illius, ut qui paulò ante volare tenuerat, jubitò ambulare non posset, & qui pennas aësum pserat, plantas amitteret.

Ambros.

VII.

Matt. 22  
vers. 37.

Hilarius

Clemens  
Alex.

Nec ab hac cogitatione iverit gallinæ imago, quam sibi bonus Dominus aptavit, vt charitatem suam infilios ostenderet; apud Matth. cap. 22. vers. 37. inquiens. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas: vt innueret, voluisse te hominibus terrenis rebus addictis vitalém calorem, & igneum spiritum indere, quo plumescentes coelestia peteret, & se se sursum eleverent: Tanquam gallina congregans pullos suos (inquit Hilarius canone 24. in Matthæum) contineat eos sub alas suis voluit: terrena videlicet nunc, & domestica avis factus, quodā corporis sui tanquam alarum oportento calorem, vt pullis suis vita immortalis indulgens & in volatum velut nova generatione producens. Quà quidem in imagine: pende Dominum, qui filijs suis, pennas ad volandum studet conferre, notanter cum gallinæ foventे sub alas pullos se compausis, vt innueret ipsos subito volatu in cœlum nō debere concendere, quin prius vitali Domini calore, & oportento plumescerent, vt alæ ipsis postmodum obventuræ, senum & post varia virtutū incrementa obtingat: Quo advocate possis; quod Clemens Alex. lib. 1. Pædagogi cap. 6. adnotat. præced. num. 2. adductus de incremento virtutis, quod ab Eucharistiæ fidelibus, tanquam infantibus accedit, ita dicebat. Verbum est omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor. Comedite (ait) carnem meam, & bibite meum sanguinem. Hæc apposita, & convenientia alimenta nobis suppeditat Dominus: vbi dum Eucharistiam omnia infanti, id est crescenti in virtute esse dixit, signatè meminit pædagogi; cuius officium est, puerum in officio continere, & effrænes ipsius motus

regere, aut frangere; vt innuat, ab Eucharistiæ continuos petendos esse profectus; nimios vero volâdi conatus forte frænandos.

Ita quidem viam virtutis, & proficiendi & economiæ observavit Nyssenus hom. 1. in Cant. divinitus descrip- tam, atque dispositam in sacris libris Proverbiorum Ecclesiastes, & Cantorum eo ordine, ac prælatione à Salomone conscriptis; quo virtus, quasi primis infantia incunabulis enutrita, & per suas aetates, & gradus adolescēs, ad omnimodæ tandem perfectionis apicem grandescat, ab imis ad superiora perveniens. Nimirum cum Salomon in libro Proverbiorum tenellum filium erudiendum instituit, atque eum librum è omnino de causa le conscribi affirmet, vt detur parvulus astutia adolescenti scientia, & intellectus. Prov. 1. ver. 4. recentem virtutem, quam sub infantis persona instituendam suscipit, puerilibus crepundijs, & nænijs alicere videtur inquietus, vt addatur gratia capititudo, & turques collotus: Prov. 1. ver. 9. ita observante Nysseno: Nam quæ per Proverbia datur doctrina, ad eum qui adhuc est infans, verbâ facit, convenienter et ati adaptans admonitionem: Audi (inquit) fili legem patristui, & ne repellas initituta matris tuae. Vides ex his, quæ dictuntur, quam sit adhuc tenera aetas animæ, quemadmodum nō possit se pascere, & adhuc opus habeat maternis institutis, & paternæ admonitione: Ut infans promptus, & alacri animo attendat parentibus, pollicitur ex disciplinis ei ornamenta fore puerilia. Est enim ornamenti puerile turques antraus in collo respondens: Deinde vero acriora virtutis monita ad crescentis virtutis institutionem adiungens Sapientem, in sequenti libro Ecclesiastes vivaci penicillo depingens rerum secularium inanitatem, ad ipsarum contemptum discipulum manuducit, vt animo abillis abstracto in cœlestium bonorum dilectionem paulatim se transferat: quare pergit Nyssenus. Et cum ad habitum perfectiorem reduxisset, tunc adiungit illam, quæ est in Ecclesiaste Philosophiam, ut qui per Proverbiale institutionem fratris introduxit ad desiderium virtutum, & cum in eo libro reprehendisset hominem ad id, quod appetet habitudinem, & vanum

VIII.

Prov. 1.  
vers. 4.

Nyssen.

A

B


C

D

E

effe

esset edixisset, quidquid est instabile, & transiens dicens. Quia quid venit est vanitas: Cuilibet quod sensu comprehenditur perfect naturalem animae nostrae motionem ad pulchritudinem, quae non cedit sub speciem. Vnde tandem animo, oculisque purgatis ad coelestis sponsi pulcheriam elegantiam contuendam, puros que eius amplexus exoptandos in libro Canticorum expressos tempestivè, natureque perducit: ita hæc ratiocinacionem concludente Nysseno. Et cum sic cor expurgasset ab habitudine, quæ est ad id quod apparet; tunc per Canticum Cantorum mysticè introduxit cogitationem ad divina adyta, in quibus id quidè quod inscribitur, est apparatus nuptialis; id autem quod intelligitur est humanae animæ cum Deo contemperatio. Hæc omnia Gregorius Nyssenus: Ex quibus omnino habes verum proficiendi modum; & germana à lacte Eucharistiae virtutis incrementa.



#### EIVSDEM ARGVMENTI.

#### DE SALVTARI MODO PROFIciendi ab Eucharistiâ obveniente.

#### ADNOTATIO III.

I:  
CVM Phase illud sive transitus Dominitypus fuerit Eucharistiae, non iverit à Petri verbis ipsam cum lacte infantibus fugendo componentis, vt in ipso crescamus in salutem: obseruatio Philonis in Phase, sive explicatio, quam ilia dicit Philo lib. 2. *Allegoriarum*, hunc in modum: *Migrationem ab affectibus faciens oportet modicos profectus, non nimios facere*. Cui aliquis obiectat: Cur ipse virtuti profectus grades, & nimios invideat? cum nulla illi praæfigenda meta, nullus praescribendus terminus sit? Itidemque Philoni opponat Senecam epist. 51. fine sapienter admonentem: *Satis diu cum Baijs litigavimus; nunquam satis cum vitijs, quæ ore temi Lucili, per-*

Philo:

Seneca.

sequere, sine modo fine: nā illis quoque nec finis est, nec modus. Respondebit ipse inò vero, quod magis ex opto virtuti profectus, modicos quidè non nimios esse volo: modicos inquam, no qui modici perpetuo sint, sed qui modice, & paulatim fiunt, & modice crescentes in summum apicem perveniant: Cui Philonis lensui Angeli per scalam Iacob in somnis obiectam omnino contentiuntur. *Genes. 28. v. 12. Vnde ito; in somnis scalæ stante super terram, & cœcum illius tangebat cœlum; Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam: Vbi non possis non mirari, Angelos, qui ob summam velocitatem pennis instructi concipiuntur; gradatim tamē ascendere, atque descendere per scalæ dici*. Sed admirationi occurrit Ambrosius ex natura virtutis, & via, quæ itur ad astra, per quam non alis, sed pecibus eundum; & velut per scalam gradatim ascendendum. Audi Ambrosium in Psal. 1. vbi cum adductis Vatis verbis Psal. 36. verf. 27. Declina à malo; & fac bonū, dixisset: *Hic enim ordo est disciplina, ut ab inferioribus ad perfectiora contendas, ne terreas mole nitorum, quæ ie viorū exordio debeas provocari*: Hæc ex præfato scalam Iacob gradibus ita confirmat. *Scalarum enim similem esse Scriptura nos docet pietatis ascensum, per quas vidit Angelos Domini ascendentes, & descendentes sanctus Iacob vir exercitationis, qui nobis propositus est, ut per illum cognosceremus gradum virtutis paulatim nos proferre debere, & ita posse, ab imis ad summa concedere, si per processus gradiamur exiguos ad ea, quæ videntur humanæ altiora naturæ*. Vnde concludit Ambrosius monens. *Hastib[us] scalas semper habeto propositas*: Ergo non is Ambrosius, & Philonis fensus est, vt modicos in virtute faciantur progressus, inò vero vt ad summum virtutis gradum concédere entitatur, quin ullum profitibus præscribaatur terminum, sed vt ad hæc per processus gradiamur exiguos, nec sine penitus volunti præsumiamus, inò iuxta ordinem disciplinæ ab inferioribus contendamus ad superiora.

E  
II:  
A quo quidem disciplinæ ordine descivisse videtur auctore Bernardo Sponsa Cæt. 1. verf. 17. dum animosius, quam pro suo captiuo, & slati patet,

Cant. 1.  
verf. 17.

intimis

Origenes

intimis meridianæ lucis amplexibus perfri cupiens ab Sponso petebat. In dicta mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie: non equidem paulatim, & medio-cribus veltigijs, sed subito pâsibus nō æquis altissima petens: sic id pensante eius nomine Origene homil. 1. ex duabus. Non quero alia tempora quando vespere, quando diluculo, quando in Solis pascis occubitu: illud tempus inquirō, quando in florente die, quando plenâ luce in maiestatis tuæ splendore versaris. Quæ hom. 2. ex quatuor, sic diffundit. Si quādo Sol iustitiae Christus Ecclesiæ sua exulta & ardua virtutum suarum secreta manifestat, amena etiam pascua, cubiliaque meridianæ videbitur edocere. Nam cum adhuc initia habet discendi, & prima, ut ita dicam, ab eoscientiæ suscipit rudimenta, tunc dicit Propheta. Adiuabit eam mane diluculo. Nunc ergo, quia perfectiora querit, & excelsiora desiderat, meridianum scientiæ lumen exposcit: ita Origenes. Vides ut respuat diuinæ scientiæ rudimenta, & grandioribus veltigijs, obambulare, siue potius velocissimo volatu ad excelsiora, condescendere contendat? Iam quomodo huic tâ intē pestiuo desiderio, cœlestis præceptor occurrat: Audi. Si ignoras te, o pulcherri mæ mulierum egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxtabernacula pastorum, vt dixerit: tu quæ te pulcherrimam esse credis, & cælum uno passu, & subito condescendere, & ardua eius secretarimari cupis, discito primum per terram repere, & rudimenta divinæ scientiæ perdiscere, discito pedetentim ambulare post gregū vestigia, qui ad occasionem ducuntur: discito carnis concupiscentias mortificare, vt dixeris cum Vate ( Psalm. 43. ad Rom. 8. vers. 22. ) Quoniam propter te mortifica- vers. 36. tur tota die, astimatis sumus sicut oves occisionis. Itidem que, quæ florentem diem & meridianum splendorem, plenâque maiestatis lucem expetis, suscipe primi diluculi rudimenta, & pro meridianæ claritatis radijs, amplectere occidentem solem, quin aliud scire velis, quam Iesum Christum, & hunc Crucifixum, i. ad Corint. 2. vers. 2. Sed hæc à Bernardo, & Ambrosio audire, fuerit operæ pretium: ita enim prior serm. 38. in Cantica. Revocatur ergo ad se ipsam,

Cant. 1.  
vers. 8.

Psal. 43. vers. 22. ad Rom. 8. vers. 22. ) Quoniam propter te mortifica-

vers. 36. tur tota die, astimatis sumus sicut oves occisionis. Itidem que, quæ florentem diem & meridianum splendorem, plenâque maiestatis lucem expetis, suscipe primi diluculi rudimenta, & pro meridianæ claritatis radijs, amplectere occidentem solem, quin aliud scire velis, quam Iesum Christum, & hunc Crucifixum, i. ad Corint. 2. vers. 2. Sed hæc à Bernardo, & Ambrosio audire, fuerit operæ pretium: ita enim prior serm. 38. in Cantica. Revocatur ergo ad se ipsam,

**A** Ignorantia convincitur, & in solentia castigatur. Terribiliter que Sponsus intonat indilectam, non tanquam Sponsus, sed tanquam Magister humilitatis. & nō quis firatus, sed ut territa purgaretur, purgata idonea redderetur huic ipsi, cui inhiat, ut sionis; ut definat, donec inter mulieres versatur, inquirere quæ apud illas sublimes sunt potestates, solis ipsis perspicua, solis licita, tanquam cœlestibus cœlestia ad videndum: Hæc Bernardus. Nec aliter Ambrosius lib. de Isaac, & anima, cap. 4. in hunc modum: Nisi cognoscas te decora inter mulieres, quæ quereris, quod relicta sis: nisi te paeniteat lapsus tui: nisi deuotionem intentionis approbes; nisi fides tua, & sinceritas augeatur, querela nihil proderit: Ac sic. Nisi cognoscas te, quia decora es, nisi pulchritudinem naturæ tuæ serues, & corporis tui illecebræ nō demergant, nihil tibi naturæ melioris nobilitas suffragabitur. Et post pauca in eandem lentitiam: Exi igitur, ad animam dicitur, à servitio: exi à carnis imperio: & exi non in carne, sed in spiritu. Pasce hædos tuos id est ea, quæ in sinistra sunt: nam si nō regantur facile labuntur: coerce petulantiam, & lasciviam tui corporis: edoma leves motus. Hæc Ambros. & alia: Vbi vides quomodo sit ad perfectionis viam per gradus eundum; & prius de passionum mortificatione, & propriæ voluntatis abnegatione agendum, quam de altissimâ illâ contemplatione, & divinorū arcanorū scrutatione cogitandum: ideo scite Bernardus, ut definat, donec inter mulieres versatur, inquirere quæ apud illas sublimes sunt potestates: definat quæ affectibus obnoxia est, quæ rere quæ supra humana sunt: & Ambrosius: Pasce, ea, quæ in sinistra sunt: rege affectus; edoma concupiscentias, hac quippe ad superiora itur.

**Ambros.**

**B** Expendo verò illud Ambrosij: Nisi te paeniteat lapsus tui, nisi fides tua, & sinceritas augeatur, querela nihil proderit: hoc est, nisi tu quæ recenter ad Deum conversa es, in pœnitentiæ actionibus permaneas; & quæ hominibus iam dum peccatrix apparuisti; modo pœnitens, & dolens, & in ieiunijs, & afflictionibus perdurans cœspiciaris, atque inde virtutum augmenta paulatim accipias; nullum planè ius ad perfruendum meridianâ illâ sponsi claritate habes.

**III.****Quæ**

# De salutari modo proficiēdi ab Euch. obveniēte.

477

Ioan. 11.  
vers. 44.

Quæ sane epitalis subesse videtur illis  
Domini verbis de Lazaro recenter è  
mortuis ad viuos excitato: Solvite eū,  
& finite abire: Ioaqn. 11. vers. 44. vbi cū  
Euangelista p̄misiſſet. Et statim pro-  
dijc, qui fuerat mortuus ligatus pedes, &  
manus instititis, & facies eius sudario erat  
ligata: non nemo dixisset: exuenda illi  
prius fuisse tot mortis signa, atque ip-  
sum à sepulchrali pulvere, sordibus, &  
fōtore mundādum, quam inter viuos  
abire sineretur: Sed aliter Domino vi-  
sum est; qui de industria sepulchralibus  
potius linteis cooperatum abire iussit,  
vt qui peccatoris typum ob mortem,  
quam obierat, gerebat; persuasum sibi  
haberet, non illico inter iustos, & san-  
tos, tanquam vnum ex illis obambula-  
turum, quin prius, & p̄nitenſie signa,  
& pr̄teritæ mortis memoriam, & fōtore  
em bono virtutum odore expian-  
dum circunferret: ita quidem Bernar-  
dus serm. 46. in Canticā peccatores re-  
center curatos, & quasi seni vivos sā-  
pienter arcet ab illis p̄dulcibus spon-  
ſæ vocibus, quibus sponſum ad lectulū  
evocat: Lectulus noster floridus, Cantic.  
1. vers. . Sic riāque primum: Sed p̄r-  
posterus ordo est, ante meritū ex gerē p̄r-  
mium, & ante laborem sumere cibum, cum  
dicat Apostolus, qui non laborat, non  
manducet 1. Thessal. 3. A mādatuistuis  
intellexi, inquit Psal. 118. Vt scias, n̄iſ  
obedientiæ mandatorum contemplationis  
gustum penitus non debet. Non igitur pu-  
tes de proprie amore quietis, sanctæ obe-  
dientiæ actibus seniorum ve traditionibus  
pr̄ciudicium ullatenus faciendum. Alio-  
quin nondormiet tecū ſponsus in lecto uno,  
illo p̄fertim, quem tibi pro obedientiæ flo-  
ribus, cicutis, atq; v̄ticis inobedientiæ af-  
perfisti. Deinde vero id multo acriūſſic  
vrget: Miror valde impudentiam aliquo-  
rum, qui inter nos ſunt, qui cum omnes nos  
ſuā singularitate turba verint, ſuā impa-  
tientia irritaverint ſua contumacia, & re-  
bellionē contempserint; ſuā inobedientiæ  
coquinaverint, audient nihilominus ad  
tam fœdum concupiſcentiæ ſuā lectulum  
omni orationum instantiæ totius puritatis  
Dominum in vitare. At cum extenderit  
is (ait) manus vestrar, avertam oculos  
meos, & cum multiplicaveritis oratio-  
nem, non exaudiām: Ita ē 1. Quid enim?  
Lectulus non est floridus, magis autem pu-

tidus, & in illuc Regem glorie trahis? Ad  
paſſandum hoc facis? An ad cauſandum?  
Centurio vetat illum intrare ſubrecium  
ſuum propter ſuā indignitatem, cuius ta-  
men fides in uniuerso redoleat Israele: & tu  
ad te compellis intrare tantorum ſordens  
ſpuretiæ uitiorum? Hęc & multo plura  
ibi Bernardus.

A

Iam vero ab hoc prudentiori con-  
ſilio ſponsam revocatam ab altissimo  
illo meridianæ lucis deſiderio ſanctori,  
& tutiora concupiſſe, & per animi de-  
miſſionem Deo placuisse ſequētia Cā-  
ticorum verba declarant: illa nimirum  
ſubiſſiente: Faficulus myrrhæ dilectus  
meus mihi: Cant. 1. iuxta Bernardi con-  
ſiderationem p̄ræced. adnot. numer. 6.  
adductam de meditatione paſſionis  
Dominicæ, & humili illa animi de-  
miſſione: Non requiro ubi paſcat in  
meridiæ quem in tueor Salvatorem in cru-  
ce: illud ſublimius, iſtud ſuavius, vel para-  
tius. Panis illud, hoc lac. Hoc reficit uile-  
raparvulorum: hoc replet uera martrum;  
& ideo inter uera mea commorabitur:  
Sponſo que vicissimi respondentē, ec-  
ce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pul-  
chra es: oculi tui columbarum, Cantic. 1.  
vers. 14. Notantissime in gratiam ſpon-  
ſi denuo recepta ob oculos colubæ ple-  
nos modelliæ, & humilitatis; qui non  
eriguntur in ſublime ad ea quæ ſupra  
humanum captum ſunt, iuxta Sapienti-  
ſe monitum. Ne erigas oculos tuos ad  
op̄es, quas non potes habere, quia faciunt ſu-  
bi pennas, quas aquila, & volabunt in cer-  
lum, Prover. 23. v. 5. pulchritudine adnotā-  
tate eodem Bernardo ſerm. 45. in Canti-  
ca, hunc in modū: Addit: Oculi tui  
columbarum: Aperte adhuc commenda-  
tur humilitas. Ad hoc ſequidem reſpici,  
quod illa reprehēta de alti inquisitione  
ſuā continuo non cunctata est, ad simplicio-  
ra deſcendere, ita ut diceret. Faficulus  
myrrhæ dilectus meus mihi. Multum  
profecto diſtat inter uultum gloriae, &  
faficulum myrrhæ: & ideo magnum hu-  
militatis inſigne, inde huc aequiſcere re-  
voſari. Ergo: oculi tui columbarum. Iā  
(inquit) non ambulans in magnis, arque  
mirabilibus ſuperte, ſed in ſtar simpliciſſi-  
me volueris contenta es simplicioribus, ni-  
dificans in foraminibus petra: meis vulne-  
ribus immorans, & libenter ea, q̄ne ſunt  
de me duntaxat incarnato, & paſſo oculo-

IV.

Cantic. 1.  
vers. 12.

Bernard.

Cantic. 1.  
vers. 14.

Prover. 23.  
vers. 5.

D

E

Bernard.

Bernard.  
Cantic. 1.  
vers.

1. Thes. 3.  
Pſal. 118

Isai. 1.

intuens

*intuens columbino.* Hactenus Bernardus: optimè illud nūdificās foraminibus petre, vt plumescat anima (vt dicebat Ael redus) in nido disciplina à meditatio ne Incarnationis, & Passionis Domini cæ paulatim proficiens, & infantis instar à lacte in virtutibus crescens, & a censiones in corde suo dīponens.

V.

Genef. 3.  
vers. 6.

Nazian.

Iam vero his oculis columbarum videris è regione oppositos oculos sub limes Evæ, à quibus prima huius malabes, ambulantis in magnis, & mirabilibus supra se, que videlicet, vidit, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Genef. 3. vers. 6. supergrediēs quidem (vt dicebat supra adductus Irenæus) legem humani generis; antequām fiant homines, iam volūt esse similes factori Deo: Nimirum hunc in sensu pulchre, & peculiari acumine inflecentiē magno inter Theologos Gregorio Nazianzeno legem primis parentibus impositā de nongultando fructu arboris sc̄ientiæ boni, & mali: Genef. 2. v. 17. Sic enim ille oratione 38. inquit. *Lex autem illa præceptum erat, quo præcipiebatur, tum quibus arboribus et utendum esset, tum à qua manus abstinend e.* Ea porro erat sc̄ientia arbori: non illa quidem, aut male à principio confita, aut per invidiā interdicta, & c. sed bona quidem tempestivē percepta: (contemplationis quidem, vt ego contemplando assequor, hæc arborerat, ad quam ijs solus tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori junt) haud quaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu a vidiori præditis, quemadmodum, nec perfectus ac solitus cibis ijs conductus, qui teneat adhuc sunt atate, lacteque opus habent. Hæc Gregorius: Quæ, vt egredia, & per contemplationem ab ipso invēta, ac ut inde à vulgari sensu abeūtia accuratiū expendere, atque eluci dare fuerit operæ pretium: ergo primū observa illa: *Bona quidem tempestivē percepta: Sane quasi altissimus ille, sive supremus Icalæ Jacob gradus; qui tertio cielo, in quod raptus est Paulus, vici nus, & in meridianæ luci divinæ contemplationis proximus habetur; bonus quidem omnino sit, tempestivē tamen perceptus: cum videlicet iusti, qui in nido disciplinæ plumescunt, ascensio-*

*nes in corde suo dīponunt, & ab imis per gradus virtutum ad summa confē dūt, & iuxta nature legem postquam à virtutibus sunt homines, similes facti ri Deo evadunt: quod ad tantum incis pondus sustinet dum i; solem humeri suffores sint, qui iugo legis diuinæ as suerit, & in omni virtutū exercitio ver sati, animi habitu perfectiori sunt: Haud quaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, & in virtutis palestris, sive tyrocinio quod insuinet abnegatione, & carnalium affectuum mortificatione cerisetur, non satis exercitatis. Et enim vt scalæ natura est, vt ab imis eius gradibus ad superiores, per eosquī medij interiecti sunt, gradatim ascendatur; ita planè tam contemplationis diuinæ, quam perfectionis spiritualis conditio, & lex est, vt nobis per processus exiguo ingentes virtutum cumulos assequentibus, ad meridianam lucē divinæ contemplationis, & ad perfectam Dei similitudinē obtinēdā tutus ascensus sit. Quiquidē fuit propositus Irinæo scopus, & ab ipso app̄fīme collinatus aduersus eos, qui Deo hominem æquabant; cū prædicto c. 75. lib. 4. dicebat. *Sic & initio Deus quidē potens fuit dare perfectionē homini, ille autem nuper factus non poterat illud accipere, vel accipies capere, vel capies cōtinere: cā statim rationem subisciēt: Homine paulatim proficiente, & per veniente ad perfectum.**

VIII.

Irenæus.

D

Sed iam tum quibus verbis iacer scri ptor descripsit facum, quem mulieri callidus serpens fecit, vt lethalem fructum concupierit; tum etiam quo animi habitu ipsa tunc temporis fuerit; attende: Primum enim ex fuerunt verborum fallaciæ, sive blanditiæ quibus illecta fuit: *Eritis sicut discentes bonū, & malum.* Genef. 3. vers. 5. Deinde vero eo à serpente facio pomum coloratum est, vt maturum apparceret; atque ideò tempestivē perciperetur: præfata si quidem verba. *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad vescendum, &c.* Signat̄ in Codicibus Hebræis, Græcis, & Chaldaicis habentur: *Concupisibilis arbor ad intelligendum: notantisimè vero à Gregorio Nyſeno orat. in Quadraginta MM. & à Leontio Arabiſi Episcopo orat. de Lazaro ad vitam revocato, leguntur: Vidit igitur mulier,*

VI.

Genef. 3.

vers. 5.

Leōt. He bræa.

Græc. &amp; Chaldaea.

Nyſſen.

Leontius

quod

quod esset oculus, & gustui pulchrū, & matrū. Enfucum, & fraudem tam Eva, quam iystyronibus in virtute, de quibus loquimur; à serpente factum, vt pomū, quod acerbum, nec nisi post longa temporum intervalla concoquendū erat, subito maturum, & tēpestivum appareret: non quidem (vt dicebat Nazian.) quid arbor illa, aut male a principio consita, aut per invidiā interdicta fuerit, sed quod nō nisi tempesti ve percepta bona esset: Quis enim perfectionis apicē, & supremū virtutis gradū non multum laudet, & exoptet? quis suauissimum divinæ contemplationis fructum nō maximè revereatur? & ardenter cōcupiscat? At quid (rogo) magis præpostorum, & dionum rationi fuerit, quam hosce fructus, qui simplicioribus adhuc animis, atq; appetitu avidiori præditis intēpestivi, & acerbi ad manducātiū cēsentur, ab illis tanquā maturos prēcipi? qui aut vix ē peccati te pulchro pēdē extulere: vix ab ovis pulli in nido disciplinæ exclusi sunt: aut in illā nō agūt serio de passionum, & affectuum carnaliū mortificatione, sed potius genio, & suis cōmoditatibus indulgent: Quo animi habitu constatē virus est cōsiderat̄ Rupertus lib. 3. in Genes. c. 1.

Rupert.

Vt hinc quidem facile appareat inter veram, & fucatam virtutem discri-  
men: Nimirum, vt in superioribus ve-  
rae virtutis characterem intuebamur  
in ligno secus decursus aquarum plan-

tato (vt dicebat Vates) Psalm. i. vers. 1.  
2. Quod fructum dabit in tempore suo, Psalm. i.  
sive vt legebat Chaldaeus: Cuius fru- vers. 2:  
ctus maturescet in tempore suo spirituali- Chald.  
bus scilicet orationis, meditationis, &  
virtutum exercitamentis irrigatum;  
ita plane fucatae virtutis fructus apposi-  
te considerabis in illis, quos arbores re-  
gionis Sodomæ ad hæc usque tempo-  
ra ferre dicitur, de quibus in libro Sa-  
pietiae c. 10. v. 7. notanter inquit Salo-  
mon. Incerto tempore fructus habentes  
arbores: de cuius loci lectione iam du-  
dum egisse me memini; monens in plu-  
ribus Codicibus M. S. haberet In exito tem-  
pore: id est non acto, scū māturo tempo-  
re, vt hinc fuerim suspicatus in nostrarū  
vulgata primitus lectū fuisse infecto: Grec. Zē-  
pore, vt respōdeat Græcæ lectioni, quā clīo.  
omnino expreſſeris: Imperfectis, nō abſolu-  
lūtis, & ad exitum perductis temporibus: Tigur.  
adquē modū lectio Figurina: repotuit:  
Plantæ fructū intēpestivū ferentes, & co-  
dē ductu Iansenius. Imperfecta vel incē-  
summat à pulchritudine fructificantes ar-  
bores: Vnde horum fructuum naturā sic  
in primis depingit Augustin. lib. 21. de  
Civitate Dei, c. 5. Poma in terrā Sodomo-  
rum gigni quidem, & ad mātūritatis faciē  
per venire, led morsu, pressu ve tentac-  
fum, ac farillam corio fatigente eva-  
nescere: nec aliter oculati telles Eggesi-  
pus, & Iosephus, ille enim lib. 4. inquit.  
Species illicē specie poma viridiania, for-  
matos uarum racemos, vt edendi gene-  
rent spectantibus cupiditatem, si capias fa-  
tiscent, & resolvuntur in cinere, summi  
que excitant, quasi ardent: Iosephus ve-  
rò lib. 8. de bello iudaico similiter ait:  
Videre licet renascentes in fructibus cine-  
res, qui colore sunt edutibus, similes, carpē-  
tiū verò manibus in fumū diabolū vñtut, &  
cineres. Que omnia lōgius cōmemora-  
re volui, quod illis velut vivaci penicil-  
lo fructus immatura: virtutis, quæ per  
gradus suos non proficit, nec propria  
volūtatis abnegatione, & diuturne Do-  
minice Passionis meditatione no inni-  
tur, rescripta maneat, quia interprete  
indiget cū res ipsa perle loquatur, &  
clamat, intēpestiuos virtutis fructus, qui  
nō mātūre cū tuo tēpore, sed infecto  
& ad exitū no perducto proferūtur: spe-  
cie quidē, & colore edulibus esse simi-  
les, led morsu, preslu ve tēratos in funiū  
& ven-

Bernard.

& ventum corio fatiscente evanescere: Videamus enim s̄pēs s̄pīs plures, qui tertium usque in cœlum raptos raptasve se nobis venditant, & in ultimo ictu gradu constitutos, quin per medios consenserint, quos si vel levitatem presseris in fumum dissolvuntur, & ventum: quos Bernardus ser. 59. in Cantica per grossos, immaturas scilicet filios designari existimat, inquiens: Sequitur: fucus protulit grossos suos. Non comedamus ex eis, nec enim eis ui habiles sunt ob immaturitatem sui. Bonarum ficiū habent speciem, sed similitudinem nō saporē, forte hypocritas designantes, &c. Alioquin satis per se ipsos le viter, & ante tempus cadent, sicut fœnum teatorū, quod prius, quam evellatur, exaruit, quod ego de hypocritis dictum reor. Hæc Bernardus, quī alibi eisdem accommodat id Psalm. 143. vers. 5. Tange montes, & famigabunt. Et quidem appositè. Quid enim aliud, quam fumum, & ventum spirent inanes virtutum larvæ? & à vanitate, & gloria cupiditate formati, siue adumbrati, & pidi virtutum race-mi?

VIII.

Iam vero, ut quæ nostrī instituti propria sunt, dicamus: quam aliud ( Bone Deus!) Maria lac? quam alia eius ab Ecclesiastico filiorū lactatio? Etenim cū ipsa (vt inquit Bonaventura in Psalterio) Nutrix sanctitatis sit; cuius lacte omnes, qui unquam fuerunt, eruntque insti, & sancti, aluntur: eo quidem modo filios suos lacte Eucharistiae nutrit, vt paulatim crescentes adolescent in virū perfectum maternis visceribus simul, & vberibus parturiens eos donec plenè formetur Christus in eis: pulchre in hunc sensum inflectente Venerabilis Guillermo verba ipsius ad Filium Cantic. 7. vers. 12. Manes surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea: ubi primum vides fructus tempestive, & suo tempore maturescētes, dum primum floruit vinea, deinde flores fructus paulatim velut parturiētes, & fructum maturantes proferunt: Deinde hanc tempestivorum fructū parturitionem à Mariæ vberibus provenire, quæ lacte Eucharistiae, & mater næ pietatis filios suos enutrit: Hæc sic inibi diffundente Guillermo: Tuum est

Bonaven.

Cant. 7. vers. 12.

Guilliel.

ò Fili, videre hæc: & tamen dixi: videamus: Quia ego semper tecum, & sequar te, o Agne, quocumque teris: ibi dabo tibi vbera mea spiritualia ad pascendos tuos: spiritualiter enim pascam parvulos tuos lacte materna pietatis, quæ te olim partita corporali p. o veritate carnis. Denique pro eo, quod tibi sum Mater corporalis maternā charitate, quasi proprios parturiens filios, donec plenus formaris in eis, maternā ibidem curā nutriendos eos, donec usque in vitrum perfectum grandescas in eis. Hec Guillermus omnino ad præiens inititum.

IX.

Pro quo denuo pende ea verba, quæ pro opportuna, & digna Eucharistiæ perceptione tam ex Proverbis, quam ex Ecclesiastico Deiparae alijs in locis aptavimus: nempe ex Proverbiorum c. 9. v. 2. illa de Eucharistia. Sapiētia edificavit sibi domū excidit columnas septem: immolavit victimas suas: misericordia vinum, & proposuit menam: ubi pro immolauit victimas suas, seu hostias suas, vt legunt LXX. Tertull. in Scorpiano, & alibi legit: Sophia iugulavit filios suos: ex Ecclesiastico vero c. 4. vers. 12. hæc: Sapientia filiis suis vitam inspirat. Ad quæ quidem iam observauimus, nihil inter illa dissidi interuenire, cum ad vitam in Eucharistiæ percipiendam; mortem carnalis vitæ, & pravorum affectuum precedere, necesse sit: non ente Gregorio Magno lib. 4. Dialogorum cap. 55. Necesse est, vt cum hac agimus nos metipos Deo in cordis contritione mactemus, quia ouī Passionis Domini mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis hostia erit Deo, cum nos metipos hostiam fecerimus: Modo autē prote nata diversitatē locutionis in utroque loco premissus: dum de morte spirituali à Mariæ filiis suis inferenda dicitur: iugulavit, præterito perfecto, vt aiunt grammatici, re videlicet ad extum perducta: de vita vero novi hominis, quā à coelesti Eucharistiæ cibo protestat em accipiunt filios Deifieri, Ioan. 1. vers. 12. non dicitur, inspiravit, vt de morte dixerat, iugulavit, sed notanter inspirat, presenti quidem tempore, quores tantum pro nunc exercita, & velut incepta indicatur. Quid? Minus ne ad vitam dandam, quam ad mortem inferendam valuit? more malorum Principi-

Prou. 9. vers. 2.

LX X.  
Tertull.  
Eccl. 4.  
vers. 12.Gregor.  
Magn.

D

E

Ioan n. 1.  
vers. 22.

pum,

# De salutari modo proficiebatur Euch. obveniente. 48

Plutarch.

Galat. 2.  
vers. 20.

X.

Richar.  
S. Laur.

Ephes. 2.  
ver. 21.

1. Pet. 2.  
ver. 5.

pum, qui sapientes, & potentes sunt, ut faciant malum, bonum autem facere nescierunt: Ierem. 4. ver. 22. vti in Philippi contumeliam egregiam urbē Olymthum delentem dixit apud Plutarchū lib. de non trascendo quidam: At conderre ille urbe tantam non valuit: Minime quidem: sed diverso loquendi modo: quid de morte affectibus inferenda; quid de vita percipiendā ab Eucharistia cogitandum eset de industria expressit: nimis cum dixit: *Sophia iugularit filios suos: omnino indicavit, perfectam affectuum abnegationem, & carnalis vitę mortificationem, quin veteris hominis vestigium remaneat;* vt dicere possit: *Vivo autem: iam non ego:* ad Galat. 2. vers. 20. Cum vero de vita spirituali dictum est, *vitam inspirat:* signatē dicere voluit, Mariam laetimaternae pietatis parvulos suos pacētem, perfectā quidem affectibus carnalibus necem inferre; vitam vero non uno velut haustu illis ebibendam dare, sed paulatim, & certis incrementis inspirare, rationabili Eucharistiæ lacte ipsos nutriendis, donec Christus plenius formetur in eis, & grandescat usque in vitum perfectum.

Cum præfata vero hanc imagine sensum habet communem illa satis diffiniens; quā Virgo cum terra firma, & stabili supra quā spiritualis domus ædificium istud construere, & in altū erigere debeat, ita componitur à Richardo à S. Laurentio lib. 8. de laudib. Virginis hunc in modum. *Maria terra, quia omne ædificium in terra fundatur, sic quid quid Boni facere volumus in ipsa fundare debemus.* Etenim quemadmodum materialis domus ædificatio non subito, aut uno die, sed paulatim, & lapide super lapidem posito consurgit; ita & spiritualis ædificij fabrica in Mariā fundata non subitis incrementis, sed debitissimatis ad normam spiritus, & ad leges disciplinæ consurgit: sic enim dixit Apostolus. *In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, ad Ephes. 2. ver. 21. & Petrus 1. epistol. 2. ver. 5. Et ipsi tanquam lapides cui superedificantur domus spiritualis. Virget vero aucto censu hanc terræ imaginem Regius Vates ex interpretatione Cardinalis Hugonis Psal-*

84. vers. 13. dum illam, eandem cū fructibus tempestris de quibus dicitur opportunè facit. Terra (inquit) nostra dabit fructum suum: in quaे verba Hugo: *Omne ædificium in terra fundatur, ita bona nostra omnia in ipsa Beatà Virgine fundare debemus.* Sed observa. Daviū signatē Mariam eatenū cum terra composuisse quatenus dat fructum suum; non quidem acerbum, aut ad speciem maturum, sed tempestive editum, & suis spatijs ad maturitatem perductū, primum sane in herba, deinde in flore tandem ab acerbitate ad maturitatem paulatim concoctim, vt adnotariōn. præcedent. num. 3. ex Tertulliano vidimus: Quibus illud tanquam Mariæ propriū adde ex Philippo Abbate, Mariam convivale ferculū esse, in quo nostri fructus, scū poma positi, alloqui crudi, & acerbi paulatim maturantur, atque inde suaves Dei palato, ei à Mariā in coelesti mensa apponuntur. Sub hoc quippe sensu ipse capit ferculū illud, quod fecit sibi Rex Salomō, Cant. 3. vers. 9. unde cum præmitisset. *Quem lectulum dixerant, dicunt, & ferculū, in quo multa Salomonis fercula deferuntur. & epulanti cibum, qui non perire, apponuntur.* Ferculū itaque Virgo est, per quam Deo inveniuntur Sanctorum animæ commendari, eiusque meritis, & precibus sublimari ad convivium sponsi: post nonnulla subiicit: *Qui ergo sylvestri prius amaritudine odiosi fuerunt suscepiti a ferculo sunt suscipientis merito gratiosi, & paulo ante: Etsi enim animæ Sanctorum varijs virtutibus insignitæ, & instar epularum conditæ sint multimodo sapore gratiarum, longè tamen à convivio Salomonis iacent, tanquam penitus desituta: si non Virginis interventu velut menja offertoria sint adiutæ.* Hæc Philippus. Sed de his alibi.

Psal. 84.  
vers. 13.  
Hugo  
Card.

Cantic. 3.  
vers. 9.  
Philipp.  
Abb.



## DISSESTITO IV.

DE RERVM HUMANARVM  
contemptu, quem Eucharistia in ani-  
mum inducit.

*DIVINA EVCHARISTIA ACCEPTA FIDELI  
anima& oblivionem rerum sacerularium  
inducit.*

## ADNOTATIO I.

I.  
Chrysost.

GREGIE De accepta Eucharistiâ philosophabatur, & exclamabat., Chrysostomus homil. 61. ad Populum , hunc in modum: Quotquot igitur huius participes corporis efficiuntur, quotquot sanguinem degustamus , cogitemus, quod illum sursum sedentem , qui ab Angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti, hunc degustamus. Hei mihi! quot ad salutem nobis viæ? Nos corpus suum effecit: nobis suum communicavit corpus; & horum nos nihil à malis avertit. O tenebras! Et profunditatem magnam! O indolentiam! Quæ sursum sunt ( inquit) lapite: ubi Christus est in dexterâ Dei sedens. Et post hæc omnia quidam pecuniarum curam gerunt , quidam gloriam ambiunt, quidam ab alijs capiuntur cupiditatibus: Hæc Chrysostomus: omnino adstruens , fidelem animam ad sa-

crum convivium, & felicissimum con-nubium Christi in Eucharistiâ evocatam cattissimisque eius amplexis fruentem, adeò toto animi impetu, & affectu ipsi occurtere debere, vt contemnat quidquid oculis appetet , & nudâ mente eius amore satietur , quin memor sit dolorum sæculi per labia sua, sed ipsa profunda obliuione obruat: cœlestibus & supernis curis solum intenta: Quid enim magis absurdum? quid à ratione, & à verâ mysterij Eucharistiæ fide, & cognitione magis alienū? quam hominem Deo ipso fruentem, & tantum apud se thesaurum possidente næclarum sæculi reminisci? & pecuniarum curam gerere, gloriam ambire, & ab alijs cupiditatibus capi? O tenebras! & profunditatem magnam! O indolentiam! Kem quidem, & mysterij magnitudinem omnino percallebant primiti illi fideles ad Christi fidem ex Idolorum cultu trâslati, & Eucharistiam de-gustan-

gratante, ut hæc verba PP. exponant, vt alibi vidimus, de quibus Propheta Osee cap. 14. vers. 9. cum dixisset: Converterentur sedentes in umbrâ eius, vivent tritico, & germinabunt, quasi vinea; memoriale eius sicut vinum Libani: inducit eos statim magnâ cum emphasi dicentes. Ephraim quid mihi ultra idola? ut dixerint. Quid mihi & idolis saeculi? Quid mihi verum Bonum adepto falsæ mundi res, quibus insana hominum ambitio premium fecit, ultra imponat, & oculorum aciem prestringant? Quid mihi Mercurij negotiatio? Iovis ambitio? Veneris delitia & vterius blandiantur: Non congregabo conuenticula eorum desanguinibus; nec memor ero nominis eorum per labia mea. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: Tu es, qui restis hereditatem meam mihi: Psalm. 15. vers. 5. Opportunissime in hanc sententiam dicente Leone Magno ser. 12. de Quadrages. Habet ergo populus Dei spirituales epulas, castaque delitiae quas salubriter expetit, & laudabiliter concupiscit quoniam laudante, & dicente Propheta: Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Quisquis dulcedinem iustitiae, & misericordie Dei, quibus omnis providentia eius dispensatur, gustu cordis attigerit. & nullo unquam minuenda fastidio experimenta supernorum hauserit gaudiorum, corruptibilia, & temporalia bona eternorum admiratione despiciet, & in illo igne, quem Dei accendit charitas concalcescat, ut algore in fervorem conuerso, & in lucem nocte mutata uno opere in animis fidelium Spiritus Sanctus, & tenebras abigat, & peccata consumat. Hæc Leo: Pende illa: Corruptibilia, & temporalia bona eternorum admiratione despiciet in lucem nocte mutata: ut mentis tenebris, quas accusabat Chrysostomus, abiectis, Eucharistiæ dulcedine gustata fidelis anima saecularia bona omnino contemnat, tantum non dicens. Quid mihi ultra idola?

Psalm. 15.  
vers. 5.

Leo Ma-  
gnus.

II.  
Exod. 12.  
vers. 6.

Quo mire facit tempus maestando Agno, qui Eucharistiam designabat, destinatum: Quarta videlicet decima die Lunæ, sic enim Exod. 12. vers. 6. Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum unus versus multitudo filiorum Israel ad vesperam: Notanter quidem in plenilunio:

quando Luna à Sole omnino illustrata nobis apparet: & ab eo temporis primum incipit decrescere: ut documentum nobis fuerit, Ab Agnè manducazione, sive Eucharistia sumptione; cum vide licet in ea Solis iustitia rauis splendens nos illustrant: Lunæ id est saecularium terrenæ lucem in nobis decrescere debere, in veram lucem noctem mutatam, ut dicebat Leo: Quam cogitationem, ut optimè aptavit S. Cyrillus Alexandrin. lib. 2. Glaphyrorum in Exodus Idolorum destructione ab Eucharistia; ut suo loco vidimus; ita etiam saecularium Idolorum vanitati in nobis ab

A dius nos illustrant: Lunæ id est saecularium terrenæ lucem in nobis decrescere debere, in veram lucem noctem mutatam, ut dicebat Leo: Quam cogitationem, ut optimè aptavit S. Cyrillus Alexandrin. lib. 2. Glaphyrorum in Exodus Idolorum destructione ab Eucharistia;

B B Eucharistie acceptione minuenda opportune accommodabis: Sic enim dicebat Cytillus: Admiraberis autem rursus etiam aliud in hoc loco mysterium. Nam Agnus maestatur in decimo quartomensi, cum Lunaris circulus habet suam plenitudinem, & quasi spuria luce orbem illuminat: incipient vero iam paulatim decrescere; ac veluti ex necessitate honorem, & gratiam, quæ ipsi in eis, contrahente. Hæc ille: Et quidem ostendit illud: Quasi spuria luce orbem illuminat: quippe spuria lux, hoc est falsa, & adulterina; & quod spuriorum character est, incerto fonte seu patre nata, mortalium oculos, & animos omnino occidat, dicente Paulo 2. ad Corinth. 4. vers. 4. In quibus Deus habens

Cyrill A-  
lex.

seculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Quare, accepta splendidiore illustratione gloriæ Christi, qui est imago Dei in Eucharistiæ, incipit Lunaris circulus decrescere: spuria luce in veram mutatam, quæ falsum splendorem bonorum saeculi veluti ex necessitate contrahit, denique divinum amorem cordibus immittit: sapienter monente Chrysostomo homili. in Genes. Non est possibile, ut qui solida, & immobilia bona emant, momentanea hæc, & que ante aquam apparet, marcescant, concupiscant: nam fructus amore divino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt presentium statum, & videt, quod omnis presentis vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt. Hæc Chrysostomus. Ut hinc dildiceris, quæ germana, & fructuosa Eucharistiæ perceptio fuerit: incipiens

D D 2. Cor. 4.  
vers. 4.

C

Chrysost.

seculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Quare, accepta splendidiore illustratione gloriæ Christi, qui est imago Dei in Eucharistiæ, incipit Lunaris circulus decrescere: spuria luce in veram mutatam, quæ falsum splendorem bonorum saeculi veluti ex necessitate contrahit, denique divinum amorem cordibus immittit: sapienter monente Chrysostomo homili. in Genes. Non est possibile, ut qui solida, & immobilia bona emant, momentanea hæc, & que ante aquam apparet, marcescant, concupiscant: nam fructus amore divino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt presentium statum, & videt, quod omnis presentis vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt. Hæc Chrysostomus. Ut hinc dildiceris, quæ germana, & fructuosa Eucharistiæ perceptio fuerit: incipiens

D

Chrysost.

E

Chrysost.

seculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Quare, accepta splendidiore illustratione gloriæ Christi, qui est imago Dei in Eucharistiæ, incipit Lunaris circulus decrescere: spuria luce in veram mutatam, quæ falsum splendorem bonorum saeculi veluti ex necessitate contrahit, denique divinum amorem cordibus immittit: sapienter monente Chrysostomo homili. in Genes. Non est possibile, ut qui solida, & immobilia bona emant, momentanea hæc, & que ante aquam apparet, marcescant, concupiscant: nam fructus amore divino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt presentium statum, & videt, quod omnis presentis vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt. Hæc Chrysostomus. Ut hinc dildiceris, quæ germana, & fructuosa Eucharistiæ perceptio fuerit: incipiens

E

Chrysost.

seculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Quare, accepta splendidiore illustratione gloriæ Christi, qui est imago Dei in Eucharistiæ, incipit Lunaris circulus decrescere: spuria luce in veram mutatam, quæ falsum splendorem bonorum saeculi veluti ex necessitate contrahit, denique divinum amorem cordibus immittit: sapienter monente Chrysostomo homili. in Genes. Non est possibile, ut qui solida, & immobilia bona emant, momentanea hæc, & que ante aquam apparet, marcescant, concupiscant: nam fructus amore divino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt presentium statum, & videt, quod omnis presentis vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt. Hæc Chrysostomus. Ut hinc dildiceris, quæ germana, & fructuosa Eucharistiæ perceptio fuerit: incipiens

E

Chrysost.

seculi excusat mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei. Quare, accepta splendidiore illustratione gloriæ Christi, qui est imago Dei in Eucharistiæ, incipit Lunaris circulus decrescere: spuria luce in veram mutatam, quæ falsum splendorem bonorum saeculi veluti ex necessitate contrahit, denique divinum amorem cordibus immittit: sapienter monente Chrysostomo homili. in Genes. Non est possibile, ut qui solida, & immobilia bona emant, momentanea hæc, & que ante aquam apparet, marcescant, concupiscant: nam fructus amore divino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt presentium statum, & videt, quod omnis presentis vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt. Hæc Chrysostomus. Ut hinc dildiceris, quæ germana, & fructuosa Eucharistiæ perceptio fuerit: incipiens

nimirū in nobis paulatim spuriā luce;  
& temporalium rerum amore decreta  
cetera.

**III.** Sed in prefatis verbis Osee de Eucha  
ristia observa illa: *Conuertentur seden  
tes in umbra eius, quæ nō modo sensum  
communem habent, sed eadem prori  
tate, & sensu, & vocibus sunt cum illis*

*Sponsæ sub Eucharistiæ umbra sedētis,*

*Cantic. 2. Cant. 2. v. 3. vt exponunt PP. Theodor.*

*Rupertus, Aponius, & Bernard. ser. 48.*

*Theod. in Cant. Sub umbra illius, quæ desidera  
veram sedē, & fructus eius dulcis gutturi*

*meo: Ad quæ verba oportet in memo  
riam revocare, quæ diximus in superiori  
ribus, dū de sanctissimâ Eucharistiâ re  
frigerante, protegenteque sumētis car  
nē, & à pravo concupiscentiarum aestu*

*Plinius, illâ obumbrante egimus; adductis Plini  
j verbis lib. 17. c. 12. de umbra cog  
nitione. Non fastidienda hæc quoquescri  
tia; atque non in ultimis ponenda, quando  
quibusque satiis umbra, aut nutrix, aut no  
verca est: Nimirum Christi Domini um  
bra, sive corpus animæ omnino saluta  
rē, atque nutricē esse; secus quidem ac  
Adç, siue carnis ab eo corruptę umbra,  
quæ lethalis, & exitio vicina dulcedo  
est, hæc videlicet carnē inflammāt, illa  
corpus refrigerante: Quod eodē pœne  
ductu eo referimus, vt & quæadmodū  
umbra arboris Adæ, siue saceruli somnū  
& saporē hominibus affert, quo rerum  
spiritualiū obliiti in bonis terrenis con  
quiescunt: ita Eucharistiæ umbra, siue  
celestis arboris fructus salutarē somnū,  
imò vitalē saporem animæ iniiciat, de  
quo vere dixeris: *Si dormit, salvis erit,*  
quippe qui oblivionē afferat sacerulariū  
curarum, & mundi, & quorūcumque  
in mundo sunt, de quibus inquit Ioan.*

*I. Ioan. 2. vers. 16. 1. ep. 2. v. 16. Omne quod est in mundo, co  
cupiscentia carnis est cōcupiscentia oculo  
rum, & superbia vitæ: pulchritudine in hanc rē*

*Cyprian. Cypriano ser. de cœna Domini, in hunc  
modum differente: Hæc ebrietas non ac  
cendit sed extinguit peccatum: in hoc vino*

*non est luxuria, nec mouetur ad ludum post  
hunc potum lasciviam via: cum soperierit oblio  
cuncta carnis ludibria mira sunt quæ sen  
tit, magna quæ videt: Hæc Cyprian. ob  
serva illud. Cum soperierit oblio cuncta*

*carnis ludibria; alto quidem Eucharistiæ  
sopore anima immersa à quo profunda  
sacerularium rerum oblio: Quem om*

nino sensum præfatis Sponsæ verbis

fixit Gillebertus ser. 1. in Cant. vbi eum

nocte per quā sponsa quæbus Domini

dicitur, hunc in modū illustrasset. *Bona*

*nox, quæ prudēti obliuione dissimulat om  
nia temporalia, ad illū, qui aeternus est, que  
rendum tempus expediens, & explicans*

*occasions, quæ mundi concupiscentiā abs  
condit, curam, & cogitatum. &c. Hanc*

*absconditionē, hoc secretum, has latebras, qui*

*bis mundani diei declinamus, vel amore,*

*vel imaginationē, quibus humanum diem,*

*aut ablatū non repetimus, vel oblatum re  
puimus, noctis nomine appellari ab spon  
sa crediderim: umbram, de qua Sponsa,*

*sic explicat. Denique in superioribus dicit*

*A sub umbra eius, quem desideraveram*

*sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

*Fructus iste sua viter pascit, si tamen prius*

*umbra protexerit. Bona umbra, quæ car  
nis prudentiam obscurat, concupiscentiam*

*refrigerat. Hæc Gillebertus.*

*B Verum quia Plinius bonam arbo  
rum umbram nutritiæ appellavit, quod*

*salutaris, & benefica sit: vide vt Cle*

*C mēns Alexandrinus Eucharistiam mā  
millani summi Patris appellans à qua*

*salutem, & vitam & cuncta bona su  
gamus, ei signatè attribuat tempora  
lium rerum oblivionem inducere, vt*

*ad illum qui aeternus est quærendum*

*totis nervis contendamus: ita enim il  
le lib. 1. Pedagogi cap. 6. his non seni*

*à nobis allatis verbis: Ipse qui est dilectus*

*& alter noster effudit pro nobis suum san  
guinem per quem, qui in Deum credidi*

*mus, ad mammillam Patris, quæ curarum*

*oblivionem inducit, nempe Verbum, con  
fugimus: ita ille: post quæ subiicit: Vére*

*beati, qui hanc lactant mammillam: Pul  
chrè. Vis videre, quam sint beati? Au*

*D di Psalm. 54. vers. 23. Iacta  
per Dominum curam tuam; & ipse te en  
triet: non dabit in aeternum fluctuationem*

*iusto: vbi notanter pro curam tuam: Alij*

*E legunt donum tuum. Alij projice super*

*Dominum, quod dedit tibi, usque in hunc*

*diem. Notantissime vero Rabbi Salo  
mon legit: Iacta super Dominum te ip  
sum: Etenim cū subiicit Vates: & ipse*

*te enurriet: videtur sensus esse de Eucha*

*ristiæ, Deoque nutriente; allusione fa  
cta ad infantē, qui ardēter, & cū impe*

*tu se proiicit super matris vbera: iā verò*

*in hac imagine obserua, & totā matris,*

*IV.*

*Clemens  
Alex.*

*P. al. 54.*

*vers. 23.*

nve nutricis curam, atque intentissimā solicitudinem in infantulo suo lactando; atque nutriēdo, & summā infantis de quācūque aliā re incuriā, & oblivionē, dū nihil aliud curare, nisi ne curet: vt māmillam matris teneat, & fugat, vt inde videris, quā sint *beati qui hanc clāstant māmillam Eucharistię*; quæ curarum oblivionem inducit: quippe dum anima fidelis iastat se super ipsam: si-  
mul omnes omnino curas; & quæ cū-  
que usque in hunc diem ipsi Deus de-  
dit, in eum proicit omnium temporalium rerum obliterata: bonà hāc nutrice,  
quæ infantes suos summa providentiā alit, & curat, eius bono indefinēter in-  
vigilante: vnde subdit Vates: *Non dabit  
in eternum fluctuationem iusto: quæ Apo-*  
*stolorum Princeps 1. epist. 5. v. 7. magis  
vers. 7.* expressit, inquiens: *Omnem solicitudinē  
vestram proīcientes in eum quoniam ipsi  
est cura de vobis. Quod quidem quicunq;  
que ad sacram Altare accedit fibi om-  
nino dictum, persuasum habere debet.*

V.  
Ergo de Sponsa sub umbra arboris  
vitæ sedente, & eius fructum gustante  
nō importunè dixeris (quod Proverbio  
cessit) *Lotum gustavit*. Adagium de ijs  
dictum, qui diutius in peregrinā regio-  
ne inhārent, oblii reditus in patriam:  
sumptum à fabula Lotophagorum, de  
quibus menūnit Homerus lib. 9. nar-  
rans, quemadmodum Ulyssis socij gusta-  
tā apud Lotophagos populos herbā lo-  
to, redire ad navim noluerint, nisi ver-  
beribus adacti: ita enim Homerus.

*Verum illis Lotum degustandam exhibuere.*

*Ast horum quisquis Loti gustarat ami-  
cum.*

*Etsuavem fructum, neque nuntia proti-  
nus illi*

*Vllaremittere cura, nec ipse redire studebat  
Verum inibi cum Lotopagis remanere  
volebat.*

*Obliti reditus carpturi germina Loti.*

*Quibusfauet Plinius lib. 13. inquiens.*

*Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam gen-  
ti, terrae que dederit nimis hospitali ad ve-  
narum oblivione patræ. Ita quidem ei,  
qui dignè ad Eucharistiam accedit eue-  
nire novimus; vt cibi dulcedine ille-  
ctus temporalium rerum obliviscatur:*

*Vnde fursum præfato loco Gilleber-  
tus ad præfata Sponsæ verba. In umbrâ*

*rerum visibilium oblivionem accipe. Quis  
mihi dabit, sic ad vesperasceret? vt rerum  
temporalium memoria oblivionis huic  
vergat in vesperam. Sed quis nam tantā  
fructus divini suavitate potitus, amara  
non fastidiat mundi, carnis, & dæmo-  
nis pocula? Sic præfato loco Cyprianus  
ad finem sermonis inquit. *Hæc Ue gra* Cyprian:  
*tiam recolens, qui de sacro calice bibit, am-  
plius sitit, & ad Deum vituperatē de-  
siderium, ita singulari fame uno illo appre-  
titu tenetur, vt deinceps fellea peccato-  
rum horreat pocula, & omnis fabor dele-  
Etamentorum carnalium sit ei, quasi ran-  
cidum radēque palatum acutæ mordac-  
tatis acetum. Hæc Cyprianus. Vides, vt  
anima fidelis, quæ ad Eucharistiam ac-  
cessit, gustavit Lotum temporalium re-  
rum, & incolatus huius mundi impa-  
tiens, & tanquam advena, & peregrina  
oblita redditus iam non interrà, sed  
in cœlis conuersationem, & municipa-  
tum habeat?**

*His omnino proxima est mystica  
illa, & purissima ebrietas à Vate tan-  
ropere celebrata, & commendata, cū  
Psalm. 22. vers. 5. inquit: *Parasti in con-  
spectu meo mensam aduersus eos, qui tribu-  
lant me, &c. Et calix meus inebrians, quæ  
præclarus est!* Sive vt Ambrosius in Psal.  
35. legit: *Poculum illud inebrians, quam  
validum est!* Quæ verba de castissimâ  
ebrietate à quā fideles in Eucharistia fa-  
nam mentis alienationem, & secula-  
rium terum oblivionem capiunt, fre-  
quens PP. expositio accipit, vt sèpius  
vidimus: Sed eam penitulatius modo  
expendere erit operæ pretium: Quare  
prius observa, & disce à Chrysostomo,  
qui tandem illi hostes, quî nos tribulat  
sint, sic enim ille ad hæc verba: *Qui  
sunt qui nos tribulant? suggestiones inimi-  
ci: cupiditates, delectationes, facili hono-  
res: Mirum sanè cum his hostibus præ-  
lium, atque conflictus; sed multo qui-  
dem acrius, atque periculosius, quam  
cum armata phalange: Ergo aduersus  
illos, quam validum, & forte poculum  
est, quod fidelem animam inebrat;  
& non modo fastidium, sed profun-  
dam eorum oblivionem inducit, sic id  
affirmante Cypriano præfato ser. de cœ-  
nâ Domini, post medium. Quæ præclarus  
est calix iste! quam religiosa est huius potus  
ebrietas! per quam excedimus Deo, &**

VI.  
Psal. 122.  
vers. 5.

Cyprian.

quæ retro sunt oblii ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi. Hæc ille: & quidem appositi: illa quæ retro sunt oblii: & hæc non habentes sensum huius mundi; præualente scilicet Dei, & divinarum rerum memoria, & sensu, atque expulsâ ab eo bonorum seculari recordatione, & gusto: Quod ipse met Cyprianus epist. 63. ita diffundit. Sed quia ebrietas Dominicæ calicis non est talis, qualis ebrietas vini secularis, cum diceret Spiritus Sanctus in Psalmo: Calix tuus inebrians addidit, quam per optimus: Quod scilicet calix Domini sic bibentes inebriet, ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritualem Sapientiam redigat; ut à sapore isto seculari ad intellectum Dei unusquisque resipiscat, & quemadmodum vino isto communis mens solvit, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur; ita epoto sanguine Domini, & poculo salutari exponatur memoria reteris hominis, & fiat oblivio conuersationis pristinæ secularis. Hæc & alia Cyprianus ibi. Quæ sic verstrinxit Augustin. in id Psalmi. Et poculum tuū obliuionem præstis priorum vanarum delectationum, quam præclarum est! quam salutare, quam vivificum; quod veteris hominis, & exitialis conuersationis sæculi memoriam obliteratam reddit.

VII.

At quæ huius cogitationis vim, & censem augeras: si observes cum Basilio, & Theodoreto inscholijs, seu notis adhæc verba notanter dixisse Vatē, positam sibi mensam ad versus eos, qui tribulant me: ut perinde fuerit adversus eos, ac ex adverso, & in conspectu eorum, quo ipsi magis disrūpantur; quod qui illis olim inserviebat, tantam fuerit assecutus mutationē, ut iplos omnino despiciat, & contempsit habeat: Audi Basiliū: Notū est, quæ ebrietas sit illa, mētem confirmans, noui dissolvens. Quæ mystica alimonia, quæ pastor nobis proponit. Hæc, inquit, bona nati sumus, ut inimici nostri facti sint elanguidi; quoniam, qui olim fierierunt tantam adepti sunt mutationem, ut illi inde nihil utilitatis reportent. Sic Basilius: Puichre illud, ut inimici nostri facti sint elanguidi: ab Eucharistiæ scilicet: è regione videlicet illius mensæ, posita mensa sæcularium bonorum, voluptatum, deliciarum, divitiarum, & sæculi honorum: Nimirum cù-

Basilius.

A

ta hæc, dum inter illa, & celestem Eucharistiæ n. ensam comparatio instituitur; adeò animæ gustanti illam videntur, ut contemptui, ac ludibrio habentur: quasi ea omnia vana, & nullius pretij esse videantur; ac proinde omnem vim, & efficaciam ad movendum, sive potius illecebram ad decipiendum perdidint. Sic namque video mihi ratione in antem eum, qui à servitu te Idolorum sæculi ad Eucharistiæ mensam confugit. Mihi Eucharistia si esurio, alimento est; solatio, si affliger; si oppugnor, præsidio; medicamento si

B

egroto; scuto, si pugno; si vincere, corona; si triumphum ago, trophæo; si cursum conficio, vita æterna: Quid mihi vltra idola: inania, inutilia, imo & noxia? Quid omnino facit, quod de se ipso Christi cognitionem, & amorem natu, non semel dixit Paulus: sic namque primum ad Philippenses verbis illis à Philip. 3. Cypriano num. præced. adductis: Quæ retro sunt obliuiseens, ad anteriora exten-

C

dens me ipsum, cap. 3. vers. 13. Sed quæ his præmiserat quibus comparatione inter utraque bona adornavit obserua: sic enim v. 7. & seqq. Sed quæ mihi fuerit lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verum tamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentē scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitravit stercora, ut Christum lucifaciam: de

D

quorum verborum sensu, & spiritu adi (si libet) commentarios nostros, ut ego solum ex illis appingam hæc verba Basiliū hom. 11. quæ est in Psalm. 44. Christus Dominus est cœlestibus bonis plenus, qui autem promotus est ad diuinum amorem huius pulchritudinis, cetera omnia, quæ eatenus diligebantur, turpia esse considerant, & reprobant, unde ut videt Paulus hunc speciosum formam, & eum dilexit, omnia duxit, ut stercora, ut Christum lucifaceret: ita Basilius: Deinde vero idem Apollonus eodem metu ductus spiritu, & eodem imbutus sensu i. ad Corint. 13. vers. 11. dicebat: Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus: sapiebam ut parvulus: cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erat parvuli: ubi ex Græci verbi proprietate a recentioribus doctissimis persens ea verba, Evacuari quæ erant parvuli om-

Basilius.

E

Corint. 13. vers. 11.

ta hæc, dum inter illa, & celestem Eucharistiæ n. ensam comparatio instituitur; adeò animæ gustanti illam videntur, ut contemptui, ac ludibrio habentur: quasi ea omnia vana, & nullius pretij esse videantur; ac proinde omnem vim, & efficaciam ad movendum, sive potius illecebram ad decipiendum perdidint. Sic namque video mihi ratione in antem eum, qui à servitu te Idolorum sæculi ad Eucharistiæ mensam confugit. Mihi Eucharistia si esurio, alimento est; solatio, si affliger; si oppugnor, præsidio; medicamento si

*Grecia* le omino legeris inefficacia reddidi, co-  
den quo dicebat seneca Basilius, factio-

Junt e: anguidi sive imbellis: ut à Christi cognitione & multo magis ab eius co-  
munione, à quā lux vera mentibus aflu-  
get, ea quae ante ea videbantur lucra, &  
estimatione digna, turpia esse conspi-  
ciantur, & reieclitia.

VIII. Quare rursus observa Pauli verba,  
qua retro sunt oblitus scens, qua Cypri-  
nus in hac rem adducebat, inquiens de  
religiosa huius poculi ebrietate: Per  
quam excedimus Deo, & qua retro sunt  
oblii ad anteriora extendimur: dum sci-  
tē in illis expedit Philippus Abbas, Pau-  
lo iam vito in Christo factō adeo ineffi-  
cacia, atque clangida saeculi bona vi-  
deri, ut ipsa cum illo iustum certamen  
inire, & facie ad faciem pugnare, non  
auderent, sed ignoravē a tergo illum in-  
vaderent, atque insequerentur; & retro  
voce potius, quam armis decertarent;

Philip. Abb. Etenim Philipp. lib. 1. in Cantica cap.  
8. cum præmisset: In se ipso viator for-  
tis, quodammodo iam serenus ab incursum vi-  
torum, vel a consensu degeneri feliciter  
alienus, munitus patientiā certam velut fi-  
duciam sibi sumit, & de optato premio tā  
fiducialiter præsumit: subdit ad rem: Cui  
eris qua vis aduersa post tergum submurm-  
urant, & infestunt, et tamen in facie non  
resistunt efficaci protervia, dum oblitus,  
qua retro sunt concupiscent, & deficit in  
atria sola Dei: Hæc Philippus. Quod vi-  
aetetur ex presule Augustinus, cum se ip-  
sum ad Deum iam viriliter revertētēm  
a pristiniscupiditatibus saeculi, & veter-  
is hominis conuersatione vellicatum  
depingebat lib. 8. confession. cap. 11.

August. vbi præmitens. Retinebat me nūg & nu-  
garum; & vanitates vanitatum antiquæ  
amicæ meæ & succubiebant vestem meam  
carnem, & submurmurabant: Dimittis ne-  
nos? Et a momento isto non erimus tecum  
ultra in eternum? subiecibat. Et audie-  
bam eas non tanquam liberè contradicen-  
tes eudo in obriam sed veluti à dorso in-  
sistantes, & discedentem, quasi furtim vel-  
licantes, ut respicerem: Sic Augustinus.  
Sed vt ad Paulum redeam, qua retro  
sunt oblitis centem; nisi argutulus vide-  
rit timerem: libenter cum præfatis ver-  
bis componerem, qua ipse multo ante  
in epitol. posteriori ad Corinthios;  
quam anno etatis suæ 57. scripsisse do-

cet baronius, cum epitolam ad Philip-  
penes postea Romæ in vincula conie-  
ctus scripsit) de se ipso sic inquit cap.

12. vers. 7. Et ne magnitudo revelationū extollat me, datus est ministerius carnis meæ angelus Satanae, qui me colaphizet:

A Vbi dum aduersarium velut in moto  
gradū, & in faciem cum ipso pugna-  
tem vides: Ne extolleretur tanquam iu-  
venis (inquit Augustinus) colaphizaba-  
tur tanquam puer: Verum enim vero ip-  
so hanc ob causam obnoxie ad Deum in-  
mis precibus contendente, ut hic tam  
dirus conflictus ipso anniecte cessaret:  
responsum, sibi fuisse à Deo affirmat:

B Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in in-  
firmitate perficitur: ut cum gratia no-  
mine auxilium Dei Paulo affuturum  
meliores interpres intelligunt: cur  
non id ad Eucharistiā, in qua nobis op-  
portuna ad bene operādum auxilia da-  
ri solent reuocemus? Præsertim cum

ipsum et Paulus gratiam non sensel ap-  
pellavit in epist. ad Hebreos cap. 10.  
vers. 20. illis verbis. Quanto magis putat-  
is deteriora mereri supplicia, qui Filiū  
Dei conculcaverit, & sanguinem testame-  
ti pollutum duxerit, & spiritu gratiae cō-  
tumeliam fecerit? & c. 4. vers. 16. Adeā  
mus cum fiduciā ad thronum gratiae, de  
quo alibi. Ergo hinc argutè ratiocina-  
beris Paulum, qui antea cogitabat, ut  
parvulus sapiebat, ut parvulus, & colap-  
hizabatur tanquani puer, ab Euchari-  
stiā confirmatum ad eō inefficacia, &  
imbellia cuncta Satanae tela redidisse,  
ut iam subinde ille non in faciem, cum  
ipso pugnare, sed a tergo timide, & ig-  
naue intequi videretur.

C Sed iam tandem pro coronide hu-  
ius sanctæ ebrietatis, quam Calix Do-  
mini cum obliuione saeculi, & bonoru-  
eius in animos fidelium inimicitit, in  
memoriam revoca præclaram filii Le-  
vi, qui Sacerdotes Ecclesiæ Christianæ  
adumbrabant, benedictionem a Moysè

E impartitam Deuteronom. 33. vers. 9. his  
verbis: Quid dixit patris suo, & matris suo.  
Nescio vos, & fratribus suis ignoro vos,  
& nescierunt filios suos: Hi custodierunt  
eloquium tuum, & paculum tuum servave-  
runt. Iudicata tua à Iacob, & legem tuam,  
ò Israel: vbi lect. Hebr. in futuro, cum al-  
lusione ad Ecclesiæ Christianæ ha-  
bet: Docebunt iudicia tua Iacob, & legem Cald.

2. Cor. 12.  
vers. 7.

Aug. 2.

Heb. 10.  
vers. 20.

C cap. 4.  
vers. 16:

IX:

Deut. 33.  
vers. 9.

Lect. He-  
breæ, &  
Cald.

*tuam Israel: Caldæus itidem: Digni sunt isti, ut doceant iudicia tua Iacob, &c. quia si hinc sacerdotum Christi, nec non populi Christiani (in quo regale Sacerdotium est, 1. Petr. 2. vers. 9.) character, & effectus ab Eucharistiâ procedens sit, ut quæ retro sunt oblii, & in anteriora extensi præ fidei, & religionis observantia, nec patrem, nec matrem, nec charissima filiorum pignora agnoscât: opportunè id monentibus Chrysostomo ad præfata Psalmi verba, & Augustino: sic enim prior: *De isto calice bibit Ecclesia, & inebriavit Martyres, ut non agnosceret proximos carnis suæ nimo amore Christi, neque parentes filios, neque filij parentes. Inebriavit vino sanctitatis, non vino erroris. Non agnoverunt iuos, & sanguinem fuderunt. De mensâ illâ inebriati sunt, de quâ dictum est.* Accedens ad mēsimi Principis, considera ea, quæ apponuntur tibi, sciens quia talia te oportet præparare: Hæc Chrysostomus. Similiter Augustin. in Psalm. 35. inquiens. *In alio Psalmo dicitur: Calix tuus inebriâs, quam præclarus est! Hoc iam calice inebriati erant Martyres, quando ad Passionem euntes suos non agnoscabant. Quid tam ebrium, quam non cognoscere uxorem stentem, non filios, non parentes? Non agnoscabant, non eos ante oculos esse arbitrabâtur. Nolite mirari, ebrij erant. Videte, accepunt calicem, unde inebriatur: Ita Augustin. Quibus PP. addideris Franconæ Abbatem præfata filiorum Levi verba exprimentem lib. 10. de gratia Dei, tomo 12. Bibliotæ Veter. PP. part. 1. vbi cum dixisset. *Non est autem aliis calix calici Domini similis, qui sic bibentem divinâ, & inenarrabili iucunditate lœtitiat, ut omnem pristinâ doloris memoriam absorbeat: subdit. Non solum autem, sed & bibentem, ita sibi ingenitâ suavitate inebriat, ut in eum excessum mentis mittat; adeò ut patri, & matri, Nescio vos dicat, ut semetipsum sibi abneget, & quodammodo se ipsum nesciat.* Hæc ille, & alia ibi. Ut iam ex his omnibus videvis, quam iustè insecatetur Chrysostomus eos, qui post hec omnia quidam pecuniarum curam gerunt, quidam gloriam ambiunt, quidam ab alijs capiuntur cupiditatibus.**

(?)

EIVSDEM ARGVMENTI, CVM  
præcedenti adnotacione.

A CHRISTVM DOMINV M IN  
Eucharistiâ cornu nostrum à presenti  
sæculo eripere, & immacula-  
tum ab eo custodire.

## ADNOTATIO II.

B **V**T Homo ab Eucharistiâ vi, atque efficacitate deponat secundum pristinam conuersationem veterem hominē qui maculatâ tunica Adami indutus corrumpitur secundum desideria erroris, & induat novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: sic ab eodem cœlesti Sponso admonetur: *Pone me, ut signaculum super cor tuum, & ut signaculum super brachium tuum.* Cantic. 8. vers. 6. Quæ verba, ut à S. Thoma opusculo 58. de Eucharistia cap. 20. de corpore Christi in Eucharistia explicantur sensum communem habent, cum illis ciudem Domini cap. 6. vers. 27. *Operamini cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Hucenim Pater signavit Deus, nimirum, & de cibo Eucharistico accipiendo, & temporalibus bonis anteferrendo hanc sententiam cū Hilario explicandam esse, & ea verba: *hunc enim Pater signavit Deus ex verbi Græci proprietate, sic accipienda fore,* ut Christus Dominus in Eucharistiâ sigillivitatem habeat, quod cor nostrum obsignet; & suummet imaginem in eo imprimat: iā supra adstruximus. Ergo cū ait Sponius *Pone me, ut signaculum super cor tuum* duo omnino exigit alterum, vt per dilectionem in ipsum transformemur: *Indumentes novum hominem, qui secundum Deum creatus est* & in illi facti vitæ, quam tradidit Christus: alterum vt deponamus veterem hominē exuestes illum, cum moribus suis, vt nihil mundanum, aut terrenum deinceps in corde resideat: Ergo audi S. Thomam.

I.

Cant. 8.  
vers. 6.Ioan n. 6.  
vers. 27.Franco  
Abb.

E *vt per dilectionem in ipsum transformemur: Indumentes novum hominem, qui secundum Deum creatus est* & in illi facti vitæ, quam tradidit Christus: alterum vt deponamus veterem hominē exuestes illum, cum moribus suis, vt nihil mundanum, aut terrenum deinceps in corde resideat: Ergo audi S. Thomam.

S. Thom.

ita

Ita prius differentem. Pone me, ut sig-  
naculum super cor tuum: super cor tanquam  
super ceram calidam puram, & mollem,  
apram suscipere impressam imaginem. Su-  
per cor ergo calidum amore Dei, purum mun-  
ditiā sui, mollepietate proximicorpus Christi,  
ut sigillum ponitur, nō ut ipsum, quod  
immutable est in nos mutetur, sed nos in  
imaginem bonitatis eius transmutemur.  
Hæc de imagine Christi per dilectionem,  
& virtutes nobis impressas. Tho-  
mas. Pergit statim monens Christi cor-  
pus è corde nostro omnem sāculi, &  
secularium rerum amorem ejcere debe-  
re, ut iam non mundo, nec nobis ipsis,  
sed Domino viuamus: sic namque ait:  
*Magnitudo itaque virtutis, & dulcedi-  
nis Christi infusa exiguo, & humili cordi  
nostro vincit illud, & a se deficere faciens  
in illam conuertit, ut iam non mundanis  
hominibus, non nobis ipsis, sed Christo in  
voluntate sermone, bona conuersatione si-  
miles simus.* Psal. 118. Defecit in saluta-  
retuum anima mea: Hæc S. Thomas.

Gilleber.  
Psal. 72.  
vers. 26.

Nec minus opportunè Venerab. Gil-  
lebert. ser. 3. in Cant. similia Vatis ver-  
ba sic premens. *Tu virtus mea. Tu lumen  
sæculorum meorum. Tu mihi ipsum. Tu mi-  
hi totum.* Denique defecit caro mea, &  
cor meum: *Vt de reliquo in me, nec carna-  
lis affectus, nec cordis mei sensus respires,*  
sed sit Deus cordis mei, & pars mea  
Deus in æternum: *Si hanc partem perdi-  
dero, inanis, & vacua remanebo, quasi ter-  
ra sitiens, & quasi vas perditum:* Hæc ille.

II.

Eccl. 10.  
vers. 2.

Hieron.  
Gregor.  
Neoc.  
Paraphr.  
Caldæus.  
Lect. He-  
breæ.  
LXX.

Et verodum ipse in hanc senten-  
tiā inflectit hæc Davidis verba. *Defe-  
cit in salutare tuum anima mea,* mire ipsam illustrasse videtur: Pro quo obser-  
ua, quid de hominis corde fese indexteram, & in lœvam partem inflectente  
dixerit Ecclesiastes cap. 10. vers. 2. hūc  
in modum: *Cors sapientis in dexterâ eius,*  
& *cor stulti in sinistra eius.* Vbi tā LXX.  
quani Hebræi Codices habent. *Cors*  
*sapientis ad dexteram: & cor stulti ad sinis-  
tram.* Supple, vergit, propendet, incli-  
nat: Cum vero indextera virtutis, &  
spiritualia bona: in sinistrâ vero tempo-  
ralia, & terrena computentur, vt inibi  
Hieronym. & Gregorius Neocæsarien-  
sis, illis præunte Caldæo Paraphraste,  
monent; sensus Salomonis est in eo sa-  
pientem ab stulto discriminari, quod il-

A le animum suum amicitia Dei, & spiri-  
tualibus bonis addictum habeat: si stultus  
vero terrenis rebus inhibet, & illis obti-  
nēdis totus incumbat: Qui quidem sen-  
sus cum germatus, & expeditus sit, nō  
nihil difficultatis habere videtur ex  
imagine posituræ, sive situs cordis; quæ  
Salomon invertisse videtur. Nimirū  
humanum cor, præterquam quod in sa-  
piente, & in stulto eundem situm cor-  
poris habet, si eius naturam omnino  
expectes, non ad dexteram, sed ad lœ-  
vam vergit: ut & Anathomici often-  
dunt, & nos ipsi sentimus: & quidē Ga-  
lenus lib. de Anathom. viii. part. i. cap.  
i. dixerit inquit. *Cordis declinatio ali-  
quantula est ad sinistram partem, ut ampli-  
fiect locum hepatis, & lib. 7. de Anath. ad-  
minist. Motus cordis indicat, quasi in pâ-  
re sinistri potius collocatum sit: Quia ergo*

B *ratione eam in sapientis laudem meta-  
phoram usurpauit Salomon; quæ rerū  
naturis consentanea non est: Sed expe-  
ditissima ad manum solutio est: eamēt  
de causâ, quod naturaliter cor homi-  
nis ad sinistram partem propendeat; sa-  
pientis opus esse, illud in dexteram in-  
flectere: id est à naturali inclinatione in  
carnis opera, & saceruli bona illud avo-  
care; atque in Dei dilectionem, & rerū  
coelestium amorem detinere: mo-  
nente Paulo ad Rōm. 8. vers. 13. Si enim*

Galath.

Roman. 8  
vers. 13:

C *secundum carnem vixeritis, mortemini. Si  
autem spiritu facta carnis mortifica veri-  
tatis, uiuetis: ut dixerit: si naturalem cor-  
dis, & affectionum impetum sequamini-  
ni, morti eritis obnoxii: si autem ipsum  
compreseritis; naturali propensioni  
hominis, qui corruptitur vim afficien-  
tes, vitam obtinebitis æternā: Pro qua  
quidem cogitatione opportune fideiu-  
bet Hilarius ad verba Psalmi 118. vers.  
112 *Inclina vi cor meum ad facias in-  
stificationes tuas.* Duni ipse cum ex ori-  
ginibus legat, *declinavi*, quod verbum  
contrarium omnino est alteri, quod  
usurpavit Vulgata, & quod res ipsa pe-  
tit ad ostendendam propensionem cor-  
dis Davidis in Dei iustificationes: sic  
alterum verbum cum altero compo-  
nit, vt qui inclinat cor suum ad Dei  
obedientiam, declinare, & detinere  
simil debeat à naturali, seu origina-  
li carnis propensione, atque inclinatio-  
ne in terrenas affectiones: sic namque*

Psal. 118  
vers. 112

Hilarius:

Hilarius. Hilarius. Cor suum ipse declinat & ex natura humana peccatis in obedientiam Dei inficitur. Natura quidem, & origo carnis suæ eum detinebat sed voluntas, & religio cor eius ex eo in quo manebat originis virtus ad iustificationum opera declinat. Hæc ille satis ad rem.

III.  
Psal. 118  
vers. 81.  
S. Thom.

Iam ergo vide efficacitatem, & vim Christi in Eucharistiâ, quæ cum visigillum super cor ponitur, cor eum accipientis in dexteram bonorum spirituum inclinatur, & à naturali inclinazione in resterrenas declinâs, illud à se deficere facit: ut aiebat S. Thomas, optime in hanc rem verba Davidis affectes.

Defecit in salutare tuum anima mea: dum à propriâ affectione, & à te ipsa, & ab omni sæculi amore discedens in Dei salutare desfigitur: Vbi denuo pende tum Sponsi verba, quæ pro hac cogitatione afferebat S. Thomas: Pone me ut signaculum super cor tuum: tum ratione, quâ huius moniti ipse reddebat: Quia fortis est, ut mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. Nam sigilli iniago super cor, illud adeò obsignatum, & clavum fore portendit, ut nullus iam in ipso aditus adventitijs rebus, & sæcularibus bonis remaneat, omni ad illa rima præclusa: Ea quidem ratione, quod vehementis Christi dilectione, quâ in Eucharistiâ nobis exhibet, impatiens confortij sit; nec ullum velit secum amatorem habere:

Del Rio. vti pendit hæc verba P. Martinus del Rio sub persona Christi, inquiens: Hæc ergo legem amoris tibi fero, me vnum, ut cogites, me vnum, ut dictis, factisque colas. Poteris cum gratia mea si voles: voles autem exemplo, & amore meo incitata. Nam amor in te meus vehementissimus est, & planè adultus. Zelus, & æmulatio, quâ te mihi despontatam custodire illum, & intactam studio, tenacissimus, inflexibilis, & plane inexpugnabilis est: Quam in

Chrysost. rem opportunitissimus est Chrysostomus homil. 24. in epist. primam ad Corinth. vbi elucidans ea Pauli verba: Cælix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? cum præmississet. Cælicem benedictionis appellavit, quia cum præmanibus illum habeamus, cum admiratione, & horrore quodam inenarrabilis doni benedicentes, quod sanguinem effudit; ne

A in horrore permaneamus: addit: Neque tantum effudit, sed nos eius participes efficit. Eò id refert; ut tam vehementi Christi dilectione præventi ab amore rerum temporalium, & sæcularium bonorum abstineamus: sic namque subiicit. Quid hoc admirabilius? Die quo ego Quidam abilius? Hoc & amantes faciunt, cum amatores intuenter alienorum cupiditate alleatos, proprijs elargitis suadent, ut ab illis abstineant: sed amantes quidem in pecunijs, vestibus, possessionibus hoc ostendunt, in proprio sanguine nemo unquam: Christus autem in hoc curam, & vehementer in nos dilectionem ostendit. Hæc Chrysostomus. Vides ut Christus amore, & zelo dulcis corpus suum, & sanguinem nobis sumendum reliquerit, ut à bonis facili abstineamus.

B Fuerit vero ad hæc sensa firmando illustre Amos Vaticinium cap. 7. vers. 7. vbi Dominus Propheta stans super murum sic inducit: Ecce Dominus stas super murum litum, & in manu eius trullaclementarij, vbi LXX. Et in manu eius adamas: capientibus Hieronymo, & Cyrillo Alexand. ibi de Christo Domino, qui è de causa adamas dicatur, quod invictæ virtutis sit: quippe adamas tam longe est, ut emolliri possit, aut artificium ferramentis cedat, ut ipse potius illa non solum obtundat, sed etiam cōfringat: Sed si eius virtus, cuius & Augustinus, & Plinius meminere, pensiu-

C latius inspiciatur, opportuniorem præsenti instituto sensum nobis offert: affirmat enim uterque adamantem lapidi magneti ferrum ad se trahenti, & retinenti adeò obsistere, ut iuxta illum positus, aut vim attrahendi ipsi adimatur, aut iam attracto spoliet, veluti prædam à victoris manibus extorquēsita enim

Aug. 81.

D August. lib. 21 de civitate Dei, cap. 4. Quid enim de magnete legerim, dicā: Quando iuxta eum ponitur adamas, nō rapit ferrum, et si iam rapuerat, ut ei approximata verit, mox remittit: Et eodem ductu Plinius lib. 37. cap. 4. Adamas dissidet, cum magneti lapide in tantum; ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi, aut si admotus magnes apprehenderit, auferat. Sic ille: Hinc ergo Vatis sententiam sic institue: ut cum hominis animus magnes sit, qui sæculibona avide cōplectatur, ac tenaci manu retineat;

Plinius.

IV.  
Amos 7.  
vers. 7.

LXX.  
Hieron.  
Cyril. Alex.

LXX.

Christus in Eucharistia, ut invictæ virtutis auctor, in tantum cum sècularibus bonis dissideat, ut iuxta positus, aut non patiatur animum ad se illa attrahere, sive potius ab illis abstrahi; aut cum ei appropinquaverit, mox illa remittere, atq; sibi invisa habere cogatur. Cui sensu apposite cōcīnūtur, quæ sequuntur in Propheta: ita enim primū ibi, & demolientur exēla idoli, sive ut LXX. reddunt: & dissipabuntur a re risus, ut sit sentus, ex cella luxuli, sive idola, quæ reverā risu digna sunt, ab Eucharistia dissipari, & in derisum, & contemptū haberi, ut tiani deinceps homo ea non colat, sed despiciat, atque cōtemnat, imò irrideat, ut passim experimur: dum homines olim sècularibus bonis addicti, qui ut alibi a nobis adductus dicebat

M. Tull.

Tullius in orat. pro Sylla, ) tan to amore suas possessiones complexi tenebant, ut ab ijs membra divelli citius, aut distrahi posse dices, quam ut ead immitterent; ab afflictu tamen accipiendi Eucharistiam, animum ab eorum amore ita abducant, ut iam contempnui habeant; non secus ac Paulus, quidicebat: Prop ter quem omnia detimentum feci, & arbitror, ut stercore, ut Christum lucrifaciam. Philipp. 3. vers. 8. Deinde vero dum Dominus sitare dicitur, super murum litum, & Theodozion legit super murum tabescem, & proum ad ruinam, non abs redixerit; aereas illas turres, quas sibi sèculares illi fabricabant, non modo in altum non aslurgere, ut dicebat ille:

*Non cæptæ affurgunt turres.*

Cyprian.

Sed etiam in ruinam idari: opportune hæc omnia Cypriano in serm. de cœnâ Domini, sic firmante. Qui de sacro calice bibit, amplius sitit, & ad Deum vivū erigens desiderium, ita singulari fame uno illo appetitu satiatur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei, quasi rancidum, radē que palatum acutæ mordacitatis acetum: Sic Cyprianus.

V.  
Paulinus

Quo itidem retulit S. Paulinus epistol. 3. per allegoriam, botrum seu palmitem cū uva è terra præmissionis delatum: de quo Numeror. 13. vers. 24. dicitur. Pergentesque usque ad torrentem botri, abscederunt palmitem cum uva suà, quem portaverunt in vecte duo viri, ut

Christum significet, tum in cruce pro nobis suspensum: tum sanguinis sui dulcedine, quam nobis in Eucharistia propinat, nos allientem, ut eas latiatim humanas omnes delectationes abiciamus, & qui iā in ipso manemus, noxios mundi cibos alpernemur. Audi illum: Ut iam non vreda sarmenta, sed palmites fructuosi in eodem Domino, id est, vera vita maneamus, siue que nobis idem Dominus ad escam dulcis ille batrys, qui nobis in Cris tis vecte susensus, de terra re promissionis & fructum ostendit, & gustum dedit, ut iam non sectemur vilia inculti ruris gramine, interque etiam pestiferos botrorum lycenestrum racemos carpere periclitemur. Hec Paulinus, & quidē recte: inre enim prægustu dulcisimæ cœlestis escæ Eucharistiæ vilia inculti iuris mundani gramine, & venenatas labruscas contemnere debemus: ita quidem suo, & communicantium nomine dicebat Cyprianus serm. de cœna Domini, eleganter, & piè: Quam præclarus est calix iste! Quam religiosa huius pectus ebrietas! per quam excedimus Deo, & quæ retrostant oblitii ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed di vitis purpurati delicias contemnentes cruci hæremus, sanguinem jugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnerafigimus linguam, quod interiorius, exteriusque rubricati a sapientibus huius seculi iudicant amentes: Sic Cyprianus: Bene illud, non habentes sensum huius mundi; ab ipso scilicet, & a contaminata tunica exuti, purpuram, & delicias divitis avari contenimus, tanquam vilia inculti ruris gramine.

D

Sed iam obserua, quam prompto, & alaeri animo id executioni manda verit sponsa super cuius cor, corpus Christi, ut sigillum positum, & impresum fuit: Quare adi capit. 5. Cantico tum initium, quod totum ad Eucharistiam pertinet: sic enim ibi: Veni in hortum meum soror mea Sponsa, mesui myrrham meam, cum aromatibus meis: comedifavum (LXX. panem meum) cum mel meo: bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & inebriamini charissimi. Quæ verba ex Gregorio Nysseno, Ruperto, Philone, Psello, ibi & Ambro si lib. 5. de Sacramentis cap. 2. & 3. Paschal. lib. 1. de Sacr. corp. & sang. Christi, cap. 10. Ab Malone Abate fer. 17. de

Cyprian.

VI.

Cantic. 5.  
vers. 1.

¶ 2. & 3

Nyssenus

Rupertus

Philo.

Psellos

Ambrosi

Paschaj

Abalone

Nativitate de Eucharistiâ explicat P. Martin. Martinus Del Rio in hunc modum: *Hoc Del Rio. de Salvatoris carne mysterium confirmant LXX. qui panem verterunt propheticâ spiritu ( ut solent ) ad mysterium Sacramenti & sacrificij novæ legis respicientes. Mel neclaris spiritualis dulcedinis, quod ex hoc favo liquatur, effluitque. Vinum calix sa* A *lutaris pretiosi sanguinis Domini, &c. His vescituret iam, & fruitur ipse Deus acceptatione quâ adam in membris suis, cù fideles populi vescuntur, & fruuntur eâ, quâ pars est de votione, & puritate, & post pauca. Ipse ergo cibis, & cibâ largitor; ip se convivatur, & convira; invitans, & invitatus, invitans, non omnes, sed habentes vestem nuptialem charitatis, & ideo charitissimos, non seruos, sed amicos, non alienos, sed sodales, qui similes ei esse conatur: Hec ille: Nec minus ère nostra sunt verba, qua tunc tēporis sponsa ab sponsa coelesti adivisie, sic affirmat: Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi, soror mea, amica, colubâ mea immaculata mea.*

*Apoc. 3. cum illis eiusdem sponsi Christi Domini apud Ioannem Apocalypsi. 3. vers. 20. dicens. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse tecum: Etenim cum Eu* 2. Cor. 5. *charistia appelletur à Paulo cœna Christi vers. 14. Iti, 2. Corinth. 5. vers. 14. dum ibi pro*

*Lectio charitatis Christi urget nos: Græce habetur Græc. agapes, id est cœna, vt iam dudum monuisse me memini; & Christus in Sacramento sit, qui convivatur, & conviuia, invitans, & invitatus, perinde fuerit dicere, cœnabo cum illo, & ipse tecum: ac dixisse: comedite amici, & ineibriamini charissimi; itidemque ad ianuam sponsa pulsare, vt intret ad illam cœnaturn, utraque verba inter se componen-*

*Ambros. te Ambrot. lib. de Isaac, & anima, cap. 6. vbi adductis Cantorum verbis subiicit: Certe etiam hoc modo perfectionem virtutis sue indicat, quæ tantam Christi meruerit charitatem, ut ad eam veniat, & pulsat ianuam eius, & cœnet cum eadem anima, & ipsa cum eo; sicut in Apocalypsi dixit Ioannes. Ita Ambros. Iam vero quid ipsa post cœnam fecerit, audi.*

VII. *Expoliavi me ( inquit ) tunica mea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Plane ut dixe-*

rit, à corpore Christi super cor suū posito factum esse, vt ipsa à se defecerit, & nuncio sæculo, & sæcularibus rebus missio, sive veteris Adam tunica conta minata exuta, Christum induerit: ubi pende sacrarum litterarum divinam consonantiam, & quomodo hæc sponsa tunica respiciat illas pelliceas Adæ tunicas: necnō verba Thadæi, odientes, quæ carnis est maculatam tunicam: itidemque quod Apostolus non semel dixit expoliantes vos, Veterem hominem cum cibis suis, Collossen. 3. vers. 19. & ad Epîci. 4. vers. 24. Quare in primis obser vacum Ambrosio notâter hoc Eucharistiae convivium induci à Salomone paratum in horto: ( dixerat enim ibi sponsa veniat dilectus meus in hortum suum) vt allusio fieret ad primævam parentum nostrorum innocentiam, antequam contaminata peccati tunicam induerint, vt ab Eucharistia in illam reducamur. Etenim Ambrosius lib. 1. de Abel, & Cain, cap. 5. cum prius dixisset. Vis manducare? vis bibere? Veni ad cœnandum sapientia, quæ invitat omnes cù magna prædicatione dicens. Venite, & edite panes meos, & bibite vinum, quod miscui vobis: Delectant Cantica, quæ epulatorem demulcent? Audi hortantem, audi cantantem Ecclesiam: Manducate proximâ meâ, & bibite, & ineibriamini fratres mei: Nec verearis, ne in convivis Ecclesia, aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diversi potus, aut conviva nobiles desint, aut decentes ministri. Quid Christo nobilior? qui in convivio Ecclesia, & ministrat, & ministratur ei. Istius convivæ recumbentis annexe te lateri, acte Des coniunge: statim, cogitationem, quam persequimur adornans, subiicit: Nec fasti dias mensam, quam Christus elegit dicens: Introivi in hortum meum soror mea sponsa; vindemiavi myrrham, cù aromatibus meis, manducavi panem meum cum melle meo; & bibi vinum cum la

D *E* cte meo: In horto, hoc est, in paradiſo est cœnandum Ecclesia, vbi erat prius Adam, quam peccatum committeret. Ibi recumbebat Eva, priusquam culpam crearet, & pareret. Ibi manducabis panem, qui confirmat cor hominis. Haec tenus Ambrosius, vbi vides Eucharistiae mensam omnino respondere primo paradisi statui, quippe quæ innocentiam, & sanctitatem

Ambros.

Nyssen.

Ambros.

VIII.

Heb. Letio.

Lev. it. I. vers. 6.

Pagninus LXX.

tem hominis, qui secundum Deum creatus est: restituit. Nam ex his cape verba Sponsæ, expoliavi me tunica mæ, ex eodem Ambro. alibi; & ex Gregor. Nysseno inibi: sic enim hic hom. 11. in Canticæ: Fecit, quæ audivit, ut quæ exuerit pellice illam tunicæ, quam induit post peccatum, & à pedibus abluerit terrenas illas fôrdes, quibus erat involuta, ut quæ à vita, quam degerat in paradiſo reversa esset in terram; quoniam audivit. Terra es, & in terram reverteris: Hæc Nyssenus per gens iridem componere, cum his verbis ea Pauli: Exuentes veterem hominem cum actibus iuri: Similiter Ambrosius prefato libro de Isaac, & anima, c. 6. inquiens: Exuit tunica pelliceam, quam acceperant Adam, & Eva post culpam, tunicam corruptæ, tunicam passionum. Quo modo induam illam? Non requirit, ut induat, sed ita significat abieciat, ut iam indumento, sibi esse non possit. Hæc ille, ut iam videris, quam acre bellum gerat Eucharistia cum sæculo, & cum sæculi rebus: & quomodo ab illâ in pristinum innocètiae statum restituamur, qui tanquam oves perditæ in calice à bono pastore inventæ dicimur.

Sed ut hæc pleniū subsistant: atque ut perfecte cognoveris, quam tenaciter maculata sæculi tunica nobis hæreat; nec extrinsecus malum esle, sed quod in corde, ac in visceribus ipsis sedeat; ac proinde non perfunctoriæ, aut leviter, sed vehementiori studio, & armatâ manu cum sæculo, & cupiditatibus pugnare debere, qui Eucharistico cibo munimur: observa ibi Hebraum verbum pasat, quod respondet Latino, expoliari, quod omnino significat excoriare: ut Leviti 1. ver. 6. vbi dum hoc verbo dicitur, detracta pello hostiæ. Pagninus legit. Et excoriabit holocaustum, & similiter LXX. Decoriantes holocaustomata: vnde propriè legeris, excoriari met tunicæ mea, ut tanata videlicet vi, tanto nitu, & ardentissimo conatu Spôsa super cuius cor corpus Christi, ut ligillum positum fuerat veterem hominem, & maculatam tunicam exuerit: ut ipsammet pellem, & corium sibi detraxerit, & a locutione insinuans, creptam se Christi sanguine à præsentî sæculo nequam fuisse; & ad morem Helia, & Henoch perfectam

carnis immunitatem edociam, quin in ipsa veteris hominis vestigium pertineat; in quem sensu sapienter inservit Bernardus serm. 9. in Cantica præfatum Vetus præceptum de detrahenda pelle hostiæ: inquiens: De quibusdam dicitur: operti sunt iniquitate, & impietate suâ, ut non facile evoluere, & explicare ab illâ se poñint, & ut amplius dicâ, quasi cœte quadam sicut aliquis prava operi, & in voluti sunt consuetudine ritiorum, ut illam dediscere, & desuescere, non tam spoliari sit, quam excoriari: in cutis retinidium forte institutio legis continet, hostia pelle abstrahi: Hæc Bernardus observa illa, dediscere, & desuescere, ut qui Sponsam imitantur excoriantem sè tunicasuâ, immunitatem carnis ediscant, & desuescant homines è sæculo chie, & sæcularia cœctari. Acuto ferro (vt est in Proverbio) item dirimentes, & sete à sæculi potestate, & concupiscentiarum servitute vindicantes. Nec illis pro anima salutem, & libertatem grave sit excoriari tunica peccati, quâdo ipse metat Cœtilis Seneca grauius alicuius monebat, epis. 51. inquiens. Satis diu tâ Bay's litigavimus; nunquam jatis cù vitijs, quæ orate, mi Lucilli, persequere sine modo, sine fine: nam illis quoque, nec finis est, nec modus: & statim: Projice quæcumque cor et sullaniant, quasi alter extrahi nequorem; cor ipsum cum illis revellendum erat. Hæc Seneca satis ad rem. Quam quidem cogitationem pulcherrimus Leonis Imperatoris sensus opportune contrahit, homilia 9. ex noviter exercito per exemplari vbi egregium quendam Martyrem; qui à præféroci tyraño ferreis vnguisbus excarnificabatur, sic ad carnifices loquentem inducit. Extenuate carnis mollem, & quasi tunicam, quam peccatum crassam effecit. Abradatur his instrumentis malitia, quâ divino operi malignus nocuit. Nunc dum obsecrare nudantur tunica illa, quâ ab initio traduti eramus, nobis denuo preparetur. Nunc beata illa constitutio, & habitudo, quam per voluptatem amissimus, in hac, quæ vobis uidetur tormentorum acerbitate restituitur. Hæc Leo Imperator per opportunè, quæ sensum communem habent, cum Nysseni verbis initio præcedent. adnotatio. adductis quibus dolenter dicebat nos, ut ad

Bernard.

hæredes, cum tunicis illis pelliceis sæcularium tetrum; candidos amictus, & splendida indumenta infeliciter commutasse: coniuncte utraque inter se verba, & expende singula Leonis, & illa signata, dum ossa carne nudantur, tunica illa, quæ ab initio induit eramus, candidus scilicet amictus, & splendidum indumentum nobis preparetur: induit scilicet, novum hominem, quis secundum Deum creatus est.

IX.

Roman. 6  
vers. 12.Matt. 6.  
vers. 9.  
Hieron.  
Ambros.  
Chrysost.  
Nyssen.

S. Thom.

Concludamus aio corpus Christi, ut sigillum supra cor nostrum positum perinde esse, ac Christum regnare in cordibus nostris: sive regnum Dei intranoscere, & iuxta Dominicam orationem Aduenisse in nos regnum Dei,

dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore, ut obediamus concupiscentijs eius, ad Roman. 6. vers. 12. Nimirum ea Dominicæ orationis verba. Adueniat regnum tuum, Matthæi 6. vers. 9. Hieronymus ibi Ambrosius lib. 3. de Sacrament. cap. 4. Auctor oper. imperfect: in Matth. homil. 14. & Gregor. Nyssenus oration. 3. in oration. Dominicam, de regno Dei in cordibus iustorum sen su in superioribus explicato omnino accipiunt. Et Nyssenus quidem hæc in-

quit: Si igitur Regnum Dei super nos venire petiverimus, hæc vi verborum, Deum precamur. Corruptioni exemptus sum: à morte liberatus sum: sol vix à vinculis peccati: ne post hac regnet amplius in me mors ne amplius ad versus nos efficax sit malitia & vitiositas atque tyrannus, sed veniat super me regnum tuum, ut recedant, & removentur à me; in modo vero ad nihilum redigantur, quæ nunc imperium tenent, & regnant affectus: Hæc Nyssenus. Preme pro efficacitate corporis Christi in cor de nostro regnantis illud ad nihil redigantur, quæ nunc imperium tenent, & regnant affectus: ut quæ omnimodam ante tyrannidem in nos exercebant, & animum laniabant, quod nos indesinenter incendebant; hæc ab Eucharistia paulatim vincantur, donec tādem in nihilum redeant: Quare in memoria revoca expositionem, quæ verbis Spōsi: Pone me, ut signaculum super cor tuum: adhibebat S. Thomas, inquitens. Super cor tanquam super ceram calidam, ut videlicet magnitudo virtutis Christi illud liquefieri, ac deficere faceret. Pro

quæ imagine elucidaria pergit praefato loco Nyssenus, & quæ dixerat de affectibus ad nihilum redactis ex fumi, & cerae imaginibus, qua Vates Psalm. 67. Psal. 67. illis verbis usus est: Sicut deficit fumus vers. 2. deficient; sicut fluit cera à facie ignis, &c. Nyssen. hunc in modum confirmat. Ut enim deficit fumus ita deficient; & ut liquefacit cera coram igne ita peribunt. Neque enim fumus refusus in aerem signum aliquod suæ relinquunt naturæ, neque cera, quæ in igne fuit, amplius reperitur. sed & hæc cum flammam suo nutrimento aluerit, in vaporem, & aerem transfunditur, & fumus ad plenam abolitionem redigitur: ita si super nos regnum Dei venerit, omnia quæ nunc dominantur, & principatum tenent, ad nihilum redigentur. Non enim tenebra presentiam lucis sustinent: non morbus sanitatem veniente consistit: non vim suam affectus, & perturbationes exercent, impatibilitate, & horum malorum vacuitate presente, vana, atque desertamors est, è medio corruptio excessit, cum vita in nobis regnat, & incorruptibilitas imperium tenet. Hæc Nyssenus: Quibus omnino subscrabit Ambrosius lib. 3. de Virginibus ea verba Sponsæ de tunica iam exutâ; quomodo induam illam? sic optimè expendes: Vide anima Deo de vota quiddicat? Quomodo induam illam? Sic se actus corporis, & terrenos exuit mores, ut neficiat quomodo etiam si velit, rursus possit induere. Quomodo? At: hoc est, quæ verecundia? quo pudore? quæ postremo memoria? Consuetudo enim boni usum pravitatis reverti amicit: Ita Ambrosius: ut dixerit; ab igneo sigillo supra cordis ceram posito, ipsum à se defecit, & omnes sacerdoti affectiones, quæ in illud tenebant imperium, ita sicut fumus dissipatae, & tamen quam cera liquefactæ sunt: ut in oblivionem abierint: similia habet idem Ambros. Ier. 22. in Psalm. 118. quæ iam perse- quor. (!)

A

B

C

D

E

Ambros.

EVCHARISTIAM CVM BONIS  
saceruli pugnare.

ADNOTATIO III.

**B**ENE Quidem de animirationalis dignitate censembat Sene-  
ca epist. 74. affirmans. *Summum Bonum in animo constituamus.*  
*Obsolecit, si ab optimâ nostrâ parte ad pessi-  
ma transit. Non est summa felicitatis no-  
stra in carne ponenda. Et quidē recte: ma-  
xiniē si meū ineris tecū civē esē sancto-  
rum, & domesticum Dei cuius conuer-  
satio( vt inquit Paulus ad Philipp. 3. v.  
20.) sive vt legit Tertull. lib. de corona  
1. Pet. 2. *Militis, c. 13. Municipatus in cœli est,*  
aque hāc ratione monente Apostolo-  
rum Principe epist. 1. c. 2. v. 11. vt nos  
tanquam advenæ, & peregrinî huius  
mundi, vitæ spatiuni transfigamus: *Ob-  
secro (inquit) vos tanquam ad venas & pe-  
regrinos abstinere vos à carnalibus deside-  
rijs, quæ militant aduersus animā: quod  
nō minus accōmodatā imagine expli-  
cavit, & monuit Paul. ad Collos. 3. v. 9.  
vers. 9. inquiens. *Expoliantes vos veterē hominē  
cum actibus suis (Græcè moribus suis) &  
induentes novū, &c. vbi cum Græce, &  
Syriacè sit: exuentes, vt omnino respon-  
deat verbo, induentes, opportunè ratio-  
cinaberis (vt monui in superioribus) al-  
lusionē à Paulo factam ad tunicas illas  
pelliceas, quibus homo à paradise eie-  
ctus è civē, & municepe paradise, exsul  
illius, & civis mundi factus est, de qui-  
bus Moyses Genel. 3. v. 21. Fecitq; Deus  
Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & in-  
duit eos, & statim: *Et emisit eū Dominus  
Deus de paradise: hæc sic explicante  
Gregor. Nysseno oration. 5. de oratio-  
ne Dominicâ: Quasi enim vi rente in no-  
bis Adamo singulatim omnes homines  
quando pelliceas has tunicas circa natu-  
ram nostram videmus, & temporalia fo-  
liam materialis huius vitæ, quæ nudati pro-  
prijs, atque splendidis indumentis male  
nobis ipfis consumimus cum delitijs, glorijs,****

diarijs honoribus, & brevi duranti bus car-  
nis expletionibus diuinos amictus perni-  
tarimus, donec item afflicti nibus locū, ad  
quem incolendum condemnati sumus, in-  
tuemur. Hæc Nyssenus. Quo planè ref-  
pexit Thaddæus in suâ Canonica vers.

A 23. inquiens: *Odientes quæ carnis est ma-  
culatam tunicam: Quæ quidem tenum  
habent communem cum his locutio-  
nibus Petri epistol. 2. cap. 1. vers. 4. Fu-  
gientes eam, quæ in mundo est concupis-  
tia & corruptionem: & Iacobi cap. 4. vers.  
4. Immaculatum secundum ab hoc faciu-  
lo.*

B È ergo eunthæc omnia, vt exua-  
mus veterem hominem cum actibus,  
& moribus suis abnegantes impietatem,  
& secularia desideria sobre pīe, & inse-  
vivamus in hoc sacerulo, ad Titum 2. vers.  
12. vt videlicet in sacerulo extra saceru-  
lum simus, & in mundo extra mundū,  
dum advenæ, & peregrini facti abstine-  
mus à carnalibus, & secularibus deside-  
rijs delitarum, divitiarum, & hono-  
rum saceruli: Quod si attendis: notan-  
tissimè dicitur à Paulo redemptos, si-  
ve eruptos nos à Christo fuisse à præ-  
senti sacerulo: sicut enim ipse ad Galatz 2.  
1. vers. 4. Quid dedit semetipsum pro pecca-  
tis nostris, vt eriperet nos de præsenti sacerulo  
nequam: Quibus verbis Apostolus  
Christi Redemptionem, non cō-  
tantum refert, vt sanguine suo ad no-  
stra peccata expienda litaverit, sed  
etiam vt nos aeterno divinæ quadam vi,  
ac potestate erexerit, ac confirmave-  
rit, vt iam possim̄is à vitijs abstinere,

C & vitam integrè, castèque traducere,  
vtque ab hoc sacerulo nequam, verluto,  
ac fallaci, & maculata tunica induit se  
duci nos nequaquam patiamur: sic ca-  
piente hæc verba Hieronymo hunc in  
modum: *Atque ita non solum in futuro  
sacerulo iuxta promissam spem, quæ credi-  
mus, sed etiam hic de præsenti sacerulo nos  
liberarit, dum commortui Christo trans-  
figuratur in novitatem sensus, & non  
sumus de hoc mundo, à quo merito, nec ama-  
mur: Hæc Hieronymus, quæ optimè  
diffudit Cornelius inquiens. Sacerulo ne-  
quam est secularis, & carnalis vita, & con-  
uersatio, qualem agit, & quia in uitat hie  
mūdus, mundaniq; homines: qui huius tan-  
tum saceruli bona, opes, videlicet, hono-  
res, ac voluptates perferunt, & nefas au-*

Taddæus  
vers. 2. 3.  
2. Pet. 1.  
vers. 4.  
Iacob 4.  
vers. 4.

II.  
ad Tit. 2.  
vers. 1. 2.

Galat. 1.  
vers. 4.

Hieron.

E

Leo Ma-  
gno.

*cupantur: Hæc ille: Sed Leo Pontifex rem quasi acu tetigisse videtur, ser. 12. de Quadragesima, c. 2. Circumstant vnde dique pericula innumerabilium delictorum; & per lisitos vsus ad immoderatos transiuntur excessus, dum per curam salutis irrepit delectatio voluptatis, & non sufficit concupiscentia, quod potest satis esse naturæ. Hinc habendi amor nunquam satiandus exoritur: hinc cupiditas eminēdi, quæ vel stirpis & innexa, vel soboli, nunc prole habet superbiam, nunc parentem. Sic magnus Leo: Ecce tibi sæculum, adeo nequam, adeo malignum, adeo fallax, ut opus fuerit, Christum Filium Dei sanguinem suum fundere, ut ab eo nos eripatur.*

III.  
Apoc. 14.  
vers. 13.

*Qui quidē sensus subest his Ioan. verbis Apocal. 14. v. 13. de primitivæ Ecclesiæ fidelibus mundo, & sæcularibus desiderijs renunciantibus, & conuersatione in coelis habentibus (nam de ijs inibi sermonē esse invictis argumentis demonstrat P. Ludovicus del Alcazar, cui in expositione Apocalypsis merito fidem habeas) Qui empti sunt de terra: & rursum v. seq. His sequuntur Agnus quemque ierit. Hi empti sunt ex hominibus: a sæculari videlicet cōversatione, a sæculi fallacijs, & laqueis, a mundana rum rerum amore: ut iam alijs moribus, alijs legibus, sive etiam alijs sensibus, & alio iudicio vtentes, & mundanarum oblectatiōnū umbras diuitias, honores Principum gratiā, eaque omnia quibus insana hominū libido pretiū fecit, contemptui habeant: Nec Patris Alcazaris commentarius omittendus est: sic enim ille: Emerit hic non est solū propriū sanguinē in pretiū effudiſſe: hoc enim modo pro uniuersis hominibus Christus Iesus morte subiit. Emptionis ergo perfec̄tio in eo consistit, quod quis eam rē, quā emit, vel redimit, extrahit ab eius potestate, qui possidebat, & in suam vendicat ditionē: Primitiuos autem Christianos, & homines verē spirituales dicitur Christus rē, & proprieτer eripiſſe de terra; id est de terrenarum rerum cupiditate, de mundi subiectione: deque profanis ipsius legibus, eosque transtulisse in libertatem, & regnum Filij dilectionis suæ, atque hoc est, eos qui captivi tenebantur, a Christo fuisse in veram libertatem assertos. Hæc Alcazar, vt videlicet illudiam cum mūdo fodus,*

Alcazar

*ij qui redēpti sunt a Domino e facili potestate inceant, quod B. Bruno in allegorijs Gotfridi Tilmanij ad c. 31. Genesis Iacob cum Laban percusſe dicitur: ut nec mundus cum illis, nec illi, cum mundo commune aliquid habeant: ita enim dicebat Bruno: Ponamus fædus tuus Laban: ponamus hoc fædus cum mundi delicijs, & voluptatibus; ut neque ipsæ ad nos, neque nos ad illas ulterius revertamur. Sic Bruno.*

Bruno.

A

B

C

D

E

*Et vero dum à Ioanne homines perfecti sæculo omnino renunciātes empti de terra, & ex hominibus dicūtur: allusū videtur ad Pauli verba 1. Cor. 6. v. 20.*

1. Cor. 6.  
vers. 20.

*Empti estis pretio magno: magnā videlicet cum emphasi: quasi plus fuerit è sculi manibus, quam à diaboli potestate eripi: dixit quippe idem Apostolus, qui eripuit nos de potestate tenebrarū, ad Collois. 1. v. 13. quin adderet pretio magno. Nimirum, ut ita sit cōdem omnino in nostram captivitatem, atque pernitiem, & malum dæmonem, & sæculum nequam ire, ut simul ab utroque hoste ingenti Dei beneficio eripi dicatur: non dubiū quin nocētius sæculū, & ad vincendum, & ad captivandum nos aptius esse videatur. Quod vel inde coniice, quod absq; illius armis, & copijs diabolus imbecillis, atque inermis sit: nec aliter nobis, nisi eius telis instructus nocere soleat: ita id diffiniēte Saloinone eius rei satis perito in lib. Sapientiæ cap. 14. vers. 11. Creaturæ Dei in odiū factæ sunt, & in tentationem animalium hominum, & in muscipulam pedibus insipientium: nimirum et si diabolus instruendæ muscipulæ dexter artifex adsit, tamen nisi sæcularium delectatio nū esca adornandæ muscipulæ ad manum sit: frustra eius labor, & artes erūt, nam & pisces, & fera aliquas pe oblectante decipitur. Vnde Basilius honilia cui titulus.*

Collois. 1.  
ver. 13.

*Non esse adhærendum rebus sæcularibus, ubi cum dixisset: Per nostram insipientiam diabolus contra nos victoria molitur vias insidiose obsidere solet: in loca convallibus profundis interrupta, aut dumorum densitate obscuriora se abdit, ne à viatorib; prevideatur: ita ex inopinato illos adoritur, ne quicquā eius laqueos periculosos videre prius queat, quā in illos incidat: statim opportunè subiicit ut lese plus explicet: Videlicet mundana*

Basilius.

*rum*

rum oblectationum umbbris sese insinuans  
improuios nobis perditionis laqueos sub-  
sternit. Hæc Basilius: Vide; vt a modi-  
narum oblectationum umbbris, & a sæ-  
culo nequam arma, & vires ad nocen-  
dum nobis sumat inimicus?

V.  
Collos. 2.  
vers. 14.

Hinc quidem præfinae captiuitatis  
Adæ origo; hæc prima mali labes: hoc  
est Chirographum decreti, quod erat con-  
trarium nobis, Colosient. 2. ver. 14. A  
Redemptore nostro sanguine suo de-  
letum imò ræscisum: de quo multis in  
locis egimus; ostendentes, cautionem  
esse manu nostra conscriptam, quan-  
pro oblectatione pomí vetiti primus  
homo diabolo scripsit, sese illius servi-  
tuti addicens, ipse debitum cōtrahens  
vti explicabat S. Ephrem in confessione;

S. Ephr.  
Cyprian.

& reprehensione sui ipsius, inquiens. Hic  
namque mos solet inter vendentem, emen-  
temque servari, vt is, qui se cupit alieno do-  
mino mancipare, aliquid pretij pro iactu-  
ra propriæ libertatis. & addictione perpe-  
tuæ servitutis à suo consequatur emptore.  
Quod etiam inter Adam, atque serpentem  
manifestissimè videmus impletū: ille enim  
à serpente prerium libertatis sue eum in-  
terdicto arboris capiens, à naturali liber-  
tate discessit; illique maluit yem et ipsum  
perpetuā addicere servitute, à quo veti-  
ti pomí lethale pregium fuerat affec-  
tus: Sic Ephrem: Et generali oratione

Cyprianus de Symbolo, num. vltimo, §.  
12. disertè ait. Hinc ad versus nos pec-  
catorum chirographa scripta sunt, quia vt  
Prophetadicit: Peccatis nostris vendi-  
tis nus. Preium namque anime sue  
vnuquisque consequitur, cum concupis-  
centia satisficerit: Sic Cyprianus. Pro  
quo ipsemet Pauli verba, quibus ait à  
Domino erutos foie de potestate tene-  
brarum manifestè faciunt: nec enim ab  
solutè dixit: eripuit de potestate Prin-  
cipis tenebrarū; quasi ipse se solo, suis-  
que viribus, & armis nos subiecerit, &  
in suam potestatem manciparit: sed si-  
gnate de potestate tenebrarum, quas vide-  
licet ipse diabolus medijs umbbris mun-  
danarum oblectationi in nos offudit, vt  
virtutis splendore postposito sæcula  
res voluptates concupisceremus: vt ip-  
semet Apostolus sese enucleatus ex-  
plicauit ad Corint. 2. ver. 4. inquiens.  
In quibus Deus huius sæculi excavat  
mentes infidelium, vt nō fulgeat illis illu-

minatio Euangeli: Etenim, vt malus hic  
Deus sæculi nequato mentes infidelium  
excæcauit ne illis fulgeret illuminatio  
Euangeli: ita etiam sæculariū hominū  
mentes animosq[ue] ex cæcat, vt sæculi  
voluptates, & honores summi bocum  
esse patent; & vera virtutis bona nihil  
faciant dicente Saloniōne: Facinatio  
nugacitatis obscurat bona. & intenſantia  
concupiscentiae transvertit sensum. Sapiē-  
tia 4. ver. 12.

A

B

C

D

E

Sapien. 4.  
vers. 12.

VI.

Luc. 13.  
vers. 4.  
Matth. 18  
vers. 12.

Hilarius

Placet vero ex præfatis Ioannis ver-  
bis. Hi empti sunt de terra: Hi empti sunt  
ex hominibus, plusplus exp̄iriē redemp-  
tionē, sive emptionē prezzo magno fi-  
ctā spiritualiū hominum à præsenti sæ-  
culo nequa: id est ab esca, & illecebris  
sæculariū bonorū, & blandimentis car-  
naliū voluptati, à cōfortio, & cōsue-  
tudine mundanorū hominū, à nocētiſ-  
simis sæculi moribus, & stylo, in quā re  
oberves vēlīm, ovē illā a bono pastore  
invētā, nō in cāpo, aut solitudine que-  
sitam, sicut nec ibi desperitā: sed inter  
homines, & in hominē cōfortio. Quod  
indeliquerit, quod vt ea quæ ereret, exi-  
tas non aginta novē in montibus, & in  
deserto reliquit: non ergo ibi perierat,  
sed in vrbe: sic enim Lucas cap. 15. v. 4.  
Nonne dimittit nonaginta novē in deserto,  
& vadit ad illā, quæ perierat: & Matth.  
c. 18. v. 12. Nonne relinquit nonaginta no-  
vē in montibus, & vadit quarene eā, quæ  
erravit. Vides vt à montibus, & solitudi-  
ne venerit ergo ad vrbe, & ad homi-  
nū frequentiā venit, vt ibi quareret: er-  
ravit ergo & periret ovis in vrbe, & in  
ter homines lupos, quæ sola in monti-  
bus forsitan erraret, nec à bono pasto-  
re discessisset: Vnde quidē Hilarius lib.  
cōtra Huxentiū, civib[us] Mediolanensi-  
bus, vt ab hæreticorum confortio rece-  
derent, salutariter ingerebat. Malè vos  
parietū amor cœpit: malè Ecclesiā Dei in-  
teclis, adificijsque veneramini: male sub  
his pacis nomen ingeritis. Montes inhi  
& sylva, & lacus, & carceres, & toragi-  
nes sunt tutiores: Quare dixerit ille: Nā  
si ab ijs recessero, & teclis, & adificijs,  
& vrbi, & curia me induxero, erratu-  
rū me, scut ovis, quæ perit credide-  
tim: Quo enim modo inter homines,  
& in seculo potero me immaculatum  
custodire ab hoc sæculo? quād ipsemet  
Gentilis Seneca dicebat epist. 104. He-

2. Cor. 4.  
vers. 4.

Seneca.

rebit tibi auaritia, quandiu avaro, sordidoque conuixeris: habebit tumor: quandiu cum superbo conuersaberis; nunquam se vitiam in tortoris contubernio pones, incendentes libidines tuas adulterorum sodalitia: Et quidem recte. Qui enim saeculo immixtus, & secularibus hominibus arctissima societate adhaerens a saeculi vitijs, erit immunis? in urbe magnas impetas, & insanos sumptus, tamquam ex lege, & praescripto exigente, quis frugi, & moderatus evadet? Saeculo ne quam execrables illas Duela leges, tamquam rem inviolabilem, & sacrosanctam observante, quis a quo animo iuxta Christi praescriptum iniurias feret? & liberaliter remiserit? In mundo ergo ut mundus sis, & immaculatum te custodias, ab hoc saeculo; in mundo esse, hoc est, ad mundi mores, & leges vivere non debes: cum eo modo vivere, saeculum vocetur: vel ipso Aethico Cornelio Tacito lib. de moribus Germanorum, quaesita locutione haec dicente:

Corn. Tac.

*Corrumperet, & corrumpi seculum vocatur, quae sententia (ut inibi monet Iustus Lipsius) eadem est, cum illa Seneca. Definit esse remedio locus, ubi quae fuerant vicia, mores sunt: Quam ipseniet Seneca diffundit epist. 50. in qua saecularium hominum mores, & errores, & quae illis speciosa velamenta conquirunt acutè traducit, sub imagine cuiusdam Harpastis foeminae in domo Seneca natæ, quæ cum subito, & inopinato oculoru[m] lumen amisisset, nec se cæcam esse cognosceret pædagogū manuducente in adiunctionebat, inde migrari oportere, quæ domus illa obscura, & tenebrosa eslet: Quod cum Seneca per iocum retulisset: serio subiicit. Hoc quod in illa ridemus omnibus nobis accidere, liqueat tibi. nemo se avarum esse intelligit, nemo cupidum: et tamen ducem querunt; nos sine duce erramus, & dicimus: non ego ambitiosus sum, sed nemo alter Romæ potest vivere. Non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum, intra nos est; in viceribus ipsi sedet: & ideo difficulter ad sanitatem perrenimus, quia agrotare negligimus. Haec Seneca.*

VII. Ecce tibi ex his, quam sit difficile, hominem in saeculo, immaculatum se-

a saeculo custodire, &amp; maculatum tibi-

Tertullian.

ca exuere? Audi modo duas de hac re obseruationes: altera à Tertulliano: al-

terà a Synesio facta, quarum altera, cu[m] alte-

ra de hyperbole, &amp; excessu exaggerationis certat: prior siquidem in libro de

Resurrectione carnis, cap. 58. agens de

statu Helia, &amp; Henoch in paradiſo de

gentium sic inquit: *Quod hodie Henoch,**& Helias nondum resurrectione disponuntur* quia nec morte defuncti, quia tamen de orbe translati. *& hoc ipso tam aeternitatis causa*didati ab omni vicio, *& ab omnidamno,**& ab omni iniuria, & contumeliam immu-**nitatem carnis ediscunt. Sic Tertullianus:*

Expende haec verba extrema, immuni-

tatem carnis ediscunt: hoc est ediscunt a carne immunes esse: &amp; carnis tunicae

exuere: *Ediscunt ( inquit ) quia de orbe*

translati, quasi nondum quodammodo odo

omnino didicerint: sed semper discere

opus sit: quod ipsiis quæ homines sunt,

&amp; inter homines vitam agere in orbe,

&amp; in saeculo consueuerunt, aliquid est se-

culo hæcerit, aquo tamdiu immunes es-

se ediscant: Magna plane adversus tuni-

cas pelliceas exaggeratio, grano salis

condienda: cum Helias, &amp; Henoch eo

in statu sint; in quo ut nec mereri, nec

demereri poslunt; ita nec levi alicui

culpæ subiacere: sic ergo accipiendum

est iustos hos immunitatem carnis edi-

cere; vt sensus fuerit, adhuc homines,

esse, quin humanitatem exuerint, nec

vt a carne immunes eorum, quæ homi-

num sunt, obliviscantur: ad eum plane

modum, quo ipsem Tertullianus lib.

de anima, cap. 24. vt aduersus Platone m-

adstrueret, naturalia homini non exci-

dere; idque inde firmaret, quod natura-

lis scientia, neque in bestijs deficiat, et

ganter distierebat. Plane obliuiscetur fe-

ritatis leo, mansuetudinis eruditio pre-

ventus, &amp; cum toto suggestu: subarum de-

licium fiet Berenices alicuius Reginæ lin-

guæ genas eius emaculans: mores bestiæ

relinquent scientiam naturalium permane-

bit. Non obliuiscetur idem naturalium pa-

bulorum; naturalium remedium; natu-

ralium terrorum; et si de piscibus, et si de pla-

centis Regina et obtuleri, et carnem desidera-

bit, et si languenti theriacam compoauerit,

simiam leonem requiret, et si nullum ei venabu-

lum observabit, gallum tamen formida-

bit.

VIII.

Sed non minor, opinor, Synesij aduersus sacerulum, & saceruli naturam, & mores exaggeratio, & hyperbole fuerit, dum epist. 57. aduersus Andronicū affirmat; ideo ad salutem in mundo dannam, non Angelum, sed ipsum nient Dei Filium aduenisse, fuisse operæ pretiū, quod si Angelus advenisset, forsitan foret, vt in sacerulo per longum temporis spatum degens, non consideraret in statu naturæ perfecto: ita enim ille: *At si Angelus posset supratriginta annos, cum hominibus ita consuecere, nullà ut insimula face rerum contagie affectus inficeretur, quid necesse erat descendere Filiū Dei?* Sed est virium abundantia quædam ac copia, ita inter deteriora versari, vt in naturæ statu consistat, neque villo modo inficiatur: *Hæc enim Dei laus, & prædicatio est.* Hæc Synesius. Quæ omnia verano fuerint, sed hyperbolice, & per excessum augendæ rei gratia extra Theologicos canones de Angelorum impeccabilitate dicta; at ostendunt, quā hic Auctor de saceruli contagie habuerit opinionem, qui Angelum in eo inter homines consuescētem vix in naturæ statu perfecto cōsiderere posse existimavit, quin villo modo inficeretur.

X.

Vides quæ sit saceruli labes; & quām pertinaciter animis nostris inhæreat contaminata illa mundanarum rerum, & concupiscentiarum maculata tunica, quam ab Adamo accepimus, quin ipsam facile possimus exuere? Enim vero in ea explicandæ volui de industria longus esse, vt hinc plusplus Divinitas Eucharistiæ vis, & efficacitas eluceat: quippe ipsa tam ac re cum sacerulo bellum gerit, vt ab illo animum omnino eripiatur, atque ipsum velut pretiodato emere, & in suamditionem, & potestatem transferre videatur. Namque primum ovem illam in sacerulo, & inter homines consuescentem deperditam, à bono pastore in Eucharistia inventâ fuisse communis Ecclesiæ traditio confirmat, quæ in custodijs, & calicibus venerabilis huius Sacramenti, Pastorem bonum ovem perditam in humero baiulantem depingit, vt Tertullianus fidem facit lib. de Pudicitia, cap. 7. inquiens. *Habes etiam temporis à nobis definitionem. &c. Vbi est oris perdata à Domino requisita, & humeris eius reve-*

Tertullianus

*cta. Procedant ipse pictura calicium vestrorum: ita ille. Nimirum dem bonus pastor (sic Gregorius Magnus homil. 14. in Evangelia) pro oribus suis animam suam posuit, vt in Sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oves, quas redemerat, carnis alimento satiaret: ovem de-*

Gregorius  
Magnus

*perditam in sacerulo inter sacerulares homines, & sacerularia bona errantem, ita quidem invenit, & sibi acquisivit, vt ipsa veterem hominem, & maculatam cum ipso tunicam exuerit, & novum, nempe ipsummet Dominum induerit, iuxta Pauli præscriptum ad Roman. 13. vers. 14. Induimini Dominum Iesum Christum: hoc est Christi vitam, moresque omnibus modis repræsentare. Homo enim induitus (inquit ibi Chrysostom.) id esse videtur, quod induitus est, apparet ita que in nobis Christus: Signate vero ad Ephelios 4. vers. 24. Deponere vos secundum præsternam conuersationem veterum hominum, qui corruptur secundum desideria erroris, & induite novum hominem, qui secundum Deus creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Quibus in verbis Apostolus ovem inventam, & emptam pretio magno, atque a saceruli conuertitione sic eruptam, vt containinata tunica exuta ad primavam puritatem, in quā homo creatus est redeat: omnino disadstruit: Vnde ad hunc locum Hieronymus componens inter se vtraque Apostoli verba opportunè ait. Induite novum hominem, id est vt alio loco dicit. Induite vos Iesum Christum: Isle quippe est nō vus homo, quo omnes credentes induit debemus, atque vestiri. Quid enim in homine, qui à Salvatore nostro assumptus est, nō novum fuit: Conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extreum crux, & passio expoliantis in ead principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentes, Resurrectio quoque, & ascensus in cælum. Hic ergo vere creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, quia Deus verus Dei verus filius fuit, & tota in illo Religio, atque iustitia Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & uniuersas in se exprimere virtutes, vt simonsuetus, sicut ille fuit mansuetus, & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro oribus suis; verberatus, non respondeat, maledictus non remaledicat, sed vincat in*

Roman. 13.  
vers. 14.

Chrysostomus

Ephes. 4.  
vers. 14.

*B stum: hoc est Christi vitam, moresque omnibus modis repræsentare. Homo enim induitus (inquit ibi Chrysostom.) id esse videtur, quod induitus est, apparet ita que in nobis Christus: Signate vero ad Ephelios 4. vers. 24. Deponere vos secundum præsternam conuersationem veterum hominum, qui corruptur secundum desideria erroris, & induite novum hominem, qui secundum Deus creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Quibus in verbis Apostolus ovem inventam, & emptam pretio magno, atque a saceruli conuertitione sic eruptam, vt containinata tunica exuta ad primavam puritatem, in quā homo creatus est redeat: omnino disadstruit: Vnde ad hunc locum Hieronymus componens inter se vtraque Apostoli verba opportunè ait. Induite novum hominem, id est vt alio loco dicit. Induite vos Iesum Christum: Isle quippe est nō vus homo, quo omnes credentes induit debemus, atque vestiri. Quid enim in homine, qui à Salvatore nostro assumptus est, nō novum fuit: Conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extreum crux, & passio expoliantis in ead principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentes, Resurrectio quoque, & ascensus in cælum. Hic ergo vere creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, quia Deus verus Dei verus filius fuit, & tota in illo Religio, atque iustitia Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & uniuersas in se exprimere virtutes, vt simonsuetus, sicut ille fuit mansuetus, & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro oribus suis; verberatus, non respondeat, maledictus non remaledicat, sed vincat in*

Hieronymus

*C C Apostolus ovem inventam, & emptam pretio magno, atque a saceruli conuertitione sic eruptam, vt containinata tunica exuta ad primavam puritatem, in quā homo creatus est redeat: omnino disadstruit: Vnde ad hunc locum Hieronymus componens inter se vtraque Apostoli verba opportunè ait. Induite novum hominem, id est vt alio loco dicit. Induite vos Iesum Christum: Isle quippe est nō vus homo, quo omnes credentes induit debemus, atque vestiri. Quid enim in homine, qui à Salvatore nostro assumptus est, nō novum fuit: Conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extreum crux, & passio expoliantis in ead principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentes, Resurrectio quoque, & ascensus in cælum. Hic ergo vere creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, quia Deus verus Dei verus filius fuit, & tota in illo Religio, atque iustitia Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & uniuersas in se exprimere virtutes, vt simonsuetus, sicut ille fuit mansuetus, & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro oribus suis; verberatus, non respondeat, maledictus non remaledicat, sed vincat in*

Hieronymus

*D D Apostolus ovem inventam, & emptam pretio magno, atque a saceruli conuertitione sic eruptam, vt containinata tunica exuta ad primavam puritatem, in quā homo creatus est redeat: omnino disadstruit: Vnde ad hunc locum Hieronymus componens inter se vtraque Apostoli verba opportunè ait. Induite novum hominem, id est vt alio loco dicit. Induite vos Iesum Christum: Isle quippe est nō vus homo, quo omnes credentes induit debemus, atque vestiri. Quid enim in homine, qui à Salvatore nostro assumptus est, nō novum fuit: Conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extreum crux, & passio expoliantis in ead principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentes, Resurrectio quoque, & ascensus in cælum. Hic ergo vere creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, quia Deus verus Dei verus filius fuit, & tota in illo Religio, atque iustitia Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & uniuersas in se exprimere virtutes, vt simonsuetus, sicut ille fuit mansuetus, & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro oribus suis; verberatus, non respondeat, maledictus non remaledicat, sed vincat in*

Hieronymus

*E E Apostolus ovem inventam, & emptam pretio magno, atque a saceruli conuertitione sic eruptam, vt containinata tunica exuta ad primavam puritatem, in quā homo creatus est redeat: omnino disadstruit: Vnde ad hunc locum Hieronymus componens inter se vtraque Apostoli verba opportunè ait. Induite novum hominem, id est vt alio loco dicit. Induite vos Iesum Christum: Isle quippe est nō vus homo, quo omnes credentes induit debemus, atque vestiri. Quid enim in homine, qui à Salvatore nostro assumptus est, nō novum fuit: Conceptus, nativitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extreum crux, & passio expoliantis in ead principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentes, Resurrectio quoque, & ascensus in cælum. Hic ergo vere creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, quia Deus verus Dei verus filius fuit, & tota in illo Religio, atque iustitia Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & uniuersas in se exprimere virtutes, vt simonsuetus, sicut ille fuit mansuetus, & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro oribus suis; verberatus, non respondeat, maledictus non remaledicat, sed vincat in*

Hieronymus

Ambros.

humilitate superbiā: iste induitus est nōrum hominem, & dicere cum Apostolo potest. Vivo autem non iam ego: vivit nō in me Christus. Hęc omnia Hieronymus. Quę perstrinxit Ambrosius inquiens de eo, qui novum hominem induitus est: *Emulus est vita, quam tradidit Christus, ut iuxta Deū creatus videatur:* hoc est, in illa primā sanctitate, & puritate, quę nihil cum sēculo habebat commune; id namque est dixisse Paulum. *Qui secundum Deum creatus est in sanctitate.* Etenim sanctitas (ut ad hūc locum ex Dionysio Areopagita inquit Anselmus) est ab omni iniquinatione incontaminatissima, & perfectissima puritas: Sed ne longissimi in hęc adnotatione videamur, hęc cum sequente adnotatione partiri æquum fuerit.

X.  
Psal. 145  
vers. 5.

Iam vero omnino ad rē Vates Psal. 145. ver. 5. facta collatione inter Deū salutem, vitam, & salutarem escā suis dante; & terrenos Principes, in quibus non est salus: notanter de Deo primū inquit: *Qui custodit veritatem in sēculum, facit iudicium iniuriā patientibus, dat escam esurientibus: Quam escam? Audi quid immediate ante dixerat. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, &c.* Vigilanter Deum Iacob memorans, quem

Genes. 27  
vers. 37.  
Genes. 28  
vers. 20.

ille Patriarcha frumento, & vino Eu-  
charistiæ stabilitus Genes. 27. vers. 37. sic affatus dicitur: *Si Deus fuerit mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestem ad induendum, &c. erit mihi Dominus in Deum,* Genes. 28. vers. 20. quę de Eucharistiæ sic explicauit Paschafius lib. de corp. & sang. Domini, c.

Paschaf.

21. *Hunc itaque cibum Iacob Patriarcha esurivit dicens. Si fuerit Dominus nesciū, & dederit mihi panem ad vescendum, &c. Quotquot ergo in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt. Vides datam escam esurienti Iacob? Audi modo quid ab ilia esurientibus data inferat David: Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cęcos:*

Hilarius

*Vbi Hilarius in commentario pro illuminat cęcos notanter reponit, sapientificat cęcos, vt sensus sit de anima illuminatione; quia Deus media Eucharistiæ escā veram communicantibus sapientiam indit, vt vera bona à falsis discriminent, & sacerdarium te-*

rum compedibus fractis, à sēculo nequam, & porestate tenebrarum eripiatur: hęc omnia appositè elucidant Hilario hunc in modum: *Compedes avaritiae, libidinis, ebrietatis cibis talis absoluunt, & absolutis compedibus cęcis sapientiam præstat: Quę sic statim diffundit,*

A & ereptis à sēculo nequam aptat: *Si de corporalibus donis Propheta loqueretur commemorare, potius cęcis lumen indulatum. Sed quia per cibum Verbi ejuritione depulsà sol vebantur compedes sēculi, etiā cęcitas sacerduli sapientia imperitio ne depellitur. Alimur enim post ingentem famem divinæ cognitionis spiritualibus cibis, & compedibus, quibus currere ad eterna non sinimur, absolutis, discubus à per indultam sapientiam cęcitate Creatorem nostrum oculis intelligentię contuemur.* Hęc ille ita vero cum subiçiat Vates: *Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos, Dominus custodit ad venas, pupillum, & viduā suscipiet, & vias peccatorum disperdet: sic ista eleganter illustrat Hilarius. Definit ergo fames longa, compedes graves, cęcitas stulta, & id quod sequitur succedit. Allis eriguntur, diliguntur ad venas, si ve proselyticus custodiuntur, pupillus, & vidua suscipitur, & via peccatorum disperditur.*

B *Quis quis ille est, qui modo Dei est, et si non uniforme, tamen proprium habet munus, & allis licet sit, non esuriat, si nunc compeditus, & stultus sit, tamen erigi possit, ne iaceat in aeternum: Hęc & alia Hilarius: E quibus illa singillatim pendo, quia per cibum soluebantur compedes sēculi, etiam cęcitas sacerduli sapientia imperitio ne depellitur: in quibus vides, tum sēcularia bona, vincula, & compedes, atque anima cęcitatē esse, atque ideo sacerdtales homines, nec hilū differre à cęca illa, itidēque stulta, cuius Seneca meminit, cū terrenis addicti, tenebras pro luce habeant, & ab illis currere ad eterna nō sinantur; tum etiam per salutarem Eucharistiæ cibum, & vincula hęc dissolvi, & anima lucem affulgere. Quę S. Cyril. Alex. lib. 4. in Ioann.*

C *cap. 34. à nobis in superioribus adductus de mira Eucharistiæ vi ad sanitatem anima reddendam agens, ita confirmat: Quasi frēno ad desiderium rerum meliorum Christus nos circunducit, & sanitatem mentis donatos in habitu virtutis confirmat.*

Cyril. Alexan.



## DISSERTATIO V.

### DE NIMIA HABENDI CUPIDI- tate vitanda ex Domini in Eucharistiâ exemplo.

*AB EVCHARISTIA CHRISTIANVM MONE  
ri, anxiam habendi cupiditatem vitare, & modico  
contentum esse.*

#### ADNOTATIO I.

I.



VGNAT quidem Dominus in Eucharistiâ cù omnibus vitijs, & pravis animi cupiditatibus, tanquam Pharmacum salutare, cù noxijs corporis humoribus (de quo supra ex S. Ignatio, & S. Thoma egimus) signatissimè vero cum auaritia, & immoderata habendi cupiditate: cum inibi adeò exinanitum, & parvo contentum sese ostendat, vt vel in exili, & modicissima panis mica commorari dignetur: huc referente Phillip. 2 verf. 7. Dionsyio Alex. in epist. contra Paulum Samosatenum, verba Pauli ad Philipp. 2. v. 7. *Exinanivit semetipsum, vt in superioribus vicimus: ad quem etiam modum possumus, & nos in hunc sensum inflectere eundem Apostolū 2. ad Corint. 8. vers. 9. dicentem. Scitis gratiam Domini Iesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos divites esset: itideinque que PP. de hac Christi exinanitione, & paupertate, vt ab illâ veras divitias conse-*

A queremur, frequentius afferunt: Dixit quippe Bernardus serm. 15. in Cantic. Quid mirum si Sponsi effusum sit nomen (premebat liquidem illa verba Cant. 1 vers. 2. Oleum effusum nomen tuum) eum ipse quoque effusus sit? Nam item ei ipsum exinanivit formam servi accipiens: deinde ait: sicut aqua effusus sum, Psalm. 21. vers. 15. Effusa est plenitudo Divinitatis habitans super terram corporaliter, vt de illâ plenitudine omnes, qui corpus mortis gestamus, acciperemus, ac vitali B odore replete diceremus: Oleum effusum nomen tuum: & codem ductu Ambrosius in Psal. 38. Omnino se ille exinanivit, vt nos repleret, atque in carne hominis plenitudo Divinitatis habitaret: & lib. 2. in Lucâ: Maluit sibi egere, vt omnibus abundaret: Similiter Nazianz. orat. 4. 2. quæ est 1. de Paschate: Pauper factus est Christus, vt nos illius paupertate ditecamus: & his contentanea Origenes homil. 1. ex quatuor in Cantica: & Philo Carpaticus ad ea Cantica. verba: Et enim vt hec omnia à PP. de Christi exinanitione, vt Dominicæ Incarnationis Sacramen-

Bernard.

Cantic. 1.  
vers. 2.

Psal. 21.  
vers. 15.

Ambros.

Nazian.

Origen.  
Philo.

Rupert.  
Ioan. 13.

II.  
Hebr. 1.  
vers. 3.

Matt. 5.  
vers. 3.

Hilarius  
Maldon.

tum est dicantur: & quæ sunt contentanea Eucharistie mysterio: & de ipso omnino sic accepit hanc Christi exinanitionem Rupertus lib. 5. de Divinis officijs, cap. 20. ubi elucidans, verba Ioannis cap. 13. inquit. *Surrexit Dominus à cæna, id est à convivio paternæ gloriæ, & posuit vestimenta sua: semetipsum enim exinanivit formam servi accipiēs, & carne nostra, quasi linteo præcinctus sanguinem suum effundit velut aquam in pelvim, atque inde cotidie lavat pedes nostros, cum illum in remissionem peccatorum nostrorum sumimus. Hæc Rupertus.*

Vbi maximè observa, quam sibi ipsi met Dominus in paupertate asserenda constans fuerit, vt non modo à primo vitæ instanti, vsque ad ultimum spiritū ipsam ficerit se tatus, sed etiam gloriosus post mortem, cum sit splendor gloriae, & figura substantie eius, portas omnia verbo virtutis sua, & ad dexteram Patris sedeat, ad Hebr. 1. vers. 3. exinaniri cotidie patiatur in Eucharistia, cum illum in remissionem peccatorum sumimus, vt simul cum divitijs, & opimitate corporis sui, quo in illa alimur, & nutrimur, egregia vitæ documenta nobis dare, & Christiana, & veræ Philosophia nos imbuere voluerit: Quo in loco non possum non observare, quod itidem cum de virtute paupertatis Deiparæ egit, latius sum prosecutus; Dominus cum ab hoc Paupertatis documento cœlestem doctrinam suam auspicatus est, egregia locutione, & energia plena tam doctrinæ huius novitatem, quam excelitatē significasse nobis Evangelistam, cum inquit: *Et aperiens os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum,* Matthæi 5. v. 3. quippe dum nemo non ibi amabit, quid innuere voluerit Matthæus eo dicens modo aperiens os suum, duo monuimus his verbis significari: alterum quod ab Hilario docuit ibi Maldonatus, tunc signatè Dominum os suum aperisse; quod nunquam ante sublimem illā Maldon. de Evangelicâ perfectione doctrinam proposuisset, & divina mysteria, que ante tacuerat, tunc patefecerit: Alterum: quod indidem ipse Maldonatus innuit, licet non plenè explicet, ac firmet: liberè tunc confidenter, & animosè pro re natâ Dominum tunc fuisse locutum. Ni-

mirum huc tam in scripturâ, quâ apud prophanos oris apertio ire videtur: nam præter testimonia à Maldonato adducta signatè Paulus sub hoc sensu dixit ad Ephes. 6. vers. 18. *Vigilantes in omni instantiâ, & oblatione pro omnibus Ianesis, & pro me, uidetur mihi sermo in aperiione oris mei, cum fiduciâ notum facere Evangelium: ubi signatissimè coniungit Paulus oris apertionem, cum fiduciâ: ut significaret, velle & praoptare se, cum Dei auxilio Evangelium liberè, audacter, & intrepidè annunciat, phrasi & imagine oppositâ timiditati, & dif-  
fidentiæ: quippe qui timide, & diffiden-  
ter loquitur, vix osaperit, sed mussitâs,  
& quasi inconditum sonum voris edit:  
sub quo sensu idem Apostolus ad Phi-  
lipp. 1. vers. 19. & 20. itidem dixit: *Per  
restram orationem, & sub ministracionem  
spiritus Iesu Christi, secundum expectatio-  
nem, & spem meam, quia in nullo confun-  
dar: Gracè, pudefaciam: ad quæ verba adi-  
si placet, commentarios nostros, & ad  
cap. 1. eiusdem epistolæ vers. 14. adno-  
tat. 2. num. 8. vbi cum prefatis verbis  
Pauli ad Ephesios composuimus hæc  
Seneca lib. 7. de benef. cap. 11. de Deme-  
trio Philosopho oblatas sibi à Rege  
opæ magna constantiæ animi repudiā-  
te: Ingentiore ab illo dici audiui, cum mi-  
raretur dementiam eius, quod se putaret,  
tanti posse mutari: si tentare me constitue-  
rat, toto illi fui experiendus imperio: vbi  
D ingēs os, quod idem est ac os maximè  
apertum constantiæ, ac fidentiæ omni-  
no tribuit Seneca.**

Ergo eo in loco commendaturus Dominus paupertatem omnibus homi-  
nibus præsertim vero Iudæis, quibus  
divitiæ cordi erant, & in oculis ferebāt,  
ac proinde paupertatem oderant: atq;  
eam tanquam doctrinæ suæ basim po-  
situs, notanter os suum aperiens locu-  
tus dicitur, vt indicet Matthæus con-  
fidentiam, & libertatem, sive egregiâ  
animositatem, quam habere opus erat,  
qui adverlus communem hominum  
tensem, & magnam, quam de divitijs  
existimationem habebant, erat verba  
facturus: Quò mirè facit bonus quidem  
Seneca sensus, sed tamen male in cor-  
de præ perverlo pudore abditus, cum  
ei vna ex parte frugalitas, scilicet paupertas  
ob Philosophiæ amorem placebat; ex

Ep hef 6.  
vers. 18.

Philip. 1.  
vers. 18.

Leff.  
Grac.

III.

Seneca.

alii vero, ipsamet, quod populi tensum esset contraria, inchiebat rubore: etenim cum frugalitatem ipsius tuam hunc in modum descripsisset epist. 87. Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculū potuit, sine ullis rebus, nisi quae nostro corpore cotinebātur, ego & Maximus meus biduum iā beatissimum agimus. Culcitra in terra iacet, ego in culcitra. Ex duabus pennis, altera stragulū, altera operoriū facta est. Deprādio nihil detrahi potuit, &c. Vehiculū, in quod impositus sum, rusticū est. Mula vivere se ambulando testantur, mullo exalceatus, non propter astutem: statim ipse ingenuè fatetur, hanc suā frugalitatem ruborem ei facere, cum ab alijs notata est. Vix (inquit) à me obtineo, ut hoc vehiculum velim videri meū. Durat adhuc perversa recti verecundia, quoties in aliquā comitatū lauitorē incidimus, in virtus erubescit: quod argumentū est, ista quae probo, qua laudo, nondū certam habere sedem & immobilem. Qui forido vehiculo erubescit, pretiosogloriatur. Parū adhuc profeci, non audeo frugalitatem palam ferre, etiam nunc euro opinōnes viatorum. Sed enim hinc tā in prauā hominum opinionē, quam in se ipsum iratus, sic ingenti, & aperto ore sapienter insurgit. Contratotius generis humani opiniones mittenda vox erat. In sanitatis, erratis, stupitis ad supervacua, neminem estimatis suo. Hæc Senecam vero ex prefatis Domini verbis à Martho eo verborum ornatu expensis, vide vocē illam cōtra totius generis humani opinionem reapsemittendam; sed præter eti verecundia, non dum à Seneca missem, tūm à Dei Sapientia tāto quidem magis aperto ore, quanto modestiori missem, dum pauperes spiritu beatos pronunciavit, tūm etiam in Eucharistiā, et si ore clauso, re verā omnino expressam pro omnimoda frugalitate, & divitiarū contemptu, ac superflui cultus, & sumptuū moderatione, ut quod de magistratu, & de lege dixit Cicer. lib. 3. de legibus: Veredicti potest, Magistratum legem esse loquentem: legē autem mutum Magistratum: Christo Domino & discipulostunc docenti, & modo in Eucharistiā monenti opportunè aptaveris: ut quemadmodum inibi lex loquens, ita nunc Magistratus mutus sit: qui indesinenter clamet, in sanitatis, erra-

tis, qui cuī modicum vobis opus sit, vt habentes alimenta & quibus tegamini cōtentī sitis: stupitis ad supervacua, quis divitiis coaceruācis, & insanis sumptibus faciendis, atque inaniū rerum, quibus in sana ambitio pretium fecit, suppellectili cōgerendæ modum aliquem imponatis. Quo quidem in loco (vt id obiter dixerim) vix apud initiatu, quid magis mirandum fuerit: vtrū in gentem veri ignorantem, & altissimum saeculi soporem, quæ Dei Sapientiam tam aperto, & ingenti ore docere impulit, an vero adeò obscuratā in malo pertinaciam, quæ & aperti oris, & taciti Eucharistiæ clamoris doctrinā adhuc non audit, sed ad supervacua stupet, & terrenis rebus, sine modo, sine fine inhæret?

Tim. 6.  
vers. 8.

A

B

D

E

IV.

M. Tull.

S. Nilus.

Enimvero ut cuncta Christi in Eucharistiā docuēta egregia, atque utilissima sunt; ita illud quod ab ipsa persequimur: adeò est opportunitum, vt ab illo quidquid in hac vitā honestū, & ratione consonum, imò & divinum ex cogitati potest, consequaris: Nā si ad naturam humānam specte veris, quæ quod natura hominis est, rationi maxime inoititur, quid adeò tam naturæ, quam Rationis fuerit consentaneum, quā certum modū, & terminum habendi cupiditati, & affectioni præscribere: atq; hanc cum necessitate velut calceum, cum pede, aut cum itinere viaticū, amalis obsoniū cum cibo compōnere. Sapienter dicente M. Tullio paradoxa 6. Non estimatione census, sed vietu. atque cultu terminatur diuitiarum modus. Secus quidem, aut vita addideris impedimenta, aut amaritudinem: pulchre quidem morente S. Nilo in Ascectico prope finem: Honestum est, ac laudabile intrā necessitatis terminos se contineare, eosque minime transilire. Si enim cupiditate ductus ad ea, que in vita iucunda sunt paulisper deflexerit, nulla deinde ratione detineri poterit, quominus ad ulteriora progrediatur. Cum enim vici, ac necessitati præscriptos terminos excesseris, nullus amplius terminus invenitur, sed omnia vasta, atque infinita, ut inani labore cupiditas non implatur, sed assidue magis augatur instar flammæ, que quo plus materia suggesta reo fit maior. Sic Nilus

M. Tull.

plus

Ambros.

plura in hanc sententiam adducens exē-  
pla, quæ vide: nam vt & scriptio[n]i nos  
etiam modum ponamus: h[oc]c flammæ  
imagine, quæ quò plus inardescit, mi-  
nor fit, ego contentus ero: Cui & Am-  
brosius, & Seneca omnino h[ab]uerunt:  
ille siquidem lib. 1. de Cain, cap. 5. ad si-  
nem h[ab]et. Quid de avaritiā dicā?  
A insatiabilis pecuniae cupiditate, & quādam  
ex libidine, quæ quo plura abstulerit, eo  
magis inopem se esse credit. Omibus invi-  
da, sibi viliis, in summis divitiis inops, affe-  
ctu extenuat, quod censu abundat. Nullus  
rapiendi modus, ubi nulla mensura cupien-  
di. Ste inflamat animum, sic ignes uo-  
ritatem adulterat, ista terrarum. Per-  
git elegantissimè. Elementa concutit,  
mare sulcat, terram effudit, cælū rotis fa-  
tigat, nec iereno grata, nec nubilo, condem-  
nat pro ventus annuos, fœtusque terrarū  
arguit. Sed h[ec] agitudo est anima, non sa-  
nitas: H[ec] Ambrosius: iam Seneca sen-  
sum communem cuni ipso, & cum Ni-  
lo habens epist. 16. inquit. Naturalia de-  
fideria finita sunt: ex falsa opinione nasce-  
tia ubi desinant, non habent: nullus enim  
terminus falso est. Via eunti aliquid extre-  
num est, error immensus est: Vnde sic mo-  
net amicum. Retrahe te à vanis, & cum  
voles scire, quod petis, utrum naturalem  
habeat, an cæcam cupiditatem, considera,  
an possit alicubi consistere. Si longe progres-  
so, semper aliquid longius restat: scito id na-  
turale non esse: ita Seneca ibi, & epist. 2.  
omnino ad rem. Non qui parum habet,  
sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim  
refert, quantum illi in arcâ, quantum in  
horreis iaceat, quantum pascat, aut foene-  
ret, si alieno imminet, si non acquisita, sed  
adquirenda computari: & statim: Quis sit  
divitiarum modus? queris. Primus: habe-  
re, quod necesse est. proximus, quod sat est:  
vt ex proximè dictis inferat: cui quod  
satis est; satis non est: nihil ei satis erit;  
Similia videris apud ipsum epist. 39. &  
epist. 83. & de consolat. ad Helviam,  
cap. 11. ubi illud breuiter, & pulchre:  
Cupiditati nihil satis est, natura satis est  
etiam parum.

Seneca.

V.  
Dionys.  
Alex.

Quæ quidem mirè confirmat, quod  
de Domino in Eucharistiā exinanito,  
inquit Dionysius Alexan. H[ec] est exina-  
nitio dexteræ excelsi. Itaq; exinanitio non  
mutationem ipsius significat: absit hoc: sed

per exinanitionem eius, quam nobis dona-  
vit, qui se ipsum exinanivit Spiritus San-  
ctus super omnem carnem se effundens ma-  
net plenus, & sanguis sanctus, ac vi viscus  
effusus ex profundo latere diuino: manet  
item plenus, qui se ipsum exinanivit Iesus  
Christus, &c. Oblerua Dionysium, ite-  
rum, atque iterum de industria adnotā-  
tem Christū Dominū, dum in Eucha-  
ristiā exinanitur manere plenū: vt docu-  
mento sit; eū tunc plenū esse, cui satis  
est, quod satis est, & eo cōtēt est, quod  
ci necessie est, cum ad hoc quod vere,  
& realiter in Eucharistiā substat; mo-  
dus panis species, quibus tegatur, satis  
sint: quin plusquam satis est, habere vo-  
luerit: manet (inquit Dionysius) plenus,  
qui se ipsum exinanivit. Quare? quia non  
qui parum habet, sed qui plus cupit pau-  
per est: itidemque quod honestum, ac  
laudabile sit, intra necessitatis termi-  
nos se continere. Pulchre Gregor. Na-  
zianzen. orat. 28. Pauper est: pro divitiis  
Deum habebit: divites iridebit, vt qui li-  
cet facultates suas et ceteris augeant, sem-  
per tamen pauperes sint, quia pluribus in-  
digent: bibunt, vt maiori siti inflammen-  
tur. Similiter Ambros. epist. 82. Non cen-  
sus divitem sed animus facit. Satis enim  
divites omnibus naturæ lex est, cui cito in-  
venies, quod abundet: cupiditatibus autē  
omnis divitiarum abundantia inopie est.  
Denique nemo pauper nascitur, sed fit. Nō  
ergo naturæ paupertas, sed opinionis est;  
ideoque cito invenitur divites naturæ; difi-  
cile cupiditatis: Etenim quò plus unu-  
quisque acquisierit plus sitit, & quasi quā-  
dam inardescit ebrietate cupiditatum sua-  
rum: Quid quasi necessarium queritis cu-  
mulum divitiarum? Ex quibus sapienter  
concludit. Nihil tam necessariū, quā  
cognoscere quid non sit necessarium. H[ec]  
Ambrosius. Quod non latet Lucianū  
in Palinuro: ubi cum induxitset Palinu-  
rum indē nāximè laudantem Regum  
fortunam, quod in illa habēdi cupido,  
quā tantum trahitur humanum genus,  
maximè expleatur: occurrit ei Charon  
inquiens. Neque istud quidem assert vlla  
beatitudinem. Nam non efficit divitē ma-  
ior abundantia, sed minor cupiditas. Qui  
enim parvo contentus est, id tantum cu-  
pit, quod necessitatē vitæ sufficiat. Is abun-  
dē est locu ples, propter honestum, quod fa-  
cilius implere potest desiderium, quod cum  
imple-

Nazian.

Ambros.

Lucianus

impleuerit, liberatus est ab omni, quod alii rapiuntur habendi anxietate: Qui vero quantumlibet dives plura concepit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi insatiabilitate efficitur minus voti compos. Quod enim magis crescit multorum rerum possessio, magis etiam cupiditas, neque finem unquam habet vorsgo illa cupiditatis: Hæc ille ibi, & multo plura: Quæ Seneca epistol. 19 imagine sumpta ex serie causarum, sic illustrat. Qualem dicimus seriem causarum, ex quibus necatur fatum, talen dicimus esse cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur.

VI.

Eccl. 5.  
vers. 9.

Heb. Le.  
ctio.

Pineda.

Psal. 41.  
vers. 2.

August.  
Seneca.

Iam verò Dominum in Euchatilia exinanitum, ac proinde plenus, quod modico contentus sit compone, cum avaro à Salomone Ecclesiastix 5. vers. 9. descripto hunc in modum: Avarus non implebitur pecunia: ubi bene ex Hebræa voce, pro quâ Noster posuit avarus, à peritis Hebraeorum sic expensâ, ut significet, aridè. & concepsenter impletus, observat P. Pineda ibi, omnino efferri posse hanc sententiam hoc modo: plenus non implebitur, quod ut primâ facie anthologia videatur: ita si rē verè aestimes, verissimum est, quod quantumlibet d'vitijs quis plenus sit, plura concepsit, & pluribus indigeat, quia acquirendi insatiabilitate efficitur minus voti compos, pulchrâ imaginâ ne id explicante Greg. Nysseno orat. fū nebri de Placilla, hunc in modū. Pecunia studium nonne verè dolium est perfuratum toto fundo perfluens, cui si vel totū mare effundas è natura est, ut impleri non possit. Et quidem huius ratio in promptu est. Quod repletio illa ad modum se habeat aquæ ab hydrope exhibit, quæ non adventriculum confluit ubi sit ardets, sed ad abdominis interiores membranas per vniuersum corpus defluit; ac proinde non suo loco adhibita sitim non expleat, nimitem hominis sitis in animo est, dicente Vate

Psalm. 41. vers. 2. Sitivit anima mea ad Deum, & Augustino, cuius verba in ore omnium natant: Fecisti nos Domine ad te. & inquietum est cor nostrum, donec revertamur ad te: Vnde opportune Seneca epist. 92. cum hominem vere divitem, verè felicem, & in cœlum non tam eum, quam inde redeuntem descripsit-

let inquiens: Cum hoc iter nactus est, vidit audacter & contemptu omnium nec ad pecuniam respicit aurum, argentum que illis, in quibus tacere tenebris dignissimæ nec ad hunc estimat splendorem, quo imperitorum verberant oculos, scit erat ē cœno, ex quo illa secreta cupiditas nostra, & effudit. Subiicit ad rem. Sic inquit, alibi posita esse diuitias, quam quod congeruntur: animam impleri debere, non arcum: Hæc ille. Vide, ut sitis in animo sit; atque ideo eo loco repletio diuina biberi debeat: secus quidem, ut dicit Ambrosius, omnis diuitiarum abandonia, inopia est: Quare Plutarchus lib. de cupiditate diuitiarum, cum permulta in hanc sententiam luculenter dixisset: opportunè subiicit de Aristippo: Is solitus est dicere, si quis multum ederit, multumque biberit, nec unquam expletatur, aut medicos, percontatur, quid sit morbi, quæ sit affectio? quâ ratione queat levare? At si quis habens quinque lechos, requirat decem, ac dece possidens mensas, alteras totidem coemat: cumque multum adgit agrorum multum pecunie, non ramen expletur, verum in alia iñhians vigilat, nullisque omnino rebus fattari potest: hic non existimat, sibi opus esse, a quo curetur, quique ostendat, quibus de causis morbus is sit ortus. Virget statim venustam illam bibendi imaginem, inquiens. Ac sane, qui non dum biberit, sitiatur, futurum expetiles, ut is simul, atque biberit, sitiatur; cum verò qui continenter bibat, nec ullum faciat finem; hinc non expletione, sed purgatione iudicamus opus esse, iubemusque vomere, qui ppe qui non perturbetur inopia, sed acrimoniâ, caloreque quopiam, qui præter naturam inest. Ergo etiam, qui eget, atque inopia laborat ex eorum numero, qui parant facultates, fortasse quiescat parata domo aut invento thesauro: Aut amici cuiuspiam ope per soluto liberatus ore alieno a feneratore. Ast qui plura, quam sat est possidet, plura nihilominus concepsit, hunc nec aurum, nec argentum sanare potest, nec equi, nec boves, nec oves, sed electione, ac purgatione opus habet. Hæc Plutarchus. Quæ dixeris firmari à Cypriano epistol. secunda, ad Donatum: illis verbis: Nec intelligit miser, spectosa sibi esse supplicia, auro, &c aliis.

gatum teneri, & possideri magis, quam possidere diuitias, atque opes. O detestabilis cœcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo! Cum exonerare se pos sit, & le rare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Sic Cyprianus.

VII.  
Plutarc.

Nec me temperem, quin addidero, quæ indidem subiicit Plutarchus ostendens hanc habendi cupiditatem, noxiæ animi ægritudinem esse, quæ curatione immo purgatione indigeat, inquiens. Medicus ad hominem ingressus lecto affixum, suspirantem, accibum capere recusantem, simul atque attigerit eum, ac percontatus fuerit, deprehendit que non teneri febri: animi morbus est inquit, ac discedit. Nos igitur, cum vide rimus hominem lucris addictum, & intabescerentem sumptibus ingementem, à nullâ turpitudine, molestiaque temperatam, que modo conducat ad rem faciendam, cum domos habeat, agros, armenta, mancipia, vestes; quo tandem morbo dicemus hunc hominem teneri, nisi animi paupertate? Hæc Plutarchus: & eodem prorsus ductu Seneca in consolatione ad Helviam cap. II. vbi cum ad præsens institutum in levamen exulis dixisset. Nullum ergo paupertas exulis incommodum habet? Nullum enim tam inops exsiliū est, quod non alendo homini abunde fertile sit: An vestem an domum desideraturus est exsul? si hæc quoque ad usum tantum desiderabit, neque rectum ei deerit, neque velamen, & quæcumq; exiguo regitur corpus, quam alitur: nihil homini natura, quod necessarium faciebat fecit operosum: Subiicit opportunè. Si desiderat sicutur amulto conchylio purpuram, intextam auro, variisque coloribus distinctam, & artibus: non fortunæ iste virtus, sed suo pauper est: etiam si illi quidquid amisit restitueris, nihil ages, plus enim restituto deerit, ex eo quod cupit, quam exuli ex eo quod habuit. Si desiderat aureis fulgentem ratis suppellectilem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, & paucorum insanæ pretiosum, & seruorum turbam, que quamvis magnam domum angustam, iumentorum corpora differta, & coacta pingue scere, & nationum omnium lapides: Ista congerantur licet, nunquam expiebunt inexplebilem animum, non ma-

gis, quam nullus sufficiet humor ad satiandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex æstu ardentiū viscerum oritur: non enim sitis illa, sed morbus est. Hæc Seneca. Sed quoniā hic morbi, Plutarchus, vero Medici meminit, omnino oportet huc advocate Galenum ipsum hæc de re medicæ, ac sapienter differenter peculiari libro de dignoscendis, & curandis animi morbis, cap. 9. cui hunc præfixit titulum: De vitanda insatiabilitate, que omnis malitia, ac mæroris est causa:

Vbi cum inde descripsisset insatiabilitatem, cum quis ultra, quam satis sit, progrederetur vescendo: Id autem, quod sit satis, ipsa cibi indigentia metitur: hinc animi insatiabilitatem coniicit, cum quis plus appetit, quam sit satis, aut quam indigeret, atque ideo docet inexplebilem esse, quod hominum cupiditates nunquam ad eos spectant, qui pauciora possident, semper autem ad eos qui plura, & hos ipsos superare conantur: Quapropter medicastim ipse vesus arte; vomitione, & purgatione eos indigeremonet: satis quidem ad mentem eiusdem Seneca epist. 21. ex Epicuri sensu affirmantis: vt divitias augeas, cupiditates minue: sic enim ille: Epicurus illa nobilem sententiam scripsit, quæ hortatur, ut Pythoclem locupletem non publica, nec ancipiiti via faciat. Si vis (inquit) Pythoclea divitem facere, non pecuniae adiiciendum, sed cupiditatibus detrahendum. Et apertior ista sententia est, quam ut interpretanda sit, & di

serior, quam ut adiuvanda: Addit statim de suo Seneca. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum existimes de divitij dictum: quocumque transtuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honestum facere: non honoribus adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea esse in perpetuâ voluptate, non voluptatibus adiiciendum est: sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea senem facere, & implevi tam, non annis adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Has voces, non est quod Epicuri esse iudices, publica sunt. Hæc Seneca ibi, & omnino ad mentem Galeni epist. 19. Lucillum monens Romanum, effugere, & divitias contemne. Si te (inquit) ad priuata retuleris, minora erunt omnia, sed affatim implebuntur: at nunc plurima, & undique ingesta non saturat. Vtrum autem mavis ex inopia saturitatē

Galenus.

Seneca.

D

E

istud tantum existimes de divitij dictum: quocumque transtuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honestum facere: non honoribus adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea esse in perpetuâ voluptate, non voluptatibus adiiciendum est: sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea senem facere, & implevitam, non annis adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Has voces, non est quod Epicuri esse iudices, publica sunt. Hæc Seneca ibi, & omnino ad mentem Galeni epist. 19. Lucillum monens Romanum, effugere, & divitias contemne. Si te (inquit) ad priuata retuleris, minoria erunt omnia, sed affatim implebuntur: at nunc plurima, & undique ingesta non saturat. Vtrum autem mavis ex inopia saturitatē

*an in copiā famem: Hoc Seneca. Quod si cuncta, quæ ipse in hanc rem scire monet, afferre velle, totus ipse Seneca ex scribendus esset: Iam Lyricus cum Plutarchi monito, & medicò Galenī remedium consentiens inquit lib. 2. Carm. Ode 2.*

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops  
Nec sicutim pellit, nisi causa morbi  
Fugerit venis, & aquosus albo  
Corpore languor*

Horat.



EIVSDEM ARGUMENTI.

A CHRISTO DOMINO IN Eucharistia moneri mortales, ut certum terminum cupiditati, & habendi studio præfigant.

AD NOTATIO. II.

I.

**S**I Rem attentius perpendis, quid aliud esse existimas Dei Filium arctissimis, specierum panis terminis affixum, sive circumscripsum in Eucharistiā permanere voluisse? quam suo exemplo insanū habendi studium mortalium castigare, & eorum cupiditatibus cum terminum præscribere, ut ijs, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, contenti; superflua, & inutilia contemnere, quæ pompa non vita inserviant, quin se earatione pauperes fore existiment, imò vero diuites fortes, magnanimi, & copiose abundantes censcri debeant? Id omnino dese affirmante Paulo: qui cum 1. ad Timoth. 6. vers. 8. dixerit. *Habentes alimenta, & quibus tegamur: his contenti sumus: alidi ingēti ore pronunciauit: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes,* 2. Corint. 6. vers. 10. vbi primum cum Anselmo notanda est structura sermonis Apostoli, cum ei sententia, *nihil habentes, præposuerit tanquam, quasi te vera non ita sit, ut nihil ipse habuerit, sed ad faciem ita videatur, sequenti verò omnia possiden-*

2. Cor. 6.  
vers. 10.

tes non apposuerit tanquam, sed abolute pronunciaverit omnia possidentes; quod iij qui necessarijs contenti nihil habere videantur; omnia tamen reapce possideant, & omnium domini, sive omnium potentes sint, vt ex Epicuro dicebat Seneca epist. 4. *Magnæ diuitiae sunt, lege naturæ composita paupertas, addens de suo. Lex autem illa naturæ scis, quos nobis terminos statuit. Non ejurire, non fovere, non algere: & statim ut ostendat. Quam magna diuitiae haec sint subiicit. Ut famem situm que depellas, non est necesse, superbis assidere liminibus; nec supercilium grave, & contumeliosam etiam humanitatem pati: non est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile est, quod natura desiderat, & expositum: ad super vacua sudatur: illas sunt, quæ togam conterunt, quæ nos feneccere subtentorio cogunt, quæ in altera littora impingunt. Ad manum est, quod satis est. His quid locupletius? Sed promissum Anselmum demus, ait ergo: In*

C *his quæ existimantur aduersa, quæ superius per ignobilitatem, & infamiam presignavit, quæque à sinistris esse descripsit, addidit, quali, vel sicut, aut tanquam in his verò, quæ prosperare reputantur, & dextre partis appellantur, quæque voca bulo gracie, & bone fame premonstravit, non apposuit quasi, vel aliquid tale: in prosperis enim, vel dextris est veritas: in aduersis autem, & sinistris umbra, vel p. militudo, non ipsa res: Ita Anselmus. Benè verò Græcas voces premens, obseruavit P. Iustinianus, maiorem hunc sententiam ab illis gratiam subiecte hunc in modum. Nihil tenentes, & omnia continentes: vt non solum innuatur, quod inquit ibi Chrysostomus. Qui multa possidet, & retinet nihil habet: qui autem nihil habet omnia possidet, eo sensu, quo S. Zeno M. ferm. de Avaritia, dixit: *Aurum si reservetur: id clum est, si erogetur, pecunia est: Sed etiam, id quod ex Seneca epistol. 31. iam vidimus. Nam te Deo pecunia non faciet. Deus nihil habet: Sed quo modo non habet? Quia omnia continet, omnia comprehendit, omnium Dominus est. Quod ipse pulchre explicavit epist. 92. vbi cum de Sapiente dixisset: *Scit animū impleri debere, non areā, subiicit de Dei similitudine inde homini cōparāda. Hunc im-***

Seneca.

D *aduersis autem, & sinistris umbra, vel p. militudo, non ipsa res: Ita Anselmus. Benè verò Græcas voces premens, obseruavit P. Iustinianus, maiorem hunc sententiam ab illis gratiam subiecte hunc in modum. Nihil tenentes, & omnia continentes: vt non solum innuatur, quod inquit ibi Chrysostomus. Qui multa possidet, & retinet nihil habet: qui autem nihil habet omnia possidet, eo sensu, quo S. Zeno M. ferm. de Avaritia, dixit: *Aurum si reservetur: id clum est, si erogetur, pecunia est: Sed etiam, id quod ex Seneca epistol. 31. iam vidimus. Nam te Deo pecunia non faciet. Deus nihil habet: Sed quo modo non habet? Quia omnia continet, omnia comprehendit, omnium Dominus est. Quod ipse pulchre explicavit epist. 92. vbi cum de Sapiente dixisset: *Scit animū impleri debere, non areā, subiicit de Dei similitudine inde homini cōparāda. Hunc im-***

S. Zeno  
M.

E *aduersis autem, & sinistris umbra, vel p. militudo, non ipsa res: Ita Anselmus. Benè verò Græcas voces premens, obseruavit P. Iustinianus, maiorem hunc sententiam ab illis gratiam subiecte hunc in modum. Nihil tenentes, & omnia continentes: vt non solum innuatur, quod inquit ibi Chrysostomus. Qui multa possidet, & retinet nihil habet: qui autem nihil habet omnia possidet, eo sensu, quo S. Zeno M. ferm. de Avaritia, dixit: *Aurum si reservetur: id clum est, si erogetur, pecunia est: Sed etiam, id quod ex Seneca epistol. 31. iam vidimus. Nam te Deo pecunia non faciet. Deus nihil habet: Sed quo modo non habet? Quia omnia continet, omnia comprehendit, omnium Dominus est. Quod ipse pulchre explicavit epist. 92. vbi cum de Sapiente dixisset: *Scit animū impleri debere, non areā, subiicit de Dei similitudine inde homini cōparāda. Hunc im-***

Seneca.

S. Leo.

ponere dominio omnium rerum licet, hunc in possessionem rerum nature inducere, ut juorum Oriens, Occidensque terminus fiat, deorumque ritu cuncta possideat. Hec Sene ca: omnino adstruens (quod inquietabat Chrysostomus) eum, qui nihil habet, omnia possidere. Verum id luculentissime docuit S. Leo Pontifex ser.

A  
4. de Quadragesima, inquiens. Semper est diues Christiana paupertas, quia plus est, quod habet, quam quod non habet: nec pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum Domino omnia possidere: ita ille: & quidem recte: nam qui Deum omnia habentem habet, quid non habet? Audi Ambrosium lib. 2. de Iacob cap. 5. vbi premens verba Domini ad Iacob Genes. 31. vers. 3. Revertere in terram patrum tuorum: ero que tecum: sic inquit: Ostendens nihil ei deesse, cui adesse omnia plenitudo: hoc solum abundare perfecte: in hoc constare omnia. & omnia ad ipsum referri: nihil ei nolum, nihil superfluum necessarium. Sic Ambrol.

II.  
Idem.  
Illud verò (quod obiter dixero) Dominus sese in Eucharistiæ speciebus circumscribenti, per opportunum ex eodem Philosopho est, epistola 33. dicente. Magni artificis est clausisse totum in exiguo. Nimirum ut rerum Dominus in pulcherrimâ mundi huius formatione magnum, & mirabilem opificem sese exhibuerit, quâlate patent immensa terrarum spatia, pelagique nunquam dis- puncte ore sinusque: audeò quidem dicere mirabiliorē artificem ipsum nobis innotuisse, cum totam Divinitatis suæ immensitatem, totam Humanitatis sacrâ cum infinita perfectionum suppellectile molem cohibens in puncto incluserit: Spectat quidem ad eximium magni Artificis huius ingenium, atque sapientiam in Dominicæ Incarnationis Sacramento clausisse totam Divinitatem in exiguo corpusculo: bene id sic expedente Volusiano in epistol. ad Augustinum. Intra corpusculum vagientis infantia latet, cui parva pustatur uniuersitas: nempe vel hac ratione. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, à Vate Psalm. 47. vers. 1. & Deus gigas (quod iam vidimus) ab Isaia, cap. 9. vers. 6. iuxta Hebraeorum fontem prædicatur: opportuneque docente Ter-

August.  
Psal. 47.  
vers. 1.  
Isai. 9.  
vers. 6.  
Tertull.

tulliano lib. 2 contr. Marcion. cap. 27. in illâ humani corporis pusillitate totum humanæ reconciliationis Sacramentum contineri: Miscente (inquit) in semetipso hominem, & Deum in virtutibus Deum, in pusillitatibus hominem, ut tantum homini conferat, quantum Deo derrahit: totum denique Dei mei penes vos dedecus, Sacramentū est humanæ salutis. Cōversabatur Deus, ut homo divina agere doceretur. Ex æquo agebat Deus cū homine, ut homo ex quo agere cum Deo posset, Deus pusillus inventus est, ut homo maximus fieret. Sed si rem undeque ex pendi; potiores magni Artificis patres Eucharistiæ institutori tribuendas dixeris, quoniam non modò totum Deum, sed & totum etiam hominem, nec quidem morti obnoxium, ut in Incarnatione, sed immortalem, & gloriosum, imò verò Dominum gloriae ad dexteram Summi Patris confidentem in exiguo, specierum panis puncto includit: ut Deo pusillo invento, homo maximus fiat: & terrenorum rerum contèptor divina agere doceatur.

C  
III.  
Iam hoc magni Artificis inventum; eò omnino iverit, ut mortales ex ipsius imitatione terminum cupiditatibus, & fortunis præfigere studeant, ut habentes alimenta, & quibus tegamur, contenti simus: cum ipmet gloriae Dominus, cui ne omnes quidem totius terrarum orbis gemmæ auro probatissimo conservæ conueniens suppedaneum possunt efficere; egregium sese artificem ostendere arbitratus est, cum abiecta omni pompa, ac cultu, nulloque satellito cinctus, sibi tenuissimarum specierum punctum habitationis terminum posuit. Rem ergo divinam existiment mortales eximumque artificium, cupiditates, & totum habendi amorem in exiguo claudere. Hanc autem Philosophiam, cœlestem esse, Divinum illud præscriptum aquis quæ sub cœlo sunt impositum omnino evincit: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum unum, & appareat arida: Genesis 1. vers. 19. nimirum, ut aquæ quæ super cœlos sunt, quæ Deo laudes perpetuo agunt, Psalm. 148. vers. 4. Congregari non debent, cum semper laus eius versari debeat in ore nostro, Psalm. 33. vers. primo, ita quidem aquæ

Genes. 1.  
vers. 19.  
Psal. 14.  
vers. 4.  
Psal. 33.  
vers. 1.

quæ quæ sub cœlo sunt; bona scilicet temporalia, & terrene sollicitudines in certum locum congregandæ certis que limitibus constringendæ sunt; ijs videlicet, qui necessaria omnino, non superflua præscribunt: hunc spiritua ē sensum his verbis reddente Hugo de S. Victore in allegorijs Gotfriei Tilmani ad id loci, vbi cum præmisset.

*Hec mirum videtur, quod aquæ quæ sub cœlo sunt congregantur in loco uno; & ille, quæ sunt super cœlum, non congregantur, sed relinquuntur diffusæ, atque expanse, quasi quæ coarctari nolint, vel colligi. Quid putas hoc sibi vult, nisi quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis? ad Roman. 5. vers. 5. post nonnulla, sic subiicit. Dividantur ergo aquæ ab aquis, quatenus anima quoque, ut dignum est, partem sibi vendicet sollicitudinis, & meditationis. Sanè inferiores certis limitibus coercentur, certis contineantur alveis: necessitatis terminos non excedant: proinde superiores copiosius dilarentur: ita ille: optimè id: necessitatis terminos non excedant: ne rupto aggere in immēsum diffundant, cui cogitationi aptam similitudinem adiunxit S. Nilus in Ascetico, sic monens.*

*Vt enim tunica corporis quadrans magnitudini utilitatem affert, & ornamentum, quæ autem vndeque circunfluit, & pedibus implicatur, & humi trahitur; præterquam quod turpis est, agèt iest impedimento: sic possessio corporis necessitate maior, & ad virtutem tendentes impedit; & valde vituperatur ab ijs, qui naturam hominis rectè metiuntur: Hæc Nilus. Quæ sic perstrinxit Hilarius Canon. 19. in Matth. Grave onus innocentia subit incrementis opum occupata.*

IV. Planè ut possessio necessitate corporis maior, merito vituperatur ab ijs, qui naturam hominis rectè metiuntur: ita illa quæ necessitatis terminos non excedit; sed velut tunica corporis magnitudini quadrat, à Divino spiritu vehementer laudatur, Cantic. 7. vers. 1. his verbis: *Quam pulchrisunt gressus tui in calceamentis filia Principis: vbi dum non sine causâ ambigitur: cur Sponsæ gressus in calceamentis pulchri sint? quasi à calceis laudem fuerint adepti: respondent Theodoreetus, & alijs à locutione significari incessum rectū, qui*

viam regiam teneat, & conformis sit Euangelio pacis. Verum inibi rursus ambigo quid viæ huic regiat, & calceamentis commune sit; vt ab his incessus rectus, & Euangelio conformis denotetur? Ergo respondet Ambrosius hæc plusplus non semel explicans: inde gressus Spōsæ in calceamētis laudari, quod corpore, & corporeis rebus, tanquam calceo vtatur, qui (vt de tunica dicebat Nilus) pedis magnitudini quadrare, nec illa laxior esse debet, ne in ipso impedimentū patiatur: Sic nāque ipse pri mū serm. 17. in Psalm. 118. Ergo p̄e ciosam significat anima pulchritudinem,

*quæ carne tanquam calceamento vtitur, & in ipso impedimentum non patitur, sed incessus decore præcellit: ita ibi, & in oratione de obitu Valentinianni, cum illius Principis anima loquens sic inquit: Speciosa enim habitasti in corpore, tanquam calceamento eo usq;: Hæc Ambrosius. Quibus opportunam lucem impertitur Clemens Alexan. lib. 3. Pædagogi, cap. 7. vbi cum de viatico viæ, quæ dicit ad cœlum agens dixisset. Pulchrum est viaticum viæ, quæ ducit ad cœlum, si frugalitatem usq; cum moderata gravitate ungenamus: subiicit: Mensura autem sicut pes calcei, ita etiam vii usq; possessionis est corpus. Quod autem superabundat, qualia sunt ornamenta, & supplex divitium non sunt ornatus corporis: Sic Clemens: Ecce ergo tibi pulchritus animæ gressus, quæ corpore, & extensis rebus, tanquam calceo pedi aptato vtitur, dum habens alimenta, & quibus tegatur, non quibus ornatur contēta est: Nec omiserim hūc referre vetus Adagium: Ne ultra pedem calceus: quo in hunc sensum, & si non benè ab Adagio grapho intellectus vñsus est Lucianus in imaginib; monens: Neque mator pede sit calceus, & inseq. dialogo. Hæc tibi vñsa sunt immoda, & quam pro mensurâ pedis maiora.*

*Hic omínino concinit, quod Plutarcho lib. 5. q. convivialium, observatum est; Salē ab antiquis, tanquam quid divinum habitum, tum quod eius vñsus in eā summa à mensurâ esse debeat, quæ necessitatē tātum inseruat, ne in amplitudine transeat, tum vel maximè, quod res ad vñsum, & victum humanū, quæ ne cessati potius, quam delicijs*

Ambros.

Clem. Alex.

V. plutar.

Hugo à  
S. Vict.

Roman. 5  
vers. 5.

S. Nilus.

Hilarius

IV.

Cant. 7.  
vers. 1.

Theodor.

opportuna sunt, cōdiat, & sapidas red-  
dat, vt omnem adimat excusationem  
ijs, qui immoderata, & superflua con-  
cupiscent: Audi Plutarchum sic de Sa-  
le differentem: *Proinde Venerem sunt,  
qui eum vocent, quod cibum necessarium  
opiparum efficiat. Haccine de causa Salem  
dictum esse divinum, dicemus: vt videris,  
ad Divinitatem accedere, modico es-  
se contentum, & necessarijs tātum re-  
bus vti: itidemque, vel eāde causā Salē  
in mensā apponi solitum, vt ab eo de-  
frugalitate moneamur; cuius ipse ty-  
pus est: dicens Horatio 2. carm.*

*Horat.*

*Vivitur parvo benē, cui paternum  
Splendet in mensā tenui Salinum  
Vbi non otiosē, sed opportunē ridebis  
quorundam illustris prosapiæ Magna-  
tum insulitatem cum ignorantiā con-  
iunctam, qui mensæ accumbentes si Sa-  
linum casu profundatur, aduersæ fortu-  
næ deputant, & tanquam insignis cala-  
mitatis futuræ præfigium horrent: cū  
potius tunc illos Salinum suę profusio-  
nis, & immoderativictus arguat, qui in  
debitam frugalitatem Salis vſu metiē-  
dam peccent, vt illis iure accōmodes,  
quod Seneca in consolatione ad Helvīā,  
c. 11. de insigni illo helluone Apicio,  
qui cum se festerium millies in culinam con-  
gesisset, &c. ex alieno pressus rationes suas  
tunc primum coactus inspexit, superfutu-  
rum sibi se festerium centies computavit, &  
velut in ultimā fame victurus, si festerio  
centies vixisset; veneno vitam finivit: sic  
sapienter inquit. Illi verò tam prava mē-  
tis homini ultima potio saluberrima: Red-  
dit rationem præfatæ Salis profusioni  
opportunam. Tunc venena edebat; bibe-  
batque, cum immensis epulis non delecta-  
retur tantum, sed gloriaretur, cum vita  
sua ostentaret, cum civitatem in luxuriā  
suam conuerteret, cum iuventutem ad ini-  
tiationem suam solicitaret, etiam sine malis  
exemplis per se docilem: ita ille: à quo di-  
xeris; istos qui sale effuso offenduntur,  
iam ante Salem ipsum profundere, &  
malum aduersus leomen habere; cum  
immoderatis epulis vtuntur, & inimē-  
sis comeditionibus patrimonium ve-  
xant. Quo itidem advoce acutū Philo-  
sophi Zenonis ( apud Heraclum in  
Apotegmatibus lib. 7. in Zenone) di-  
ctum: dum quibusdam sic excusantibus  
luxuriam suam, vt dicerent, se ex eo,*

*Seneca,*

quod abundaret, facere sumptum, ar-  
gutissimè respondit. Ignoscetis ne co-  
quo si cum obfonia plus aqua salsa daret,  
diceret sibi copiam esse Salis? sentiens, vi-  
ctum non esse moderandum ex rerum  
copiâ, sed ex vſu, & necessitate natu-  
ræ. In quam sententiam mirè differuit  
Seneca tota epist. 90. vbi inter alia de  
prisca frugalitate ſculpi aurei inquiēs.  
*Tecta, tegumentaque, & fomenta corpo-  
rum, & cibi, & quæ nūc ingens negotium  
facta sunt, obvia erant, & gratuita. & ope-  
ra levi parabilia: modus enim omnium  
propter postulabat necessitas erat: nos iſta  
preiōſa, nos mīra, nos magnis, multisque  
conquirenda artibus fecimus, concludit.*

*Seneca.*

*Sufficit ad id natura, quod poscit. A natu-  
rā luxuria descivit, quæ cottidie se ipsam  
incitat, & tot ſeculū crescit, & ingenio  
adiuvat vitia, post nonnulla vero pul-  
chrè addit: Recessit ille naturalis modus  
desideria ope necessariā finiens. Iam rufi-  
tatis, & miseria eſt, velle quantū eſt. Hæc  
Seneca.*

*Præfatæ vero observationi de Sale  
adſimilis alia eiusdem Plutarchi in hæc re-  
eſt: dum de Gentili Imperatore Num-  
ma in eius vita refert: Terniū, qui  
agris, & poſſessionibus imponitur,  
Deum appellasse, & pro deo coli iuſſi-  
ſe, vt inde omnino moneret rem eſſe  
divinam cupiditates terminare, & stri-  
ctis limitibus circuſcribere, quin ne-  
cessitatis terminos excedant; & proli-  
bito evagentur. Sane vt vel ab Aethni-  
corum ſenſu eorum cupiditas, & habē-  
di libido caſtigetur, qui nullis terminis  
coercētur: de quibus Iſaias cap. 5. vers.  
8. inquit. *Ve qui coniūgitis domum ad do-  
mum, & agrum agro copulatis vſque ad  
terminum loci: id est nullis terminis, fi-  
ve non alijs, quam ijs qui totius mundi  
ſunt, vestrę cupiditati impositi: ſic hęc  
verba explicante P. Sanctio ibi: Vſque  
ad terminum loci, id est vſque ad mundi fi-  
nem; hyperbolice ſubijcit: Vel donec totū  
occupetur ſpatium, quod ſuę cupiditati,  
aut ambitioni diffinierunt: Quod in prio-  
rem expositionem recidit, nā cum ea  
cupiditas, & ambitione infatiabilis fit,  
termino caret: cui ſenſu vndequeaque  
ſubſcribit Vates immediate ſubiungens.  
Nunquid habitabitis vos ſoli in me-  
dio terra: hoc eſt quinfit locus alijs, ſic  
enim in Hebræo eſt proprieſibus ver-**

*VI.  
Plutarc.**Iſai. 5.  
vers. 8.*

*E occupetur ſpatium, quod ſuę cupiditati,  
aut ambitioni diffinierunt: Quod in prio-  
rem expositionem recidit, nā cum ea  
cupiditas, & ambitione infatiabilis fit,  
termino caret: cui ſenſu vndequeaque  
ſubſcribit Vates immediate ſubiungens.  
Nunquid habitabitis vos ſoli in me-  
dio terra: hoc eſt quinfit locus alijs, ſic  
enim in Hebræo eſt proprieſibus ver-*

*Lectione  
Heb.**bis:*

bis. usque ad terminum loci) sic pro ijs fiduciante Ambrosio lib. de Nabothe, c. 12. Pauperiem se indicat omnis abundas quia sibi deesse arbitratur, quidquid ab alijs possidetur. Toto mundo eget cuius non capit mundus cupiditates: eius autem, qui fidelis est, totus mundus divitiarum est: Hæc ille, & quidem opportunè illud: Toto mundo eget, &c. qui nescit, scilicet cupiditates certis limitibus coercere, nam cum semel illis terminus deest, in immensum eunt: benè id expedente Chrysostomo homil. 37. in epist. 1. ad Corinthios hunc in modum: Avaria vero de omnium facultatibus sunt similiter solliciti, & curiosi, & pauperum, & divitum, & amant res, quæ non sunt, quod est maximè signum improbe cupiditatis. Non enim dicunt. Vellent habere huius, aut illius facultates; aut huius, aut illius solù; sed & montes volunt esse aurum, & domos, & quæcumque videntur: & ad alterum procedunt mundum, & hæc patiuntur in infinitum; neque usquam à suo defiunt desiderio. Sic Chrysostomus.

VII.  
Nazian. Ambros.

Obserua illa: & ad alterum procedunt mundum, quæ à Chrysostomo hyperbolice, & tanquam quiddam imaginarium, aut chymaricum dictū. Pergit vero Gregorius Nazianzenus, & alter ille mundus qui chymaricus, & imaginaries Chrysostomo visus fuit, ipse insatiabili hominum cupiditati non iam solum optandus, sed etiam inquirendus velut propheticō ore dicitur: ita enim inexplicabilis sanguis fugæ huius naturam oratione in plagam grandinis, persecutus est. Qui in campis, & montibus dilatamur; atque alia iam habemus, alia adiungimus, alia iam iamque adeptur sumus, instar illius sanguis fugæ, cuius meminit Salomon, quæ expleri nequit, quæ ad modum nec infernus, nec terra, nec ignis, nec aqua: novumque orbem, quem possideamus, querimus ac Dei terminis, ut insatuvabili nostrâ cupiditate minoribus succensemus: ita Nazianzen. audis ab illo, homines Deum Terminum contemnere, sive potius Dei terminos transilire, & novum orbem querere: Obsistit tamen illis Deus ipse; & ne illius terminis succensemus, de industria insanum illis mare opposuit, ut ipsorum transgressioni plusquam adamantinus murus foret: Ambrosio sic censente lib. de

Elia, c. 19. Mare non ad navigandum fecit Deus, sed propter elemēti pulchritudinē. Latus pelago fudit aquora: certè ut freto concluderet terras, ne longius tu vagus, & exsul errares: Verū, quæ mortaliū immortalis, & infaturalibiter contumax avaritia est: iniecta mari fræna prætū pens, & quotquot terræ termini sunt transgrediens, quæ alterū mundū prius excogitauit, quemque deinde quæsivit; tandem indefesso labore, & vix credibili perinacia adiuuenit; nec iam quidvis aliud adeò obvium, pervium, & permeabile, quam mare; nihil ipsi tā vicinum, & ad manum, quam alter mū dus: sive novus orbis est: ipsomet aquo re apud Isaiam 23. vers. 4. suclamante: Erubescē Sidon, ait mare, fortitudo maris dicens, hic in hunc sensum Ambrosio p̄f̄ato loco hæc verba eleganter in flectete. O in explicable avaritia mercatorum! cede tu ubi, & pelagus, & mare inquietudinem tuam non potest sublinere. Denique toties recurrentibus mercatori bus exaratum. Erubescē Sidon ait mare. Tanquam fatigati elementi vox ista dicens est, Erubescē Sidon: hoc est, meos futūs negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietier, & erubescē, vel pudore quādo periculo non moveris. Verecundiores vētisunt, quam vestra cupiditates. Illi habent otia sua, nunquam vestra quæ crēdi stū dia feriantur. Et cum otiosa tempestas est, nunquam vestra otiosa sunt navigia. Versatur vnde solo remige, quando quiescit à flamme. Hæc omnia ad rem Ambrosius. Nec dissimiliter Plinius lib. 2. cap. 47. inquiēs. Nec tamens vestra tempestatum concludit mare: pirata primum coegerunt mortis periculo in mortem ruere, &c. nūc idē hoc avaritia cogit: ita ille, sed & huc etiam intentus Seneca in Consolatione ad Helviam, cap. 10. hanc avaritiā matrī transgressam sic castigat. Libet dicere. Quid deducitis naves? quid manus, & aduersus feras, & aduersus homines armatis? Quid tanto tumultu discurratis? Quid opes opibus aggeritis? Non vultis cogitare, quam parva vobis corpora sint? Nonne furor, & ultimus mentium error est, cum tam exiguum capias, cupere multum? Licet utique augeatis census, promoteatis si-nes, nunquam tamen corpora vestra laxabitis. Cum benè cesserit negotiatio, multum militia retulerit, cum indagati, vndique

Isaiæ 23.  
vers. 4.  
Ambroſ.

Seneca.

cibi coierint, non habebitis, ubi istos appa-  
ratus vestros collocetis. Quid tam multa  
conquiritur? Scilicet maiores nostri, quorū  
virtutes etiam nunc virtus nostra susten-  
tant, infelices erant, qui sibi manus par-  
abant cibū, quibus terra cubile erat, quo-  
rum tecta nondum auro fulgebant. Hæc  
ille, & alia.

VIII.

Bene verò hanc habendi libidinē,  
furorem, & vltimum mentium errorē  
appellauit Seneca; meritoque animi  
imbecillitatem, & impotētiā suā ap-  
pellaret: cum eximia fortitudinis fue-  
rit insanam huiusmodi cupiditatē co-  
hibere, & paruo esse contentum, & tā-  
quam magnum artificem clausisse ro-  
tum in exiguo: Enimvero cum alibi de  
mysticā significatione septem dierum  
creationis egerim, & illos singillatim  
cum septē virtutibus cōposuerim, me-  
minī me ex Cassiod. lib. de Amicitia,  
quintū diem in quo pisces creati à Deo  
dicuntur, fortitudini tribuisse: Sic (in-  
quit ille) fortitudo dies quintus: & vero  
cum inibi ad silentium in contumelijs  
& iniurijs perferrendis retulerim, vt qua-  
si pisces spirituales procellosa fluctuum mo-  
limina toleremus, & cohibeamus lin-  
guę lubricum sub censurā silentij: modo  
egregiam hanc pisibus assignatā for-  
titudinem placet cum Ambrosio in ea  
animi magnanimitatem revocare, quā  
quis novit modico esse contentum,  
nec nisi victui necessaria querere, ut  
pisces suis terminis se continent, & tā-  
tum querunt, quantum sibi ad victum  
necessarium est: Sic ergo Ambrosius

Cassiod.

Ambros.

lib. 5. in Hexameron, cap. 10. Pisces men-  
surans suam norunt, non muris urbū, por-  
tisque prāscriptam, non adiicijs domorū,  
non agrorum finibus limitatam, sed mensu-  
rameius, quod oporteat, ut tantum sit vni-  
cuique quantum ad vsum abundet, non  
quantum aviditas quādam immoderata  
sibi vendicet, subdit: Lex quādam natura  
est, tantum querere, quantum sufficiat ad  
victum, & alimentorum modo sortem cō-  
fere patrimonij. Hoc genus pisium in illo  
sinu maris alitur, & gignitur; illud in  
alio. Denique non reperies confusa genera  
pisium, sed quod hic abundat, alibi deest,  
&c. Non est libera vagandi potestas, nec in  
men interclusa montibus copia, aut fluvijs  
interlabentibus transitus impeditur, sed  
vus natura impressus, tanquam patriæ fi-

nibus vnuquęque etiā vtrinco-  
las prodire fūspectum. Hæc Ambrosius:  
Huc ergo diei quinti fortitudinem re-  
voca: huic tamen moderationi, atque  
continentiē eam a signa: dixit quippe  
idem met Ambrosius lib. 1. officiorum  
cap. 36. Re vera iure ea fortitudo voca-  
tur quando vnuquisque ē ipsum vincit,  
nullis illecebris emollitur, atque inflecti-  
tur. Et à nobis in superioribus adductus  
Seneca. Seneca epist. 18. hac ipsa de re. Quanta  
est animi magnitudo ad id juā spōre deſe-  
dere, quod nec ad extrema quidem redaci  
timendum sit? Hoc est p̄occupare rela-  
fortuna: ita Seneca. Verum ipse priori  
loco ex p̄fata, quam seruant pisces  
mensura, insanam hominum cupidita-  
tem sic reprehendit. At nobis alia sentē-  
tia est, mutare ex filio domos, incolarum fa-  
stidio teneri, aduenarum captare gratiam  
transferre terminos perpetuos, quos posue-  
rūt patres nostri, agrū ad agrū iungere, do-  
mū ad domū. Deficit terra hominibus: ster-  
nūtur, & maria Rursum pro singulorū li-  
bidine incidit terra mare infunditor, ut  
insulas faciant, v̄e possident freta, spatia  
maris, sibi vendicant iure mancipij. Hæc  
& multo plura ibi in hanc sententiam  
Ambrosius.

IX.  
Pro quibus disertè fideiubet Salo-  
mon Proverb. 17. vers. 24. inquiēs: Ocu p̄rou. 17.  
li stultorū in finibus terræ, sive vt LXX. vers. 24.  
habent, ad extrema terræ: hoc est, vt ex LXX.  
Iansenio, & alijs explicat Salazarius: Ianse n.  
Stulti homines vota, & desideria juarebus Sala Zar.  
terrenis adjicunt in finibus terræ, hoc  
est totius orbis imperium ambient, & di-  
tionem suam ad usque ultimos mundi fi-  
nes pertingere capiunt. Quos quidem in  
amentibus illis, qui pr̄scriptos, sibi à  
Deo terminos egredi, turrim Babel edi-  
ficare moliti sunt, adambratos sic con-  
templatur Chrysostom. hom. 30. in Ge-  
neſim: Vide quoniam genus humanum nō  
potest intra suos limites consistere, sed am-  
plius semper concupiscens maiora subinde-  
appetit. Atque hoc est, quod maximè ho-  
minem perdit, quia non vult natura suę  
mensuram agnoscere semper maiora deside-  
rans, & quę supra conditionem suam, &  
facultatem sunt, vota concipiens. Hęc mo-  
do Chrysostomus ibi: Observa vero in  
pr̄fato Salomonis loco: pro illis ver-  
bis, in finibus terræ, Chaldaicum reponere:  
in profundis terræ, vt designet homi-

Chrysost.

nes insatiabili avaritia profunda terrae  
rimantes, ut metalla, aurum, argentum  
que inibi inclusa effodiunt: eo sensu  
quo Plinius aurum sacram famam sapien-  
ter castigabat in proo. mio lib. 33. nat.  
histor. inquiens. Persequimur omnes (ter-  
ræ) fibras, vivimusque super excavatum  
mirantes dehincere aliquando, aut intré-  
misce illam, ceu vero non hoc etiam indi-  
gnatione sacrae parentis exprimi possit.  
Imus in viscera eius, & insede Manū opes  
quærimus, tanquam parvū benigna fertiliq;  
quaquam calcatur, &c. Illa nos premū, illas  
nō ad inferos agūt, quæ occultavit, atq; de-  
mergit, illa quæ non nascuntur, vt repente  
mens ad inane evolans reputet, quæ deinde  
futura sit finis, scilicet omnibus exaurien-  
di eam, quo usque penetreret avaritia: Hæc  
Plinius. Vnde statim lapienter exclamat.  
Quam innocens! quam beatæ! imò ve-  
ro & delicata æsset vita, si nihil aliud, quæ  
supraterræ concupisceret. Cui Plinianæ  
querele egregie post præfata verba ad-  
stipulatur Chrysostomus eundem sen-  
sum multis persecutus. Quæ vide.

Chrysost.

### EIVSDEM ARGUMENTI.

AB EVCHARISTIA HOMINEM  
divinæ similitudinis admoneri,  
quod modico contentus  
sit.

### ADNOTATIO III.

**N**ON equidem omnino pu-  
det, tot Gentilium testimo-  
nia usurpassem, ut adstruere-  
mus felicem fieri hominem,  
quæ modico contentus fuerit: imò ve-  
ro sèpius libuit ad asserendas similes  
sententias, quæ Christianæ professio-  
nis sunt propriæ, sicut quæ iniurias re-  
mittendas, minuta errata vitanda, iram  
cohibendam, affectiones in suo ortu  
præcidendas, & alia eius generis do-  
cent, Æthnicorum sensa producere, ut  
ab illis nonnullis delicatulis Christia-  
nis incuriamus ruborem, dum quæ illis  
intolerabilia videntur, gentilibus visita-

ta demonstrantur. Sed tamen, ut id  
sit; ad sacra Vatum stylum iam conver-  
tamus nostrum, & maiora moliamur:  
contententes hoc Eucharistia docu-  
mentum ad divinam similitudinem co-  
parandam viam nobis munire, quasi  
nihil Deo similius, aut proximus mor-  
tali obtingat, quam modico content-  
um esse: Pro qua quidem sententia pri-  
mævam hominis ad imaginem, & si-  
militudinem Dei formationem advo-  
cans, iam dudum obseruavi eo in loco

Genef. 1. vers. 26. Faciamus hominem ad  
imaginem, & similitudinem nostram: pro

Genef. i.  
vers. 26.  
Heb. Le-  
ctio.

voce similitudo, in Hebreo esse Dam-  
ath: quam cum propriè transtuleris silen-  
tem: eo opportune referas, ut siquidem

invenimus hominem (verba sunt Leonis  
Magni lerm. 1. de ieiunio decimi mensis)

Ideo ad imaginem Dei conditum, ut imita-  
tor sui esset Auctoris, & hanc esse natura-  
lem humani generis dignitatem, si in nobis

quasi in quodam speculo divinae benignita-  
tis forma resplendeat, inde diuina simili-  
tudo in homine subsistat, quod Deo un-

deaque subiectus (id enim omnino  
silere in scriptura significat, vt Plal. 61.  
v. 1. Nonne Deo subiecta est anima mea: He-  
braice: Nonne Deo silet anima mea: & 1.

Machab. c. 1. vers. 3. de terrarum orbe  
Alexandro subiecto, eique obtempera-  
te: & filuit terra in conspectu eius: quo

etiam it ea locutio loque 10. vers. 21.  
Nullus contra filios Israël mutire ausus

est: ) nihil omnino extra ipsum concu-  
piscat, aut velit, sed clavis, compressis-  
que corporis sensibus, atque extra carnem

mundumque positus (sic Nazianzen. in  
Apologetico sine que collectus secum, &

in secum Deo colloquens, superiorē rebus  
in aspectum cadentibus vitam ageret: Sub  
hoc quidem sensu idemmet S. Leo ser.

8. De ieiunio decimi mensis, cum dixisset:  
Quamvis enim fine animæ nihil caro desi-  
deret, & inde accipiat sensus, unde sumit

& motus; eiusdem tamen est anima, quæ  
dam sibi subdit & negare substantia, & inter-  
iori iudicio ab inconvenientibus exteriora  
refrenare, ut a corporeis cupiditatibus se

pius liberat in aula mentis possit divinae va-  
care sapientiæ: subdit ad rem nostram: Vbi

omni strepitu terrenarum silentे curarum  
in meditationibus sanctis, & in delitijs le-  
tetur æternis: Ita ille in silentio terrena-  
rum curarum, & in libertate a corpo-

Psal. 61.  
vers. 1.  
i. Mac. 1  
vers. 3:

Josue 10:  
vers. 21:

Nazian:

S. Leo:

reis cupiditatibus, animæ perfectionē, ac proinde divinam similitudinem cōstituens: vt in priori sermone citato dixerat: *Diligendonus Deus, ad imaginē suā nos reparat, & ut in nobis formā Jacobitatis inueniat, dat, unde ipsi quoque, quod operatur, operemur, &c. vt nō solū ipsum, sed etiam quidquid diligit, diligamus. Nā si inter homines ea demum firma amicitia est, quam morum similitudo sociarit, &c. quantum nobis optandum, atque entendū est, vt in nullo ab ijs, quæ Deo sunt placita discepemus.*

**H.**  
Eccl. 7.  
vers. 30.

*Qui quidem sensus subest verbis Salomonis: Ecclesiastæ 7. vers. 30. Solum modo hoc inueni: quod fecerit Dominus hominem rectum: & ipse infinitis misericordiis questionibus quo in loco, & acceptant, & deperditam Dei similitudinem indicat Sapiēs: pulchra antithesi infinitarum questionum, quæ rectitudini opponantur: vt verò latens antithesis subsistat, primum observata: tam ex Hebræa, quam ex Latinalocatione voce rectum, significari, simplicem, vt Iob 1. vers. 1. *Vt simplex, & rectius: vbi Gregorius hom. 30. in Euang. Quæ est rectius: do sine simplicitate? aut quæ simplicitas, si ne rectitudine? Vnde Gregorius Thaumaturgus in paraphrasi: *Animaduerti, quod homines animis simplices à Deo creati: Deinde pro infinitis questionibus letationem Hebræa, Chaldæa, & LXX. habere cogitationes: Tigurinam, cogitationes vanas: Olympiodorum, obliquas vivendirationes: Biblam Venetam, adinventiones multas: Tandem, quid sit, homo simplex à Deo creatus, disce ex P. Pinedæ exacta expositione aientis:***

**Lect. Hebr.**  
**Caldæa.**  
**LXX.**  
**Iob 1.**  
**vers. 1.**  
**Greg. M.**  
**Thaum.**  
**Lect. Ti-**  
**zur.**  
**Olymp.**  
  
**Pineda.**  
  
**Invenal.**

*Vt rectitudo hoc loco sit, quedam naturæ simplicitas, paucis contenta, nihil falso fucatum, superfluumque concupiscentis: quod perinde est, ac homo simplex ab obiecto amato: vni scilicet Deo additus, ac proinde homo vnius studij, vnius curæ, vnius cogitationis iuxta illud Satyrici hanc ratiocinationem subuentis.*

**Chrysost.**  
mil. 79. in Ioannem: cum promisisset:  
*Magnifica struimus sepulchra splendidas domos adificamus, servorum cetera consipiamur, & varios excogitamus dispensatrices agrorum domus, pecuniarū, & prin-*

**A** *cipes principia m̄ constitutimus, animam omnino desertam relinquimus. Et quis horū modus? Nonne unum vērem saturamus? Nonne unum corpus induimus? Subiect omnino ad rem nostram. Quæ hac tantarerum perturbatio? Quid tandem vna, quam accepimus animam diuidimus, & in tot rerum euras distrahimus. Hæc & alia inferius appingedat Chrysostomus. Apud quē vides hominē simplicē vñā scilicet animam habentē, infinitis mixtum questionibus, in tot videlicet serū curas sese distrahentem.*

**B** *Enimvero id signatè Dominus ad arcendam ab animo nimiam opum, & habendi cupiditatem retulisse videtur: cum totam animi hominis feruitutē: bonam scilicet, & malam ad Dei obsecgium, & ad civitatarum amorem revocavit inquiens apud Matthæum 6. vers. 24. *Nemo potest duobus dominis servire: Non potestis Deo servire, & mammona, id est vt habet Syriacus, Diuitijs. Et**

**III.**

*Matth. 6.  
vers. 24.*

**Lect. Syr.**

**C** *verò hūc omnino ire dixeris: affirmasse Salomonem, honinem à naturæ simplicitate deflectentem, infinitis questionibus, seu cogitationibus, sive adiunctionibus sese immiscuisse: adnotante id inibi Bonaventura proprie dictum infinitis, quod nullus finis sit malorum, in quæ insatiabilis hominis concupiscentia, & habendi amor non feratur: cum nunquam dicat, sufficit, sed semper Affer: Affer. Prov. 30. vers. 15. vbi non possum non in hanc rem premere versionem illam, adiunctiones multas quæ fierunt: ex verbis Senecæ epist. 17.*

**Bonau.**

*Prov. 30.  
vers. 15.*

**Seneca.**

**D** *Representat opes sapientia, quas, cuicunque fecit super vacuas, dedit: sæculum multa, nimis habes, vt dixerit: si præalentis facili nimias, & superflua, & inane adiunctiones in pretioso cultu, immoderato victu, & pretiosa suppellectile, & speciosa familiæ pompa, quas cottisie tum magni, tum etiam mediocres, ac infimi immensa, & insana ambitione variant, & adaugent: contempleris, & ad antiqua egregiorum præisci avi viorum exempla te cōposueris: diues eris, quia satis tibi esse putabis: nam cum habueris alimenta, & quibus tegaris, contentus eris. Sententia semper quidem vera, & opportuna, sed nostro singillatim sæculo opport unitissima: in quo novas in dies ad iventiones, cum puris-*

ma simplicitate, in qua creati sumus pugnantes, errans & stultus hominum luxus discit, atque sectatur. Nec omitenda alia Senecæ verba quibus lib. de *tranquillitate animi*, cap. 9. hūc sensum illustrat, ac diffundit: nam cum hanc regulam præscripsisset. Optimus pecunia modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit: ut eam firmet, subiicit. Placebit autem hēc nobis mensura, si prius parcimonia placuerit, sine qua nec vlla opes sufficiunt, nec vlla non satis patient; præsertim cum in vicino remedium sit, & possit ipsa paupertas in divitiasse, aduocat à frugalitate converte re. Assuecamus à nobis remouere pom-pam, & usu rerum ornamenta metiri. Cibus famem domet, potio sitim. Discamus membris nostris inniti, cultum, victimumque non ad nova exempla cōponere, sed ut majorum suadent mores. Discamus continentiam augere, luxuriam cōcercere, gulam tēperare, iracundiam lenire, paupertatem & quis oculis aspicere frugalitatem colere, etiam si nos pudebit desiderijs naturalibus parvo parata remedia adhibere, spes effrenatas, & animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, id agere, ut divitias à nobis potius, quam à fortuna petamus, &c. Assuecamus ergo cōnare posse, sine populo, & seruis paucioribus ser virti, & vestes parare, in quod inventa sunt. Hēc & alia Seneca: Quid n̄ vero & illa ex ipsis excribam, quæ studiolas etiā ad inuentiones nostri sēculi quibus ingētes bibliothecæ non ad usum, sed in ornatum magno labore, & insanis sumptibus parantur, castigant? ait ergo Seneca: Studiorum quoque & liberalissima impensa est, tamdiu rationem habebo, quandiu modum: Quò mihi innumerabiles libros, & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita suā indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit, multo que latius est, paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos. Quadringenta millia librorum Alexandria reserunt, pulcherrimum regie opulentiae monumentū: alius laudauerit, sicut Livius, qui elegantiæ Regum, cur & que egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegantiæ illud, aut cura, sed studiosa luxuria; inōne studiosū quidē, quoniam non in studium, sed in spectaculū comparauerant, sicut plerisque ignoranter serviliū litterarum libri non studiorum

instrumenta, sed cōnatiōnum ornamenti sunt. Hēc Seneca: ac luxum, inquē hodiernā tempore eruditum, & rude vulgus curiu vadit, accommodatissima.

Sed vt revertamur, unde digredi sumus vide iam hanc naturæ simplicitatem, ut paucis contentæ, nihilque superfluum concupiscentis, ita Deo, quā simillimæ apud eundem Salomonem, Proverb. 13. vers. 8. quæstionē dicentem. Redemptio animæ viri, diuitiæ sua; qui autem pauper est, increpationē non sustinet: sive ut habent LXX. Inops autem non sustinet comminationem. Cu-

iis quidem loci cum multæ sint expositiones, quæ apud interpres, præser-tim vero apud P. Salazar videri possunt: velinde quidem vereor, germanas nō esse, quod nec sensum impleant, nec imminicant præcedentibus verbis Salomonis hærent: dixerat quippe vers. 7. Est quasi dives, qui nihil habeat, & quasi pauper, cum in multis divitijs sit, ut sensu, quem persequimur affimet, ille ve-rè est dives, qui sorte modicā contētus ditissimos quoque opulentia supera-t: dicente Paulo 2. Corint. 6. vers. 10. Tanquam nihil habentes, & omnia possi-dentes, & Seneca epist. 2. Cui cum paupertate bene conuenit, dives est. Contrà vero ille omnino est pauper, qui cum ditissimus sit, plura incessanter exoptat, ut idem Seneca monet in consolat. ad Helviam, cap. 11. post multa in hanc sententiam subdens. Qui continebit ita-quæse intranaturalem modum, paupertatem non sentiet, qui naturalem modum excedet, eum in summis opibus paupertasse queretur. Sic ille, & eodem ductu superius iam adductus Plutarchus: Nam cū viderimus hominem lucris addictum, & intabescerent, &c. quo tandem morbo dicemus, hunc hominem teneri, nisi animi paupertate hanc reddens rationē. Quæ doquidem divitiarum inopiam, quemad modum ait Menander, vel unus amitus benemerens sustulerit, at illam animi penitiam, ne uniuersi quidem expleant, neque viuentes, neque vitæ defuncti. Quare eleganter illud in hos dictum est à Solone.

Haud est fints opum fixus mortali-bus ullus. Hēc Plutarchus: Cui quidem sensu hu-ius tentiæ Salomonis, ista, quam in-

IV.

Prōp. 13.  
vers. 8.

LXXX.

Salazar.

2. Cor. 6.  
vers. 10.

Seneca.

Plutare.

mani-

Psal. 75.  
vers. 6.

Hieron.

Horat.

Cor. Tac.

Chrysost.

manibus habemus, omnino congruit: sic explicita, ut aperiat sapiens; quæ vere omnino diuitiæ dicendæ sint, nimirum ut animum quis à seruitute diuitiarum, & cupiditatum redimat, quin vir diuitiarum (Psal. 75. vers. 6.) id est servus sit, ut quam minimum habeat, tam maximè divitum fere existimet, dum liber, & sui ipius dominus à misericordia cupiditatum, & diuitiarum seruitute redemptus est: in hanc sententiam Hieronymo lib. 2. contra lovinianum, tū dicente. Grandis exsultatio animæ est, cū parvo contentus fueris, mundum habere sub pedibus. & omnem eius potestiam, epulas, libidines, propter quæ diuitiæ comparantur, vilibus mutare cibis, & crassiorē tunica compescere: tum etiam ibi afferē te illud Horati.

Serviet aeternum, qui parvo nesciet  
utri:

Audist? Serviet ergo Redemptio animæ est, cum parvo contentus fueris: Sic quidem aiebat Corn. Tacitus in vitali Agricolæ. Paulatim discessum ad delinimenta vitiorum porticus, & balnea, & conviviorum elegantiam: idque apud imperitos humanitas vocabatur: cum pars servitutis esset: ita ille, & recte, nisi diminutæ partem servitutis dixisset, id quod mera, & omnimoda animi servitus est. Qua de re iuvat audire Chrysostomum aureo eloquentiæ fulmine differētem præfatam hom. 79. in Ioan. vbi & servitatem, & libertatem de quibus agimus persequitur, sicutnamque de servitute. Quid tandem unam, quam accepimus animam diuidimus, & in tot rerum curas distrahimus molestam nobis servitutem ex cogitantes. Qui multis indiget, multorum servus est, et si ea possidere videatur. Nam & servorum servus, dominus est, & magis, quam illi servitum subit. Præterea si ne servis in forum ire non audet, non in balneum, non in rus: servis autem sine domino liber est aditus, quò placet: & post multa in eandem sententia subdit. Quid? febris laborantes: utrum cum quanto plus sitiendo bibunt, plus bibere desiderant: an cù in bonam restituti valetudinem illa sibi liberata sunt, se ipsos beatos existimat? An maduerte in omnibus rebus, miserum esse, pluribus indigere, & qui longe à Sapientia est, ei & seruitus, & cupiditas intenditur. Quid ergo sponte nostra nobis miseris

augemus? Vnde statim veram libertatem illustrat: Quanto plura amplectaris, tanto magis tue derogas libertati. Vera namque libertas est, nullà re indigere: in secundo loco minimis, quam Angeli habet. Quod autem in mortali corpore hoc quispiam sequatur, considera quam laudandus sit. Hæc Chrysostomus. Quæ à Persio satyra 5. præstricta dixeris, dum eū qui avaritia, & cupiditatibus inserviēs fere latabat liberum, sic ridet.

Liber ego: Vnde datum hoem sumis? tot  
sibdite rebus.

A Seneca vero egregiè diffusa, epistol. 113. hunc modum. O quam magnis homines erroribus tenentur, qui ius domini trans maria cupiunt mittere: felicissimosque se iudicant, si multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adiungunt, ignari, quid sit illud ingens, paratumque regnum. Imperare sibi maximū imperium est. Sic ille. Ex quibus facile videris, eam omnino Salomonis mentem esse, ut veras diuitias computandas, accensendas esse velit in ea animi libertate, quæ ipsum redimit à servitute, atque captiuitate avaritia, & ab amore nimium habēdi, quod divitum nō res, sed animus faciat; optimeque norit Sapiens (ut dicebat Seneca) animum impleri debere, non arcum.

Quò benè retuleris pulchrum monitum ei adolescenti, qui mandata servauerat, à Domino datum apud Mat. cum 10. vers. 21. etenim, cum ei prīmū à Christo Domino interroganti. Magister bone, quid faciam, ut vitam aeternam percipiā? Iesus dixit. Praecepta nosti: subinde que illi respondent. Hæc omnia servauit à tuventute mea. Iesus autem intuitus cum, dilexit eum, & dixit ei. Vnum tibi deest. Vade, quæcumque habes, vede, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo: Vbi obserua illa: Intuitus cum, dilexit eum: sive vt legit Epiphanius hæresi 66. gaujus est: peculiaria videlicet benevolentia signa à vultus alacritate, & benignioribus oculis illi exhibens; id illis statim verbis confirmans. Vade, quæcumque habes vende: vt nimirum ei, qui mandata servauerat mutuam repederet vicem; tantum non dicens, quando Deiservum te fuisse professus es; volo, ne subinde diuitiarum servus sis, sed ut ab earum captiuitate liber evadas;

Persius.

Seneca.

V.  
Marc. 10.  
vers. 21.

Epiphan.

E

id

*Chrysost.* id ad hæc verba Domini obseruante Chrysostomo hunc in modum: *Hic igitur voluntariam paupertatem diviti proponit, ut ubi omnes facultates abdicaverit, nullius servus exsistat.* Hec Chrysost. Cui observationi valde affinis est illa Ambrosij lib. 2. de Jacob, cap. 5. pendentis Iacobum à socero suo Laban aufugientem, & ab ipso comprehensum; magna animi libertate ei objecisse: *Cognosce, si quid tuum est apud me.* Genes. 31. v. 32. lecurus scilicet homo iustus, & Deo dilectus, nihil ex rebus saeculi, & terreni: facultatibus apud eum fore inveniendum. Audi Ambrosium. *Magnus vir, & verè beatus, qui nihil suum potuit smittere, nihil alienum habere: hoc est nihil minus habere, nihil superfluum.* Itaque ille perfectus est, cui nihil deest: *Iustus, cui nihil superest.* Hoc enim est, iustitiæ tenere mensuram. Sic Ambrolius.

*VI.* *Quemquidem sensum: si bene astimas, sequenti hemisthyquo confirmavit Salomon subiiciens. Qui autem pauper est, increpationem non sustinet: sive ut habent LXX. comminationem: Cuius nam? Sanè vel Fortunæ irata, illius scilicet, quam sapienter diffiniebat Seneca in consolat. ad Marciam, cap. 10. Ut varia, & libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, & præmij, & muneribus errabit, id est: cæca, & consilij expertis neminem ex merito puniet, aut honore asciitet: vel quod in ideam recedit; Principis cuiusdam inhumani, aut potentioris alicuius superbi: vt velit Salomon; eum de quo dixerat, divitem esse ob contemptum diuitiarum, iratum fortunæ vultum non ferre, nec timere. A quo nec hilum discrepavit Seneca epist. 18. amicum sic admonens. *Tunc mihi crede, Lucilli, exultabis dupondio satur, & intelliges ad saturitatem non opus esse fortuna: hoc enim quod necessitatì sat est, debet etiam irata: & paulò post. Non enim incunda recta aqua, & polenta, aut frustum hordeaci panis: sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatē, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit.* Liberaliora sunt alimenta carceris: sepositos ad capitale supplicium, non tam angustè, qui occisurus est, patcit. Quanta est animi magnitudo, ad id juā sponte descendere, quod nec ad extrema quidem redactis timendum sit, Hoc est, præco-*

*cupare tela fortuna.* Hæc Seneca. Quæ breui prelstrinxit Satyricus de Democrito vanashominum curas, & nimia habendi cupiditatem ridente, inquiens Satyra 10.

*Cum Fortune ipse minaret  
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet ungues.*

*Quasi frustra ei Fortuna imperaret, qui adeò maior, & valentior fortuna ipsa esset, ut si illa vaga, & libidinosa, & præmij, & muneribus errans, ei aliquid malum minaretur; ipse potius fortunam omnino aspernatus, laqueum quo se ipsa suspenderet, in summum contemptum transmitteret: nimirum ijs, quos vsque adeò à nobis negligi significamus, ut si vel suspendant te, nihil ad nos attineat, mandare laqueum dicimus. Totam vero Salomonis sententiam utroque hemisthyquo comprehensam sapienter expressit Horatius; liberum, & verè dignitatem, atque sapientem hominem, sic primum describens.*

*C. Quis nam igitur liber? Sapiens, si bique imperviosus.*

*Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent,  
Responsare cupidinibus: contemnere honores.*

*Fortis, & in se ipso tutus teres, atque rotundus,*

*Externi ne quid valeat perleve morari.  
Deinde vero opportunè concludens.  
In quem manca ruit semper fortuna.  
Nec pigebit pro tota Salomonis sententiâ dissentios Angelus Politiani versus Lectori dare. Sic enim ille felicem Rustici vitam lataissimo ingenio depingit.*

*Felix ille animi diuisque simillimus  
ipiss,*

*Quem non mendaci resplendens gloria  
fuso  
Sollicitat, non fastosi malagaudialius.*

*Sed tacitos finit ire dies; & paupere  
cultu*

*Exigit innocue tranquilla silentia vita.  
Urbe procul; voti exiguis, sorte mque  
benignus*

*Ipse suam fovet, & modico contentus  
acervo.*

*Non spes corde anidas, non curam pas-  
cis inanem.*

*In uenal.*

*Horatius*

*Angelus  
Politian.*

*Securus, quò sceptrá cadant, cui dira  
minentur.*

*Astra. & sanguineum iubar exitiale  
cometæ.*

VII.

E quibus illud sumo, quod à nobis pronuſiam de Dei ſimilitudine theſiſ firmat; dum Politianus ipsam in homi ne modico acervo contento adſtruebat, diuiſ ſimillimum iſpis illum appellaſ; ad mētem quidem Chrysostomi, qui eum qui vel nullā re, vel minimis indigeat, eam penè libertatem, quę Angelis ſubeft, habere dicebat: nempe alter ab altero ſenſus nechilum differt, ſi Angelī naturam, & in ipſa diuinam ſimilitudinem ex Dionyſio Areopagita penſitaveriſ: ipſe etenim lib. de diuinis nominibus, cap. 4. ad medium, hæc de Angelo pronunciat. *Imago Dei est Angelus manefatio occulti luminis. Speculum purum, clarissimum, incontaminatum, & incoquinatum, immaculatum. Iuiciens totam (ſi eſt conueniens dicere) pulchritudinem boniformis Dei formitatis, & mundè reſplendere faciens in ſeipſo, quemadmodum poſſibile eſt, bonitatem ſilentij, quod eſt in abditis.* Sic Dionyſius: apud quem expende extrema hæc: *Bonitatem silentij: quibus adſtruit, inde Angelum ſimilem Deo eſte, quod in ipſo tanquam in ſpeculo ſilentium Dei, reſplendeat: hoc eſt, illa Dei plenitudo, & ſufficiētia quā diuina natura (iſiſ met Aethnicis affiſmantibus)*

Dionys.  
Areop.

Lucret.

Pſal. 15.  
vers. 2.

Philip. 4.  
vers. 11.

Anſel'm.  
Anſel'm.

*Aſtra. & ſanguineum iubar exitiale  
cometæ.*

go inquiēt. Apoſtolus diſi ci a Deo ſuffi ciēs eſte tantum nō dicit: diſi Deo ſi milis, & diuinus eſte, cū modico, in nō

A minimo acervo contentus; nihil aliud cupiam, nullius ve rei indigē: & verò ut hunc ſentum de diuinā ſimilitudine verē, & modeſtissime indicauit Paſſuſ ita eundē ſuperbo, & ſpumeo verborū ambitu expreſſit Seneca epift. 31. hunc in modum. *Tutum iter eſt, iucundum eſt, ad quod natura te inſtruxit. Dedit tibi illa, quę ſi nō deſerueris par Deo furges. Pa rem autē Deo pecunia non faciet, Deus ni hil habet. Prætexta nō faciet, Deus nudus eſt. Fama non faciet, nec oſtentatio tui, & in populos nominis dimiſa notitia; nemo novit Deū, multe de illo male exiſtimant, & impunē. Non turbaverorū leſticam tuā per itinera urbana, ac peregrina portātiū. Deus ille maximus, potētissimusque ipſe vehit omnia.* Hec Seneca: Quibus aſſitia ſunt, quę habet Plutarchus præfa to lib. de cupiditate diuitiarū ad finem, dū ſapienter reprehēdit Telemachum,

Seneca.

B C quod domū Nestoris ingreſſus, in qua nihil ſuperfluum, ſed ea tātum, quę ad vičum, & viſitum neceſſaria erant, tātā moderationē non fuerit admiratus, ad Menelai autē domū, auro argēto, & purpura refertā obſtupuerit, quasilo viſ aulā fuſiſt conspicatus: audi egre giā planē ratiocinationē. Verum plerique noſtrū accidit illud Telemachi. Nā ille vel propter imperitiā, vel potius ob rustici tate, cum Nestoris domū videret inſtructā menſis, viſibus, ſtragulis, viño ſuavi, non admiratus eum rebus neceſſarijs, & vti libus abundantem. Ceterum apud Mene laum conspicatus ebur, aurum, & electrū obſtupuit, & dixit.

Plutarc.

D Talis adēſtaula hæc, qualis Iovis alti tonantis.

Plurima diſtu mira: ſtupor me habet aſpicientem.

E Porro Socrates, aut Diogenes dixiſet. Quā multa hic miſera, inutilia, ſtulta, riſus me capit aſpiciēt. Quis, aī, pefſime? Cū de bueris detrahere purpuram, & ornatum à muliere, ut deſideret delitiarū, rerumque peregrinarū amore inſanire: tu cōtra exor nas ades, perinde quāſi theatru, aut ſcēna ingrediētibus. Hec ille, & quidem reſtē imperitiā, & ruſticitatē hominis appellās ad diuitias, ac rerū abūdātiā, tāquā ad quid diuinum obſtupescenſis: cum

parem

Seneca.

parem Deo pecunia non faciat , nam Deus nihil habet: Vnde rursus opportunè Seneca epistol. 98. fictilia Tuberonis vaia commendavit; quasi non alij, si opus esset, dij fuisent vsuri. Tuber (inquit) paupertatem, & sedignam , & capitulo iudicauit, cum fictilibus in publica cena vesus, ostendit debere his hominem esse contentum, quibus dij etiam num uterentur: ita ille: nec omnino abs re: vel dicito: quibus aureis, argenteisve vasis vesus fuerit , cum in viuis esset Homo Deus? Sed & alibi idem Seneca de eodē Tuberone immortalē gloriā abijs fictilibus vasis fuisse adeptum sic affirmat. Censurafuit illa, non cena. O quam ignorat homines cupidi glorie! quid illa sit, aut quemadmodum petenda. Illo die populus Romanus multorum suppelle-ctilem spectauit, vnius miratus est. Omnum illorum aurum argentumque fratum est. & millies conflatum; at omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt. Sic Seneca epist. 95.


VIII. Concludo firmans, quæ hucusque de Dei similitudine à modico acervo vers. 14. proveniente , ex Domini responso, apud Lucam 12.vers. 14. cum ei , qui fuonon contentus Christum de hære-

A ditate cum fratre dividenda interpellabat inquiens: Magister, diefratri meo, vt dividat mecum hereditatem, ipse sic notanter, quali in contemptum , & ignorationem suæ dignitatis hominem illum appellauit. Homo: quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? vt dixerit. Obominis inficiam! qui poteras Deo similis, ac divinus evadere, si inijs, quibus es sufficiens es, ab hoc excelto, & divino statu, in terram decideret, & humanus, ac terrenus fieri vis: sub hoc sensu, atque energia hæc Domini verba, capiente Augustino term. 196. de tempore, hunc ad modum: Sed audiamus. & iudicantem , & docentem. Homo (ait) Homo. Qui enim pro magno habes istam hereditatem , quid es nisi homo? Pergit August. Volebat illum face realiquid, plusquam est homo. Quid plus illum volebat facere, cui volebat avaritiam tollere? Quid pluscum volebat facere? Dico vobis: Ego dixi dij estis, & filii excelsi omnes: Psalm. 81. vers. 6. Ecce quid eum volebat facere ; inter deos numerare , qui auaritiam non habent. Sic

August.  
(?)

August.

Psalm. 81.  
vers. 6.





## DISSERTATIO VI.

# DE VIRTVTIBVS PATIENTIÆ, & Humilitatis à Domino in Eucharistiâ addiscendis.

*CHRISTVM IN EVCHARISTIA EGREGIVM  
ad imitandum Patientia exemplar pro-  
positum.*

## ADNOTATIO I.



Anselm. te S. Anselmo lib. de Sacram. Altaris,

part. 2. cap. 11. hunc in modum de ijs,  
qui indignè ad hoc Sacramentum ac-  
cedunt disserens: *Permittuntur siquidē  
sicut Iudas ad indicium suum in carnem il-  
lam( ut ita dicam) corporalem incurrere,*

*de quā dicit Apostolus: & reconciliavit  
nos in corpore sux carnis in mortem;*

Colos. 1. vers. 22. *Quā illius alterius est  
carnis Sacramentum. Permittuntur mira-*

*Dei patientia corpus Christi indignē man-  
ducando , ipsum Christum sibi met rur-*

Hebr. 10. vers. 29. *sum ( ut ait Apostolus ad Hebreos 10.  
vers. 29.) crucifigere, & ostētui habere,*

A *& quasi inuitum indignis, & pollutis ma-  
nibus quodammodo sibi alligare, dum Sa-  
cramento tenus manducare corpus eius,  
quod ipse omnibus parauerat in cibum vi-  
ta eterna, &c. Mitis tamen Iesus, dum tē-  
pus patientia est, quā pietate Iud eos tol-  
erabit irridentes, conspuentes, crucifigētes,  
eadem & istos tolerat, quales fuerunt ta-  
les proprie circa eum existentes. Hæc An-  
selmus. Concinit S. Pacianus in parene  
si ad paenitentiam , vbi eos quī indignè  
ad Eucharistiam accedunt, sic primum  
affatur: *Vos primum appello fratres, qui**

B *criminiis admisisse paenitentiam recusa-  
tis, vos, inquam, post impudentiam timi-  
dos, post peccata verecundos. Qui peccare  
non erubescetis: & erubescetis confiteri, qui  
cum malā conscientiā Dei sancta contin-  
gitis , & altare Domini non timetis; qui  
ad manus Sacerdotis, qui in conspectu An-  
gelorum sub fiducia innocentiae acceditis,  
qui diuinę patientię insultatis, qui tacen-  
ti Deo velut nescienti pollutam animam,  
& prophanicum corpus ingeritis. Obserua  
illud. Diuinę patientię insultatis, item  
hoc: tacenti Deo, &c. opportune monēs*

Pacianus

Divi-

# In Euch. egregium patientiae exemplar. 521

Divinam patientiam in Eucharistia eluc-  
cere; multo quidem eminentius, quam  
cum clamabat Habacuc, c. i. vers. 13.  
*Ahab. 1. vers. 13. LXX.*  
Quare respicias super iniqua agentes (LXX.  
& Hebreæ lectio Paginæ: cōtemptores)  
& taces, de vorante impio iustiorē se: pa-  
tientē nimirū, & tacente Domino  
contemnentes se, cum ipse qui Agnus  
mundissimus est, ab impijs, & p̄fērō-  
cib⁹ lupis devoratur: Deinde vero per-  
git in eandem sententiam Pacianus.  
Quid ergo? Desist Deus noster curare? An  
ultra conspectum mundi recessit? Et nemi-  
nem spectat ē cœlo? An patientia illius ig-  
norantia est? Absit, inquires, videt ergo  
qua facimus, sed utique expectat, & pati-  
tur, & paenitētia rēpus indulget, & Chri-  
sto suo prestat, vt differat; ne cito pereant  
quos redemit. Vnde concludit, Benè tu-  
peccator intellige; spectaris à Domino: po-  
tes illum placare, si velis.

**II.** Ecce tibi Dominum in Eucharistiā  
Patientiae exemplar: qui utique expe-  
ctat, & patitur: quid, inquis, patitur? Et  
ego respondeo: quid non patitur? non-  
ne passim in Eucharistiam perversi hæ-  
retici iaciunt blasphemias, & irrisiones?  
nonne in ipsis sacris speciebus Chri-  
stum male tractari, vexari, conculcari  
gladijs transfigi, & flammis incendiā  
ludāis procuratum novimus? Itidem  
que ipsam sacram hostiam ad res magi-  
cas, & ad scelera perpetranda adhibi-  
tam? atque in calice salutari venenum  
non semel propinatum? Et vt hæc, que  
insolentiora sunt, omittamus: exspectat  
quidem Christus, & patitur: cum s̄pē-  
s̄pius homines inmundi ad corpus,  
& sanguinem ipsius ore fætentis; & cor  
de facinus exhalante indignissimè ac-  
cedunt: Nonne hoc fuerit, filium Dei  
conculcare, & sanguinem testamenti  
pollutum ducere, & spiritui gratiæ cō-  
tumeliam facere? ad Hebr. 10. vers. 29.  
vt præced. lib. disert. 1. adnot. 5. vidi-  
**Chrysost.** mus. Nonne hinc graue probrum, &  
contumelia Domino irrogatur? Nam  
si quis Regem (ita Chrysostomus homil.  
24. in epist. 1. ad Corinth.) non temerè,  
nec inconsideratè excepérat (quid dico Re-  
gem?) ne vestem quidem certe Regiam te-  
mere, & inconsideratè immundis manibus  
conrectaverit quisquam, etiamsi sit in soli-  
tudine, aut si sit solus, etiamsi nemo adsit,  
&c. Si autem vestem hominis ne ausus fue-

**A**rit quisquam solum tangere quomodo Dei  
corpus, qui est super omnia, quod est mun-  
dum, & nulli affine reprehensioni, quod  
cum illa diuinā naturā est conquerata, pro-  
pter quod sumus, & vivimus, propter  
quod fractæ sunt portæ inferorum. & aper-  
ti fornices cœli, hoc accipiemus cum tanto  
opprobrio. & contumeliam ita Chrysostomus:  
Audis opprobrium, & contumeliam Christo factam? Sed qualem? eam  
plane, quam necarij latellites ipsi infre-  
rebant cum expuerunt in facie eius. Mat-  
th. 26. vers. 67. vt iamviciimus ex Petro  
Bletensi term. 38. affirmante. *Qui sacra*  
**B** illius verba Sacramenti ore immundo pro-  
fert, in faciem Salvatoris expuit. Et uti  
que exspectat. & patitur & tacet devo-  
rante impio iustiorē se: quin vindictā  
sunt de nocentibus, aut tam atrocibus  
injurijs affectus absistat beneficis,  
sed potius patienter sustineat, cum im-  
mutabilitate perpetua, qua egregia est  
corona patientiae, de qua affirmat Iaco-  
bus: *Patientia opus perfectum habet*, cap.  
**C** 1. vers. 4. vt vel hic maxime locum ha-  
beat, quod de patientia Dei, dixit Ter-  
tullianus lib. de patientia, cap. 2. *Pati-  
entia sua sibi detrahit*: quod plures illū hac  
in partene credant, aut non credere  
videantur, *quia illis iratum tamdiu ne-  
ciunt*.

*Matt. 26  
vers. 67.  
Petr. Ble-  
sens.*

*Jacob 1.  
vers. 4.*

**D** Hinc quidem Chrysostomus hom.,  
3. in epist. ad Ephesios, totam hanc patien-  
tiae Christi in Eucharistiā œconomiam  
cum ipiusmet Domini Crucis effixi pa-  
tientia, & passionum tolerantia com-  
ponens ex ipsa ad eius imitationem sic  
opportune, & sapiētē nos vrget. Quo-  
nam agitur de corpore Domini, age illius  
etiam meminerimus, quod in crucem fuit  
actum, quod clavis confixum, & sacrifi-  
catur. Si es Christi corpus, fer crucem. Nam  
ille quoque tulit. Fer spuma fer colaphos,  
fer clavos. Tale erat illud corpus. Corpus il-  
lud non fecit peccatum; nec est in ventus do-  
lus in ore eius. Manus eius omnia agebant  
ad beneficendum ijs, qui egebant. Os eius  
nihil em̄sit, quod non decebat. Auditivit  
Dæmonium habes, & nihil dicebat. Per  
git confiscare ratione nationem. De cor-  
pore à nobis agitur, & hoc, quod ab illo ni-  
hil differt, nec distat. Quicumque corporis  
sumus participes, quicunque gustamus san-  
guinem cogitemus, quod illius sanguinem  
gustemus, qui supradedit, qui adoratur ab

*III.  
Chrysost.*

*Angelis* Sic Chrysostomus; cuius tale argumentum est, ut quando in Eucharietia idem omnino Dominus corpus accepimus, quod tot passionibus, & tormentis obnoxium, miram patientiam retinuit, eandemque in Sacramento exhibet, hoc exemplo armati, qui huius corporis patricipes sumus eius patientiam imitari studeamus. Et vero ut hec Christi, tum mortem subeuntis, tum peccatores in Eucharietia sustinentis patientia omni ex parte nobis imitanda proponatur: singillatim quidem ad ipsius utroque silentium velim referre tam ex illis Chrysostomi verbis. *A* dicit: *Dæmoniū habes: & nihil dicebas,* quam ex his Paciani: *Qui tacenti Deo velut nescienti pollutam animam, & prophanum corpus ingeritis.* Nimirum silentium in passione, & cruciatis non tantum patientia corona, & triumphus de persecutore, sed egregius ipsius patientiae index, & cultus est: *Quod quidem ut in Passione Domini;* ita etiam in Eucharistia erit: minus quippe fuerit ad patientiam Christi Domini exprimendam; non immittere vestiges flamas, aut non iubere terram dehiscere, quam constans tenere silentium in tot, tamque atrocibus iniuriis, sibi illatis: ut in MM. celebrat Ecclesia cum inquit: *Non murmur resonat; non querimonia, sed corde tacito, mens bene cōfia conservat patientiam:* Nec loquimur tantum de horrendis contumeliis Eucharietiae illatis quarum supra meminimus, nec non aliarum, ut cum a feris Donatistis canibus voranda obiecta est, ut

*Optatus Mileu.* Optatus Milevitanus lib. 2. affirmit; & hodiernatenpestate non absimili furore a Caluinistis, equis suis in pabulū da-

*Gramōdo.* ta; pie & eleganter referente Gramondi lib. 7. *historiarum Gallie*, itidemque cum avili muliercula (apud Thomam

*Bossius.* Bossium lib. 14. *de signis Ecclesie, c. 14.*) integrum tum primum super prunas collecta, subinde vero cineribus, & multo pulvere ingestio operta, & stercori propinquus stabili infusa, inibi per septen-nium iacuit, sed, quod passim evenit, dum semel iterum, & millies ab indi-nis Sacerdotibus irreuerenter confici-tur, & lumenatur, quin murmur resonet, aut querimonia, sed Dominus patiatur, & fileat.

*Enimvero in hoc silentio praecipua patietia vis, & eximiadignitas elucet;* cum nullū opportunius leuamen patietis sit, quā voces edere, quibus animo dolorē exprimat, & quā ingratij patiatur planū faciat. Ita quidē Chrysost. lingua in passione silentē primigeniu hominis a iorē Deo oblatū appellavit: etenim S. Romanum Martyrem linguam carnifci amputandā libenter offerente cum Isaac Abrahami primogenito elegantissimē cōposuit hom. de S. Romano M. tom. 6. hunc in modum. *Quā tandem linguā tuam conuenienti appella-tione decorabo? Quon nomine linguā tuam exornabo?* Admovebant illi ferrum carnifces: at illa vincit Isaac in morte non resiliebat, sed in ore tanquam in Altari acens cū voluptate vulnus expectabat, ac linguas hominum non pro Christo loquitantū opore, sed c. ed etiam dicebat: ita Chrysost. tantum non dicens linguam Christiani hominis, tā ad loquendum pro Domino in prædicatione, & doctrinā, quam ad tacēdum in cruciatis promptam esse debere; ac proinde cum voluptate tradendā carnifci, nē in Martyrio vocem, aut querimoniam edere posset: vnde subdit. *Patriarchæ sacrificij magni-ficentiam, ò generose rapuisti, dum vnige-nitum lingue germen pro vnigenito filio obtulisti, sic ille, & quidem pulcherrime ger-men lingue vnigenito filio adæquans,* ut quemadmodum Abraham dictū fuit à Domino: *Nunc cognovi, quod times Deū, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me:* Genes. 22. v. 12. itidem & in clyto Martyri, cīque, qui in persecutio-ne, seu in cruciatis tacet dici posse; nūc planum fieri, illum ut omnibus patientiæ numeris absolutū Deo perfecte placere, quasi à silentio in persecutio-ne coronam fuerit adeptus.

Sed quoniam Martyrum in cruciatis silentium obseruantū cursim men-tionem fecimus, audi ut ipsos ab hac taciturnitate laudauerit c. celestis Sponsus, Canticor. 4. vers. 3. inquiens: *Si-cut fragmen malī punici, ita genetua abs-que eo, quod intrinsecus latet,* ad Sanctos Martyres referentibus Ecclesiæ genas, in quibus ipsa infacie cæditur, si ve colaphis cæditur, ut inquit Paulus 1. ad Corint. 4. ver. 11. Beda, Cassiodo-ro, Iusto Orgelitano, & Richardo à S. Richard.

IV.

Chrysost.

II.

Genes. 22  
vers. 12

V.

Cant. 4.  
vers. 3.1. Cor. 4.  
vers. 11.

Cassiod.

Beda.

Iust.

Victo-

Vidore: & quidem pulchre ab imagi-  
ne pulcherrimâ malipunici, quod &  
purpureo colore rubet, & diadema  
præfert, MM. commendantur. Vnde  
vero hæc tantapulchritudo, & corona  
ta virtus subsistat: aperiunt ea verba abs  
que eo, quod intrinsecus latet; quæ Chry-  
solit. hom. 8. in varios Matthæi locos  
tom. 2. sic legit: Speciosæ sunt genæ tuæ  
propter taciturnitatem tuam: quasi à si-  
lentio in tormentis species pulchritu-  
do, & corona hisce genis adueniat; de-  
peritura quidem magnâ ex parte de-  
corei; si impatientiæ voces emitte-  
rent, aut de persecutoribus cōquereret-  
tur ita plane egregius Christi Martyr.  
Eusebius Vercellensis Episcopus, cum  
ab impij hæreticis cōprehensus, & te-  
tro carcere inclusus multis conuitijs  
foislet appetitus, vt Christianæ patien-  
tiæ specimen daret; defensione suam si-  
lentio opprimere statuit, quin ullū ver-  
bum promeret: id ipso referente in epi-  
stola: Dumeſet in exilio ad presbyteros,  
& ad plebes quasdam Italie transmissa,  
hunc in modum. His ergo multadienti-  
bus, & de suâ potestate gloriantibus, in hoc  
ipsis ostendere volui, quia nihil erant, nec  
poterant, dum tacens ut carnificibus cor-  
pus tradidi. Et post nonnulla in eandem  
sententiam subdit. Quam libero autem  
fuerim animo, dum ab ipsis patior, & re-  
cludor, & per quatriuum servor, & di-  
versorum increpationes, & persuasions  
audio, in hoc ostendi, quia nec unum sermo-  
nem dixi: Hæc Sanctus Christi Martyr:  
Cui ad stipulatus Ambrosius dum Suf-  
fannam inter calumnias, & falsas accu-  
sationes tacentem contèplatus inquit:  
Est magnum, & negotiosum silentium, vt  
erat Sussanna, quæ plus egit tacendo, quam  
si esset locuta. Nec ullum maius indicium  
lux casitatis in venit, quam silentium. Sic  
Ambros. lib. 1. oficior. cap. 3.

VI.  
Sapien. 3  
vers. 6.

Concinit huic laudationi Martyrū  
is Sapientiæ locus, quem de eorū Pas-  
sione, & triumphis usurpat Ecclesia: Tā  
quam aurum in fornace probauit illos, &  
quasi holocausti hostiam accepit illos, Sa-  
pient. 3. vers. 6. & vero vt frequens in  
ore omnium sit; peculiarem tamen ex-  
positionem ex auri imagine; ad cuius  
instar probati, & approbati Martyres  
dicuntur, iuxta superius dicta ei reddi-  
deris (quippe Græcum verbum, Do KI-

magno, non tantum significat probare, si  
verentare, sed etiam estimare approba-  
re, & velut perspectum eligere.) Ergo in  
auro duo observa, alterum, quod cari-  
tatione ceteris metallis anteficitur, quod  
in igne incedit, nihil ei deperit, sed po-  
tius proficit, ut eleganter affirmauit Plini-  
nius lib. 33. c. 3. inquiens. Præcipuæ gra-  
tiam huic materiæ fuisse arbitror, non colo-  
re, qui in argento clariore est; magisque diei  
simili. Et ideo militari bus signis familia-  
rior, quoniam is longius fulget manifesto  
errore eorum, qui colorē syderum placuit  
scilicet in auro arbitrantur, cū in gemmis, alijs  
que rebus sit præcipiūs; nec pôdere aut faci-  
litate materiæ prælatum est ceteris metal-  
lis, cum cedat per utrumque plumbu. Sed  
quia rerum omnium rati nihil igne depe-  
rit: tuto etiam in incendijs, rogisque duran-  
te materia. Quinimo, quo sepius arsit, pro-  
ficit ad bonitatem. Aurique experimento  
ignis est, ut simili colore rubeat. Sic Pli-  
nius. Quæ facile Martyribus accommo-  
des, quibus in igne cruciatum, & iniu-  
tiarum nihil virtutis, aut sanctitatis de-  
perit, tuto in incendijs, rogisque durâtes;  
quin potius ad eam proficiant: Quo facit  
Græcum Adagium. Aurum igni probatū,  
quod de eodicitur, cuius fides rebus ad  
versis explorata, spectataq; est. Sed nō  
substat hic Martyrū laudatio, & coro-  
na, cū hæc à taciturnitate constantiā,  
& fortitudinē, spontaneaque patientiā  
indicatē signatē cōmendetur. Quare il-  
lud alterū in auro observa ex Hugo  
S. Victore in allegorijs Gotfridi Tilma-  
ni ad lib. 3. Reg. eius videlicet esse natu-  
re, vt tacitū, sive percussum nō reddat so-  
nū, aliter quidē ac æs, cuius sonora ma-  
teria, & vocē edens. Quod Hugo occa-  
sione scutorū aureorū, quæ Salomon  
fecerat, pro quibus Roboā mala cōmu-  
tatione ærea reposuit 3. Reg. 14. v. 27.  
ad nostrū institutū de silentio in perse-  
cutione refert, nā cū viros impeſſatos  
& querulos cū grecō posuisset, quod pro-  
cul auditur: subiicit: Aurum percussum  
sister: vt indicet designatur MM. de qui-  
bus dicebamus: Non murmur resonat,  
non querimonia, &c. Ex quibus, ad ma-  
num habes expeditam solutionem ei-  
dubitationi, quæ ab interpretib⁹ libri  
sapientiæ inibi mouetur: quo pacto cō-  
gruat auri probatio in fornace, & ap-  
probatio hostiæ holocausti? Subiicien-  
te

3. Reg. 14.  
vers. 27.

Hugo  
S. Vict.

Oui dins.

VII.  
Cant. 4.  
vers. 3.Psal. 76.  
vers. 5.

Bernard.

Philipp.  
Abb.

te salo: & one, & quasi holocausti hostiam accepit illos: Quia nimis rū ea hostia probabatur, quæ ad aras adducta non relubetabatur: nec clamorem edebat: ut è contra de victima renitente, & omnino sa dixit Ovidius lib. 7. Metamorph.

Mugitus viælma diros

Edidit.

De quo adnot. seq. agemus.

Præfatæ vero explicationi verborum Canticorum bellè concinuit, quæ immediate subiicit Salomon. Turris David collum tuum quæ adificata est cum propugnaculis: Mille clypei pendent ex ea; omnis armatura fortium: ut prefata Martyr ista citurnitatem commendans, indicet sapiens, eandem sententiam,

quam prædixerat David Psal. 76. v. 5. Turbatus sum, & non sum locutus, quibus tantum non inquit: quamvis à calumpnia, scilicet iniuria illata interius cor meum commotum, scilicet turbatum fuerit; at commotionem sic opprimere studui, ut ad collum per quod vox egredieretur, non perueniret: sic capiēte hæc verba Bernardo ser. 29 in Cantica huc in modum: Tu accepta fortè iniuriā, non continuo mores secularis fori obliqua response re referire festines. Commotio tua ibi moriatur, ubi oritur, nec permittatur exire, que mortem portat, ne perimat, ut dicere, & tu possis cum Propheta: turbatus sum, & non sum locutus. Hæc Bernardus. Sane ut collum sponsæ turris David sit, fortissimis propugnaculis munitum, ut etiæ interius turbatus, exterius tamen nec vox, nec querela erumpat. Ergo tot armorum genus collum defendit, ac munit; ne commotio interior illæ transeat; Sed ibi moriatur, ubi oritur: in hunc sensum hæc verba, sic in flentis Philippo Abbe in commentario, quidquid mundus incutit, qui omnium colla presentium colaphizat, hanc à statu non deiecit, & statim. Instar vitulae, quæ docta est ingum diligere, vel triturā, vjum grasia suffrendi fructum estimat, non lejuram. Propter quod etius collum turri simile esse prohibetur, quæ suo fixa pondere impulsu ventorum si ve illisione flumen non moveretur; quæ tantæ est fortitudinis, ut locum suum non dimittat nequam spirituum borestati. Hæc apposite, & eruditæ Philippi, cum allusione ad varia Scripturæ testimonia, quæ lector pen-

dat: ut ego cum Ambroſio explicem eam armaturam fortium, hoc collum protegentem. Etenim ipse lib. 1. officior. cap. 5. vbi cum primum dixisset: Quando ergo aliquis nobis convictiatur, laecesis, ad vindictam provocat, ad iurgium vocat, tunc silentium exerceamus, tue muti fieri non erubescamus. Peccator est enim, qui nos provocat, qui iniuriam facit, & nos similes suis fieri desiderat. Et subinde post nonnulla. Tu in petra fixum vestigium tene. Etsi servus con uitum dicat, iustus tacet. Etsi infirmus contumelias facit, iustus tacet. Etsi pauper criminetur, iustus non responderet. Unde tandem concludit. Hæc sunt armæ iusti, ut cedendo vincat. Sic Ambroſius.

Ambros.

A

B

C

D

E

VIII.

Thren. 3.  
vers. 29.

Ambros.

Sed & alibi ipse met Ambroſius, hæc armæ iusti, quibus collum munitur, penitentia expedit: ut nimis omnis virtutum chorus, sive potius phalanx, fortiter & expedite iuvando collo concurrat, ne coimotio per illud permitatur exire: huc videlicet fortitudine, constantia, huc patientia, humilitate, & ipsa in proximum charitate cunctibus, & adnitentibus. Enim vero Ambroſius ser. 10. in Psal. 118. versans ea verba letremiæ Threnor. 3. vers. 29. Dabit percussione maxillam, saturabitur opprobrijs ponet in pulvere os suum, & hæc ultima, sic notanter legit. Dabit in Iepitute & fos suram os suum, ut talis ac tanta taciturnitas exprimatur, qua non solum claudatur os, sed etiæ sepeliatur quin valeat, & si velit, verbum proferre: & hunc in modum elucidat: Ostendit quandam supermodum patientie taciturnitatem, ut tanquam sepeliat os proprium, ne loquatur & velut quodam aggere virtutum obstruat, ne vocem doloris emitat: ut vocem ipsam velut busto quodam, ac tumulo sepeliat, ac includat quæ nulla extorquere, nulla excitare possit iniuria. Hæc Ambroſius. Observatum illa quandam supra modum patientie taciturnitatem, quæ silentium istud, tanquam perfectissimæ patientiæ fastigium commendant: tum etiam hæc: quodam aggere virtutum obstruat: quibus alterit Ambroſius talem tantamque patientiam non posse subsistere, sine omnium pœne virtutum præsidio, ut internæ commotioni, quæ per collum exire properat se se fortitudo, constantia, humilitas, ceteræque virtutes velut

III.  
Psa l. 38.  
vers. 2.  
  
Ambr.  
  
velut agger quidam validissimus irrumpenti fluminī oppositus, obviam eant, cuiusque impetu cohibeant. In quem etiam sensum inflexit idem Ambrosius præfato cap. 5. lib. 1. officiorum, ea verba Psalm. 38. vers. 2. Posui ori meo custodiam, cum confisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & sibi à bonis: quasi boni virtutis fructus ipsum ad silentium adegerint; & severa ori eius custodiam apposuerint, ut innocentia sua contentus, de industria elegerit obmutescere coram impio cōvitiatore: ita enim Ambrosius. Iustus autem dissimulare, nihil loqui, tenere bonum fructum conscientiae, plus committere honorum iudicio, quam criminantis insolentiae, contentum esse grauitate morum suorum. Hoc est enim ille à bonis, quia benefici conscius falsis non debet moveri, nec estimare, plus ponderis in alieno esse coniitio, quam in suo testimonio. Sic ille.

DOMINVM IN EVCHARISTIA  
egregium Humilitatis exemplar,  
ad illam nos vehementius  
vrgere.

AD NOTATIO. II.

I.  
Theoph.

**N**OTANTER A Theophylacto in epist. 2. ad Timoth. cap. 2. dictum est. Adeo humiliatus est Dominus propter nos, ut erubescant homines talem tantamque humilationem Deo applicare: notantissime vero Augustinus ad Eucharistiam id omnino retulit, dum & ipsam signatè de nomine Humilitatis Christi appellavit, ut obseruauit P. Theophylactus Raynaudus vir summæ eruditioñis, limatissimi ingenij, & ut verum dicam flos, & honos nostri sæculi in Onomastico Eucharistico verbo, *Humilitas Christi*, ex his illius verbis in Psalm. 33. conc. 1. Ferebatur Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Ipsa est humilitas Domini nostri Iesu Christi.

August.

A  
st: ipsa multum commendatur hominibus. Ad ipsam hortatur fratres, ut vivamus, id est humilitatem eius imitemur, ut percutiamus Goliath, & tenentes Christum vincamus superbiam: Procidebat enim (Daud) ad ossia portæ. Quid est procidebat? Ad humilitatem se ipse deiciebat. Hac Augustinus. Quam cogitationem ipse inidem eluciāans eius Psalm. i titulum. David: cum immutavit vultum suum coram Achimelech: & Christo accommodans: sic diffundit. Ergo mutauit neſcio, quis vultum suum. Quis est iste? Neſcio quis nā sit; & ſcio quis. Notus enim Dominus noster Iesus Christus Incorpore, & sanguine ſuo voluit eſe ſalutē nostram. Vnde autem commendavit corpus, & ſanguinem suum? De humilitate ſua. Nisi enim eſſet humili, nec māducaretur: nec hiberetur. Respice altitudinem ipſius. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempiternus, ſed manducat Angelii, manducant ſuperna virtutes, manducant cœlestes ſpiritus, & manducant. & ſaginantur, & integrum manet, quod eas ſatiat, & letificat: Quis autem homo pojſet ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibis? Oportebat ergo, ut menſa illa laetetur, & ad parvulos perueniret, & post nonnulla quæ inferius afficeremus. Videte ergo humilitatem, quia panem Ingelorum manducavit homo, ut scriptum eſt: Panem coeli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo, id est Verbum illud, quo paſcentur Angelii, ſempiternū, quod eſt aquale Patri, manducavit homo. Saginantur ergo illo Angelii. Senet ipsum exinanuit, ut manducaret panem Angelorum homo. Hac ille, & multo plura: quæ ſi voles perpendere, adi Theophylum Raynaudum præfato loco obſeruantem, Augustinum vix aliud in Eucharistiæ mysterio aque ſuſpicere, ac Christi Domini humilitatem. Nam præteriens sapientiam, omnipotentia, liberalitatem, amorem, docet mysterium corporis, & ſanguinis Domini de eius humilitate commendari.

Enimvero ut hæc Domini in Eucharistiæ humilitas incomprehensibilis (ut eam appellat S. Cyrilus statim afferendus) atque inexplicabilis præ illius magnitudine ſit: non tamen ideo retardari debemus, quominus eius

II.

2. Pet. 5.  
vers. 6.Philip. 3.  
vers. 3.Philip. 2.  
vers. 7.  
Dionys.  
Alex.Method.  
M.

exconomia, sive primarios ipsius actus explicare, & expendere conemur: & ut potiora per sequamur: cum Humilitatem tuum erga Deum sub cuius potentia manu (ut inquit Petrus 2. epist. c. 5. v. 6.) humiliamur; tum erga homines; quos ut monet Paulus ad Philipp. 2. vers. 3. Superiores arbitrari debemus: considerare possumus: utroque quidem modo eximiam, & perfectissimam, sive ut dicebat Cyrus, incomprehensibilem Christi humilitatem inveniemus: in hoc institutum inflectente Dionysio Alex. in epistola, aduersus Paulum Samosatenum egregium Pauli testimonium ad Philipp. 2. vers. 7. de Christo. Ex inanivit semetipsum formam servi accipiens: Et vero, eti inibi, & alijs in locis Dionysij verba ad longum retulerimus: non possumus non aliqua ex ipso modo delibare, quibus Paulum elucidat: Ait ergo primum. Deus igitur, qui habitat in nobis secundum testamentum, quod disposesuit nobis dicens: Accipite, & dividite inter vos. Hoc novum testamentum est. Hoc facite, &c. Hac est exinanitio Dei facta ad ipsum nostrum, ut possimus capere eum. Hoc enim mysterium pertinet secundum dicit Apostolus cum ait, quod se ipsum exinanivit, non relicto Patre, ut a nobis capiatur. Absit imo ipsius verba afferari, cum dicit: Ego & Pater venierimus ad eum & mansioem apud eum faciemus credentem in me; sicut ipse ait. Videte quantum diligentia virtutis Doctor veritatis, was electionis. Exinanivit semetipsum formam servi accipiens, &c. Exinaniri vocat Apostolus, ut ante dixi, capi a nobis mysterium vite per manus eius incontaminatas, & incorruptibles, & divinas, ut possimus, quis sumus fideles eius, capere eum, & fieri mansio eius. Hec Dionysius. Qui post plura in eandem rem concludit. Hac est exinanitio dexteræ excelsi. Cui modo exponendi hanc Filij Dei exinanitionem concinit S. Methodius M. in Symposium sive in conviuio decem virginum inquiens. Non potest Ecclesia aliter concipere credentes, & per lavacrum regenerationis regenerare, nisi etiam properter ipsum Christus se ipsum exinanire, ut capi possit, rursum secundum commemorationem passionis patiatur descendens de celo, & suæ uxori adhaerens praebat se, ut ex ipso latere virtus hauriatur, ut in eo

crecent quicunque in eo adificantur. Sic Methodius, Christi exinanitionem ad Eucharistiam revocans.

Vide iam in hac exinanitionis locutione explicatum perfectissimum, & primariū humilitatis actū, qui versatur in omnimoda erga Deū subiectione, quae est eius modi, ut homo scilicet Deo subiecti, & sub ipsius manu scilicet humilians, & dicat, & sentiat (ut benè citato loco explicat Theophylus, cuius sensu in oratione & verba, quod sunt per opportunity volui appingere.) Totum esse naturæ, & gratiae quod in me est, quod subsisto, quod viuo, quod boni quidpiam operor, ab ipso est, a me autem habeo, & facio nihil. Nullum inquam bona frugis genus est meo solo spectata arte, & virtute mihi natuā progerminat. Itaque dignum, & iustum est, deiici præ tanta misericordia, qua mihi fons est omnis boni, cum ei soli pro omnibus ad me attinentibus debeatur honor, & gloria; mihi autem pro tot defectibus, quibus sancte, contemptio, & confusio facici. Nimirum in mysterio Eucharistia mire fulget haec delectio hominis suam præ Dei maiestate exiguitatem, sive nihilum contestantis: nam cum sacrificium Deo oblatum, tū actus sit supremi cultus Deo exhibiti, tanquam Auctori vita, & mortis; in cuius contemplationem, is qui sacrificat, rem sacrificatam, vel destruit, vel notabiliter immutat ad honorem Dei, cui est gloriosissimum sub eo respectu honorari a mortalibus, tum etiam admisceat actum despiciencia sua præ Deo, quo sacrificans protestatur suum nihilum, volens quidem destrui, & non esse, si licet posset, ut appareat, quid sit præ Deo; quod omnino monstrat in victimâ cui in eum finē eripit esse, qui est actus humilitatis actus Religionis adiunctus: id quidem mire præstat Eucharistia, & mire explicat locutio exinanitionis: quippe ipsa Eucharistia confessio sacrificium est, in quo res creata ad honorem Dei exhibetur miro quadam modo destruta: cū Christus, qui victimâ nostra est, tanquam principalis Sacerdos, interventu Ministri ad id initiati interposito pane, & vino se ipsum sacrificat in Altari; manifestatusque gladio verbi: qui penetrabilior est omni gladio anticipi pertingens ad divisionem

III.

A

B

C

D

E

# In Euch. egregium Humilitatis exemplar. 527

ad Heb. 4 nem animæ, & spiritus, cōpagum quoque,  
vers. 12. ac medullarum: Ad Hebr. 4. verl. 12. ex-  
hibetur, quatenus per duplicatam con-  
secrationē, hinc corpus seorsum à san-  
guine, inde sanguis seorsim à corpore  
exhibetur; quod spectatà præcise vi ver-  
borum, & nisi Deus per accidens novā,  
ac peculiari actione cōcomitante ob-  
staret, sufficeret ad Christum ibi in sta-  
tu occisi sistendum: Vnde Christus tan-  
quam principalis causa, & primarius  
offerens totum illud opus consecrat,  
& offert in honorem Dei; adiuncta sui  
præ Deo, cui omnes res suas acceptas  
defert, deiectione: quod omnino expli-  
cat Paulus de Eucharistiâ iuxta Diony-  
siū inquiens: *Exinanivit semetipsum,*  
dum ipse spectata efficacitate veritati  
verborum præcise respondente obijci-  
tur, vt destructus, & redactus in nihilū,  
quod est, esse exinanitum, vt possit Dei  
honorem promovere, sese autem dei-  
cere, Deo ad veritatem dicens: substan-  
tia mea tanquam nihilum ante te: Vn-  
de præfatam expositionem Pauli fir-  
mans Dionysius pergit indidem: At-

Dionys.  
Alex.

que hoc quidem erat, quod olim à Moysi  
prædelineatum fuit in Agno sine macula,  
& anniculo, quem maclatum vniuersal-  
nagogi filiorum Israel comedebat, quando  
Pascha celebrabat. Iubebatur Agni carnes  
affas igni, & caput cum pedibus, & intesti-  
nis festinanter comedere. Verum illi non po-  
terant caput cum pedibus edere. Quomo-  
do enim caput Agnum pedibus in Pas-  
cha edipoterat, cum lex Iudeis iuberet, nō  
frangere os ex eo? Illis quidem prohibebar-  
tur hoc propter incredulitatem, & duri-  
tiam cordis. Siquidem non permittebatur  
illis, vel totum animæ comedere, verumta-  
men, qui se exinanivit Christus Iesus, ha-  
bens in se ipso caput Patrem: caput enim  
Christi est Deus, 1. Corinth. 11. vers. 3 fe-  
cit potentiam in brachio suo, & exsal-  
tavit humiles, vt ipsi capiant Altissimū  
& habitet in nobis propter suam in homi-  
nes charitatem, & bonitatem, quā dilexit  
nos. Hæc est exinanitio dexteræ Excelſi.  
Hec Dionysius.

I. Cor. 11  
vers. 3.

IV.

Iam vero cum exinanitionem Chri-  
sti in Eucharistia, de qua Paulus agit ad  
Eucharistiam referimus, itidem illam  
de humilitate Christi erga homines eo  
dem sensu ducti etiam accipere debe-  
mus, cum Apostolus hæc de Christi exi-

nitione verba subiecerit, vt ab illâ  
firmaret, quæ paulò ante monuerat. Ni-  
bil per contentionem, neque per inanē glo-  
riam sed in humilitate superiores, si in vi-  
cem arbitrantes: In quam rem indidem  
Dionysius capit verba Apostoli imme-  
diatæ subiecta formam serui accipiens, in

A similitudinem hominum factus, & habitu  
inventus, vt homo, componens illacum  
verbis Ioannis cap. 13. vers. 4. inducen-  
tis Christum accipiētem linteum quo  
præcinctus est, vt in externani serui for-  
mam compositus lavaret pedes disci-  
pulorū, factus ea ratione in similitudi-  
nem hominum non qualiorcumque,  
sed servorum dominis suis in infinitis  
ministerijs ancillantium. Surgit à cœnâ  
(inquit) & ponit vestimenta sua, & cum  
acepisset linteum præcinxit se. Deinde  
mittit aquam in pellim, & cœpit lavare  
pedes discipulorum, & extergere luteo,  
quo erat præcinctus: Sed audi Dionysiu.

B Pergamus deinceps ad ea, quæ sequuntur,  
sicut prius scriptū est, formam serui ac-  
cipiens in similitudinem hominum fa-  
ctus, &c. Iesus Christus igitur Dominus,  
& Deus Apostolorum, cum acepisset for-  
mam serui cœnâ mysticâ factâ surgens à  
cœnâ Deus Apostolorum Iesus, & ponit  
vestimenta sua, & cum acepisset linteum  
præcinxit se. Hæc est forma seruit, & habi-  
tu inventus, vt homo: illic inventus est ser-  
vus ab ijs, qui eum non quærebant: in eum  
serum secuti erant discipuli velici omni-  
bus. &c. Iesum, qui velut linteum præcin-  
gere, & mittere aquam in pellim, & lava-  
re pedes seruorum, qui naturâ Dominus,  
& non natura servus erat. Hæc Diony-  
sius. Cuius sen' sic videris probata Au-  
gustino præfato loco in Psalm. 33. Ver-  
bum illud quo pascuntur Angeli sempiter-  
num, quod est æquale Patri, manducari te  
homo, quia cum in forma Dei esset, non  
rapinam arbitratus est esse æqualem  
Deo. Saginantur ergo illo. Angeli. Sed se-  
metipsum exinanivit, vt manducaret pa-  
rem Angelorum homo, formam serui ac-  
cipiens in similitudinem hominum fa-  
ctus, & habitu inventus, vt homo, hu-  
miliavit se factus obedientis, usque ad

C mortem, mortem autem crucis, vt iam  
de cruce commendaretur nobis caro, & san-  
guis Domini novum sacrificium, qui am-  
tavit vultum suum coram Achimelech, id  
est coram Regno Patris. Sic Augustinus.

Dionys.  
Alex.

August.

Tam

Iam vero illius, quam Dionysij verba omnino respiciunt Christum Dominū sese in Eucharistia, quam maximè humiliantem, ut præ ingenti charitate, & animi demissione non refugiat immundum plurimorum hospitium, & ad eorum nutum se sifat, quadanterus superiores sibi statuens, dum ad eorum nutum se sifit sub speciebus, quin rece dat, donec fidem datam iisdem tabescientibus liberaverit, vthinc exclama-

*S. Franc.* uerit S. Franciscus in admonitione ad omnes fratres cap. 1. Ecce cottidie humiliat se, sicut quando à regalibus sedibus venit in uterum Virginis: cottidie venit ad nos ipse humilis apparens, cottidie descendit de sinu Patris super Altare in manibus Sacerdotum: Et æquali emphasi S. Cyril lo Alexan. serm. de coenâ, & lotione pedum, sic exclamat. Sapientia, que per se subsistit, corpus suum veluti panem distribuit, & sanguinem suum viuisimum velut vinum: O tremendum Sacramentum! O dispensatio inexplicabilis! O condescensus, qui comprehendendi non potest! O misericordia non vestigabilis! Ita Cyrillus. Pulchre illud. O condescensus, qui comprehendendi non potest! Quis enim talem, tantamque condescensionem valeat comprehendere, cum Dei Filius, quem cœli cœlorū non capiunt, ægrotum pauperum domos humiliiter intret, atque èquè promptè, & indiscriminatim ad omnes veniat: & quod plus est, is, cuiusdomum omnimoda decet sanctitudo, nec fatentes à recenti scelere indignorum sacerdotum manus, nec immunda eorum pectora, qui in peccato ad Eucharistiam accedunt, refugiat: imo illis hæreditat, donec Sacramentales species in iovi permaneant;

*August.* vt merito ea propter dixerit præfato loco Augustinus. Vnde commendavit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua. Nisi enim esset humilis, nec manducatur, nec biberetur.

*V.* Ad hæc: ad hæc Christi exinanitiones in Eucharistia ille eximius humilitatis status, sive gradus spectat; à Magistris spiritualis vita, præsertim à Bernardo maximopere commendatus celebri illo monito, Ama nesciri, quod is qui humilitatem sectatur, non modo sese alijs subjicit, quin dedignetur eos tanquam sibi superiores arbitrari; sed sua etiam bona, & se ipsuam sic depri-

mat, vt quidquid in oculis homini nō splendet, à te amovēs, quod vilius, & abiecius est, amplectatur; imo vero nec videri, nec cognosci velit: Quia videlicet eo ipso, quod Deo penitus subiectus, & ipsius obsequio, & honori omnino sit devotus, soli Deo gloriam, & honorē deberi pro collatisibi donis agnoscat, & in ipsum refundere studeat, ac proinde humanam gloriam non modo, non querit, sed modis omnibus auersetur:

*A* Qæ sane omnia à Domino in Eucharistia niro modo executioni mandatum ad Dei gloriam, tum ad nostram institutionem facile animaduertis, cū ipsum sub vili specierum tegmine latet, & sese à mortalium oculis adeo subducentem vides, vt an ibi subsit, neque ex visu deprehendi; cum nullus hostia consecratæ splendor, nullū externū Divinitatis signum subsit, quod ipsam ab hostiā nō cōsecratā discriminet. In quam rem iterum eximius ille humilitatis Magister S. Franciscus epistol. 12. quæ est ad sui ordinis Sacerdotes, sic exclamat. Totus homo paueat: totus mundus contremiseat, & cœlum exultet, quando super Altare in manibus Sacerdotis est Christus Filius Dei viui. O admiranda altitudo! O superna dignatio! O sublimitas humilis! quod Dominus uniuscæstis Deus, & Dei Filius, sic se humiliat, vt pro nostra salute sub modicâ panis formulâ se abscondat. Vide fratres humilitatem Dei, & effundite eoram illo corda vestra, & humiliamini, vt & vos exaltemini ab eo. Hæc Sanctus Franciscus obserua illud: Submodicâ panis formulâ se abscondat:

*D* Planè vt hæc omnino de causâ à Prophetâ Christus in Eucharistia existens Deus absconditus signatè appelletur, sic namque Isaías 45. vers. 15. Verè tuus Deus absconditus: Quibus verbis lectio Hebræa Pagnini epitasis addit, dum habet. Vere tu es Deus abscondens te. Nā si verè existimas, nullib[us] Deum, vt in Eucharistia Deum absconditum, sive abscondentem se, dixeris: Quia si Deum suamet maiestate, ac luce inaccessibili se se abscondentem consideres, quia ipsum nulla creati ingenij vis comprehendere, neque infirmo isto, ac mortali statu videre potest, dicente Paulo 1. ad Timoth. 6. vers. 16. Qui solus habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilem,

*S. Franc.*

*Isai. 45.  
vers. 15.  
Lect. He  
braea.*

*1. Tim. 6.  
vers. 16.*

Syriacæ,

# In Euch. egregium Humilitatis exemplar. 529

*Lect. Sy.* Syriacè, habitat in luce ad quam nemo potest accedere) quem nullus hominum noster Roman. 1. dit, sed nec videre potest: at enim ut idem vers. 20. Paulus monuit ad Rom. 1. v. 20. In visibilis Dei à creatura nudi pereat, quia facta sunt, intellecta conspicuntur: semperna

*Lect. Sy.* quoque eius virtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles: quia clarius extulit Syrus interpres. Recondita enim Dei à iesu Christi mundifundamentis, ex ipsis creatione intellecta conspicuntur, cum eius potestus, tunc eius Divinitas eterna: Vnde Tertullianus in Apologetico cap. 17.

acutè & notum, & ignotum, & invincibilem, & vitibilem facit hunc in modum. In visibili est et si videatur: incomprehensibilis, etiam per gratiam representetur, insestabilis, et si humanis sensibus estimetur: adeo verus, & tantus est. Ita enim vis magnitudinis, & notum hominibus obiicit, & ignotum.

*VI.* Quod si deinde Christum Deum absconditum velis: sub assumpta humanitate, ut inquit ibi Glosa, quia Divinitatis splendorem obtent corporis tegumento celavit, ut explicat Hieronym. & alij: at quidem vel sub carnis tegumento vis magnitudinis, atque Divinitatis eius & notum fecit hominibus, & ignotum: vnde Iohannes cap. 1. vers. 14.

cum dixisset: Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, statim subdidit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre: ut dixerit sic explicante Maldonato: Non ita Verbum factū fuisse carnem, ut eius penitus maiestas obscuraretur, sed multis je indicis adeo ostendisse,

ut oculis ipsis videri possit: Sanè ut ad eum modum, quo Exod. 40. vers. 33. dicitur: Nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante: Christi Divinitas velut Sol nube obumbratus radijs suis illā illuminans, & per ipsam se patefaciens, ijs inter quos habitabat effusserit. Quod quidem non tantum in signorū patratione, & in gloriosa Transfiguratione, in qua & resplenduit facies eius, sicut Sol: & nubes lucida obumbrant eos,

Matth. 17. v. 2. & 5. Sed in ipsam net Passione, & Crucis ignominiam maximè eniuit, in qua cum sub tot suppliciorum, & contumeliarum tegumento Deus absconditus videri potuit, eius Divinitas tam manifestè irradiauit, ut merito dixeris. Illuxerunt coruscationes

tua orbi terra, redit, & commota est terra, Psalm 76. vers. 19. Etenim terra mo- Plat. 76. ta est, & petra secesserunt, & monumenta vers. 19. aperta sunt: Matt. 28. v. 51. Vnde subiit Matt. 28. Evangelista. Centurio, & qui cum eo erat vers. 51. custodientes IESVM riso terra mota, & & 52. his, quae siebant, timuerunt valde dicitur.

A Vere filius Dei erat iste: Ergo ut vere cellimas, necessariatione Christus in Eu charistia Deus absconditus dicitur, qui se omni modo voluit abscondere, ut nullum sui, nisi ex fide vestigium reliquerit: ita hæc Isaïæ verba elucidante Cornelio hunc in modum. Hec verba ap. è conueniunt Eucharistie: ibi enim non tantum Deitas, sed & humanitas Christi absconditur sub specie panis, & vini: ibi omnes sensus aluntur excepto auditu: vi- sis videt colorem panis: gustus gustat saporem panis: odor odoratur odorem panis, et cæsus tangit figuram orbicularem, & lauitatem panis: folius auditus verum audit scilicet: Hoc est corpus meum, &c. De Eucharistia ergo vere dicitur. Tantum in te est Deus: puto Christus, non panis, non alia substantia. Veretudo Christi in Eucharistia es Deus absconditus, Deus Israel Salvator. Latet ibi realiter, incorpore, anima & Deitate, &c. Hæc Cornelius.

B C D E VII. S. Franc.

Hinc bene quidem inferebat S. Francis. Videte ergo fratres humilitatem Dei, & effundite cor ambo corda vestra, & humiliamini, ut & vos exaltemini ab eo: Huc maximè faciente severo Bernardi monito ad humilitatem nos ex Christi exemplo adhortantis ser. 1. de Nativitate Domini, his verbis. Oh seco proinde, & plurimum rogo fratres, non patiamini sine causa tam pretiosum exemplar vobis exhibitum esse: sed conformamini illi, & renovamini spiritu mentis vestra. Sindete humilitati, quæ fundamentum est, cu stisque virtutis. Seclamini illam, quæ sola potest saluare animas vestras. Pergit. Quid enim magis indignum? quid detestandum? amplius? quid grauius puniendum? quid ut videntis Deum cœli parvulum factum, & ultra apponat homo magnificare super terram: intolerabilis impudenter est, ut ubi se exanimavit maiestas, vermiculus infestetur, & intumescat. Hæc Bernardus; quæ vt ipse de Christi exanimione in Incarnatione sapienter dixit: ita nos optimo iure exanimioni in Eucharistia aptabim: quid

S. Franc.

Bernard.

E

Vy enim

enim magis indignum, quia detinandum amplius fuerit, quam ut videns Deum eccl. in Eucharistia adeo absconditum, ut nullum suæ Divinitatis, sed neque humanitatis vestigium relinquat, sed deposito omni maiestatis splendor, nec videri, nec de facie agnoscere sub vilium specierum tegumento late re volentem, infidelium, & peccatorum ludibrio expositum, vermiculus infletur, & splendescere velit, seculares honores, & pompam exquirat, & inanem hominum plausum concupiscat? *Enim vero Augustinus in annotationibus in Iob, revocans hunc per allegoriam ea verba cap. 39. vers. 6. Qui præcipit nivit, ut descendat in terram, signatè ait Eucharistiā ad nostri institutionem, ut Christi humilitatem imitemur, fuisse ab ipso institutam: sic enim ille: P*recipiens**

*Iob 39. vers. 6.*

*August.* *nubis* (ita legit Augustin.) ut sit super terram carnis, ut per Sacramentum accipiatur in memoria eius ad imitationem humilitatis, & conformatiōnem charitatis: ita ibi, & in Psal. 18. Erubescat (inquit) homo esse superbus, propter quod factus est humilius Deus, ut dixerit. Videte mortales, ut humilitati, ac demissioni animi, quod ducimini, ipsiusmet naturæ conditione studere, par sit in eius gratiam, qui cum esset ac sit natura, & gratia maximus, in vestri documentum humili pauper, & mitis corde factus est.

*VIII.* Nec aliud quidem tinnire dixeris  
*I. Cor. 5.* Pauli monitu ex Paschatis Christi immolatione inferentis: *Itaque iam non epulemur fermento veteri malitiae, & nequitiae, sed in azymis iunctitatis, & veritatis.* 1. ad Corinth. 5. vers. 7. hec verba de Christo Dominino tanquam Agno in Eucharistiā immolato accipientibus

*Chrysoft.* PP. Chrysoft. serm. de proditione Iudei Cypriano. serm. in cœna Domini, Nazian. orat. de Pascha, Ambrot. in cap. 1.

*Ambros.* Luce, Origene, & Hieron. in cap. 26. Matthei, ut Christo Agno Paschali in venerabili Sacramento vescamur non fermento veteri, sed in absolutissimâ puritate: Sed quid (rogas) illud fermentum vetus à quo in cœlestis Agni immolatione, & eis abstinere debemus?

*Hieron.* Respondebat opportunè Rupertus lib. 11. in Exodum cap. 15. referendum id omnino esse ad veterem hominem, id est ad vetus superbiam Adami fermentum,

*Origen.*

*Rupert.*

quo generis humani mala infecta, & corrupta fuit. Audi illum. Nunquid de fermento panum cura sit Deus? An propter peccatum dicit diabolus & superbia, quo fermentatum est genus humanum à primi parentis prævaricatione? lepiē ergo diebus, id est tota virtute ab hoc fermento careamus. Sic ille. Quibus mire concinit Philo Hebreus in lib. de victimis, in hunc met sensum accipiens præceptum, quod à sacrificante fermentum amovebat, inquiens Illud quoque legislator iubet, oblationem omnem, sine fermento fieri propter tumiditatem, quam fermentum efficit, ex quo figurato præcepto, ne quis elatus ad Altare accedit trunca fashi, & arrogatia, sed aspiciens Dei magnitudinem, suam mortalitatem agnoscit, quantumvis carnis fortunatior, & verâ estimatione ambos elatos reprimat caving insidiatrieem Superbiæ: ita Philo: Sed illud opportunius, quod Sacerdoti in oblatione Missæ præficit dicendum Ecclesia: In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te Domine, ut si sit sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi Domine: & ante sumptionem Eucharistie, Domine non sum dignus, ut intres sub tecum meum, &c. Sed vetus illud Adami, & Luciferi fermentum iterum à nobis subigendum est.

Philo.

#### EIVSDEM ARGUMENTI.

A MARIA DOMINVM IN EV-  
charistia in egregium Humilitatis  
exemplum sc̄le proposuisse.

#### ADNOTATIO. III.

**L**IBET egregiam hanc Christi Domini humilitatē persequi, & quo defonte manaverit signatè investigare. Quod ut præst̄e, oportet à cōtrario perquirere, quo de fonte tā Luciferi, quā Ad superbiam, qua sc̄le supra Deū inaniter extulerunt, orta fuerit? Cui interrogatori sc̄le responderet Rupertus, causam fuisse ipsorum levitatem, Rupert. sc̄le inanitatem, quā evanuerunt, quod nullo pondere firmati, sed

de

# In Euch. egregium Humilitatis exemplar. 531

de nihilo creati fuerint: Etenim ille lib.2.de Victoria Verbi Dei,c.12.cū dixit se. *Illi in apice celstudinis Angelicæ cōstituitur: istū patrē multitudinis hominū, multitudinissuclorū, & Dei filiorū esse volēs, in paradiſo collocavit: magna vtrivsq; altitudo: illius in principatu Angelico: illius in propagando genere humano. Neuter pondus tanti honoris humiliiter ferre potuit, ut pote vterque creatura levis: Vnde autem le vitas vtriusque creature? A propria conditione. Subiicit. Et ut manifestius dielum sit, vnde vterque leuis? nisi quia de nihilo, vel de nō exſtēntibus crea- ta est. Quia ergo tam Angelus, quam homo de nihilo creatus, creatura levis est, & nisi ipsum per quod creata est Verbum Domini Verbum increatum per amorem suscep- piat nullius ponderis est, nullum Dei do- num, si re beneficium ferre potest humili- ter. Hæc Rupertus. Quibus nō possum non adiungere, quasi suo modo cōſen- tanea, quæ ut indicem veri Principis exhiberet, dicebat Nazarius in Panegyrico Constantino dicto. *Hominem nō imperando habilem, non tantæ maiestatis capacem, talem esse, ut magnitudo male crediti muneris extra animi angustias effluat, quod qui tueri nequeunt, vbi sub tan- ta onere fortuna infirmitas lapsa est faciūt licentiam de potestate. Hæc ille, non im- portune aptanda Lucifero, & Adamo, quibus magnitudo crediti honoris, tā- quam vasis rimiarum pienis extra ani- mi angustias effluxit; quod de nihilo facti, nulloque pondere innisi sub tan- to onere lapsi fuerint: Ex præfato vero Ruperti discurſu cōtraria nos confici- mus ratiocinationē pro eximiā Christi humiliitate, nempe quod ipse Dei Fi- lius fuerit, in quo inhabitat plenitudo Di- vinitatis corporaliter, & in quo sunt the- Collos. 2. sauri ſapietie, & ſcīeti.e Dei, Collol. 2.v. vers 3. 3. & vers. 9. itidemque factus fit ei ex fe- mine David (id est de Maria) ſecundū car- nem, ad Roman. 1. vers. 3. Adeò videlicet non de nihilo factus; quemadmo- dum levidenses illi Lucifer, & Adam creati sunt, qui Patrem Deum, & Ma- riam Matrem habuit: vt ab illis pondus tanti honoris valentissimis humeris hu- militer ferre potuerit, & nobis ad imi- tandum humilitatis exemplum, admi- randum atque Diuinum exemplar ex- tititerit: iam obſerua verba Ruperti: Ni-**

*ſi ipsum per quod creata est Verbum Domini per amorem ſuscipiat, nullius pondoris est, verbo ſcīcet Don in valentissimo atque fortissimo, & divinis theſauris locupletissimo pondus, & robur tri- buente, vt proinde Christus Dominus vnam cum Verbo Divino, cui hyposta- ticē vniuersus eft, personam conſtituens immensum pondus habuerit, vt dona Dei humiliiter ferre valens in Eucha- ritia ſe in immēsum humiliaverit, at- que depreſſerit.*

*Sed & à Mariā Deipara pondus ad humiliatem illā, de qua agimus acce- pisse, ex ipiusmet Virginis verbis actu Dei Filium concipientis omnino col- ligimus: Ecce (inquit ad Ange'um) an- cilla Domini: fiat mihi ſecundū Verbum tuum: Luke 1.v.38. non modo quod ſa- piens virgo ancillam in concipiendo fi- lio ſe faciens illum & ſervū, & humiliē concipere voluit, quia partus ſequitur ventrē: ita id adnotante Richardo à S. Laurentio lib.4 de laud. Virginis, dicen- te: Cupiēs filii procreare, qui noſter ſeruus fieret; ideo ſe nominavit ancillā, quia par- tus ſequitur ventrem. Quod etiam inuit Filius Patridicē Psal. 215. ſervus tuus ſum ego, & filius ancille tuę: ita ille, ſed etiā quod ut in prioribus adnotationib- adstruximus, B. Virgo hiis verbis, ut ſuo cōtenuſ mysterio incarnationis, ita & institutioni Eucharistiæ operata eft, ac proinde in Chriſti exinanitionē, & eximia humiliatē, qua in illā habet, pec- culariter influxerit: id quod August. in Psal. 33. poſt verba quę in hanc rē addu- ximus adnot. præced. Vnde autem com- mendavit corpus, & ſanguinem ſuum? De humiliatē ſuā. Nisi enim eſſet humili- nec manducaretur, nec biberetur. Relpice altitudinem ipſius. In principio erat Ver- bum, &c. Vnde cortam idoneum illi ci- bo? Oportebat ergo, ut menſa illa lactesce- ret, & ad parvulos perveniret. Subdit ad rem praefentem: Vnde autem fit cibas lac? Vnde cibas in lac conuertitur? Nisi per carnem traiicitur. Nam Mater hoc facit. Sic Augustinus, ut à Deipara Dei Filius ab altitudine cui impares era- mus descendens, parvulorum mēſa fie- ret. En novū ad humiliatē pōdus; quod Christus Dominus à Matre accepit, ut hīc etiam signatē locum habeat, quod adverſus eos, quinon corporeum &*

II.

*Luca 1. vers. 38.*

*Richar. à S. Vieter.*

*Auguſt.*

*E* *per carnem traiicitur. Nam Mater hoc facit. Sic Augustinus, ut à Deipara Dei Filius ab altitudine cui impares era- mus descendens, parvulorum mēſa fie- ret. En novū ad humiliatē pōdus; quod Christus Dominus à Matre accepit, ut hīc etiam signatē locum habeat, quod adverſus eos, quinon corporeum &*

Nazari.

Collos. 2. sauri ſapietie, & ſcīeti.e Dei, Collol. 2.v. vers 3. 3. & vers. 9. itidemque factus fit ei ex fe- mine David (id est de Maria) ſecundū car- nem, ad Roman. 1. vers. 3. Adeò videlicet non de nihilo factus; quemadmo- dum levidenses illi Lucifer, & Adam creati sunt, qui Patrem Deum, & Ma- riam Matrem habuit: vt ab illis pondus tanti honoris valentissimis humeris hu- militer ferre potuerit, & nobis ad imi- tandum humilitatis exemplum, admi- randum atque Diuinum exemplar ex- tititerit: iam obſerua verba Ruperti: Ni-

Tertull.

verum, sed aereum, aut coeleste corpus Christi tribuebat, opportunè dixit Tertullianus, sive Novatianus lib. de Trinitate, cap. 10. vbi cum præmisisset. Quid mihi possum de te solidum re promittere, quum te videam inphantasma, & non in soliditate venisse: vt explicaret, quid fuerit Christum solidum, aut in soliditate venisse, subiicit: Qui in imagine, vt dicitur fuit, & non in veritate, nihil verum eorum, quæ fecit, gesserit si ipse phantasma, & non veritas fuit, neque eum, qui nihil in se nostri corporis gessit, dum à Marià nihil accepit. Hæc ille; pulchre adstruens, à Marià cum vero corpore solidum pondus accepisse, vt incarnationis & Eucharistieconomiam impleret; nec aliter verum Christum, verum Saluatorem, verum parvolorum cibum, & mensam dici posse.

III. Ex quibus illud in primis planū fit; Humilitatem rem esse solidam, & magni ponderis, id est generosam, & maiestatem plenam: quæ omnino ostendit, humilem esse magnanimum, splendidum, superiorem, atque magnificum; contra vero superbiam, leuissimā, angusti animi, atque puerilis esse.

*Quod quidem Ambrosius à lotione pedum discipulorum, ad quam Christus Dominus tanto humilitatis apparatus accinxit, apposite demonstrat. quasi ipse tale tunc maiestatis, & magnanimitatis exemplum præbuerit, cui comparari non posset aliud: quippe ille qui sciens (id est animo volvens) quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exi vit, & ad Deum vadit, surgit à cœnā, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se. Deinde misit aquam in pelvis, & cepit lavare pedes discipulorū & extergere linteum, quo erat præcinctus.*

*Ioan. 13. v. 3. Audis? Quid ergo humilius? immo quid maius, & magnificerius excogitari potuit, quam maiestatis Dominum, in cuius manus Pater omnia posuit; tam abiectū, atque servile ministerium obire, vt regijs illis, & omnipotentibus, sive diuinis manibus sordidos hominū pedes lavaret? Audi Ambrosium prologo in libros de Spiritu Sancto, ad Gratianum Augustum. Quanta ista maiestas est! Quasi minister pedes famulorum tuorum lavas, quasi Deus rorem mitis ē cœlo. Sic ille, obserua illa. Quātais*

Ambros.

Aug. st.

ta maiestas est? Et quare in: iestas, & non potius humilitas? Sanè quia ita humilitas, ista maiestas est: quin vivaciore penicillo potuerit depingi eius magnitudo, atque divinitas, qui à Deo exiuit & ad Deum vadit, in cuius manibus, & terra, tractusque maris, cœlisque profundum posita erant, quā cum ab ea altitudine in tam profundū abiectionis ministerium sece abiecit, vt qui vnde ex parte tanquam Deus, & Dei Filius rorem mittebat ē cœlo, ex alia tanquam seruos famulorum suorum lavaret pedes.

A Redeo ad verba Ambrosij de Domino discipulorū pedes lavante: Quanta ista maiestas est? vt illis adnectā, quæ ipsemet Dominus ad Petrum cuius oculorum acies tanta lucis claritate præstricta fuit, sic inquit: *Quod ego factus, tu nescis modo, scies autem postea:* *Ioan. 13. vers. 7.*

B *vers. 7. quasi Petrus qui tunc recusabat, Christū pedes eius lavare, quod nesciret quā adductus ratione tam egregiū humilitatis opus exhiberet, si eam tunc omnino percalluisse, vt suo tempore erat cognitus; minime quidem recusasset. Vbi merito inquirit Chrysostomus in Catenā Græca. Quid autē significat? Scies postea. Quādo postea? Relipotet vero statim: cum in cœlū me assumi suspicies: cū à spiritu intelliges me, ad Patris dexterā sedere, tunc cognosces, cur hoc facias? Ita ille: Sed quare tunc? inquis. Plane quia non solum hæc, id est per egregiā animi demissionē, & humilitatem*

C *itut ad astra: sed quia Humiliari, & demitti propriū sit opus ciuius, qui in cœlū assumentus, & ad dexterā Patris confessurus est: vt dixerit Dominus cū me in excelso Divinitatis folio cōsistente videris, iure dixeris, meritò discipulorū meorū me pedes lavasse, qui talis, & tantus erā, cū talis & tatus humilitatis opera exercere deberet; vt vel inde, quā magnus, & laudabilis Dominus esset velut de facie agnosceretur. Vidiisti humilitatē, rem solidā, atq; magnifica, sive maiestate plenā esse? audi iam,*

D *quā levidensis, & puerilis animi superbia fuerit illi videlicet superbissimo Lucifero, qui de nihilo, seu de nō existentibus creatus est, vt dicebat Rup. iactati. In cœlū cōscendā super astra Dei exsaltabo soliū meum: similis ero Altissimo. I' aiæ 14. vers. 14. Quid enim? pravitatem*

IV.

Chrysost.

Ruper.

# In Euch.egregium Humilitatis exemplar. 533

S. Cyril.  
Alex.

Seneca.

V.

Luce 5. vers. 19. Ambros.

tatem tantum, & non simul parvitatem animi superbissimum hunc conatum dixeris? Audi S. Cyrillum Alexandrinum lib. de Adoratione, & cultu n. sp. ritu pronunciante: Adeo enim pueriliter se gessit, ut Deus esse vellet, & quae supranaturam suam erant demens animo fingeret: sic Cyrius: Notanter. Pueriliter se gessit, & quare pueriliter? & non potius magnifice, & magnanimitate? Responderet Seneca epist. 39. Magni animi est magna contemnere, & mediocriam alie, quam nimis. Illa enim vitalia sunt, at hac eo ipso quod superfluent, nocent: Sed melius Cyrius pueriliter, & demens; quae supranaturam suam erat, animo fingens: tanquam de nihilo factus in nihilum redditus, in vatum evanescens, nihil intra se solidum, & veri ponderis habens; sed inania sibi fingers: vnde opportunius alibi Seneca de ambitionis seculi amatoribus inquietabat. Non ideo quidquam inter illis, pueros quo interest, quis dixerit, quod illis talorum, nucumque & aris minutis avaritia est: his auri argenteique, & urbi, quod illi inter ipsos magistratus gerunt, & pretextam faci que ac tribunal imitantur, &c. Ergo par pueris, longiusque progressis, sed in alia maiora que errore est. Hac Seneca lib. de constantia Sapientis cap. 12.

Deinde vero, ad manum ex proxime dictis habemus responsonem ei dubio, quod facile aliquis moueat: quid humilitati, & magnanimitati comune fuerit? cum præcertim humilitas inferiora magnanimitas maiora, & altiora animo concipiatur. Nimis sic Humilitas propriæ cognitioni innititur, vt quamvis altu nō sapiat, nec ambulet in magnis, & mirabilibus superesse; at quidquid gloriosum, & excellum ab inanis glorie electatoribus expeti videt; merito deiicit, quod eadem aut maiora intra se ipsam inueniat: quæadmodum Magistratus, seu prætor suo munere contentus pueros irridet, qui inter se ipsos magistratus gerunt, & prætextam faci que, ac tribunal imitantur: Sapienter id monente Ambroso lib. 8. in Lucam occasione paralyticu illius, quem per tegulas ad Christū quatuor iuvenes submiserunt, vt sanitati restitueret Lucas 5. vers. 19. Quod cū

mihi videatur etiam paralyticus ille tacere, coesse sanatus, qui à quatuor iuvenibus dimissus est, & quia quatuor administrato virtutum Prudentia, Fortitudinis, Temperantia, atque iustitia ad pedes Christi altaria quādam ratione se subiecisse statim altā hanc rationem, alta itidem ipse ratio ne exponens subdit: Nihil enim excelsus humilitate que tanquam superiorne sit extollit quia nemo id affectat, quod intrasse indicat: ita illa: Cui concinē Chrysostomus magnitudinem animi humiliati signata attribuit, hom. 70. in Ioā nem, hunc in modum. Quod si verælationem concupisces, hic ergo via docebo. Non enim nos. Qui praesentibus rebus tanquam magnis inquit, is vilis est, & abiecti animi: itaque nunquam humilitas est sine magnitudine animi: neque superbia si ne pusillanimitate. Hec Chrysostomus: vbi vides humilitatem cum excelsitate, & magnitudine animi esse coniunctam, quia nemo id affectat extrinsecus, quod intra se habere cognoscit, & sui memor inanem gloriam, & inania bona tanquam minora, & se indigna despicit, non secus ac Magistratus pueros, qui inter se ipsos magistratus gerunt: In quorum fidem plura possemus afferre etiam ex prophanicis, & externis litteris testimonia: sat sint duo: alterū ex Lāpridio qui de bono Principe Alcandro Severo clarissima cognomina Magni, itidemque Antonii à Senatu ipso oblata respondeat inquit. Multo clarius visus est alienis nominibus non receperis, quam si receperisset, atque ex eo constante, ac plenè gravitatis famam obtinuit. Hec de bono Principe Lāpridius. Alterum quod Dio Calsius de Sciano Tiberij Principis Administratore lib. 58. tanquam de superbissimo homine, & qui non geranano, sed adscititio splendore fulgeret, è contrario dicebat. Is homo superbius studiosè ab omnibus colebatur, salutabatur, deducebatur. Omnia enim acriter, & maximè Procerum obseruabat & verba, & nutus: huius rationem redens. Nā qui propriæ potentia nituntur, neq; salutationes, aut hæc obsequia valde requirunt, et si omissa fuerint, vitio nō vertut, ipsi nēpe sibi conscijs contempnū sui hoc non factum. Qui vero fuso, & adscititio splendore vtatur, iij omnia talia magnopere, & tāquā addignitatis sue culmen per-

Chrysostomus

Lāpridius

Dio Cal-  
sus

tinentia requirunt, & nisi consequantur, grauiter ferunt, ut abieci. & trascuntur, quasi iniuria affecti. Hæc Dio, & alia ad rem: vbi obserua illud nempe sibi conscient quod videlicet tanquam superior nesciat extolli; nec timeat deprimi, qui magnitudinem innatam habet.

**VI.** Ecce ergo magnanima Christi Domini humilitatem, & Ioanne penitissime expensam, & ab ipso Domino in Eucharistiâ patefactam: Nempe Ioannes stupenda humilitatis opera a Christo in lotione pedum exercita relaturus, de industria eius Divinitatem, magnitudinem, atque potentiam sic præmisit, ut hæc ipse sibi conscient, & quis tandem omnino esset animaduertens, executioni maledauerit: quod omnino significat verbum *Sciens* præsertim in Graeco expensum: nempe eidos, proprie fuerit, *animo voluens*: ut fuerit sensus; Christo maiestatem suam consideranti, & animo voluenti, adeò non visum indecens esse demittere, ut discipulorum pedes lavaret, ut potius ex veræ magnitudinis lege, quam ob oculos habebat, id sibi præstandum existimaverit. Quod acutè ab Augustino tractatu 55. in Ioann. sic observatum vide ris. *Debemus charissimi sensum Euangelistæ diligenter attendere. Locuturus quippe de tantâ Domini humilitate, prius celitudinem eius voluit commendare. Ad hoc pertinet, quod ait. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exlîvit, & ad Deum vadit. Cum ergo illi omnia Pater dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit, & cum se sciret, à Deo exisse, & ad Deum pergere, non Dei Domini, sed hominis servii implevit officium.* Hæc Augustinus. Cui adstipulatus Theophylactus eundem sensum illustriorem reddidit in hunc modum: *Considera igitur, quod humiliari opus est eius, qui à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Superbire, & fastuose presumere opus est eius, qui à demonibus exiuit, & ad demones vadit.* Sic Theophil. & quidem opportunè ad expendendam humilitatis naturam; & ad inanitatem superbie cognoscendam; qua Lucifer pueriliter, evanuit divinitatem affectans. Nimis Dominus, qui & Dei, & Mariae erat Filius, immensum divisorum donorum, & thesaurorum Dei

pondus habens, sibi conscient, & magnitudinis suæ securus, proprium opus suum humilitatem, & condescensionem esse censuit; ille vero superbus è nihilo creatus, & nulliponderi innixus, nec Dei Verbum per amorem fuscipiens,

**A** tanquam levis creatura tanti honoris pondus humiliter ferre non valuit: ut hic omnino locum habeat, quod dixit Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 18.

*Fulgent.*

*Sicut sit elatione humilis, sic fit humilitate sublimis: Nam quid humilius, siue abiectius, quam Lucifer, sive Adamus, pueriliter dementes, quæ supra naturam suam erant animo fingentes? Quid subli-*

**B** nius Domino se se ad servorum suorum pedes abiiciente? *Quanta ista maiestas! Quasi minister pedes famulorum tuorum lanas, quasi Deus rorem mittis ē cœlo.*

**C** Igitur iam tandem hinc considera, quod humiliari, ut opus est eius, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ita etiam signata opus eius sit, qui Dei, & Mariae Filium in Eucharistiâ sucepit, quippe qui cum ipsum Verbum in creatum, per quod creatus est, per amorem in se suscepit; eius Divinitati, quam apud se inhabitare novit, itidemque Domini exemplo subnixus, & tanti honoris pondus humiliter ferre, & sibi conscientia quādam ratione libens humiliatur. Nam tum verè quidem estimat frustra aliam honoris celitudinem sibi posse contingere, qui Deo per amorem vnitus Dei Filium sub tectum suum recepit, quia nemo id affectat, quod intra se iudicat, tum etiam securus tunc magnitudinis suæ ad quæcumque humilitatis opera libens se demittit: Deiparæ sanè exemplum secutus, quæ vi se Deo foetam, Deo plenam cognovit, humilitatem modis omnibus, & verbo, & operi sectatam fuisse novimus: sapienter id, & Bernardo, & Ambrosio penitentibus: ille si quidem serm. 42. in Cantica: dum illud

**D** cap. 1. vers. 11. *Nardus mea dedit odorem suum: de Mariæ humilitate interpretatur, bene obseruat, ab ipsa post aurei ornatus reprobationem ei factam illis verbis: Pulchræ sunt genæ tuae, sicut turritis: collum tuum sicut monile. Murenas aureas faciemus tibi vermiculatas argento: quod ad regale evecta fastigium, humilitatem sibi fore sectandam cen-*

**VII.**

*Cantic. 1.  
vers. 11.*

*Iuxerit:*

Bernard. Tuerit: Sic enim Bernardus. Audierat: Pulchra sunt genetae sicut turturis: collum tuum, sicut monilia, accepereat reprobationem ornatus aurei. Et nihilominus tamen cum humilitate respondet; et quanto maiorem se audit, tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas humilitatis oblitus est, quam et humiliter confiteretur sub Nardi nomine; ac si voce Virginis Mariae dicat.

Nullius mihi meriti conscientia sum, nisi quod respexit Deus humilitatem ancilla suae. Hec Bernardus. Premer illa. Quanto maiorem se audit, tanto humiliat se in omnibus; quasi magnitudinis lege adaptata, & magnitudinis suae secura. Similiter Ambrosius lib. 2. de Virginibus, de Virgine inquit. Nam, et humilior facta est, ubi te a Deo cognovit electam & statim ad cognitam suam in montanaprocessit: & lib. 1. in Lucam Quo enim iam Deo plena, nisi superiora concenderet: ita Ambrosius, superiora appellans opera humilitatis, & notanter affirmans non alio itura. Virginem Deo plenam.

Hac tam cum quis ad Eucharistiā accedit, quam cum ab Eucharistiā recedit, vehementer vrgent, ut humilem se Deo, & hominibus exhibeat: quid enim opportuniushomo Deo plenus, quam humilitatis opera exsequatur, siue ut Dei exempla, siue ut Dei magnitudinem imitetur. Pulchre quidem S. Zeno Veronensis Episcop. & M. in Psalm. 129. de Deo homine facto dicebat. Deus noster humili corde est; et ineffabilis eius illa Sapientiae, ac virtutis portas intra hominem suscepimus iacet: magis admirabilis quia talis, ac tantus est: Vnde quidem quemadmodum Dei Filius intitate, & ate suscepimus magis est admirabilis, quod talis, ac tantus sit; ita quidem & tu Dei Filium suscipiens, & Deo ipso plenus admirandus eris, si fatus deprimens humiliter, &

summitie te  
gelic-  
tis.



Ambros.

VIII.

S. Zeno  
M.

AB EVCHARISTIA CONTRA  
invidiae morbum medicina, &  
instruētio.

ADNOTATIO. IV.

**H**ABET illud præstantissimum Eucharistiā, quod aduersus invidiam, quæ fera pessima, & ingratissimum vitiorum omnium habetur, egregium sit remedium, & sapiens documentū: si tamen tam propriam, & nativam invidiæ naturam, sive ægritudinem, quā difficilem eius curationem prius consideraueris; ductorem quidem valde peritum habens Gentilem Plutarchum, qui peculiari libro de differentiā inter odium, & invidiam sapienter monet: Odium erga alterius improbitatē, aut iniuriam, quam vel nobis, vel alijs infert, versari; invidiani vero, non nisi in alienam felicitatem acui, sive is cui invidemus, aut bonus, aut improbus sit: Sic enim ille. Nascitur itaque odium ex opinione, quam habemus, quod is, quem odimus malus sit, aut in uniuersum, aut quantum ad nos attinet. Quum enim sibi fieri iniuriam, nonnulli putant, ad gerenda odia promptiores redditur. Sed et alias inferentes iniuriam, & malos homines oderunt, et iniquo animo ferunt. Invident vero his duntaxat, qui feliciter vivere videtur: Vnde scite infert. Quapropter invidia quidem indeterminata est, perinde, atque illipitudo oculorum, quæ ad omnem splendorem ruitur. Odium vero certis clauditur terminis, cum semper in aliquibus subiectis permaneat, ut hinc videris difficilius invidiæ, quā odij ægritudinem curari: quippe odium bonitatē, & benignitatem eius erga quod exercetur vincī, ac deliniri novius: monete Salomone Pro. 25. vers. 21. & ab eo Paulo ad Roman. 12. vers. 20. Sed si eu- rierit inimicus tuus, cibā illum, si sit in potum da illi, hoc enim facies, carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Quæ videtur

I.

Plutare.

Pro. 25.

vers. 21.

Rom. 12.

vers. 20.

odora-

Seneca.

odoratus Seneca lib. 7. de beneficijs c. 3. inquietus. Vincit malos pertinax bonitas: nec quisquam tam duri, infestique adversus diligenda, animis est, ut etiam vi trahat bonos non amet: ubi bonus Scholastes lustus Lipsius legendum vult, ut etiam in iniuria bonos non amet, ut sit sensus: nemo ita pravus, & virtutis hostis, ut non amet eos, qui in iniuria boni sunt: Sed patente via, querit semitam: quippe Philosophus sensum communem habet cum Salomone, & Paulo: ut dixerit pertinaci bonitate vincere peritacē malitiam, ut vel invitus, & velut vi trahat quis amet eum, qui inimico beneficere perseuerat. At vero inuidia adeo bonitate, & beneficentia non curatur ut potius inde peius se habeat: vii indidem observat Plutarchus inquietus.

*Dissolvunt profecto inimicitiasodiumque si aut sibi persuaserint, nullā se inuria affectos esse, aut quos ut malos oderant, bonus compererint, aut tertio beneficijs placati fuerint: extrema enim gratia, ut Thucydides inquit, & si minor sit, opportunū tamen nocte tempus, maiorem interdum iniuriam dissolvit. Horum vero primum inuidiam certe non minuit, quālibet enim à principiis sibi persuadeat, nullam sibi iniuriam inferri, non tamen à labore abstinent; nam reliqua augent potius inuidiam. His enim inuident magis qui boni videntur, tanquam summum bonum virtute consecutis. Quod si qua à felicibus beneficia accipiunt, dolent illis tam ob voluntatem; tum ob patientiam inuidentes: illud enim virtus est, hoc felicitatis utrumque bonum. Hęc Plutarchus verissimè.*

Quæ quidem graphicè depicta videris in Saule Davidis felicitati, & bonitati inuidenti: Nimirum, cum & populus nomini Davidis tam ob ingenij suavitatem, quam ob militarem gloriam faueret, tum pueri psaltrię eius triumphale cantarent carmen, plus splendoris Davidi in eo, quam Sauli tribuentes, ipse dira inuidiae exagittatus insaniā mortale in Davidem odiū concepit: quæ cum retulisset Sacerdos texus lib. 1. Reg. cap. 18. vers. 8. subiicit.

*Non rectis ergo oculis Saul apiebat David à die illa, & deinceps: Vbi primū audi Basilium Seleuciensem orat. 16. de David sic id expedientem: Metu Regem liberavit; priusquam seruitij iugum*

contribules experientur repulit: & exitus victoris fuit in uida periculum, cœdique meditatio. Saul ipse victoria haud fecit, ac bellū offensionem dolet, & trophaum luget, & communem luctitiam deplorat, & institutam uictoris causā celebritatem putabat calamitatem. Deinde vero eadem de re Chryostomum homil. 46. in c. 21. Genit. O excellē tem in sanctam! O stuporis magnitudinem! Eum qui vitam fibis errat, & omnem suum exercitum ab alienigena Goliath furore liberarat, ut hostem despexit. & immemor beneficij ab affectione vincitur: sed mente sibi obtenebratus ab inuidia perinde, ac abiectitate quādam beneficiorum, ut hostem spectabat. Sic Chryostomus. Vbi omnino vides, quod dicebat Plutarchus, inuidiam adeò non vincere beneficis, ut hec potius illam augeant. Quare quid subinde de eodem Saule erga Davidem referat scriptura attēde: Post diem autem alteram in uasit spiritus Dei malus Saul, David autem p̄jallebat manu suā sicut per singulos dies tenebatque Saul lanceam. Et misit eam putans, quod configere posset David cum pariete: ibi vers. 10. Quo in loco observa Davidem nō uintantum, sed duobus infensum: nempe Sauli, & dæmoni: & cum utroque quidem blande, & comiter contendisse, musico scilicet, & suauicantu, ut vinceret nūlos pertinax bonitas. Quid inde? dæmon quidem à lyra blanditiā vietus manus dedit: *Psalmus*, & *lyra*, & *gratia* (inquit idem Basilius orat. 14.) armis sunt in dæmones. Loquebatur tantū, & hostis vinciebatur. & lyra melos velut titulum iaciebatur in dæmonem: At vero Saul, blandissimo beneficio à musica Davidis (qui tygridis mos esse dicitur) agebatur in rabiem contra Davidem, & vietus inuidia (inquit præfato loco Chryostomus) benefactori malum repedit. & quem oportebat, ut Saluatorem, & benefactorem agnoscere, eum interficere querebat. Similiter Basilius orat. 15. in quiens: *Hastam iaculatus, medicina pretium, cadem cibulit. Quid? peiori ne dixeris Saulem dæmonē, quo nihil peius? Non equidem: Sed alia runc huius, & illius ægitudo erat: dæmon enim odio, Saul vero inuidia, quæ multo difficilioris curationis est, laborabat: quippe illud pertinaci bonitate vincitur,*

Chrysost.

i. Reg. 18  
vers. 10.Basil. Se-  
leuc.

II.

i. Reg. 18  
vers. 8.Basil. Se-  
leuc.

hæc bonitati pertinacius resistit, & agrotat peius.

III. *Vnde quidem opportunè huc per allegoriā traxeris Domini verba apud Ierem. m. 8. vers. 17. Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: ut invidiam cum exitiosissimo, & serpentum omnium malignitate veneni nobilissimo cōponas, quod istud insanabili feriat vulnere, reponētibus LXX. Serpentes mortiferos, à quibus non est evellere (aculeum scilicet, veneni mortiferi) & mordebunt vos insanabiliter: & exponente Greg. Magno lio. 34. moral. cap. 5. Talibus vos immunis spiritibus tradam, qui à vobis excuti exhortatione prædicantium, quasi incantatum sermone non valeant ad invidiam vero singillatim referente Venerab.*

LXX. *Gregor. Mag. n. Galfrid.* *In allegorijs Gotfridi Tilmani: vbi sic primum inquit: Sciendum est in vidi & morbum difficilis ad medelam, quam cetera via pervenire: nam eum, quem semel venienti peste corruperit, penedixerim carerer remedio. Ipsanamque est lues, de qua figuraliter dicitur per Prophetam: Ecce ego mittam vobis serpentes regulos: Deinde vero dum huius insanabiliis vulneris duplicatam causam reddit, quæ nostro instituto conuenit, hæc est: Istienim sunt taciti morsus quibus solis sapientium medicina non subvenit: nam risque adeo incurabilis est ista perniciose, ut blandimentis exasperetur, infestetur obsequijs, muneribus irritetur, quia ut Salomon ait: nihil sustinebit zelus.*

*Quanto enim amplius, aut humilitatis subiectione, aut virtute patientie, aut misericordia laude profecerit: tanto ille maioris stimulis incitatur, qui non nisi ruinam, aut mortem eius cui in videt, concupiscit. Pergit. Quis autem est, qui se ristifaciat invidenti, à bonis corruere, aut calamitate aliquā velit in volu? Hæc & multo plura Galfridus, optimæ adstruēs invidiæ afflatos nullo magico beneficiorū carmine sopiri, aut veneno exarmari posse.*

IV. *Quod si exactam rationem nosse cupis, cur odium pertinaci bonitate vincatur: invidiæ vero non itidem, immo ex crescere, & si qua invidus beneficia acceperit, magis doleat? Sapiēter qui dem eam Plutarchus ad finem præfati libri; & Velleius Paterculus reddide*

*re: Quoc cuni odium habentis sit, vel le obesse ei, à quo malum, aut iniuriam accepit, iniuria è medio sublata, & ob benefacta in bonum commuta, odium dissolui necesse est: quod sane in inuidia aliter evenit; quippe hæc non erga malam alterius voluntatem, quam erga illius felicitatem, & gloriam versatur, quam idèo invidus ægris oculis intuetur, quod ab illa se te obtcurari, ac opptimi exstimat; non secus, ac humilia tecta ab altissimis ædibus è regione positis obscurantur, atque idèo non tam personam perire, quam felicitatē corrueare vult: cum vero ob bonitatem, & benefacta eius gloriam magis, ac magis ex crescere animaduertant, adeò ab illis inuidia non lenitur, vt potius augatur: nam ut inquit Seneca epistol.*

*75. Pernitiosum optimis tulum est. Sed audi Plutarchum. Habentis enim odium est, obesse vellet etenim potentiam eius ita diffiniunt, dispositionem quandam, ac curiosam male agendi voluntatem. Ab inuidiæ*

*vero hoc abest. Neque enim in vidi multis è propinquis, ac domesticis suis perire vellet, neque ad extremam miseriam redigi, sed felicitatem eorum grauitano ferunt, prohibentque si possunt eorum gloriam, ac splendorem, extremam vero calamitatem non optant, sed si perinde ac ex altissimis ædibus eam partem, que tuas obcuriores reddit, deposuerint, bene secum agi existimat. Hæc Plutarchus, quæ Paterculus brevi prætringit, cum rationem redens, cur inuidia erga prætentia, non vero erga præterita versetur, disertissime inquit: Prætentia in vidiæ; præterita veneratione per sequimur: & illis nos cb Velleius. rui: his instruit credimus: A quo non abit Patrc. illud Lyrici lib. 2. epilt. 1. Nisi Horatius Quæ terris semota, suisque temporibus de functa*

*Videt fastidit, & odit ad sentum vero, & imaginem excelsæ domus, quam usurpauit Plutarchus iridem facit, tum illa invidi vox apud Tragicum. Pelopis domus ruat, vel in me, dum modo in fratrem meum: tu illa multo magis impia Imperatoris Caracallæ apud Spartanum, cum iniustè ab ipso ob inuidiam imperfecto fratre Geta, & spartian. à Præfecto urbis, vt inter diuos referretur postulato: respondit: Sit inter diuos dum non sit inter viuos. Quod si an ea*

Seneca:

rio hoc iuido inquiras, cur fratii colestes domum non invides; terrenam vero non invides? Expedita illi ad manum responso fuerit ex alterius Athæi ore apud Tertullianum in lib. ad Nationes, dicentes: *Quæ supra nos, nihil ad nos*, vt dixerit invidus ille: Sit frater meus ubi voluerit: dummodo domus mea ab altioribus eius ædibus non obscuretur. Sed multo fuerit opportunitior venusta historiola ab Abulensi relata in cap. 3. Genesis, & à nobis in epist. ad Philipp. tom. 1. cap. 1. vers. 15. adnotat. 2. adducta, quæ hanc invidiæ naturam de facie notam reddit: sic enim ille: *Erant in una ciuitate duocives, quorum unus valde cupidus, alter valde invidus erat. Dominus autem eorum, cum nimis prudens esset, vocavit utrumque, et mandauit eis, quod peterent; ita tamen quod ille, qui primò peteret, haberet quod peteret, qui autē secundo peteret duplum haberet: tunc cupidus nollebat primo petere, sperans post, duplice mercedem: invidus autem non petebat primò ne socius suus plus recipere: virgente tamen domino, ut aliquis eorum peteret; invidus petiit, ut unus oculus eius erueretur, ut duo oculi socio eruerentur.* Ita ibi acutè quidem pro invidiæ inge-  
nio; ne alter oculus, qui ipsi supererat, à lumine duorum alterius obscuraretur.

Sed illud omnino ad rem fuerit, quod de Heli dicitur 1. Regum 3. vers. 2. *Oculieius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur:* (sic legunt veteres codices, & ab eis Eucherius, Rabbanus, Angelomus, Abulensis, Caietanus, & Dionysius) que verba cum Glossa sic accipit P. Sæcilius de invidorū natura: *Cum Heli glossa ordinaria comparat invidos, qui lucentes fratres videre non possunt, vident tamen Sanctius. fumigantes: splendor illorum præstringit oculos, extincta lucerna, aut fumigans oblectat. Nec aliter Venerab. Stephanus Cattuariæ, ad id loci in allegorijs Gotfridi Tilmani inquiens. Hoc est, quod legitur de Gedeone, quod confractis lagunculis apparuerunt lucerne: Multi etiam modos sunt tales, ut Heli, qui nunquam laudabant probitatem in alio, nisi post mortem: ita ille: quod ideo prætentia invidia: præterita veneratione persequamur, quod illis obrui his instrui credimus: vel vide Heliam dum in viuis esset, ad mor-*

tem conquistum: itidem & Ioannem immaniter interfectum, subinde vero utrumque de medio sublatum, cum ipso Filio Dei mira faciente, & docente compositos: nam Domino interrogante apud Matthæum 16. vers. 13. **A** *Quem dicunt esse Filium hominis?* Discipuli ex opinione benevolentiori: ni de Christo responderunt. *Alij Joannem Baptizam: alij Heliam, alij vero Ieremiam, aut unum ex prophetis.* Nimirum invidorum oculi lucentes fratres videre non poterant; fumigantes, & extinctos libenter laudabant: quod altissimæ virtutis illorum ædes, quæ domunculas suas obscuriores reddebat, iam corruiissent ut exprimerent, quod iniplus ille: *Sint inter diuos, dum non sint inter viuos.*

**B** Hinc illud ad obtundendos invidiæ aculeos, opportunum, ac necessarium re medium à bonis auctoribus datum, & à melioribus probatum experientiaque confirmatum, ut qui invidiam amoliri velit, bona sua quæcumque illa fuerint, sive animi, sive fortunæ minime iactet, & aliorum oculis expoponat; immo vero abscondat, contentus de illis in sinu conscientiæ gaudere ita quidem monente Seneca epist. 105. *Sic vero invidiam effugies, si te non ingesseris oculis: si bona tua non iactaueris, si scieris, in sinu gandere: Quod quidem egregie præstiterè Romani duo: alter Sallustius Crispus apud Corn. Tacitum lib. 3. An Corn. Tacitum: Cui, quo vigor animi (inquit) in gentibus negotijs par suberat, eo magis, ut invidiam amoliretur, somnum & inertiam ostentabat: Alter, Brutus ille Romanus*

*Titus Livius.*

**D** *vrbis liberator, de quod Titus Livius inquit. Neque in animo suo quidquam Regi timendum, neque in fortunâ concupiscendum relinquere statuit, contemptuque tutus esse: Bene quidem contemptu tutus esse: nam ut inidem Seneca: Multus in contemptu remedij causæ delituerat. Quæ quis contemnit, calcat sine dubio, sed transfit. Nemo homini contemptu pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens præteritur, cum stante pugnatur. Et ut iterum ad Davidem, & Saulem reuertamur: non latuit quidem id monitum Dauidem, qui cum facile potuit Saulem in speluncam interficere, & contentus oram clamydis illius abscondere, ut suam inde innocentiam planam faceret, ut subin-*

*Seneca.*

*Abulens.*

V.  
1. Reg. 3.  
vers. 2.

Eucher.  
Rabban.

Angelom.

Abulens.

Caiet.

Glossa.

Sanctius.

**VI.**

*Seneca.*

*Titus Livius.*

*Seneca.*

de

*de ferū Regis anī nū deliūret, & que in  
vidia ægrū nouerat ad sanitātē reuoca  
ret, sic eū affatus dicitur i. Reg. 24. v.  
1. Reg. 24. 15. Quē persequeris? Rex Israēl. quē perse  
vers. 15. queris? Cānē mortuū persequeris, & puli  
cem vnum: Accurata oratione, is qui  
manū fortis præclara in bello facinora  
ediderat, quique à Deo in Regem erat  
præelectus, de ijs te nominibus appella  
uit, sive potius cum ijs rebus se se cōpo  
suit, quibus imbecillus, aut nihil vilius  
posset exegitari: bene id observante  
doctissimo P. Del Rio ad hæc verba 1.  
tom. Adagiorum: adagio i. 82. hunc in  
modum. Nostro sacro Adagio indicatur  
imbecillitas, & rei vilitas: imbecillitas  
voce mortui: vilitas voce canis: utraque  
simil foeditas, & absurditas quædam  
atque contagio. Quid enim factidius canis  
cadavere? ita ille: unde hæc sic exiuit  
Chaldaeus: Post debilem vnum? post abie  
ctum vnum? Sed quis fuerit Davidis ten  
sus, cum factido canis cadavere, & cū  
vili pulice se se componentis: referunt  
interpretes ad rei indignitatē, vt præ  
potens Rex odia exercebat in hominē  
ad eo imparem, & regiā irā ob imbecil  
litatem, & vilitatem indignum: vt ille  
apud Claudianum.*

*Iamiam supplicij fessos, humilesque  
serenus  
Respic: quid tantā dignaris morte  
clientem?  
Incubuit nunquam cœlestis flamma  
faličis,  
Nec parvifructes iram meruere To  
nantis.  
Ingeſtes quercus annosas fulminat or  
nos:*

Sed altior, opinor, Davidis mens fuit:  
dum Regi non tantum resistendi imbe  
cillitatem, sed singillatim extremam  
vilitatē ob oculos iecit, vt altissimus  
suas ædes à quibus Saulis domus obscu  
rabatur, vtque ad imum deprimiceret.  
Namrum vt oportebat regno Davidico  
enteſcente (inquit S. Basilius Seleuciſ.  
orat. 14.) Saulicum extingui, & vt Sol  
exoriens noctem depellit, & obsequenter  
in noctis confinio radiorum lucem mundo  
impabit, sic Davidis exoriente principa  
tu Saulis regnum vergebat ad occasum:  
ita sapiens David, vt invidiam amoli  
retur, tese vilissimis appellatioibus de  
honestans, ad morem illius Brutii neque

Basilius  
Seleuc.

*in animo suo, quidquam Regi timendum;  
neque in fortunā concupiscendo, relinque  
re ſtatuit, cōtempnque tutus eſſe: Ex iis  
ergo qualis? audi lacrun. Scriptor ē ibi: 1. Reg. 24.  
verſ. 17. Cum autem compleſſet David do  
quens sermones huiusmodi ad Saul, di  
xit Saul. Num quid vox hæc tua est, fili  
mi David? Et levavit Saul vocem suam,  
& flevit. Dixit que ad David. Iustior tu  
es, quam ego: tu enim tribuisti milii bona.  
Ego autem reddidi tibi mala. &c. Sed Do  
minus reddat tibi vicissitudinem hanc pro  
eo, quod hodie operatus es in me. &c. Que  
verba Chrysostomushoni. 3. de Davi  
de, & Saule, sic pendit. Quanta ſubito fa  
cta eſt mutatio? Qui nunquam iſtinauerat  
illum, vel ſimpli vocare nomine, ipsam  
etiam appellationem habens exoſam, nunc  
adoptat eum in cognatiōnem, appellans fi  
lium: Quid igitur David felicior? qui ex  
homine fecit patrem; è lupo o'vem, qui for  
nacem iracundie multo impletuit rore, qui  
que tempeſtatem veritatis in tranquillitatē  
qui que tumorem omnem ira exauantis  
animi reflinxit: Tanti quidem fuit, Da  
videm ſeſe eatem mortuum, & pulice  
appellare, vt eam ædium ſuarum par  
tem, quæ Saulis domum obſcurabat,  
deponeret, atque ea ratione ſeptemi re  
gulum incantaret.*

*Volui, imò debui tanto ſententia  
rum, & verborum apparatu invidiam  
turam expōnere, vt ſuper hæc onnia  
opportunius eaderet mirabile docu  
mentum, quod ad invidiam amo ſen  
tam, atque ad excantandum hunc ſer  
pentem Sapientissimus Dominus noſ  
ter in Eucharistiā nobis dedit: dū Re  
tremenda maiestatis, & diuini, ac in  
circumscripti splendoris, cui tota Divi  
nitatis, potentia, & ſapiencia non for  
tuna, ſed natura ubique & ſemper inclit  
omnino circumscriptis, & velatis Divi  
næ maiestatis radijs ſub modicissimis,  
& vilibus panis, & vini ſpeciebus ſeſe  
delibus manu in Altari colendum, &  
manducandum tradit: ſignatissimā id  
nobis locutione aperiētē Apoſtolo ad  
Philipp. 2. ver. 7. inquiens. Qui cū in  
forma Dei eſſet non rapinam arbitratuſeſſ  
eſſe equalē Deo: ſed ſemel ipsum extinxit  
vit: explicatiōibus hæc verba de Eucharistiā  
(vt ſuperius vidimus) Dionyſio Ale  
xan. in epit. contr. Paulum Samotrate  
num, & Methodio M. ſic enim inque  
philip. 2.  
ver. 6:  
& 7:*

bat ibi Dionytius. *Hoc est exinanitio Dei facta ad usum nostrum ut possimus capere eum. Hoc enim mysterium pertinet secundum dicit Apostolus cum dicit, quod se ipsum exinanuit. Sic ille. Pende ergo ad rem presentem Christum in Eucharistia exinanitum eo modo, quo ad hanc Pauli verba exinanitionem, sic interpretatur Ambrosius: Hoc est potestatem suam ab opere retraxit, ut humiliatus otiosa virtute infirmari videretur: Etenim & Dominum inibi una ex parte contemplaris, ut a Paulo proponitur. Splendor glorie, & figura substantiae eius, portans omnia verbo virtutis sue, ad dexteram Majestatis sedens in excelsum, ad Hebr. 1. vers. 3. quo nihil potestate augustius, maiestate excelsius, divinitate sublimius, & infinitarum perfectionum magnitudine splendidius humana mens excoigitare valeat; ita ex alia nihil hamilius, abiectius, vilius, aut magis exinanitum, & quasi absconditum vultum eius, ac veluti otiosa virtute infirmatum videbis, ut magno tibi documento fuerit, quod si fratrem tuum invidie affectio obnoxium sanare velis: quemcumque in te sunt speciosa, & splendida, quae eius aciem perstringunt, ab oculis submoveas: et si gratia, quam apud Principem sue apud populum vales, eum incendit, si diuiniarum, & illustris familie spectador oculos, & animum ferit: si ingenij flos & acumen, aureumve eloquentię tuæ flumen illum pungit, cuncta haec aut abscondas, aut saltem apud illum non iactes: sic enim & magnanimitatis, & Christianæ charitatis specimen dederis: opportunè monente Rege Theoderico apud Cassiodorum lib. 4. epist. 39. *Generosos quippe viros omnia conuenit sub moderata ciuitate pergere; quia tantum potentibus lesionis crescit inuidia, quantum premposse creditur* (sic legeris, non premis), ut modeste habent Codices) qui fortunata inferior comprobatur. Secus quidem si te fortunamque tuam aut lactaveris, aut fratris oculis ingesseris: ut inuidiam non effugies; ita languentem animum, imò & puerilem te habere ostendes.*

VIII.  
1. Tim. 6. *Ita quidem doctum hominem, sed se ipsum iactantem, & ut ingenij copiam faciat, aternas questiones moventem diffiniuit hunc in modum*

A Paulus, 1. ad Timoch. 6. vers. 4. Superbus est, nihil sciens, sed languens circa questiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidia, & contentiones: de quo iam alibi egit me memini. Ea deinceps de causa adolescentulum Iosephum somnia sua, que illum fratribus suorum principem faciebant, illis narrantem Genet. 37. vers. 10. eius parens sapiens, atque cordatus tanquam puerum, & infelici increpabat, quamvis alio ex capite rem tacitus considerasset: Sic enim ibi: *Increpavit eum pater suus, & dixit. Quid sibi vult hoc somnum & itinere? Rem tacitus considerabat: Sane quasi magna molis, atque momenti: ubi inquiras; Cur qui rem obseruat, & reveretur ut sacram filium ut puerū castigat?* Evidem quod ea de causa fratrum suorum inicetus, & incautus in via irriterbat: ita enim ibi: *In videbant igitur ei fratres sui: bene id adnotate Chrysostomus homo. 61. in Genes. Sciens pater quod fratres inuidabant ei propter hoc increpauit puerum: & duidebat etiam ipse somnum, & conieclans a Deo revelationem ei factam, obseruebat verbum: Sic Chrysostomus recte obserans, patrem, et si rem, & mysterium nosset, iure Iosephum reprehendisse, tanquam simplicem puerum, & incautum, quilete vitro inuidia exponebat: cum debuisset potius eius aculeos effugere, & somnia non serio, sed in ioco, immo peritum referre: non secus, ac ille Crispus, qui ut inuidiam amoliretur somnum, & inertiā ostentabat.*

B C D E IX.  
Cassiod.  
Albert. Mag.  
Iam vero ut in Eucharistia egregium habemus ab Exemplo Christi documentum, ut inuidiam effugiamus: ita etiam ab illa aduersus hunc morbum medicinam, & prætentissimum remedium accipimus: tum Christi exemplo compuncti, ita monente Alberto Magno de Sacram. distinct. 3. tract. 1. cap. 4. *Si cogitamus Christi charitatem in qua nobis se in corpore, & sanguine communicavit, non tangit nos malum inuidia: tum vel maxime, quod Eucharistia, & unum cum Christo, & unum cum proximo nos facit: & unus panis: unum corpus multi sumus, 1. Cor. 10. omnes, quide uno pane participamus, 1. ad Corinth. 10. vers. 17. Atqui unum membrum non inuidet alij membro (sic Laurentius Iustinian. tractatu de charitate,*

Genes. 37  
vers. 10.

Chrysost.

IX.

Mag.

1. Cor. 10

vers. 17.

Cellens.

tate, cap. 17.) licet non habeat idem officium: non omnia autem eundem actum habent membra, nec tamen sibi in vicem in rivident, sic nec debet quisquam in rividere proximo suo habenti gratiam, quam ipse non habet: Hæc Laurentius lusit. Quæ nostro instituto aptaveris ex Petri Cellensis verbis à nobis nō semel adductis tristatude panibus, cap. 1. quibus Iosephum, qui olim, tanquam puer incanus fratribus invidendi occasionem nō præcavit, iam tanquam prudentē medicū morbum invidiæ illorum con-

A

vivio Eucharitiam significante sanatem, sic inducit. Vbiq[ue] gratiæs Ioseph, sed in convivio magis multoque amplius incundus, &c. In cōnvivio iuxta scripturam ibando inimicum extinguit in riviam, & sanat malevolentiam. Sed non equidem ea solum ratione, quod inimicos materiali cibo paverit: cum invidia aliter quidem, ac odium pertinaci bonitate non vincatur, sed quod sub Eucharistia figura unuspanis cum illis, & eiusdem corporis membrum factus fuerit.



## DISSERTATIO VII.

### DE EVCHARISTIA FIDELES A THEATRIS arcētē.

*EVCHARISTIAM CVM SCÆNICO THEATRO  
pugnare; atque ideo eos qui sacra mensa participes sunt,  
ab illo quam longissime ire debere.*

#### ADNOTATIO I.

I.



HEATRVM damnare, sc̄q[ue] nāque traducere, atque exitialem tandiu invalescentem comediarū usū, in quem tam rude, quam eruditum vulgus cursu vadit, diris devovere, sive etiam eam agitare litem; vtrū re publici boni, & Reip. sit, theatrum permettere, sive potius exterminare: res quidem est, & lōgi temporis, & aliorum spectans: Verum enim inveterò, cum nostri instituti hoc in libro fuerit, tum ea quæ ad Eucharistiam digne percipiendam, & eiusque divinos fructus asiequendos maximè iuvant; tum illa quæ ijs maximè aduersantur, demonstrare, hinc quidem operæ pretiū existimamus, non cursim, sed pensu latius planum facere, non adeo frigida calidis, humentia siccis pugnare, ac theatri frequentiam cum cœlestis mysterij Eucharistia frequētatione, vt ea omnino de causa, non solum ad infelices illos mundi amatores, sacerularibus voluptatibus addictos, sed etiā ad eos,

qui Christi discipuli videri, eiusque convivæ esse volunt, merito conclamat Vates.

B *Procul procul este prophani.* Chrysostomo hunc tenum verbis, & re ipsa confirmante homil. 3. de Davide, & Saule, illi hoc verborum fulmine in illos qui helterñā die ad theatrum abierant, initium dante. *Equidem arbitror multos ex his, qui heretos destituerant, & ad iniquitatis spectacula dicebabant, hodie praesentes esse, optarim autem istos, qui sunt palam noſſe, ut eos à sacrissimis artibus, non ut perpetuò foris maneat; sed ut correclido nō redeant. Quandoquidem, & patres filios delinqüentes frequenter ex edibus exigunt, & à mensa submovent, noui ut semper illinc exulent, sed ut hæc correptione redditi meliores cum debitâ laude in paternum redeant contubernium.* Hec Chrysostomus. Quæ quidem non severa, sed mitissima videri debent, si cum ijs, quæ Tertullianus id argumentum perfecitus habet in lib. de spe Etaculis, cap. 28. ibi

Chrysost:

enim spectaculorum, & comædiarum  
spectatores non modo à paternâ Eu-  
charistiæ mensâ, sed à cœlesti etiam  
convivio submovere nititur: nimi-  
rum cum spectacula animæ maximè  
noxia, inde ab hominibus amari affir-  
masset, quod voluptate, ac suauitate  
plena sint: eaq; de causa salubriter mo-  
nuisset: *Nec tantum gutam facias volupta-  
tis, quam periculum persuavitatem:* statim  
ab spectaculorū diplacentia, seu gustu  
fururos in æternū Christi cōvivas ab in-  
felicibus theatri, ac comædiarū cōmē-  
salibus, ita discriminat: *Saginetur eius  
modi dulcibus cō vivæ sri (æculi) & loca (theatra) & tēpora, & invitator (dia-  
bolus) ipsorū est: Nostra cæne, nostra nup-  
tiæ non dum sunt: non possumus cum illis  
discumbere, quia nec illi nobiscū: vicibus  
dispositares est. Sic ille. Vides, ut thea-  
tra frequentare, perinde ac à cœlesti  
mensâ submoveri sit?*

II. Pergit verò Chrysost. & accuratiū  
Chrysost. rem examinans eorum nomine, quos  
ab Eucharistiæ mensâ arcebat: sic pri-  
mum inquit: *Et quid hic (iniqui...) ma-  
gnis celoris cōmīsum est? ut ab ijs  
cancelis arcendi sint? Quibus ille u... in  
respondet: Imo quod delictū his grauius  
queris? duplicē post modum rationem  
afferens: alterā ex Pauli mente 1. ad Co-  
rinth. 10. v. 20. inquietis. Nolo autē vos  
socios fieri dæmoniorum: non potestis cali-  
cem Domini bibere, & calicem dæmonio-  
rum. non potestis mensæ Domin: participes  
esse, & mēsæ dæmoniorū: quippe theatrū,  
scæna, couediæ, & locus, & opera, &  
cultus sunt diaboli est, vt PP. cōstanter  
monent August. tract. de Symbolo ad  
Cathecum, Salvian. lib. 6. de Providen-  
tia, Isidor. lib. 18. Æthymolog. cap. 27.*

August. signatissimè vero Tertull. præfato lib.  
Saluian. cap. 27. vbi & spectaculorum loca, Ec-  
clesiam diaboli appellat, & cap. 26. cū  
assuerisset, dæmonem ingressum fuisse  
in mulierem theatrum adeuntem: sub-  
iicit. Itaque in exorcismo cum oneraretur  
immundus spiritus, quod ausus esset fideliē  
aggredi. Constanter, & iustissimi quidem  
(inquit) feci: in meo cam inveni. Quod cū  
ita omnino sit, rursus cum Paulo 2. ad  
Cor. 6. vers. 14. rogat Chrysost. Quæ par-  
ticipatio iustitiæ cum iniquitate! aut quæ  
societas luci ad tenebras? quæ autem con-  
ventio Christi, ac Belial? subiiciēs de suo.

A Non debetis filij Ecclesiæ depravari in va-  
nitatibus spectaculorum. Ecclesia fœtore  
vestrum non portat: non potest inquinari  
de ingressu vestro: gemit ad Deum, qui tra-  
les videt filios: Hæc & alia post modum  
in hanc sententiam afferēda Chrysost.  
tom. 1. in ea verba Psal. 118. v. 152. In i-

B tin cognovi de testimonij tuis, &c. Lucu-  
lentius vero idem argumentum perse-  
quitur præfata homilia de Davide: ubi  
sic ait: *Neque enim hic mediocriter à no-  
bis delinquitur; id quod ab exemplis cui-  
vis videre licet. Nam si famulus in arcu-  
lam, ubi berilia vestimenta pretiosa, aurea-  
que recondita sunt, servilem tunicam fodi-  
bus refertam imponat: age, dic mihi, num  
eam contumeliam a quo animo ferres?*

C Quid autem si quis in vasculum aureum, in quo  
semper vnguentar seruari consueverūt, ster-  
cus, ac cœnum infundat; an non et plagas  
infligeres, qui scelus hoc cōmis̄set? Et post  
hæcscriniorum, ac vasorum, vestium, &  
unguentorum tant à curia sollicitabimus,  
animam verò nostram omnibus istis vilio-  
rem esse putabimus? Atque ubi Spiritus  
infusum est vnguentum eò diabolicas pō-  
pas immittemus? Eò fabulas Satanæ. Eò cā-  
tilinas meretricias turpitudinis plenas?

D Age dum: dic mihi: quo animo ista feret  
Deus? At qui non tantum est discriminem in  
ter vnguentum, & cœnum: inter vestes he-  
riles, & serviles, quantum est inter spiri-  
tus gratiam; & istam peruersam actionē:  
Pergit Chrysostomus multis in hanc  
sententiam: equibus illa sunt per oppor-  
tuna: *Non metuis? Non expavescis? dum  
oculis, quibus illic lectum, quiet in orche-  
stæ spectas, ubi detestanda adulterij fabu-  
la peraguntur: ijsdem hanc sacram mēsam  
intueris; ubi tremenda peraguntur myste-  
ria: dum ijsdem auribus audis, & scortum  
obscenè loquens, & prophetam, Apo-  
stolumque ad arcana Scripturæ introducen-  
tem: dum eodem corde, & latheia sumis  
venena, & hanc hostiam sanctam, ac tre-  
mendam? Haec tenus Chrysostomus.*

E Quò itidem faciunt duo Tertullia-  
ni testimonia in eodem libro de Spe-  
ctaculis, hanc Eucharistiæ, & scænae  
coniunctionem reprobant: Alterum  
cap. 25. vbi ait. *Quale est enim de Ec-  
clesiæ Dei in diaboli Ecclesiam tende-  
re? de cœlo (quod aiunt) in cœnum? Il-  
las manus, quas ad Dominum extuleris,  
post modum laudanda histrio nem*

III.  
Tertull.

Cerdā.

Durant.

Tertull.

S. Maxi-  
mas.

**fatigare?** Vbi signatē Eucharistiam, & cœlestia mysteria cœlum vocat: adnotante inibi Ludovico de la Cerdā ex Stephano Durantio lib. de Ritib. Eccl. cap. 40. illa verba: *Illas manus, quas ad Dominum extuleris*, capienda esse de manuum sublatione ad adorandum corpus Christi, cum in Milsā attolitur. Ergo appellans Tertullianus Eucharistiam cœlum; theatra vero, atque comædias Ecclesiam diaboli; & cœnum, quo nihil abiectius, & impudicus, omnino significat, quam sit absurdum, ac portentosum cœlum cœno cōniiscere, & Ecclesiæ Dei, Ecclesiam diaboli velle coniungere: Nec minus opportunus est alter eiusdem locus, cap. 27. affirmans; Angelos de cœlo prospicere comediarum spectatores; atque ipsorum male facta, aut dicta de notare, quod aures potius diabolo, quā Deo pœnibuerint: audi: *Recogita* (inquit) *quid de te sat in cœlo. Dubitas enim? Illo momēto, quo in diaboli Ecclesiæ fueris omnes Angelos prospicere de cœlo, & singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit? quis linguam? quis aures diabolo aduersus Deum alministraverit.* Sic Tertull. Sed ut hæc sententia in nostram rem subsistat, recognita ut in superioribus ex S. Dionysio dixerit Maximus Angelos eos qui ad sacram Synaxis accedunt, tanquam electos ad regnum designare, atque ob-signare: sic nāque lib. de Ecclesiastica Mystagogia, inquit. B. Senex nec adhortari cessabat, opere omne Christianum beatæ Ecclesiæ vacare, & nunquam abesse à sacra communione, que in ea peragitur propter sanctos Angelos, qui in ea permanent, & eos, qui ingrediuntur, semper describunt, & Deo aperebunt, & pro eis orationes faciunt, & propter Sancti Spiritus gratiam, que in visibiliter quidem semper permanet, maxime auctem, & propriæ ratione tempore synaxis, sic ibi. Committe igitur unam Angelorum notam, & designationem, siue ob-signationem cum altera, dum illi eos fideles, qui ad sacram synaxim pīè, & religiose accedunt, salutis aternæ charactere ob-signant; in ijs vero, qui theatro vacant singula crimina quibus ibi fiunt obnoxij, itidēque turpē linguae, & aurium viam à Christianadisciplina exortem singillatim denotant, suo hęc

tempore in iudicium vocanda. Quod sane quanto magis invisum, & infensum Angelis dixeris, si quos ipsi paulo ante ad vitam designarant, post modū in theatro lascivientes conspicerint, ergo quando duo hæc signacula inter se non convenient, vide quod ex illis tibi placet eligere: monente Domino: *Nemo potest duobus dominis servire: Matth. 10. vers. 24 in hunc sensum hæc Domini verba inflectente Chrysostomio* præfato loco in id Psal. 118. vers. 151. *Initio cognovi de testimonij suis, quia in eternum fundasti ea: hunc in modū: Ille seruit duobus dominis, qui die it ad Ecclesiam, die ad spectacula, ille duas tunicas habet, longè est à tunica illa, que dixi non potest; longe est à ueste nuptiali, quia illa est uestis nuptialis, que non habet maculam. Nam qui die pergit ad Ecclesiam die ad spectacula, maculosa portat tunicam. Nullus servus cū macula flans ad mensam domini sui, non projectur, & verberibus maceratur. Hęc Chrysostomus. Sed quod post præfacta verba de eo, qui duobus dominis non potest servire subiicit dominus, aut enim rūdiligt, & alterū cōtemnet; in theatri amatoribus expressum videtur theatrum diligentibus, & quae Ecclesiæ sunt, contemnentibus. Quā de re pudet, tādet, miseretque scribere, quam verē, quam accōmodate ad nostrā tempora, & mores (mores! o tempora!) locutus fuerit Salvianus libr. 6. de Prouidentia; cum theatra infecta retur: Sic enim inquit. *Nos Ecclesijs Dei ea ludica anteponimus: nos altaria spernimus, & theatra honoramus: omnianque amamus, omnia colimus, solus nobis comparatione omnium Deus vilis est.* Denique præter alia, que id probant, indicat hoc etiam res ipsa, quam dico. Si quando enim venerit, quod felices sepe evenit, ut eodem die, & festivitas Ecclesiastica, & ludi publici agantur; quero ab omnium conscientiā quis locus matres Christianorum virorum copias habet? cauea ne ludi publici an atrium Dei? An templum omnes magis sedentur, quam theatrum? Dicla Euangelicorum; an comicorum? Verba vite; an verba mortis? Non est dubium, quod illud magis amemus, quod anteponimus. Hęc ille: A quo non abit Chrysostomus præfata homil. de Davide: ybi cū logio sermone*

Math. 10.  
vers. 24  
Chrysost.

Salvian.

Chrysost.

Chrysost.

recentiuit, quomodo homines ab spectaculis domum disolutiores, molliores, & lasciviores redcutes; nec uxori rem, nec cætera quæ domi sunt cū voluptate intueantur, subdit: *Et quid loquor de uxore, aut familiâ, quando ipsam etiam Ecclesiam postea minus libenter visurus es, cum studio audies sermonem de pudicitia, de que modestia. Neque enim iam ea quæ dicuntur tibi pro doctrinâ sunt, sed pro accusatione, te quæ paulatim in deperationem adducent; tandem & abrumpas te ipsum à disciplina ad publicam omnem utilitatem adhibita. Vnde post modum sic monet. Excute igitur te ipsum, reputans, qualis fias ab Ecclesia reddens: rursus, qualis à spectaculis; atque hos dies cum illis conferas, id si feceris, nil opuserit meo sermone.* Hæc ex Chrysostomo.

IV.

Jam altera Chrysostomi ratio, quam tam inibi quam alijs in locis inculcat, eo in cardine nititur, quod Eucharistie institutioni, naturæ, scopo, & muneri theatrum, atque comædiae maximè aduersentur: & ex diametro pugnant. Nimirum ( si quæ tota hoc volumine diximus singillatim recognoscis) Eucharistia tota pro Deo, & pro Spiritu, & Ratione theatrum vero cōtra Deū, contra Spiritum, & contra Rationem est: Eucharistia spiritum fouet; & contra carnem fulcit: theatrum carnem contra spiritum armat: Eucharistia sensus corporis adversus cupiditates, & voluptates communict: theatrum illos dissolvit, enervat, & audaces contra rationem facit: Eucharistia carnem exsiccat, & quasi impassibilem reddit: theatrum illam demulcit, & impinguat. Eucharistia ad coercendos, & castigandos carnales affectus institura, theatrum ad ipsos excitandos, & inflammandos inventum est: Eucharistia menti lucem, & splendorem theatrum tenebras offundit. Eucharistia Christi discipulos facit: theatrum mundi amatores instituit. Eucharistia Christianos mores format, Castitatem, & virtutes animo indit: theatrum bonos mores, & Dei imaginem deformat: & vitia animo imprimat. Eucharistia denique vitam inspirat: theatrum mortem, & exitium homini assert: Quæ quidem omnia verissima esse ex leq.

A Patrum testimonijs, quæ singula singulis prædictis thesibus aptaueris, facile videris. Et verò theatrum à re Christiana longe ire, sic primum monuit Tertullianus cap. 25. inquiens. *An ille recogitat eum tempore de Deo, positus illic, ubi nihil est de Deo? Pudicitiam addiscit attonitus inter mimos? Sed iragado vociferante exclamaciones ille alicutus Prophetæ tractabit? Inter effeminatos modos psalmum secum comminiscetur?* En

Tertull.

B in primis à theatro, & Deo, & Dei rebus tractandis ostium omnino occulsum. Quare in tanti mali detestacionem pergit Tertullianus. *Auertat Deus à suis tantæ voluptatis exitios, & cupiditatem: quæ videlicet cum Dei negotio, & cum animæ salute pugnat.*

Lactant.

C Quid namque peius? exitiosius? aut magis detestandum? quam quod animum à Deo, & Dei rebus abducit, & diuinis inspirationibus, & salutariibus cogitationibus impedimento est? Pulchre hac de re Lactant. lib. 6. divinar. instit. c. 20. inquiens. *Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum peccatoribus infidat, quæ sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuiusvis voluptatis conuentu deliniat, & à Deo, atque bonis operibus auertat.* Nimirum ab Eucharistia homo Deo, Deique obsequio nancipatur: & in ipsum tota mente, totis sensibus ferridebet, ut in eo divina imago cunctis florens virtutibus splendeat: Hinc itidem opportune S.

Theoph. Anth.

D Theophylus Patriarcha Antiochenus lib. 3. ad Autolycum de Christiana professione agens ab ipsa theatrum hæde causa remouebat inquiens. *Nec spectacula spectare audemus, ne oculi nostri inquinentur, & aures nostræ habuant profana, quæ ibi decantatur.*

E Nec fas est nobis audire adulteriæ deorum, hominumque, quæ suavi verborum modulantur mercede, & præmijs inducti celebrant. Reddit rationem. *Abfit à Christianis; penes quos miseria, & temperantia florent, continentia vigeat, unius uxoris legitimum matrimonium spectatur; castitas colitur, iniustitia expellitur, peccatum eradicatur, iustitia exercetur, lex regnat, divina: religio tractatur vera, quos veritatis gubernat gratia, seruat pax, protegit Divinum Verbum, dicit Sapientia, docet Christus, qui vera est*

vita

vitaregit: Deus que folus impi, & io temperat: abicit inquam, ut talia facinora cogitamus, ne dum faciamus. Hæc Theophilus, omnino censens à theatris totam hanc Christianæ disciplinæ economiā euanescere; nec cum illis posse consistere. Quibus omnino, & aucto censu Cyprianus, & Chrysostomus ad stipulantur dum ille lib. de spectaculis, Magistrum Tertullianum imitatus ait: Quid inter hæc Christianus fidelis facit, cum vitia non licet, nec cogitare, qui oblitus estatur simulachris libidinis, ut in ipsis deposita verecundia audacior fiat ad criminā. Disceit facere, dum consuecit videre: iā Chrysostomus plenè, & pro re Eucharistie, sic inquit. Hinc Ecclesia perniciose doctrinā inficitur. Hinc prophane illæ, & plebeiae voces hinc manuum gesticulationes, & ineptiae, hinc rixæ, & contētiones, & omnis morū perturbatio. Neque enim quidquam est, quod diuinorum oraculorū maiorem contemptum pariat, quam si spectacula publica evehantur, & magnificant. Itaque sepanumero rogarvi, ne quisquam eorum, qui Ecclesiæ conuentum frequentat, eiusdēquo doctrinā erudiuntur, & sacrificij illius horrendi, & mystici particeps fiunt, illa theatra ingredetur, & divina illa mysteriadēmoniacis illis profanaret: Hac ille quibus istadolenter subiungit. Sed eò usque insanie nonnulli de venerunt, ut licet grauitatem, reverentiamque considerent, tum omnis frivola, & ridicula est hæc eorum excusatio: exempla, inquiunt, cœlestis illius victoria, & coronarum in spectaculis illis nobis obculos ponuntur; & sanè maximam inde uitilitatem adipisciimur: Quid, ait, mi homo: Oratio hæc tua frigida, capiosa, atque sophistica est. Pergit multis ibi.

V.  
Psalm. I.  
vers. I.  
Tertull.

Hinc auctor in hunc sensum theatro infensum inflexit Tertullianus prima Davidis verba Psalmi I. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit; & in cathedra pestilentiae non sedidit: Etenim cum præmisisset. Quorumdam enim fides, aut simplicior, aut scrupulosa ad hanc abdicationem spectaculorum descripturis auctoritatē exposcit. Se incertum constituit, quod non significanter, neque nominatim servis Dei denuncietur abstinentia eiusmodi. Sic ei dubitationi statim occurrit: Sed invenimus ad hanc quoque

speciem pertinere illam primam vocem David. Felix (inquit) qui non abiit in Concilium impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilium non sedidit: Hæc Tertullianus mirè, & verè: Quo namque alio nomine proprius comædiā explicaveris, sive esentialiter, & quicdiratiū diffiniens, quam si illam pestilentiae cathedralē appellaueris? Audi primum Chrysostomum homil. 38. in Matthæum ad finem: ubi cum dixisset: Non audistis Paulum dicentem: Gaudete in Domino: Philippen. 4. vers. 4. In Domino dixit: Non in diabolo. Quando igitur audire Paulum poteris? Quando peccasse resenies, cum semper ridiculis ijs spectaculis, quasi ebrios efficiaris? Post modum hæc diffundens subdit. Cuncta enim simpliciter, quæ ibi sunt turpisstima sunt, verba, vestitus, tonsura, incessus, voces, cantus, modulationes, oculorum e versiones, ac motus, tibiae, fistulae, ac ipsa fabularum argumenta; omnia (inquam) lasciviae plena sunt: & post nulla. Imo vero quis non adulter modo factus est? Quot quasi captiuos scorta inde abduxerunt? Quot aut ab uxoribus abstraxerunt? aut ad legitimum omnino thorū peruenire non dimiserunt? Ex quibus ijs, qui se excubabant, quod theatra legibus permisa, aut concessa essent, occurrentis sic concludit: Imo vero his theatalibus ludis eversis non leges, sed iniquitatem revertitis, ac omnem civitatis pestem extingueatis. Hactenus ibi Chrysostom. & eodem ductu homil. 69. in Matth. ut in hunc sensum cathedralē pestilentiae adornet, post multa in hæc rem inquit. Amo retricium igitur canticis statim cupidinis flamma incendit auditores. & quia si non sufficiat ad inflammam mentem aspectus, ac facies mulieris, pestem vocis ad invenerunt. Vnde tandem homilia 8. in Matthæum; sic severius monet, atque minatur. Si vero in ipsis per reverentias acutio referto, & altioris incisione discindam; nec unquam pro sus quietam, quo ad usque diabolicum illud dispergam theatrum, ut mundus Ecclesiæ cœctus, purus querreddatur. Hæc Chrysost.

VI.

Neque hinc ad alia in hanc rem aferenda trâsiero, quin hunc Tertulliani sensum de Danide in ipso Psalmorū,

Cyprian.  
Chrysost.

Philip. 4.  
vers. 4.

Chrysost.

& iactaris doctrinae in ælinine, homines à theatri perte arcente duplice ratione confirmavero: Altera, quod cūtī veteres PP. cōtra theatra agētes monuerint, primitiuos fideles in baptismō & que spectaculis, ac diabolō renunciare solitos, vt videre est apud eundem

**Tertull.** Tertull. lib. de spectac. cap. 4. Cyprianū coden tractatu Saluianum lib. 6. de Pro Saluian. uidentia dicentem. Quomodo Christiane spectacula post baptiſmū sequeris, que opus esse diaboli confiteris? Renunciasti ſemel diabolo, & spectaculū eius, ac perinde necesse est, prudens, & sciens dum ad spectacula remeas, ad diabolū te redire cognoscas: & Augustinum citato loco de symbolo ad Catechumenos monentem.

Deprehenderis, & detegeris Christiane, quando aliud agis, & aliud profiteris: ſidelis in nomine; aliud demonstrans in opere, non tenens promissionis tuæ fidem: modo ingrediens Eccleſiam orationes fundere; post modum inspectaculis, cum histrionibus impudicè clamare? Quid tibi cum pōpis diaboli, quibus reuincias? Planè quaſi is primus ad Christianam disciplinam ingressus fuerit, diabolo, & theatro renunciare: Altera, quod vel hac ratione itidem PP. monuerint, primam Christiani pädagogi fidem puerum Christianis institutis, ac moribus imbuientis curam futuram; ipsam à theatro iuxta Davidis prescriptum, tanquam à cathedra pestilentie removere; diſertissime id adnotante Clemente Alexandr. lib. 3. Pädagogi, cap. 11. post medium: hunc in modum: Nec nos igitur ad spectacula Pädagogus ducet. Nec inconcinnè stadia, & theatra pestilentie cathedram quis vocauerit. Nam hic quoque est scelestum consilium, ſicuti adversus iustum; & ideo maledictis de voretur, quā ibiſit congregatio. Quāde re peculiare damus Christiano lectori in theatri execrationem bonum non boni Auctoris monumentū: pēsimi ſcilicet mortalium Iuliani apostate, Imperatoris nomine indigni. Qui de le ipso dum in Christianis castris tuo disciplina, & institutione Eccebolij age ret ſic ſcribit. Docuit me preceptor meus, cum ad magistros ire, terram, non theatum aspicere, pluriſque mentum capitis mei estimare. & itatim: Sæpumero mihi pueru preceptor ille dicebat. Neſinas te a tuorum aequaliū multitudine in thea-

tra induci, que illa eius ſpectaculi deiectione tenaaris, &c. Hæc ille in Misopogone, vbi tibi monitis omnino obtemperaſe, ſic inquit: Arceo me in ſum à theatra preterſumam eorum ſtultiā; neque in aulam admito ſcenam, niſi anni principio, tanquam pauper agricola tributum aliquod pendens iniquodomo, ac tunc quoque cum illuc introi vi ſimiliſum deteſtantis ludos, quam ſpectanti. Hæc ille benè, exaterā malus, quæ meliore calamo, & Scriptore digna ſunt.

Sed vel hinc noverint Principes, qui Christi Fidem tenacissimè retinēt quā male hæreat cum Christiana disciplinā theatum, à quo impius ille ſele arcebat: difſant hinc Christiani parentes filios ſuos bonis moribus instituere cupientes, terram illos, in oculum potius, quā theatum aspicere: pulchre de nea post præfata verba quibus theatri pericula, dannaque exposuit epil. 7. ſubijcit: Subducendus populo eſt tener animus. & parum tenax recti: unum exemplum luxurie, aut avaricie multum mali facit: convictus delicatus paulatim enervat, & emolliit: vicinus dives cupiditatē irritat, malignus comes quamvis cādido, & simplici rubiginem ſuā affricuit. Quid tu accidere his credis? in quos publicē factus eſt impetus? Pēsimis nimirū pluribus luxurie, & prauarum cupiditatū exemplis ſele in teneros animos ingentibus: pergit in eandem ſententiam Plutarchus, Symposiacon, lib. 7. Ita ſtant (theatra) ſcurritate, & inanitate verborum, vt ne à puerulis quidem, qui dominis modestis calceos portant, ſpectari ea deceat, ſubdit dolenter. Quamquam multi etiam viroribus iuxta accumbentibus, & impuberibus filijs imitationes ostentant rerum, & verborum, que magis quamvis ebrietate animos perturbant. Que omnia Chrysostomus hom. 38. in Matth. mirè confirmat: nam cum dixiflet: Unde creditis nuptiarum inſidiatores proficiſci? nonne ab huiusmodi ſcenis? ſubijcit: Otio-

VII.

Seneca.

Plutarc. ſa enī iuuentus impudenter educata. omni ferociſsimā bestiā immantior eſt. ( ? )

**Clemens Alex.****Iulian.**

Chryſot.

THEATRA CVM EVCHARIS-  
tia pugnare; quod hæc sensus expurget  
illa vero ipsos inquinet; & ad  
peccata trahant.

ADNOTATIO. I.

I. **E**NIMVERO quoniam in superioribus, & late, & singillatim sensum; qui ad malum proni, & lubrici sunt, custodiam, & munimentum ab Eucharistiâ adstruximus. Age nunc videamus, quo modo à theatro, & comedijis, non unus, aut alter, sed cuncti omnino inquinentur, atque corrumpantur: acriter id monente Saluiano Massiliensi lib. 6. de Prouidentia, hunc in modum. *Alia quippe crimina singulas, sibi ferme in nobis vendicat portiones, ut cogitationes sordide animū, ut impudici aspectus oculos, ut auditus improbi aures, ita ut cum ex his unum ali quod errauerit, reliqua possint carere peccatis: in theatris verò nihil horum reatu vacat, quia & concupiscentijs animū, & auditu aures, & aspectū oculi polluntur:* Sic Saluianus: Cui hærēs Minutius Felix in Octauio, hæc ita præstringit. In scenici turpitudo prolixior. Nunc enim nimis adulteria vel exponit, vel monstrat: nunc exervis est histrio, amore dum singit infligit. Bene omnino dum singit infligit: venenum scilicet in spectatorū oculos, & aures infundente: quæ sic aif fundit Lactanius lib. 6. diuinar. inst. cap. 20. Quid de mīmis loquar? corruptelarum præferentibus disciplinam, qui docent adulteria dum singunt, & simulatis erudiunt ad verā? Quid Virgines, aut iuvenes faciant? cum hæc fieri, sine pudore, & spectari libere ab omnibus cernunt? Ad monentur utique quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectū maxime concitat. & sequitur quā pro sexu in illis imaginibus præfigurat: probatque illadum rident; & adhærentibus vitijs corruptiores ad cubicula revertantur. Hęc ille: omnia quidem verissime: Sed illud omnino ad rem, inflammantur libidine,

que aspectū maxime concitat. quia vi. delicet ierem. iatele cap. 9 ver. 21. As Jerem. 9: cendit mors per senes ras: unde planè sit, verj. 21: quod è vestigio adhærentibus vitijs corruptiores ad cubicula revertantur. A quo nec hilum dilcrepat Seneca cap. 7. vbi Se neca: primum affirmans. Nihil est tam damnum bonis moribus, quam in alij quo spectaculo desidere: tuncenam per voluptatem facilis vita subrepunt: id flatum: alii ex perientia sic firmat. Quid me existimas dicere? Avator redeo ambulatior, luxuriosior, imo vero crudelior, & in humior, quia inter homines fui. Ita illi: & quidem recte: monente Hilario canon 17. in Matthæum. In his, quæ presentia habentur, illecebre gaudia blandientis existunt: Nec omnidea alia ratio, quam inibi subiicit Lactantius; cur hæ blandientis gaudi illecebrae, & vitorum irritamenta spectatorum animis terribilius adhæreant? inquiens: Quo magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerit, eo magis sententiārū elegātā persuadēt, & facilis in hærent audientium memoriae versus numerosi. Sic pulchri, & apposite Lactantius, ut dicerim non tantum ab oculis, sed etiam ab auribus, & a memoria obueniens noveris.

II. Et vero hoc in loco operæ pretium est Chrysostomum hom. 1. in Psal. 30. Chrysost. occasione miserandi lapsus Druidis ob aspectum Bethsabe, eos qui comædias audientes extra omne dicerim, & telorum iactum se se configunt, sic arguentem audire. Audiant curiosi, qui alienas formas contemplantur. Audiant qui in scaenæ spectaculorum studio tenentur. Qui dicunt. Spectamus quidem: sed sine detrimento. Quid audio? David Iesus est: & ego tu e virtuti confidere queam? Is quid tam spiritus gratiam habebat, spiculū exceptit: & tu sauciari te negas? At qui ille scortum non vidit, sed honestam, & pudicam fæminam; id quoniam in theatro sed domi: tu vero in theatro cernis; ubi etiam locus ipse animam supplicij ream efficit; nec tatum cernis, sed etiam audis in proba verba, & meretricias, atque obscenas cantiones, omniq[ue] ex parte fringit mens tua; per aspectum nempe obea quæ vides, per aurem ob ea, quæ audis; per olfactum, ob ea, quæ odoraris. Et cū tūt precipita sint, tot corruptela, qui credere queam, te à febrarum mortibus immunem effet. Num tu

*Cyprian.* **A** solum est? Num ferrum? Homo est conimus in natura imbecillitati obnoxius: Ignem cernis, nec vereris? An hoc iudicatio sentaneum est? Lucernam in fænum pone: actum aude negare, quod fænum exuratur. Quod porro fænum est, hoc etiam naturaliter adest. Hæc Chrysostomus: multa, sed opportuna; nec onga, quibus nihil demere potis. Et verò omnia breuiter præstrinxit Cyprianus in epist. ad Donatum: de theatro inquisit: *Movet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris constantiam, ut dixerit: et si saxeus aut ferreus fueris; ea est potentissima theatri vis, ut voluptate, & dulcedine lenocinante pectoris tui constantiam, sic oppugnet, atque expugnet; ut è duriore saxe, mollier cera evaseris.* Verum id aerius persequitur Salvianus præfato lib. 6. de *Providentia*, vbi hos, qui ad executandas excusationes in peccatis, esse ab hoc discrimine immunes iactant, tam ex alienis, quam ex propriis ipsorum viceribus malum fatericoges post dicta aduersus comedias hunc in modum se verè castigat. *Quis rogo interfici alterum erga se videt, & ipse non metuit? Quis domum vicini sui ardere certit, & non efficere omnibusmodis nititur, ne ipse incendio concremetur? Nos non vicinos nostros tantum ardere vidimus, sed ipsi iam ex maxima nostroru[m] corporu[m] parte arsimus. Et quid hoc (proh nefas) malum est? Arsimus, arsimus, & tamen flamas quibus tam arsimus, non timemus.* Ita Salvianus. Quæ iterū Chrysostomus adeo constanter affirmat, ut theatri studium, & comediarum spectatorē; adulterij reū facere nō dubitet: Audi illum præfata hom. 3. de *Danide, & Saulo*. Et quidē vt ipse pro discipline christianæ zelo severius loquitur, & theatra coar-guit; ita ipsius verba mitius accipi debent, ut non semper, sed vt plurimum, & magna ex parte locum habeant. Ergo post illa verba quibus comediarum studiosos à sacrâ in esâ arcebat. Et quid hic (inquisit) adeo magnisceleris commissum est, ut ab ipsis sacris cancellis arcendi subdit. Imò, quod delictum his gratius queris? quam se ipsos planè adulterio contaminari intipudenter, ac rebientium more canum, ad sacram hanc mensam irruunt? Quod si avertis adulterij modum cognoscere, non mea verba vobis referam, sed

illius, qui de totâ hominis vita iudicaturus est. Qui viderit (inquit) mulierem ad concupiscendum illam, iam mechatus est eam in corde suo: *Matthæi*, v. 28. Quod si multe sponte, ac forte in foro ob via, & neglectius culta se numero curiosius intuentem cœpit ipso vultus aspergito, isti qui non simpliciter, neque fortuito, sed studio, & tanto studio ut Ecclesiam quoque contemnât, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desiderantes diem, in facies feminarum illarum nobilium desixos habent oculos, qui fronte poterunt dicere, quod eas non viderint ad concupiscendum?

*Matth. 5  
ver. 28.*

*Salvian.* **B** *Vbi verba quoque accedunt fracta, laetus que, vbi cantiones meretricie? Vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes? vbi stibio picti oculi, vbi coloribus tintæ gene, vbi totius corporis habitus fucorū imposta plenus est, aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosque intuentes instructa? Hæc ille.*

E quibus modo ea tantū pro instituti nostri opportunitate sumo: *Isti qui non simpliciter, neque fortuito, sed studio, & tanto studio in facies feminarum desixos habent oculos: ut ab illis, & accusationem fortius adornem, & excusationem opportunius evertam: quippe ea Chrysostomi mens est, ut ingens constitutus discriminē inter periculum in quod casu, & fortuito incideris, & in illud, quod studiose, & de industria fueris sestatu[m]; quod proverbio dicitur, accersitū malū: nimur ut à priori peccatum subsecutum, veniam dignum videtur, quod hominis imbecilitatem, & lubricam humanæ conditionis naturam arguat; ita è contra accersitum malum sponte, & totâ animi deliberatione quæsum, commiseratione, ac venia indignum est: lapiente id docente Basilio in const. Monast. cap. 4. hunc in modum: Etenim bellum, quod prætor voluntatem incidat, nobis excipere, fortasse necessarium sit: ipsum vero aliquem sibi voluntarum creare, id summe stultitia est:*

III.

*Chrysost.* **C** *siquidem ignosci ei forsitan possit, qui in illo priore victus sit (nolim autem hoc omnino Christi athletis evenire) at qui in posteriori hoc superatus discedat, preterquam quod rem ad modum ridiculam facit, non meretur, quod sibi ignoratur. Ergo ait Chrysostomus: quæ ratione à peccato, aut evadere, aut excusare te poteris,*

*Basilus.*

qui

# Theatrum sensus ab Euch. purgatos inquinat. § 49

qui tanto studio theatra insectaris, que  
peccatorum illecebris, & vitiorum le-  
nocinijs plena sunt? Nonne sciens, &  
volens in peccatorum laqueos, & re-  
tia pedes in iugis? nonne ignem, siue vi-  
peram in sinu foves? *Quis ergo miserebi-  
tur in cantatori à serpente percusso?* (Eccle-  
siastici 12. vers. 13.) quem blande, &  
amicè manibus tractare consuevit?  
Enimvero ipsos metu viros spirituales,  
& iustitiae cingulo accinctos monebat  
Apostolus, ut non nisi pedibus muniti,  
& calceati incederent ad Ephesios 6.  
vers. 15. Nam cum præmisisset. *State  
ergo succincti lumbos vestros in veritate,  
& induit oricam iustitiae,* notanter sub-  
iecit. *Et calceati pedes in præparatione  
Evangelij pacis:* vt Gaudentio Brixien-  
si interprete tractatus in Exodum, ut  
geat fideles Paulus ad tutissimam cir-  
cuspectionem, atque solitudinem; quæ  
is etiam, qui veritate succinctus,  
& iustitia armatus fuerit; affectu suorum  
pedes muniti; ne serpentis morsui  
obnoxius sit: *Quid enim prodest homini,  
si solam corporis habeat castitatem, & in-  
cautus, & sine instructione calcemento-  
rum legalium malis fuerit supradictis ob-  
noxius, vel quod corridi in vsu est, cordis  
sui calcaneum patens præbeat comedioni  
serpentum:* ita Gaudentius: Quod si in-  
cautus & casu ac simpliciter in pericul-  
lum incidentes reprehenditur, qui in illud  
summo studio vadit, & ea quæ sunt  
maxime noxia sectatur; cur merebitur  
quod sibi ignoscatur? Hinc Ambrosij  
lib. de fuga & culi, opportune aiebat. *No*  
*ergo ambulemus in terrenis, & serpens no*  
*bis nocere non poterit: sumamus Euange-  
licum calcementum, quo venenū serpētis  
excluditur, morsus eius hebetatur.* Hec  
Ambrosius. Ad cuius gustum locutus  
videtur Seneca epist. 116. monēs. *Quā-  
tum possimus nos à lubrico recedamus: in  
sicco quoque parum fortiter stamus: hæc  
ille; omnino castigans eos, qui theatra  
frequentantes, non simpliciter neque for-  
tuito (vt dicebat Chrysostomus) sed stu-  
dio, & tanto studio in facies foeminarum  
de fixos habent oculos: Quid namque ma-  
gis lubricum? quid adeò periculosem?  
Ita ne ergo, qui in sicco, & procula dis-  
crimine parum fortiter stabis, in lubri-  
eo, & per declivia, non modo coeco  
impetu, sed oculato, & accurato stu-*

dio currere audebis?

Enimvero huc maximè facit egre-  
gium Pauli monitum alio in loco an-  
bis expensum, ea verbâ ad Romanos Röm. 6:  
6. vers. 12. *Non ergo regnet peccatum in ver. 12:*

V.

*A vestro mortali corpore, ut obediatis con-  
cupiscentijs eius: Sed neque exhibeatis mem-  
bra vestra arma iniquitatis peccato, pen-  
culatus explicantibus: Etenim nō om-  
nino abs re contendebamus; non vna  
omnino his verbis subfusie sententiam;*

*B quæ fideles monerentur, ne peccato  
seruos fese exhiberent, vt in ipsis tan-  
quam dominus regnaret; sed dupli-  
catam illa potius commonitionem con-  
tinere; alteram, ne peccato obdiren-  
t assensum ei præbentes; quo ipsius ty-  
rannidis subiicerentur; alteram quæ il-  
lis particulis, sed neque, subest: ne illi in*

Lect. Sy-  
riaca.

*membris suis arma ei pararent: vt ex-  
pliuit lectio Syriaca: Neque etiam para-  
veritis membra vestra, arma iniquitatis  
peccato: Quod eo exemplo ostendeba-  
mus, quemadmodum si fideli cuiquam  
admonendo suggestiles. Nec te in ser-  
vum in fideli diuendas, sed neque illi  
arma tradas, quibus contra te pugnet:*

*C quibus verbis non vnum omnino, sed  
duo te illi suggerere monita: nō eil du-  
biū: ergo cum Pauli mens sit, vt fide-  
les non solum à peccato caueant, sed  
etiam ab ijs, rebus, quibus tanquam ar-  
mis ad nos expugnandos illud vtitur;*

*D vt pote delicijs, blandimentis, & nimile  
tate ciborum: Pascitur namque libido co-  
viuijs (sic Ambrosius lib. 1. de Poenitē-  
tia cap. 14.) vino acceditur, ebrietate in-  
flammatur, potissimum hæc in theatri  
voluptate, quæ (vt Plutarch. ad calce  
præced. adnotat. dicebat) magis quævis  
ebrietate animos perturbat; locum habe-  
re dixeris: vnde pergit Ambrosius: Gra-  
nitiora his sunt fomenta verborum, ou e vi-  
no quodam Sodomitane vitis mente ine-  
briant: opportune vero Chrysostom. ho-*

Am brof

*E briant: Non est nostrum assidue ridere, resoluī ca-  
ehinnis; molliri delicijs, sed eorum potius,  
& earum, quæ spectantur in theatris: post  
modum inquit: Non est, in qua, hoc eo-*

Chrysost:

*rum, qui ad eternum regnum vocati sunt,  
quique in coelesti illâ civitate conscripti  
non est spiritualia arma gestantium, quod  
certè proprium est diabolo militarium. Il-*

*le enim est, quietam in artem iocos, ludos-  
que*

Ephes. 6.  
vers. 15.

Gaudent.  
Bixien.

Ambros.

Seneca.

S. Cyril  
Alex.

Cyprian.

V.

Genes. 8.  
vers. 11.

que digessit, ut per hoc ad se traheret milites Christi virtutis que eorum nervos faceret moliores; propterea in urbibus theatra construxit. Ita Chrysostomus satis ad mentem Pauli inveniens. Neque exhibeat is membra vestra arma iniquitatis peccato: dum affimat, proprium esse dia bolo militantiū theatris aīstere; quippe qui membra tua oculos, aures, cunctosque sensus arma iniquitatis faciat: ideo subiicit, ut per hoc ad se traheret milites Christi: illos suis met ipsorum armis superans. Nec illud pro comædiarū auctoribus, & eorum fautoribus obserua re omisleris, ille enim est, qui in artem iocos ludosque digessit, vi boni illi agnoscant; diaboli ministros; & actores omnino esse. Sed pro nostra explicatio ne verborum Pauli audi S. Cyrillū Alexander. lib. 9.: in Leuiticum, eos, qui à carnis fragilitate excusatrices peccatis suis adorant, sic accusantem: Nolite conqueri de infirmitate carnis: nolite dicere, quia volumus, & non possumus: volumus continenter vivere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius: tu das stimulos carnit uero: tu illam ad versus spiritum tuum armas, & potentem facis: cum ea carnibus satias, vino nimis iucundas omni mollitie palpas, & ad ille bras nutrit: ubi omnino oblitera illa: Tu illam aduersus spiritum armas; quæ nec hilum differunt a sensu, & verbis Pauli; sed neque exhibeat is membra vestra arma peccato: Nimirum carnē ad illecebras nutrit, & blādimentis deliciarum fovere. potissimum vero theatra frequēta re, perinde fuerit, ac hominē cū diabolo militare, & dum ille se inermem ad resistendum reddit, arma ei exhibere Cypriano epist. 2. subscriptente: Morum quanta labes? quæ prabrorum fomenta? quæ alimenta vitiorum? histronicis gestibus inquinari?

Fuerit etiam in hanc rem opportuna conciliatio; quam alibi reddidimus verbis Domini ad speciem inter se dissidentibus: dum uno in loco ex humana fragilitate, & natura ad malum prona benignissimum Dei ingenium ad par cendum, & indulgendum homini ducitur: ex alio vero ad prietas severè interrogandas inde etiam commoveri vi detur: Audi de primo Genes. 8. vers. 11. Nequaquam ultra maledicam terræ prop

ter homines: sensus enim & cogitatio hu mani cordis ad malum prona sunt ab adolescentiā suā: En lenilissimā Dei sententiā humanæ fragilitati innixam, quod hominis sensus ad malum proni sunt; quam itidem sic expressit Regius Psaltes, Psal. 102. vers. 13. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus Ie. Quoniam ipse cognovit figura mentum nostrum Recordatus est, quoniam pulvis sumus: Ut Vates ad misericordiam Dei declarandam præter patris exemplum, quo in rebus humanis maius nullum est, signatè dixerit; Dominum infirmitatem, & propensionē hominis ad peccandum considerare, illaque animi debilitatem, maximè pronam in plura sibi placentia, & sensus externos oblectantia; sensum communē utrīque Genesis, & Davidis verbis red dētē ibi Agellio: Sed audi etiā de secundo: Dominiū exandescētem, acutē temque in homines iram severiusque punientē, quod eorum cogitatio cordis proclivis ad malum, & intenta fuerit: sic enim Moyses de Deo terrible dilubij supplitium in mundum inferente: Videns autem Deus, quod multa maliitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terrā; & tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terræ, Genes. 6. vers. 5. & Genes. 6. Vides? inde Deum ad iram, & vindictam excitari, quod cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum: & eandem aciem utrinque flecti, & quasi prauari cari, inde absoluens, & iram mitigans, quod sensus, & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt: quia fragiles sumus lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias: illinc vero damnans, & puniēs quod cogitatio hominis ad malum intenta sit. Num eadem Deo absoluendi, & damnandi causa, & mens erit? Absit omnino, absit: non obscurè ingens discrimen in ipsis verbis inter utrāque cogitationem assignante Moysē: cū Deum ad miserendum inde ansam marripere affirmet, quod sensus, & cogitatio ad malū sint prona: illinc vero ad puniendū, quod cogitatio intenta sit ad malum: Nimirum, si attendis aliud est cogitationem habere ad ma-

Psal. 102.  
vers. 13.

Agellius

Genes. 6.  
vers. 5.

lum

hum pronam; aliud vero ipsam intende  
re; nam ut illud innatam debilitatem,  
luteumque figmentum indicat, ita illa  
tud prodit malitiam quae debilitatem  
excitet, intendat, & armet: ideo nota  
ter præmisit Moyses. *Videns autem Deus,*  
*quod multa malitia hominum esset in ter  
ra: tantum non dicens, merito Domini  
num ira accensum, quod viderit homi  
nem a fragili figura luteum, ac imbeci  
le, voluntate tamen, & animi delibe  
ratione sese fragiliorem reddere velle,*  
dum accurato studio, & arte peccandi  
illecebras, quibus innatam ad malum  
proclivitatem intendat, & roboret, di  
ligenter sectatur: ergo ideo Deus tibi  
parcit, quod videat naturam ad malum  
pronam: ideo irascitur & punit, quod  
tu illam a malitia proclivorem ad ma  
lum facias, & velut arcum laxum inten  
das: quippe illa phrasis, intenta, huc re  
plicat, vt Psalm. 77. vers. 9. *Intendentes,*  
*& mittentes arcum, & Psal. 10. vers. 3.*  
*Intenderunt arcum, & Psal. 36. vers. 14.*  
*& Psalm. 63. vers. 4. Intenderunt arcum*  
*rem amaram, & Psalm. 57. vers. 8. Inten  
dit arcum suum donec infirmentur:* Vnde  
quidem LXX. ibi propensione mali cu  
conatu expresierunt, cu legerint. *Quia*  
*incumbit cogitatio hominis diligenter ad*  
*mala voluntarium scilicet conatum,*  
& vires, propriæ infirmitati cum dili  
gentia addentes.

Psal. 77.  
vers. 5.  
Psal. 10.  
vers. 3.  
Psal. 36.  
vers. 14.  
Psal. 63.  
vers. 4.  
Psal. 57.  
vers. 8.  
LXX.

*loco mihi illa publica contra Stoicos vo  
ce: nimis magna promittitis; nimis dura  
præcipitis, omnia nobis negare non posso  
mus: dolebimus, sed parum, cōcupiscemus,*  
*sed temperatè subiicit opportunitatē Scis?*  
*quia non possumus ista quia nos non posse*  
*credimus, immo me hercle, aliud est in re, vi  
tia nostra, quia amamus, defendimus, &*  
*malum us excusare illa, quam excutere: Sa  
tis natura homini dedit roboris, si illo vita  
mur, si vires nostras celligamus, ac totas*  
*pro nobis, certè non contra nos concitemus.*  
*Hæc Seneca. E quibus sumo illa: Totas*  
*pro nobis, non contra nos concitemus; illis*  
*enim pulchritudine adstruit esse nos quidem*  
*homunciones infirmos, sed vitio nostro*  
*infirmiores, & debiliores ad bene ope  
rādū recidi; qui vires nostras contra nos*  
*met iplos concitamus; qui sensus no  
strorum advitiae natura ipsa proclives, arte,*  
& studio inflammas, & procliviores  
reddimus hæc, omnia singillatim co  
mædiarū spectatoribus accōmodante  
Chrysostomo, qui occurrens eorū ex  
cusationi, quidicunt: *Ego turpia hæc, &*  
*incentiuia voluptatum ne dixi, nec cecini:*  
*cū primū dixisset. Et quæna utilitas est,*  
*si cum non dicas libenter audis? immo vero*  
*vnde id ipsum planum facies, quod non di  
cas, cum libenter hec cum risu audias? &*  
*ad percipiendum magno cursu contendas?*  
sic tandem concludit. *Nam si vix que  
longè ab hutuscemodi cantibus remota est*  
*anima castimoniæ honestatem amplectitur*  
*quomodo continenter vivere poterit, qui*  
*in his vivit. An ignoratis? procliviores*  
*nose esse ad vitia? Cum igitur arte, & stu  
dio ad ea curramus, quomodo fornacē eten  
ni ignis effugiemus? Hæc ille. Observa  
singula. Nam si vix (inquit) quæ remota  
est anima castimoniæ honestatem amplecti  
tur, vt exprimat illud Senecæ, à lubrico  
recedamus, in seculo quoque parum fortiter  
stamus: Ad rem veropreme illa: Cum igit  
tur arte, & studio ad ea curramus, &c.*  
*Omnem procul dubio excusationē ijs*  
*auferens, qui cum pro cliviores ad vi  
tia sint; arte tamen, & accurato studio*  
*quascumque habent vires contra se co  
citant, & ardentes sensibus faces admo  
vent, vt cogitationem ad malum pro  
nam intendant; nec aliud quidem sen  
sisset, præscripsisset ve, S. Ifidorus Pelu  
siota, qui Zosymum quendam nimis*  
*deditum luxui, & delicijs, quæ illū in*

Chrysost.

Ifidor. Pe  
lusiota.

#### EIVSDEM ARGUMENTI.

DEVM THEATRIS SIGNATE  
infensum, quod ab illis homines  
naturæ fragiles, sese fragilio  
res reddant.

#### ADNOTATIO III.

I.  
Seneca.

**E** nimvero præfatam cogita  
tionem, sive verborum Gene  
sis explicationem, non tam  
firmavero, quam explicave  
ro verbis Gentilis Senecæ epistol. 116.  
qui cum præcepta fortia præscriptis sit  
& eà de causa subdidisset: Occurres hoc

terpi.

turpitudinem præcipitem, ad honestatem redire non sinebant, sic mordaci acero perfricabat. Quandoquidem perinde quodammodo facis, ac qui ob deplorata valetudinem hanc potestate accepit, ut nulli rei, cuius cupiditate tenetur parcat, verum & medicos valere iubeat, & ijs epulis utatur, quæ pestem, & exitium excitant; propterea tibi reditus ad pudicitiam arduus esse videtur. At si tu luxui, qui ad venereos stimulos animum tanquam furore quodam adigit (nam hic libidinis radix, ac mater est) finem imposueris, impudicitie quoque flamma extinguetur: detracta enim materia, ignis quoque profecto, qui ex ea augetur, & excrescit opprimetur: Quod si tu materiali ignis subministras; quoniam pacto desinet, ac conquiscet? Si quiescerem feram excitas, quis eam se agitantem, ac furarem curabut? Hæc Iudorus, theatro, & comædijs aptissima.

II. Pende illa: Quod si tu materialiam ignis subministras, quoniam pacto desinet, ac conquiscet? Et quidein si theatro aptaveris: eam sententiam efficies, quæ sensum communem habeat cum medico aphorismo. Simile additum simil facit furere: quippe à theatro ignis ardentes, iunius erupit: audi Chrysostomum homil. 2. in Matthæum, qui cum dixisset; ad spiritualia desides, ac remissi, ad diabolica prompti ignem ipsum ardare superatis, id sic probat. Etenim si quis vobis theatralibus aliquid voluerit interrogare canticis, & meretricios illos fractosque modulos audire, multos, qui illa etiam diligenter didicerint poterit invenire, & qui ea etiam cum maximâ pronunciâ voluptate. Ut videris theatra non modo materialiam ignis concupiscentię subministrare, sed etiam ignem igni, qui faciat furere omnino addere: Quare observes velim pro illis Genesis verbis in quibus sumus, vbi ex cogitatione hominis ad malum, vel prona ex infirmitate, vel intenta ex malitia Deus, vel ad misericordiam cōmoveri, vel ad vindictâ concitari dicitur, pro voce cogitatio, in Hebreo esse figmentū, sive imaginationē, ut nimirū innuatur, nō secus, ac in figuli officinâ cogitationem humana iuas species, conceptiones rerū, sive commenta cupiditatum, & desideriorū chimæras fingere, atq; formare concupiscentia per has variarum, sive

Chrysost.

Lectio  
Hebrær.

A turpium imaginum species, seu formas chimæras, voluntatem ad peccatum indesinenter sollicitante: En ratione; & ansam miserèdi, quam sumit Deus; & sub quo sensu dixerit Vates: Miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum: cogitationem sciaret ad malum pronam: sed enim cum deinde ex merita, & delibera tâ malitia voluntatis consensu his accedit, & ab animâ peccati voluptate inescata id figmentum, & immundorum cupiditatum representatio inten ditur, & iterum refingitur, atque refomat, atque inde peccatum subsistit, B merito quidem Deus maximè indig nari perhibetur, quod videat homines sponte sibi malum accersere: & carnis infirmitatem contra se ipsos armare, & robustiorem facere. Quæ omnia vi deris à Cypriano opportunè expressa in Cyprian. prologo libri de operibus cardinalibus Christi: vbi cum dixisset: Quis enumerat voluptatum potius mōstra, quam species? C Quæ per concupiscentias carnis in uitam animam trahunt (non quod invita, sed quod illecta, & sollicitata) clam, palaque de conclani ad forum, delupanari ad theatrum: sic statim hæc diffundit. Hoc ipsum quod dico carnis affectus; improprie dico, quia hæc etiam virtus propria anima sunt, quæ sentit, & moveat, & vivat. Cum imputatur peccatum, quia ipsi datum est arbitrium, & indicium, & scientia, & potentia, per quæ possit improbare malum, & eligere bonum. Corpore autem sic vitatur anima sicut faber malleo, vel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricatur quælibet quarumcumque voluptatum simulachra: Hæc Cyprianus.

D III. Ex quibus, tum videris in theatro simile additum simili, sive ignem igni, qui faciat furere, tu etiam iustum Dei indignationem in peccata, quæ à theatro subsistunt, quod cuncta hominis cogitatio intenta sit ad malum: sive diligenter ad malam incumbat: Et de primo quidem, rogo, quid aliud comædias spectare, & audire fuerit? quam animam corpore, & sensibus velut malleo in incude vitem omnium turpitudinum idola de nuo formare, & refingere; & quælibet quarumcumque voluptatum simulachra: dato consilio fabricare: illa siqui-

dem

dem prīmā exortentis concupiscentia  
lineamenta, & pravae rudimenta volu-  
ptatis, quae prona ad malum natura, si-  
bi nec sine metu, concioiebat ipsamēt  
theatrum docta manu ad vivū tibi ex-  
pressa proponit: siquidem, vt dicebat

**Chrysost.** Chrysostomus homil. 38. in Matthēum  
in superioribus adductus. Cuncta simplier  
ter, quae ibi sunt, turpissima sunt, verba,  
vestitus, tonsura, incessus, voces, cantus,  
modulationes, oculorum eversiones, ac mo-  
tus, tibiae, fistule, & ipsa fabularum argu-  
menta, omnia, inquam, turpi lascivia ple-  
nas sunt. Non enim ignoramus, quot ibi for-  
nicationes peragantur, quot adulterijs ma-  
trimonia maculentur: & rursus hom. 62.  
ad populum Antiochen. In theatro, ri-  
fus, ineptitudo, diabolicus fastus, temporis  
impendum, adulterij meditatio, fornicationis  
gymnasiū, intemperantia schola,  
rūs materia, in honestatis exempla: Au-  
dis: præteralia theatrum intemperatię  
scholam, & fornicationis gymnasium  
esse? ad quod pusilli, & incipientes cu-  
piditates ducantur, vt inibi adolescenti,  
& quidquid est turpitudinis addiscant,  
sive etiam vt prauæ voluptatis imagi-  
nes rudi penicillo à concupiscentia de-  
lineantur, omnino perficiantur? Sed quis  
facile explicare valeat, quantā avidita-  
te turpes istae imagines à male sanā vo-  
luptate excipientur, quam tenaciter re-  
tineantur? Audi quæso Augustinū lib.  
1. confel. cap. 8. de amico suo Alipio,  
antea ab spectaculis abhorrente subin-  
de vero postq uam ab amicis ad thea-  
trum semel perductus fuisset adeò ab  
ipso illecto, & fascinato, vt acerbam, si-  
bi vitam duceret si illi perpetuo non  
interfuisset: Sic enim Augustinus: Spe-  
ctarit, clamaret, exarsit, abstulit inde se cū  
infantam, qua stimularetur videre, non tā-  
tem cum illis (amicis) sed etiam p̄ illis,  
à quibus erat adductus. Non ergo ingra-  
tijs dicebamus, comedias spectare nō  
aliud esse, quam simile addere simili,  
quod faciat furere: Vnde apposite Sal-  
vianus egregius, ac cirus theatri ma-  
sty lib. 7. de Prouidentia: dictis hac ad-  
dit: Alia quoque mala omnia agentes pol-  
luunt, non videntes, vel audientes. Si qui-  
dem ctsi blasphemū quēdam audias, sacrile-  
gio non pollueris, quia mēre dissentis. Et si  
intervenias latrocino, nō inquinaris actu,  
quia abhorres animo. Solæ spectaculorū im-

puritates sunt, quæ rūs ad modū faciunt,  
& agentiū, & aspiratiū crīmē. Adū spe-  
ciantes hac comprobant ac liberter ridet,  
omnes ea risu, audituque agunt, ut vere  
in eos Apostolicum illud peculiarter ea  
dat. Quia digni sunt morte, non solum  
qui faciunt ea, sed etiam qui conti-  
niunt facientibus Rom. 1. ver. 32.

Rom. 1:  
vers. 32.

IX.

Salvian.

Iam mala poenæ, quæ populi à Deo  
inficta sint, quod ad malum diligenter  
incubant, & cogitationem ad malū  
pronani à theatro, & spectaculis inten-  
dant, latè persequitur prafatū loco idē  
Salvianus omnino affirmans tam Gal-  
liam, quam Sardiniam, Scilicet, Hispani-  
am ob theatti luxuriam, & infaniam  
Barbarotū irruptione catigas, & no-  
bilissimas Germaniæ vibes Coloniam  
Moguntiam Treverim crudeliter ce-  
letas, Vandalosque (communem Or-  
bis perniciem) in ipsam usque Africam  
penetravit: ubi inter alia hic gemens  
ait. Circunsonabant armis muros Cartha-  
ginis populi barbarorum, & Ecclesia Car-  
thaginensis luxuriabatur in theatris. Alij  
foris rugulabantur, alijs intus fornicabau-  
tur, pars plebis erat foris captivahostium,  
pars intus captiva vittorum. &c. Fragor,  
vt ita dixerim extra muros, & intra mu-  
ros bellorum, & ludicrorum: confundeba-  
tur vox morientium, vox que hacchan-  
tium; ac vix discuti forsitan paterat ple-  
bis eiulatio, quæ cadebat in bello, & Ionas  
populi, qui clamabat in Circo: Hec Salvianus:  
quæ poenæ exprimunt sententia Do-  
mini, qui videns, quod multa malitia ho-  
minum esset in terræ, & cogitatio hominis  
intenta esset ad malum omni tempore. &c.  
tactus dolore cordis intrinsecus Dellebo, in-  
quit, hominē quem formari: à facte terre:

Vt iam spiritualibus, quæ temporalibus  
dānis expēlis minimè fuerit mirādū, ve-  
henēter ipsi metathēticis theatra dis-  
plicuisse; Tiberiūque Imperatorēm hi-  
striones Romā exturbasse, & Scipionē  
Nasicā Senatū Romanū caueā theatri  
cōtruire molietē a sententia deterruit-  
se; id ex Livi lib. 48. sic referēte Augus.  
lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 3 i. Scipio Na-  
sica sine ullā sententiā discrepatia vir  
optimus caveam Theatri Senatum con-  
struere molietē ab hac dispositione & cupi-  
ditate cōpescuit, persuasique oratione gra-  
viſimā, ne Grācam luxuriam virilibus  
patriæ moribus patarentur obrepere, &

August.

Livius.

cōtruire molietē a sententia deterruit-  
se; id ex Livi lib. 48. sic referēte Augus.  
lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 3 i. Scipio Na-  
sica sine ullā sententiā discrepatia vir  
optimus caveam Theatri Senatum con-  
struere molietē ab hac dispositione & cupi-  
ditate cōpescuit, persuasique oratione gra-  
viſimā, ne Grācam luxuriam virilibus  
patriæ moribus patarentur obrepere, &

ad virtutem labefaciandam, enervandamque Romanam peregrinæ consentire nequitiæ: tantumque auctoritate valuit, ut eius verbis commota Senatoria prouidentia, etiam subcellia quibus ad horam congeitis in ludorum spectaculo iam uticivitas cœperat deinceps prohiberet apponi. Sic Augustin. Benè quidem Senatoria prouidentia, ad quam spectabat, imminētia animi, & virtutis discrimina submovere: O vitum bonum Scipionem virilibus patribus moribus consulentem! o egregium Senatum theatrum daimnantem! ovtinam Christiani Principes pulchrū & honestissimum exemplum inten- tur; ovtinam nostri integrissimi Senatores, ut iusti & recti tenaces sunt; ita Christianos Scipiones sese exhibeant; itque hanc patriæ pestem procul ab illa removeant!

ACCVSANTVR EX CV SATIONES, quæ pro Theatro afferuantur.

#### ADNOTATIO IV.

*Aristot.* **N**EC finem fecero, quin prius occurram ijs, quæ in theatri fauorem (nulla enim tā mala causa est, quæ careat patrono) à nonnullis levidensibus, & nullius frugi hominibus nobis obijciuntur: quippe in primis aiunt; non eodē modo de illius & vi theatro, quod PP. tam acriter insectabantur, ac de hodierno fore censendum: cum & illi multo plus licentia, atque levitatis subficiet, & nostra quidem tempora puriora sint: Sed nos planè è contra, siue à comædorum levitate, siue ab ipsarum comædiorum argumentis plus periculi hodierno theatro, quā veteri inesse existimamus. Et ut de personis sileā, quod ipsæ professo loquantur; primum Aristoteles in *Poeti* cā, theatrum non nisi ad purgādos animi affectus à sententiarum, & exēplorum varietate fuisse institutum disserit affirmat: deinde Augustinus ante cōuerisionem suam theātrum frequentās (quod ipse ad bonā frugem reuertus factetur, & plorat lib. 3. cof. c. 2.) egregia

in illo data monita n̄ emorat; vt illud *Homo sū humanū à me nihil alienū puto.* Seneca.

Subiiciens huic sententiæ theatra ple- na doctis, & indoctis plausibile: sed apud Senecam epist. 115. opportunitē vide- ris huius argumenti confirmationem; quippe ib. dum inducit Euripidem cā tragædianū populodantem, in qua co- mædus ex Belerophontis persona hos versus recitaret, quibus summum pre- cium pecunia faceret.

*Pecunia ingens generis humani bonum.*  
*Cui non voluptas matris, aut blāde potest*  
*Parere prolis, non lacræ meritis parens*  
*Tam dulce si quid Veneris in vultu micat*  
*Merito illa amores cælitum, atque hor- num moveat.*

Subiicit, totū populū, qui tā improbis, quā probis cōstare solet, ad hæc carnīna bonis moribus infesta vehemētius excāduisit, & uno impetu in comædiā, & comædum insurgentem, illum rāquam Reipub. pestem ē medio tollere voluisse, donec ipsem comædiæ Au- tor in medium prosiliens obnixius ro-

gasset, vt comædiæ finem, & Bellero- phontis exitum expectarent: viderent- que, illum qui Pegasso subvolans talia iactarer, tandem in lanæ ambitionis, & aviditatipenas dantem, & à love ex- cusum, & occitum. Audi Senecam. Cū hi novissimi versus in Trægedia Euripidis pronunciati essent, totus populus ad ejeci- dum, & auctorem, & carmen consurrexit

uno impetu, donec Euripides in medium ipse profiluit, petens, vt expeclarent, vide- rentque quem admirator auri exitum face- ret: Dabat in illā fabulā pœnas Bellero- phontes, quas in suā quisque dat. Hæc Se- neca. Audis? quem sensum, & iudiciū de comædiarū argumentis, & senten- tiis in illis adductis gentilis populus ha- beret, qui adcō non tulit audire divi- tias tantopere laudari, & cunctis bonis præferri; vt consurrexerit ad ejeci- dum auctorem, tum tanquam exitialē;

tum etiam quasi comædiæ instituendæ imperitum; quæ nonnisi ad humanos affectus corrigendos, & à terrenarū re- rū amore comiter, & vrbane purgādos inventa fuit. Vides etiā? vt hac ratione ipse comædiæ Auctor, à crimine, cu- ius à populo arguebatur, sele immunē ostenderit; prudenter monens, finē co-

mædiæ, & Bellerophontis illius exitū fore

Seneca.

fōre expectandum: inde planū tacies; non alium comēdiā illius scopum, & argumentum esse, quām is qui pōpulo placebat, ille (sicilicet à quo ambitionis & avaritiæ affectus purgarentur, cum eum, qui infido ambitionis, & dīvitiarum equo se super aērasublevabat, precipitātū, & in feliciter occīsum vidil- sent. Vnde inibi huic exēplō innixus Se- neca in avaritiæ castigationem, & vi- tuperium hāc subiicit. Nulla enim ava- ritia, sine pōnā est, quamvis satis sit ipsa pōnārum. O quantum lachrymarum! O quantum laborum exigit! quam misera de- fideratis! quam misera partis est! Adiice cottidianas follicitudines, quæ pro modo habendi quēque discruciant. Maiore tor- mento pecunia possidetur! quam queritur quantū damnis ingemiscunt, quæ & mag- nā incidunt, & maiora videntur! Denique vt nihil illis fortuna detrahatur, quidquid non acquiritur damnum est: & post non nulla. Vtinā quid vitias appetituri esēt, cū divitibus liberarent! Vtinā honores petituri, cū ambitiosis, & summū adē- tis dignitatis statū; profecto vota muta- sent: Hāc ibi, & plura in hanc rē Sene- ca: vbi vides à comēdiē exitu purgatos avaritiæ, & ambitionis affectus; nec alium esse debere comēdiā scopum, atque argumentū: Quā in re quāta pec- cant nostri comēdi, & eorū carmina! cum adeō affectus non purgent, vt eos potius ardentiū inflāment. Quid enim in nostro theatrō videris, aut audies quod ē Veneris cholā, & Cupidinispha retrā de promptū non fuerit? sicutide

Chrysost.

mūs in superioribus adductus p̄sēntia tangens, & futura p̄spiciens. Cuncta simpliciter, qne ibi sunt, turpissima sunt: verba, vestitus, tonjura, incessus, voces, cā- tus, modulationes, oculorū eversiones, ac motus, rībiæ, ſiſlūlē, & ipsa fabularum ar- gumenta, omnia inquā, turpiliſci via ple- naſant. Et quidem, quod hāc in arte magis excellit, illud plus, laudatur, extollitur, & maiori plauſu celebratur: atque ille felicissimus ab auditoribus pronūciatur, qui in fabula in ſanis amo- ribus à ſe vehementer cōcupitis impu- denter fruitur: vti ſubijciebat post p̄- fata verba Chrysotom. Non enim igno- ramus, quod ibi fornicationes peragantur, quod adulterijs matrimonia maculentur.

Iam alterum, quod p̄ comedijis Amatores mundi, & eorum aduocati afferunt, nihilo melius, ſeu probabi- lius fuerit: affirmant ſiquidem. Nō oī- ne tēpū in rebus ſerijs, quæ vel ad ani- mā ſalutē, vel ad Reipub. bonū ſpe- ctant, collocandum fore, ſed iocis otio & nugis vacandum aliquādo etie: Tur- pissima planē Christiani hominis ex- culatio: cum id perinde fit, ac velle co- ſultō, & de induſtria tempus perdere, imō vero illud malē collocare, vt dice- bat Chrysotom. hom. 62. ad populum: Chrys. f. In theatrorū ſiſtus, ineptitudo diabolicus fa- ſtus, temporis impendium &c. Nam, vt velint, locum hic non habere Sapien- tiſ ſententia Ecclesiastici 15. ver. 2. Ne mini dedit (Deus) ſpatium peccāti. (cū nobis omnino alia mens ut) illud certō certius eft; de qualibet temporis par- ticulā, quantumvis minima illa fuerit, reddendam ab hominibus in die iudi- cij rationēm, an benē, ſive ſecus colla- cata fuerit: accuratissimā locutione id hunc in modum affirmante Salomo- ne; eum, de primo ſui in vitam ingressu sermonem faceret: Etego natus accepi communem aevem, Sapientia 7. ver. 3. Nam ſi recte ſapis, & verbum accipio preſe, & ſtricto iure conſideras; non perinde ſumere debes: ac verbū capio, nā eo differt ab hoc, vt capere fit, id cu- ius dominiū acquirimus: accipere ve- rō: illud quod tenemur reſtituere, illud que fiat propria authoritate, hoc verō ex voluntate altei ius: Quod diterim non ex Grammaticorū nenij, ſed ex ipſomet iure, & iure Cōſulto Vlpiano didicimus: ipſe enim in l. Aliud eſt cape- re 71. D. de verbor. ſignific. ſic inquit: Ca- pere cū effectu accipitur: accipere, ſi quis no- ſic accipit, vt habeat; ideoque non videtur quis capere quod eft reſtituturus. Capere ergo Salomonē opportunissimē monen- tē: huiusvitē vſurā, & quā minin. à eius partē, & momentaneā aeris respiratio- nē; nō equidem nos a Deo ſic accepis- fe, vt habeamus nobis, vt pro libito in- ſumamus, ſed cuius ratio a nobis ſtrictè reddenda fit, tāquam illam Deo datori neceſſaria ratione ſumus reſtituturi, & ſiquidem male fuerit collocata non leves daturi ſumus pānas, cū de aēre ac cepto, igne live temporali, ſive ater- noſolutio, ſive reſtitutio facienda.

II.

Chrys. f.

Ecccl. 15.

verſ. 21.

Sapien. 7.

verſ. 3.

Vlpianus

fuerit, quem sensum verborum Salomonis invenies apud Senecam in lib. de Tranquillitate animi, cap. 3. dicentē: *Alij parē illo tempore utimur, alij prodigē: alij sic impendimas, ut possimus rationem reddere: Abi ergo, & acceptū aeternū disipa, atq; disperde, ut in theatro, & comādijs insumas; qui potes & debes in salute animæ procuranda totum vitæ spatiū omnem diem omnem horam omnino collocare: Enim vero huic rationi subnixus eos, qui vel horam tantum in cōfabulatione otio-*

*Bernard.* *fa insumebat acriter castigabat Bernardus serm. de triplicieustodia, hūc in modum: Nemo vestrum fratres, parui asti- met tempus, quod in verbis consumitur otiosis. Siquidem tēpus acceptabile est, & dies salutis. Volat verbum irreucabile, volat tempus irremēabile, nec aduertit insipiens, quid amittat. Libet confabulari, atiunt, donec hora prætereat. O donec præ- tereat hora! O donec pertranseat tempus! Donec hora prætereat, quam tibi ad agen- dam pœnitentiam, ad obtinendam veniā, ad acquirendam gratiam, ad gloriam pro- merendam miseratio conditoris indulget. Donec transeat tempus, quo diuinam tibi repropitiare deb ueras; pietatem, properare ad Angelicam Societatem, suspirare ad amis- sum hereditatem, aspirare ad promissā fe- licitatem, excitare remissam voluntatem, fere commissam iniquitatē. Sic Bernar- dus. Benè omnino existimās, rem esse pretiosissimam tempus; nec nisi in re salutis fore collocandum: cum nobis ad ipsam omni horā omni ratione pro- curandam à Deo fuerit datum; atque ea conditione acceptum, ut secus qui- dem ac ignavus ille servus, qui accep- tum talentum in sudario abscondit, cū usuris Domino restituamus; nec vacui quidem menses (vt apud Job 7. vers. 3.)*

*Job 7. vers. 3. sed dies pleni, inveniantur in nobis Psal. Psal. 72. 72. vers. 10. vocante Psalte dies plenos vers. 10. (vt explicat opportunè Agellius) illos quos nullā intermissā horā, aut tempo- ris spatio in Dei obsequium, & animæ salutem incumbimus. A quo sensu, &*

*Seneca. locutione vix discessit Seneca, cum to Plinius. to dici spatio in Philosophia studiū, & rectam morūcōpositionem intendens alicubi dixit. *Hic dies solidus est, quasi plenus, & inter seria tractactus, nihil ei inane, aut vacuum subeslet: nec ab illo**

abivit Plinius senior cum Plinium ne- potem aliquando deambulantē, & ni- hil agentē conspiciens aiebat: *Poterat bonas horas melius collocare.*

Sed illud pro hac re opportunius ex III. Paulò Ephesios commonente. *Videte Ephes. 6. quomodo cautē ambuletis, non ut insi- pientes, sed ut sapientes, redimentes tem- pus, quotam dies malisunt: quibus pun- genseos, qui temporis iacturam par- vi faciunt, omnino dixit, quod ab eo mutuatus Bernardus aiebat. *Volat tem- pus irremēabile, nec aduertit insipiens quid amittat: Subest tamē peculiare acu- men verbis Apostoli, dum monet redi- mendum tēpus à nobis esse: subdens ra- tionē, quod dies mali sint: hoc est mille curis, & sœculi necessitatibus pleni, vt sensus sit interprete Hieronymo tēpus Hieron.**

*B* *quasi tē propriā vendicandum, vt libe- rum omnino nobis maneat ad serui- dum Dec: & quo vis pretio à sœculari- bus curis, quæ occasionē bencoperan- di nobis, aut auferunt, aut minuunt tā- quā ab iniustis creditoribus extorquē- dū. Vbi in primis cum pro voce, tem- pus, Græcè sit cheron, id est occasione ta- Græcale- citè monet Apostolus, totum hoc vitæ elio.*

*C* *tempus nihil aliud est, quā occasionē nobis datam ad agendā pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gra- tiā ad gloriam promerendam, vt dicebat Bernardus: Quare notanter præmisit, videte quomodo cautē ambuletis: non ut insipientes, sed ut sapientes, vt dixerit, opus est sapientia imo, & cautione, id est calliditate, & astutia, ne occasio sa- lutis nulla ratione, nullo tēporis spatio nobis ē manibus labatur: cum occasio nihil sit aliud, quā temporis articulus à quo rei eventus dependet: Quam sen- tentiam bellissimè expressit ciato lo- co Bernardus vbi post prefata verba, in eos, qui pretiū tēpori nō inponūt, nec aduertunt insipienter quid amittat, sic invehitur. Sic nimirum? Sic agricola, cū diu desiderata fuerit opportunitas seminā- di? Sic vinitores? cum expectatum tem- pus putationis advenere, invenisse occu- pationes, & quasi irreprehensibiliter, si- ne opere diem transfigi latantur? Sic instantibus nundinis institoris neclere mo- ras, occasiones quæcresolent, ne quem si bi ex eis quæstum provenire contingat? Siedenique pauperes mendicantes, cū mul-*

*Bernard.*

# Accusantur excusationes theatri. 357

tis et amorphibus evocatus tandem afferit  
eleemosynarum distributor de verticula cap-  
tant, & concurrentibus socijs vacuos  
ambiant occupare recessus, & fore late-  
bras in angulis platearum. Hæc Bernar-  
dus ad mentem Pauli de redimendo oc-  
casione salutis, quæ sapientia est ad tem-  
poris articulum pertinet, sive intem-  
poris punto versatur: serio monente  
Domino apud Matth. 24. vers. 42. Vi-

Matt. 24.  
vers. 42.

gilate, quia negetis, quæ hora Dominus  
vester venturus sit: notantissime, non de  
anno, mente, aut die, sed de hora signa-  
tæ ad monens adducto in hanc rem à  
Domino ibi diluvij exemplo hunc in  
modum. Sicut enim erant in diebus ante  
diluvium comedentes, & bibentes usque  
ad eum diem, quo intravit Noe in arcam,  
& non cognoverunt, donec venit diluvium,  
& tulit omnes, ita erit & adventus Filii  
hominis: ubi obserua illud: usque ad eum  
diem, quo intra vit Noe in arcam: ut inde  
noveris salutis occasionem ab hora, &  
horæ punto pendere peculiari, & ac-  
curata locutione dicente Moysè Ge-  
nel. 7. vers. 13. In articulo diei illius in-  
gressus est Noe, & filii eius in arcam: qua-  
nus tota ipsorum laus, ac proinde eorum  
omnium, quos Dominus ad nos monet ab  
articulo diei: nimirum ab occasione, &  
opportunitate, quæ sapientia est diei ho-  
ra, & punto innititur, dependere, quæ  
elapsa venit diluvium, & tulit omnes.

Mar. 13.  
vers. 34.

Deinde nota in codice Domini monito  
apud Marci c. 13. vers. 34. non solù eos  
qui ingressi sunt in arcā, sive in regnum  
colorū ad vigilandū vrgeri, sed singil-  
latim ianitorī præcipi, ut vigiles: ut ipi-  
tanquā Dei iudicis ministro præscriba-  
tur, ut occasionis articulū norit, quo  
elatio statim ianuā occludat: quod sic  
elucidat S. Ephrem ser. 1. depōnitētia.

S. Ephrē.

Hic ostium pœnitentia apertū est, festina pœ-  
cator, priusquam ocludatur. Ignoras quæ  
hora ex celis medicus ostium medicina tua  
claudi iussurus sit festina, ut cureris: dic  
Ephrē: ia qui hęc audis, ito ad theatru, & in eo non vna omnino, sed plures ho-  
ras colloca, ex ijs quæ tibi ad agendum pœ-  
nitentiā, & promerendā veniā dat & sunt,  
ut cū venerit diluvium, & tollat te cā  
pœnitentiā agas, de qua Salomon Sa-

Sapien. 5.  
vers. 3.

pient. 5. v. 3. de dñatis inquit: Pœnitentiā  
agentes: ubi Gr̄cum verbū propriæ  
legas post sapientes, post intelligentes. O

quanto prudentius, quanto ta utrius-  
Sapientē obaudies. Operamini opus ve-  
strum ante tēpus: qua sic expedit let. Gr̄ec. 16:  
A Tigutina. Autem amissam occasionem fun-  
gimini officio vestro: Ecclesiast. 5. v. 38. Eccl. 51:  
vel diplomet Senecam in oratore epis. 22. ut r. 38:  
dicente. Non tantum presentis: sed rigi-  
lantis est, occasionem observare properan-  
tem: itaque hanc circunspice, & si videris  
prendere.

B IV.

Sed pro generali temporis significa-  
tione, ac de modo quo tempus a Paulo  
redimendum dicitur, quid Augustinus  
dixerit non uno loco, scire est opere  
præcium, dum modo Senecam a Paulo  
non omnino abeuntē audieris, ut su-  
per eius verba Augustini sententia mol-  
lius, & melius cadat: sic enim ipse epis.  
118. Non tam huius, ac liberale tempus  
natura nobis dedit, ut aliquid ex illo va-  
ceret perdere, & vide. quæ multa etiam dili-  
gentissimis pereant: aliud valetudo sua cui  
que abstulit, aliud suorum, aliud necessaria  
negotia, aliud publicū occupaverunt. Vita  
nobis ē diuidit somnus: ex quibus infert:

C Sennac.

Ex hoc tempore tā angusto. & rapido, &  
nos auferente quid iuvat maiorem partem  
mittere in vanū. Et eodem duetu in libro  
de brevitate vītē c. 7. Magni mithrede,  
& supra humanos errores eminentis vītē  
est, nihil ex suo tempore delibare finere, &  
idem vitacius longissima est, cui quantum  
cū que patuit, totū ipsi vacavit. Nihil inde  
incultum, otiosumque tacuit. nihil sub alio  
fuit, neque enim quidquā reperit dignum,  
quod cum tempore suo permittaret custode eius  
parcissimus. Itaque fatis illi fuit, ijs vero  
necessē est defuisse, ex quorū vīta multum  
populus tulit. Hæc Seneca lapienter in-  
quiens, parandum tempori, atq; illud  
scrupulose custodiendū, cum magna  
cius pars etiam diligentissimis pereat,  
quod vel plura negotia, sive publica,  
sive p̄suata, vel amicorū salutationes,  
vel alia quæque officia. Illud auferant.  
Sed iam maiori energia, & auctio cēsi Au-  
gust. ser. 24. de verbis Apostoli, ut Paulum  
exprimat, carum nec tristum iactu-  
rā, quæ necessariæ videntur ab illis re-  
dimendum, ut nobis liberum maneat,  
sic monet. Quando aliquis tibi infert li-  
tem, perde aliquid, ut Deo vaces, non lit-  
ibus; perdere ergo ex eo quod habes, pretiū  
est temporis. Id enim quod perdis, ut Deo vd-  
ces, pretiū est temporis, scit enim das nūmos.

*E* & panem emis, itaque aliquid amittis. *E* aliquid acquiris, sic perde nummos, vt emas tibi quietem, id est tempus vacandi Deo: Ita ibi, & lib. quinquaginta hom. hom. i. Quid est (inquit) redimere tempus. nisi cum opus est etiam detrimento temporalium commodorum ad eterna quae redita, & capebenda, ipsa temporis comparare. Hec Aug. vt dixerit: perde pecunias, perde somnum, perde amicorum colloquia, perde quae cūq; vitæ cōmoda, & eme tēpūs, imō redime; quia omne temporis spatium tuū esse debet, vt illud in unum Dei obsequium, & animæ salutem collöces. Quādē re iterū, atque iterum Gentilem Senecam audi: epistola namque 49. cum dixisset: Punctū est, quod vivimus, & adhuc puncto minus, &c. & statim. Eò magis utique indignor, aliquos ex hoc tempore (quod sufficeret nec ad necessaria quidem potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit) in supervacua maiorem partem erogare: post nonnulla contra eos, qui in superfluis quæstionibus tempus terunt: sic monet. Exhortare aduersus difficultas de æquanimitate aduersus inevitabilitas angustias temporis mei laxa: doce non esse positum bonum vitæ in spatio eius, sed in vsu. Posse fieri, imō s̄epe fieri, vt quidū vixerit, parum vixerit: ita ille. Premit hæc angustias temporis mei laxa: tantum nondicens, tempus ab occupationibus usurpatum redime, vt illius spatia extēdas: sub quo sensu epist. 72. contraria locutione idē monitum exprimens dixit. Resistendum est occupationibus, nec explicandum, sed submovend. esant: tempus quidem nullum est parum idoneum studio salutari: quasi dicat: vt tempus laxandum, & redendum, ita occupationes, non tantū contrahendit, sed etiam submovēdæ sunt, vt tempus liberum, & nostrum sit: collocandum scilicet in animæ studio salutari.

V.  
Seneca.  
Iam videndum, imō dolendum, quam longissime à Pauli monito Theatri studiosi eant, apud quos, vt nullam temporis estimationem, & rediniendi illud curam, ita omnem omnino illam iacturam invenies, quam epist. i. hunc in modum pensitabat Seneca: *Magna* vitæ pars elabitur male agentibus, *maxima* nihil agentibus, *tota aliud agentibus:* aliud nimis agunt, qui cum unum

A tantum anim. x, & Uti obsequij regotium agere debeant Deo iudici de accepto tempore rationem, vsque ad ultimum quadrantem, & minin anima particula reddituri, invanis, & inutilibus tempus consumunt: nihil agunt, qui in otio, & ignavia bonas horas male collocant, male agunt, qui noxia, perniciem, & interitum animæ afferentia testantur: Paulò accuratà locutione comonente. *Videte quomodo cautè ambuletis*, quippe illud, *Cautè: sic expende ex M. Fullio Tusculana 4. Quoniam ut bo* M. Tull.

B *na natura appetimus, sic à malis natura declinamus, quæ declinatio cum ratione fiet, cautio appellatur, eaque intelligitur in jolo esse sapiente: vt inde videris, quam opportune subiecerit Paulus, non ut insipientes, sed ut sapientes, vt adstruat, remani intipientiam esse, tempus inaniter consumere; nedium in rebus noxijs, & vitijs collocare: Sed & peculiaris vis subest Græco verbo, quod Noster vertit, redimentes, quod propriè est mercatorum, qui merces vndeque considerant, vt ad lucrum cui vni intendunt, tunc meliores, tū minori pretio emat. Hispanè ego legerem, regatekr.* Quo in loco piè, & sapienter exclamat P. Cornelius:

Græc. Le  
ctio.

Cornel.

*Vis scire, quam pretiosum sit hoc tempus? Vis scire eius pretium: interrogā damnatos: ipsi sciunt per experientiā. Prodreat ex abysso unus dives epulo. Dic nobis ò epulo, quid dares pro anno vnō, pro diu pro hora huius temporis? Darem, inquit, mundum vniuersum, darem mille mūdos, si haberem darem delicias omnes opes omnes, tormenta omnia sustinerem. O si daretur, vel momentum respescendi, penitendi, veniam emerendi, illud emerem omnibus laboribus, penitentijs, afflictionibus, quos undeque homines tolerarunt, & paulò post. O momentum pretiosum! ex quo pender eternitas! quot hic momenta in otio desperdis, tot eternitates gloria, quas acquirere poteras laborando partiēdo perdis, & irrevocabiliter perdis: Hæc ille: Malè ergo, & turpiter te excusas, qui vt comadijs frequenter adstes; nō omne tempus in rebus utilibus collocandum adstruis: sed aliquando in iocis, & nūgis dissipandum ais.*

E *O vtinam non pigeat Ecclesiasticos Concionatores, qui zelum Dei, & salutis animarum habent, frequenter, &*

VI.

sedulo

The odor.

Saluian.

Studio suis auditoribus hæc suggestores Chrysostomum, & alios PP. imitantes, qui populum de hac re indesinenter commonebant. Sed forsitan non nemo delatus Christi minister nobis occurret inquiens: optandum potius Theatri odium, quam populo ardenter illud secundanti prefatam doctrinam ingerendā, vel è omnino de causa, quod in comediarum castigatione, non tantum oleum & opera perdatur, sed signare veritas odium pariat, nec qualecumque quidem, sed adeò ingens, & Vatinianū odiū, ut auctore Theodoreto lib. i. o. historic c. 2. aliquando Telemachum sanctissimum monachū contra theatrum declamantem Romanus populus remere lapidauerit. Nimirum, cum Salvianus lib. 4. ad Ecclesiam in ultimā clausula eleganter dixerit. Totum durū est, quod Imperatur in virtutis. Poenae omnis sermo divinus habet amulos suos: quot genera præceptorum sunt, tot aduersariorū: si largitatem esse in hominibus iubet Dominus; avarus trascitur: si parsimoniam exigit, prodigus exsecratur: sermones sacros improbi hostes suos dictū, horrent raptore quidquid de iniustia scribitur: horrent superbi quidquid de humilitate mandatur: aduersantur ebriosi, ubi sobrietas indicatur; detestantur impudici, ubi castitas imperatur: id totum in comediarum ob-

iurgatione maxime locum habet ut ipsi eas reprehenderit, tot amulos, fortis adversario habiturus sit; quot sunt, qui ipsis detestantur: sunt autē, quotquot sunt homines in hunc sensum nondum improbis, avaris, prodigiis, raptori bus, superbis, ebriosi, impudiciis, sed etiam probis, & iustis, & qui sibi non odisse ratissimū esse videntur conspirantibus, & pedibus, & manibus, ut est in Proverbio, euntibus. Verum enim veroī recte sapis, & te Dei ministrum profiteris in ea anticipiti consilij lance Salviani iudicio standum tibi fuerit: Qui cum statim sibi obiecisset. Aut nihil ergo dicendum est, aut quidquid dictum fuerit, cuiuscumque supradictorum hominum displicebit. Magis quilibet impius execrari legem, quam mendicare mentem magis præcepta odisse, quam virtutia. Inter haec quid agant, quibus loquendi à Christo officia mandantur: Deo displicant, si tacent; hominibus proloquuntur? animosè occurrit: Sed in Iudicis Apostoli responderunt: Expedit magis Dec. obediens, quam hominibus. Actuum 5. vers. 29. Hęc Salvianus. Quod quidem si auditoribus Coneionator Euangelicus suggesterit, attingens fortiter, & disponens omnia suaviter, cū verborum comitate, & urbanitate, & odio se subducet; & Deo bene iuvante hominum animos, lapidesque emolliet.

Aetatis  
vers. 29

## AVGVSTISSIMÆ EVCHARISTIÆ, SANCTISSIMÆ mæque Virgini immaculatè conceptæ, honor, & gloria: nobis autem confusio faciei.

DAMASCENVS ORATIONE I. DE DORMITIONE VIRGINIS  
MARIAE.

TV VERO, O BONA DOMINA BONIQUE VERBI PARENT.

Vtinam nos inspicias, ac res nostras arbitrio tuo regas, & modereris, immanium que nostrorum hostium impetum comprimas; nosque ad tranquillum  
Divinæ voluntatis portum dirigas.



## INDEX.

# LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE in hoc volumine elucidantur.

Prior numerus paginam, secundus columnam denotat.

## EX VETERI TESTAMENTO.

### GENESIS.



- AP.1.vers.5. Et factum est respere, & manedies unus, 131.  
1. & 368. 1.  
8. Vocavitque Deus firmamentum cælū, 423. 1.  
Cap.2. 6. Fons ascendebat terra irrigans uniuersam superficiem terræ, 32. 2.  
7. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem, 64. 1. & 158. 1. & 450. 2. & 453. 1.  
9. Lignum vite in medio paradisi, 183. 2. & 221. 1.  
10. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, 300. 1.  
11. Nomen uni Phison: ipse est qui circuit omnem terram Heuitat, ubi nascitur aurum, 436. 2.  
16. Ex omni ligno paradisi comedere. De ligno autem scientia boni, & mali ne comedas, 102. 2.  
18. Faciamus ei adiutorium simile sibi, 355. 2.

24. Erunt duo in carne una, 49. 1.  
Cap.3. 5. Eritis sicut Di, 107. 2.  
6. Vedit igitur mulier, quod bonus eſet lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, 167. 2.  
& 102. 2. & 447. 1. & 478. 1. & 278. 1.  
8. Et cum audirent vocem Domini Dei deambalantis in paradiſo ad auram post meridiem, 194. 1.  
17. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tuae. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In iudore vultus tui vesceris pane, donec reuerteris in terram, de qua sumptus es, 191. 2. & 236. 2.  
20. Et vocauit Adam nomen uxoris sue Heua, eo quod mater eſet cunctorum viuentium, 155. 1.  
22. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, 419. 1. Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait, ecce Adæ, &c. 194. 1. 495. 1.  
Cap.4. 5. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera eius non respexit, 412. 2.

# Sacra Scriptura.

7. Sub te erit appetitus eius, & tu domi-  
naberis illius, 199.2.  
9. Vbi est Abel frater tuus? 212.2.  
Cap. 6. 5. Cuncta cogitatio cordis inten-  
ta est ad malum omni tempore, 225.1.  
350.2.  
9. Poenituit cum, quod hominem fecisset  
in terra. Et tactus dolore cordis intrin-  
secus, 187.2.  
Cap. 8. 21. Sensus, & cogitatio humani  
cordis in malum pronasunt, 225.1.  
350.1. & 2.  
Cap. 14. 16. Reduxitque omnē substātiā,  
214.1.  
Cap. 18. 1. Apparuit ei Dominus in cō-  
valle Mambrē sedenti in ostio taberna-  
culi sui, 133.1.  
2. Apparuerunt ei tres viri stantes prope  
eum, 377.1.  
Cap. 22. 2. Tolle filiū tuū unigenitū,  
quem diligis Iaac, & offer mihi illum,  
362.1.  
9. Cumque alligasset Iaac filium suū, &c.  
98.1.  
12. Nūc cognoui, quod times Deū, 522.2.  
Cap. 24. 33. Et oppositus est in conspectu  
eius panis, 3.2.  
Cap. 25. 3. Deditque Abraham cuncta,  
qua possederat Iaac: filijs vero concu-  
binarum largitus est munuscula, 142.  
1.  
22. Si sic mihi futurum erat, quid necesse  
fuit concipere? 399.2. & 407.1.  
Cap. 27. 27. Ecce odor filij mei, sicut  
odor agri pleni, cui benedixit Dominus,  
42.1 & 142.1.  
28. Det tibi Deus de rōre cœli, & de pin-  
guedine terre, &c. 431.2. & 37.2. &  
13.2. & 42.2. & 121.2.  
37. Frumento, & vino stabiliū eum, 109  
1 & 113.2.  
39. Cumque eiulatu magnosferet, motus  
Iaac, dixit ad eum: In pinguedine ter-  
ræ, & in rōre cœli desuper erit benedi-  
ctio tua, 121.2.  
Cap. 28. 20. Si fuerit Deus mecum, &  
custodievit me in via per quam ego am-  
bulō, & dederit mihi panem, &c. 25.1.  
& 59.1. & 206.1.  
Cap. 30. 30. Modicum habuisti antequā  
venire ad te; & nūc diues effectus es,  
426.1.  
Cap. 41. 42. Tulitque annulum de manu  
sua, & dedit eum in manu eius, 304.2.  
& 26.1.

45. Credebat autem corrīdie fāmes, apē-  
ruitque Ioseph uniuersa horrea, 36.2.  
Cap. 43. 25. Illi vero parabant munera,  
donec ingredieretur Ioseph merita; an-  
dierant enim, quod ibi comeſturus eſet  
panem, 277.1.  
Cap. 45. 9. Deus fecit me Dominū uni-  
uersa terrę Ēgypti, &c. 36.2.  
Cap. 49. 20. Aſer, pinguis panis eius, &  
præbebit delicias regibus, 145.1.  
  
Exodus.  
  
Cap. 3. vers. 5. Ne appropies huc: scilicet cal-  
ceamentum de pedibūs tuis: 388.2.  
5. Ego sum Deus Patris tui, Deus Abra-  
hā, & Deus Iaac, & Deus Iacob, 204.  
1.  
14. Ego sum, qui sum, 213.1.  
Cap. 12. 6. Immolabitque eum multitu-  
do filiorum Israhel ad vesperam, 148.2.  
& 368.1.  
7. Et sument de sanguine eius, ac ponēt su-  
per utrumque postē, 236.1. & 449.1.  
8. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, &c.  
268.2. & 453.2. & 483.1.  
9. Caput cum intestinis vorabitis, 375.1.  
Non comedetis ex eo crudum quid, nec  
coctum aqua, sed tantum assumigni,  
376.2.  
11. Et calceamenta habebitis in pedibus,  
351.2. Sic autem comedetis illū: Re-  
nes vestros accingetis, 367.2. Et come-  
detis festinanter est enim Phāſe, id est,  
tranitus Domini, 383.1. Renes vestros  
accingetis, &c. 469.1.  
12. Et in cunctis diis Ēgypti faciam iudi-  
cia, 150.1.  
22. Faseiculumque byſopi tingite in san-  
guine, qui est in limine, & aspergit ex  
eo superliminare, 305.2.  
